

**D. CAROLI ANTONII**  
**DE LVCA MELPHICTENSIS**  
**SPICILEGIUM**  
**DE CESSIONE IVRIVM**  
**ET ACTIONVM.**

In quo dilapsæ, & manipulares Cessibilium Spicæ tanquam  
in arca excussæ coaceruantur.

**P O S T**

Defudatam messem clarissimi, ac celeberrimi Authoris

**D. ALPHONSI DE OLEA.**

IN HAC POST LVGDVNENSEM TERTIA EDITIONE ACCESSIT

**SPICILEGIUM GEMINUM,**

Cum Face Gemina d. D. de OLEA rei illuminatrice, cum summa LABYRINTHI  
Eiusdem de Luca, & conflictus opinionum inter vtrosque, Opus in Scholis,  
& in Subfellijs perutile, ac necessarium.

DICATVM PER ILLVSTRI DOMINO

**D. NICOLA O DE AVRIA**  
**I. C. CLARISSIMO.**




**NEAPOLI. M. DC. XCV.**

Ex Typographia Caroli Porpora, & Io: Dominici Petriboni.

**SVPERIORVM FACVLTATE.**

**EXPENSIS CAROLI PORPORA.**



# V I R O

NOBILISSIMO , PERILLVSTRI, ATQVE CONSVLTISSIMO

## D. D. NICOLAO DE AVRIA N E A P O L I T A N O,



In agitaueram cui donarem librum hunc, cuius præconia, si Celeberrimi Autoris fama dignitasque spectetur, non ferè satis enumerem, vt non terdecies respirem. Et sanè maximè rarum est hodie hominum genus illud, cui, vt olim, in primis humanitas cordi sit, ac munificentia. Vides passim Crassos quosdam Agelastos, qui crudum ferro panem raderent: vtque inuitis nati Gratijs verissimè perhibeantur, nulla apud eos benevolentia, nulla grati animi virtus, nulla bonitas reperitur.

Quin de ipsis benemereri ipsorum est proculdubio stomachum prouocare. Aliquam-multi hoc itidem temporis nihilo minùs, quos odio prosequaris Vatiniano digni sunt. Trabeatorum quorundam scurrarum hìc sermo; quibus vbi obsequium pro virili præstiteris, sat dedisse rati si mille verborum phaleris te strenuum Autholycum se penès habere dixerint diales agunt gratias, nullas autem referunt, nullas etenim debere autumant. Hæc animum morabantur, atque in diuersas partes trahebant: quippe nouissimis acquiescere dementia, primis verò, vel caput aperire officij causa, planè flagitium, nouies mihi carmine dicto lustrandum, apertissimè videbatur. At fors dextro pede mussanti tandem adfuit; Tuique nominis gloria, ac vndique diffusa claritudo, veterno veluti detentum excitauere.

Et sanè Maiorum Tuorum nobilitas, quæ profectò seculis coæua dicenda est, in te vno collectum, quicquid in ceterorum omnium cœtu singulatim dispersum reperitur indigitabat. Quare operi nomen aliquod illustre, tanquam Tutelare Numen aliquod adiungere cum cuperem; in eorum, qui Nobilium



spectato vocamine perhibentur exedra, nobiliorem te vidi neminem. Vrbs dicat, Italia dicat, dicat Europæ Regio quæuis illustrioribus ab titulis decorata, num AVRIÆ antiquissimo cognomento quid antiquius iactare valeant. Venerabunda assurgat tanto nomini Antiquitas; ac serio obstupescat Neotericorum insipida Pompalitas, tutulis redimita futilibus, ac mille ridiculis circumamicta indusiorum ineptijs, quibus eò vanitatis progressa est, ut apertam profiteatur mulierositatem. Non hinc nobis venalibus, atque adeo commentitijs laudibus agendum, vel potius cum nugigerulis iocandum; sed vel cæcis ipsis conspicuum, venerabile, ac omni exceptione maius M. Tullij Ciceronis testimonium, nulla vi extortum, nullis hæsitans verborum ambagibus, in medium producimus. Maximus hic Romanæ rei, nedum linguæ, Pater, ac Princeps, cui soli datum est à Superis Romani sermonis monetam cudere, in Oratione, quam pro. A. Cluentio Habito legimus, tot decorat præconijs AVRIORVM nomen in Municipio Larinate celeberrimum, ut Capitolinorum, Marcellorum, Catulorum, AEmiliorum, Fabiorumque nomini illud iure merito æquiparare possis. Pauca subiiciam nam tota ferme Oratio AVRIANIS scætet encomijs. Ac primò quidem vbi de Patre A. Cluentij verba facit, hæc de A. AVRIO MELINO loquitur. *Aulus Cluentius Habitus, fuit pater huiusce, Iudices, homo non solum Municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam Regionis illius, & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cum esset mortuus, Sylla, & Pompeio Cofs. reliquit hunc annos xv. natum: grandem autem, & nubilem filiam, quæ brevi tempore post patris mortem nupsit A. AVRIO MELINO consobrino suo, adolescenti in primis, ut tum habebatur inter suos, & honesto, & nobili. Et post pauca. Larinas quedam fuit Dinea socrus Oppianici, quæ filios habuit Marcum, & Numerium AVRIOS. \* Marcus AVRIVS adolescentulus bello Italico captus apud Asculum, in Q. Sergij Senatoris, eius qui inter scarios damnatus est, manus incidit, & apud eum fuit in Ergastulo. Numerius autem AVRIVS frater mortuus est. Hinc sequitur. Illi autem, qui erant ad propinquum inuestigandum, & recuperandum profecti, literas Larinum ad AVRIOS illius adolescentis propinquos, suosque necessarios mittunt: Sibi difficilem esse inuestigandi rationem, quòd intelligerent Iudicem ab Oppianico esse corruptum. Quas literas Aulus AVRIVS vir fortis, & experiens, & domi nobilis M. illius AVRII propinquus &c. Quis nunc audeat tantum virum perfricta fronte oppugnare? Quis Tui generis claritudini invidiæ pallium imponere? Fabulis quosdam consuevisse quorundam rerum exordia honesta reddere, ac veluti sacrare, non me præterit; at quæ de Tuo nomine ex Tullio delibavi, certo certiora dicenda. Nobilissima olim Larini AVRIORVM Familia; nobilissima nunc eadem Luceriæ, quæ Larini rudera iactat in agro proprio. Nomen idem, Patria eadem, Nobilitas aucta non diminuta, dubitationem excutit omnem, atque credere potius iubet, quàm suadet.*

Quod

Quod si hæc nimiam olent antiquitatem, licet egregio munita veritatis præsidio, habet & Regum nostrorum in Æra quid iactare possit spectatissima Tua Familia. (1) Apud Summates sellulariorum nomen nullum, merita nulla, nulla remuneratio. At apud Manfredum Regem, Nicolai de AVRIA nomen cognitum, cognita virtus; quapropter munificus Princeps uncias quasdam auri Militi AVRIO semel, atque iterum dono dat. (2) Neque solum Nicolao, verum etiam Papyrano regiam ostendit liberalitatem; huius quippe filie dotem constituit nobilissimo generi competentem. Equestris ordo, apud nostrates Feudatariorum ordini non ab re comparari potest. (3) At inter matrimonia Feudatariorum, Anni supra Millesimum ducentefimi sexagesimi noni, honorificis adnumeratur titulis VVilhelmus Martorellus Iudex, vir Planchæ de AVRIA. (4) Antonellus de AVRIA, Capellani, ac Familiaris Regis honore donatur, anno 1381. Hic verò non Lucerinus, sed Lycæranus. Quocirca, Luceria Lycæras transmigrasse AVRIORVM hunc de gente autumo; indeque Sanctum-Seuerinum, (5) Picentinorum itidem oppidum non ignobile, gentem adspertatam, vnde Neapolim aduentavit, vbi nunc conspicua inter nobiles Extrafubelliæ antiquissimæ nobilitatis specimina vndequaque demonstrat.

Intrent nunc Proscenium Pyrrhus, Rubinus, ac duo Ioannes-Francisci, qui hic Neapoli in celeberrima vrbe, celeberrimi domi, militiaeque extiterunt. Auita inter hosce nobilitas, quasi per manus tradita. Compertoque illam foueri illustri alieno sanguine, (6) Rubinus ducit vxorem Victoriam è Nobilissimâ Mollorum familia. Victorie etenim genitor Coriolanus Mollus-Caracciolus, Ioannis, Iulieque Caracciolæ filius, Camillam Granuciam-Guidicionam nobilem Perusinam in matrimonium sibi copulauerat. Ex his Ioannes-Franciscus Iunior; qui doctorali laurea insignitus maritale fœdus iunxit, cum Anna de Contreras, Ferdinandi Equitis Hispani, ac Lucretie de Tudone Equotunicensis filia: quæ tanto viro orbata, nupsit secundo Ioanni-Iacobo Mercurio V. C. Regiæ Cameræ Præsidenti.

Longum esset hic familie de Contreras merita enumerare. Dicturirem, gesta Stephani de Contreras, Ferdinandi Patris; at vnus pagellæ angustia calamo curtam scriptionem indicit. Scit attamen Parthenope, scit Italia, scit denique Hispania, quanta meruerit stipendia in Martis Aula Stephanus. Quapropter eius virtute cognita, Quadraluus, seu quatuor quinquerenium, Gubernator, Fama plaudente, appellatus fuit. Hic ille Stephanus, cui Aloysius de Monson Valentinus, duorum Proregum Neapolitanorum, Petri scilicet de Toledo, & Berardini de Mendoza Cardinalis, meritissimus à secretis, ac Francisca Cotella Panhormitana, egregiæ virtutis, spectatissimique generis ergo, Mariam filiam in matrimonium collocauere. Omitto Thomam de Contreras, Virum Sago, Togaque præstantissimum, ac Stephanum Seniore; de quo dicere satis est, duxisse vxorem Birgittam de Mendoza, filiam Alphonfi

(1) *Regist. Reg. Sicil.* 355. (2) *Ann. Anno 1279. lit. D. fol. 10. a t. An. eod. lit. O. fol. 11.* (3) *Ann. Anno 1269. fol. 279. a t.* (4) *An. 1381. fol. 272.* (5) *Fasc. 11. fol. 138. a t. Anno 1400. fol. 69. a t. lit. A.* (6) *Filad. Mugnos Disc. Fam. Petrucci.*

phonfi Salazarij in Castella Reguli , ac Ioannæ de Mendoza Comitiss de Orgatz , Summatis in Aula Hispanica , sororem .

Animus mihi nunc esset saltem leui brachio Ioannis-Francisci Patris Tui , ac Tuarum virtutum laudes recensere ; at vitili sutilique nauigio Ægeum fulcare dementis est ocij . Vitili, sutilique nauigio item Ægeum fulcare tentauerim, si IANVARIJ fratris Tui merita , vel percurrere vellem ; cuius mores ad Acaciæ Democriticæ præcepta comparatos , silentio potiùs demiror , quàm calamo describere audco . De Te verò quod de Scæuola dixit Cicero dicam ; Te scilicèt esse Iurisperitorum eloquentissimum , & eloquentium Iurisperitissimum ; de fratre autem tuo , quæ de Chrysofomo , Nazianzeno , ac reliquis Patribus dixere Veteres audacè pronunciabo ; illum nempe aureum os , os gemmeum ; aureum ingenium , ingenium gemmeum habere . Parcat Vxor , Liberi parcant . Vnius Epistolæ , & huius Opistographæ arcta confinia longiùs euagari haud sinunt . Celeberrima apud Consentinos , apud nostrates omnes celeberrima Monachorum Progenies ; ex qua Anna vxor , Auorum splendore , & proprijs virtutibus illustris longè latèque emicat . Mutij Monachi-Passalacquæ eius patris virtus sat conspicua , & perquam conspicua itidem virtus F. Mutij Passalacquæ Auunculi , Equitis Hierosolymitani , qui Philippo Tertio iubente , apud Philibertum de Sabaudia Sicilia Proregem , munus equorum Magistri summa cum laude subiit . Emicant , & longè latèq; doctrina maiores , minores ætate Franciscus , & Antonius Tui summæ spei liberi , qui adhuc crepundia ludentes , in castris Pallados triumphales laureas meruere . Longo demum celsissimæ sobolis ordine Tuam illustrabunt familiam Theresia , ac Francisca filia optimæ : quarum prima Nicolao Capuano è Subfellijs Portanoux Equiti amplissimo , secunda verò Vespasiano de Ligorio corundem Subfelliorum adolescenti in primis ornatissimo , Martes , Mineruasque sine vlla dubitatione ex filijs , quos iam genuere olim daturæ sunt . Non vtique in assentationis aleam eo ; nam supra ipsius assentationis superiectiones es constitutus : Quia tamen vincit linguæ officium Tuarum laudum magnitudo , venerabundus admiror , quæ oratione , etsi ad rauim vsque obloquar , complecti nequeo . Igitur munusculum quod ex animo do , ex animo accipe , meque , vt amas ama . Vale . Dab. Neapoli d. 29. Aprilis . Ann. MDCXCV .

Nobilissimæ Amplitudinis Tuæ .

*Devotissimus Cultor*  
Carolus Porpora .

# I N D E X A R G V M E N T O R V M,

Quæ in Spicilegio de Cessione Iurium continentur .

- 1 **C**essa parte crediti partim foecundi, partim infœcundi, vtrum pœnes cedentem remaneat pars fructifera, & vtilior, vel potius confusis iuribus tam cedens, quàm cessionarius concurrant in vtroque credito foecundo? Si uè concurrentibus duobus cessionarijs, secundus admittatur ad fertile, vel ambo participant? Refertur decisio S.R.C.
- 2 Promissio euictionis tam de iure, quàm de facto, quid importet, explicatur. Refellitur *Gasp. Thesaur.* in declaratione euictionis de iure. Cessionarius an possit molestari à creditoribus anterioribus cedentis super nomine cesso? Refutantur *Paris. & Chartar.* Et reiiciuntur *Filician. Dom. Olea,* & alij in declaratione euictionis de facto.
- 3 Exigibilitatis promissio an importet solum veritatem crediti cessi? Pro affirmatiua opinione vti singularis laudatur *Gl. per D. Pras. de Franch. Confl. Hodiern. Emin. Card. de Luca,* & alios; Stat in contrarium *Montan. & Authbor.* interponit sensum suum; Quid si promittatur nomen bonum, vtrum sit idem, quod verum?
- 4 Annum redditum cedens an teneatur, dumtaxat præstare verum, sed non locupletem debitorem? Parum foeliciter *D. Olea* allegat *dec. 639. Merlin.* Ponderatur decisio *D. Reg. Reuerter.* Et an rectè obseruauerit *D. Reg. de Marin.*
- 5 Cedens annum censum, & promittens verum, & idoneum, an teneatur semper idoneum præstare? *Grat.* affirmat laudatus *per Rot. Rom. & alios,* sed pro resolutione recèsentur verba *D. Card. de Luc.*
- 6 Promittere manutationem, vel conseruationem census, an idem sit, ac promittere exigibilitatè facti? Et promittens exigibilitatem facti cum dictione *semper,* vel *in perpetuum,* an teneatur ad perpetuam, vel solum referatur promissio ad tempus de futuro, ex causa tamen de præterito? Expenduntur *decisiones Rotæ Rom. Cons. de Rosa, Card. de Luc. & nouissima S. Consilij decisio.*
- 7 Negligentia cessionarij post cessionem nominis debitoris an ipsi noceat? Distinguitur inter cessiones. *Gratianus* stat pro cessionario in credito habente tractum successiuum, & refellitur *per Andreolum,* & declaratur *per D. Pratum.* Quid si cedens accesserit vti fideiussor, & principalis? *Rot. Rom. per Authorem* notatur. Promittens nomen idoneum an teneatur procurare solutionem? *Montanus* refert decisionem, sed taxatur *per Andreol.* Declaratur nuperrima *S. C. decisio pro Mont.*
- 8 Vsfufruarius post cessum vsufructus commoditatem an valeat de consensu proprietarij, vel debitoris vsufructus cedere vsumfructum alteri, vel remittere proprietario in præiudicium primi cessionarij commoditatis? Et quid in cessionibus fructuum officij, vel feudi?
- 9 Cessio cõmoditatis vsufructus quantum differat à cessione commoditatis pensionis. Et cedens cõmoditatem pensionis an possit pensionem extinguere, vel transferre in præiudicium cessionarij? *Rot. Rom.* variauit. Pensionarius potest extinguere gratuito, & diminuerè pensionem? Quid in pensionarijs cõfidentarijs, an fiduciarius possit cassare? Cessa commoditate, & extincta per matrimonium, vel mortem per manus iustitiæ ob delicta capitalia, an agi possit de euictione per cessionarium?
- 10 Maximum discrimen inter cessionem simplicem, & cessionem insolutum. Questio ceterum sit potius facti, quam iuris, nec attendi cortex verborum debeat. Requisita essentialia vt sit cessio insolutum, & cessio fiscalium per populos Regi debitorum sit simplex, & refertur decisio. Quid si cedatur annuus redditus; an sit cessio, siuè datio in solutum. Promissa exigibilitate nominis cessi, an sit cessio simplex?
- 11 Tertius dans pecuniam debitoris pro dimittendo anteriore creditore cassis iuribus, an obtenta cessione consequatur anterioritatem creditoris dimissam  
tam

## Index Argumentorum.

- tam pro forte, quam pro redditibus post cessionem decursis, vel iuxta datam secundi contractus pro eis erit graduandus? Cautela cessionis iuris luendi secundum *dec. 16. D. Reg. Latr. in Vrbe* non seruatur, & qua ratione. Distinguuntur plures casus, & referuntur decisiones, & an requiratur scientia creditoris dimissi ad finem subintrandi?
- 12 Cessio facta possessori modico per illum dato creditori anteriori hypothecario an valeat pro tota summa cessa quando conuenitur per secundum creditorem hypothecarium, vel pro rata pecuniae solutae? Ad intelligentiam, *l. qui a debitor. C. qui pot. a pignor. & l. per diuersas, C. mand.*
- 13 Ius adeundi hereditates siue delatas, siue deferendas an possit cedi? Expenduntur *decif. 89. Dom. Pras. de Franch. & dec. 85. Dom. Reg. Rouit.* pro opinione negatiua, & *decif. Rota Rom.* pro affirmatiua quoad hereditates deuoluendas.
- 14 Cesso credito in iudicio concursus creditorum graduato sexto loco cum pacto in euictionis, nec ad restitutionem pretij in casu, quo cedens excluderetur a singulis ex quinque creditoribus graduatis, aliter si ab alijs superuenientibus, si tertius creditor superueniens fuerit antelatus illis quinque, quapropter quintus occupauerit sextum locum, an cedens valeat pretium consequi, si euictio ante solutionem illius sequuta sit? Ad ornatum *dec. 339. Pras. de Franch.* nonnulla congeruntur.
- 15 Cessio iurium facta per uxorem, si maritus rem suam vendat interueniente ipsa, & renunciante suae hypothecae dotali cum cessione iurium, cum reservatione tamen sui crediti, & hypothecae super alijs bonis mariti, an sit translatiua? cum *Andreola, Olea*, & alijs indicantur quaestiones insolubiles.
- 16 Cessa commoditate vsusfructus fundi prius vni, si deinde cedatur alteri, utrum primus cessionarius praeratur secundo? Explicatur quando concurrant ambo cessionarij, & praeratur primus. Et cessio iuris emphiteutici quantum operetur.
- 17 Cedens nomen debitoris tale quale, vel actiones tales quales habet, an teneatur ad veritatem nominis, ut sit, & actio-
- nes ut sint, vel potius in casu inexistenti ad nihilum teneatur? Et quid si cessio fuerit dubitatiua? An operetur clausula, *che il cedente non sia tenuto di verita, e bugia, buono, o cattiuo?*
- 18 Cedens post cessionem an possit gratiose debitorem cessionis ignarum liberare, vel per confessionem de recepto, aut dilationem concedere in praerudicium cessionarij. Vel creditor extinguere suum nomen in praerudicium suorum creditorum? Notatur *Cancer. Expenditur Cardin. de Luca* illuminate distinguens. *Authorisq; sensus.*
- 19 Cohæres obtinens cessionem actionum in sui beneficium a creditore hereditario propria pecunia an communicare, teneatur cessionem cohæredibus accepta rata pecuniae date pro cessione? Adhuc num cessio hæc profit contra alios creditores ipsi heredi cum beneficio inuentarij. An iure improbetur *Dom. Pras. de Franch. in decif. 450. & 61.*
- 20 Filiæ, vel sorori volenti Monasterium ingredi, an debeatur a patre, vel fratre integrum paragium, & possit cedi excessus, qui non tribuitur Monasterio? *D. Reg. de Marin. refellit Consil. Prouenzal.* Expenduntur decisiones *Rota Rom.* Reijcitur *D. Olea*, & distinguitur cum *Card. de Luca.*
- 21 Cessio iurium an retrotrahatur ad tempus solutionis, vel potius attendatur tempus cessionis? Expenditur *Costa*, & distinguitur inter fideiussores, correos, & tertium possessorem. *D. Olea* confutat *D. Reg. de Marin.* an gratis, vel iure, & sensus *Authoris.*
- 22 Cessio Caio ex causa donationibus capitalibus, quæ habet super Banco, & in casu obitus sine filijs substituto Titio, an fructus pendente conditione decursi, & non exacti debeantur substituto. Distinguuntur plures casus, & declarantur *dec. 13. 49. & 268. Pras. de Franch.*
- 23 Cessionarius, vel emptor hereditatis an possit conficere præambulum, uti remedio *l. fin. C. de edict. D. Andr. tolle*, instrumenta liquidare? Distinguuntur cessiones. Expenduntur *D. Pras. Merlin. D. Olea, & Montanus*, & sensus *Authoris*, & quid de emptore hereditatis, vel fideicommissario.

## Index Argumentorum.

- 24 Ius liquidandi instrumentum *via ritus*, an sit cessibile? An possit cedens infimul cum cessionario si nihil sibi reseruauerit in cessione. Solus cedens an possit in cessione pro soluendo, & quando locum habeat exceptio, *tua non interest*.
- 25 Momentanea acquisitio hæreditatis delatæ ex cessione illius resultans, an habenda sit in consideratione non obstante regula contraria? traduntur effectus momentanij actus ad validandam cessionem, & donationem irreuocabilem reddendam etiam in casu superuenientiæ filiorum. Soror renuncians fratribus, & dotata ab vno an huic solum profit renunciatio? Expenditur *Paul. de Castr.* & quando cessio iudicanda sit translatiua, vel abdicatiua ponderantur nõnullæ clausulæ. Cedens hæreditatem an quoad quid censendus sit adiuisse, & quod quid non?
- 26 Priuilegia dotalia, an sint cessibilia? Distinguitur inter priuilegia, vel potioritatis, vel tacitæ hypothecæ, vel exigendi vsuras dotales, & distinguitur inter cessiones, an in gratiam viri, vel cessionarij. An debitor cessus teneatur ad vsuras dotales mariti cessionario? Et an fructus ex æquitate legis curabit, *C. de action. empt.* debeantur cessionario debitoris?
- 27 Fideiussor vti cessionarius creditoris pro quantitate soluta an concurrat cum cedente in bonis debitoris. Expenditur doctrina *Soccini*, & declaratur, & defenditur *Præs. de Franch.* contra *D. Oleam*. Quid si creditor præuenisset in exigendo à debitore, vel possideret bona illius, vtrum creditor cedere teneatur contra se in bonis, quæ possit. Exempla traduntur, in quibus creditor non cedit contra se ipsum, & fideiussor accipi censetur pro residuo, & effectus cautionis.
- 28 Cessio iurium qualificata cum præseruatiua clausiua, *dummodo cessio non officiat cedenti, neque directè, neque indirectè, neque in concursu*, quid significet, & operetur? Cedens ex æquitate simpliciter an sibi præiudicet? Cessio si esset necessaria fatuus foret contrahens, sic cessionem acceptando? Si esset persona priuilegiata, an ei ita acceptanti succurratur? Et cessio si non esset subsequuta, an habeatur pro facta? Creditor qualificatam cessionem quando facere debet.
- 29 Fideicommissum ordinatum ab Ascendente est fideiussor legalis mariti pro restituenda dote mulieri, quæ proindè tenetur cedere iura, alias obstabit ei exceptio cedendarum. Assignatur differentia inter restitutionem, & constitutionem dotis, an cessio facienda sit per mulierem dotatam de bonis fideicommissi? *Fontanella* negans reijcitur.
- 30 Cedere iura an teneatur creditor fideiussori, qui renunciauit exceptioni cedendarum actionum, vel ex æquitate saltem cū præseruatiua? Expenduntur *Petr. Heig. & D. Staib.* Corrollarie tagitur de iniusto possessore, vel extraneo solvente, an possint isti petere cessione iurium? Cessione iurium quando censetur renunciatum.
- 31 Cessio cum assensu credito cum hypotheca super feudo acquisita per creditorem cum assensu adiecta clausula, *pro se & heredibus ex corpore*, vtrum vita hypothecæ cessionarij pendeat à linea, & prole cedentis? In simili agitur de feudi, & emphiteusis deuolutione, an ista sequatur per extinctionem lineæ emptoris? Et quid si nõ adsit assensus super cessione, & feudum sit deuolutum, an sit efficax hypotheca ad fauorem cessionarij, vel cedentis? Idque in terminis gratiæ Regno concessæ.
- 32 Creditor cum assensu super feudo si cedat creditum suum duobus in solidum tempore diuerso an præferatur, qui primo loco obtinuit assensum? Cessionarium sine assensu posse agere super feudo voluere *Capyc. & Mare Scott.* an benè? Quid si concurrant plures creditores, & posterior habeat assensum, & anterior eo careat? Quid attenda gratia, quæ actiones feudales trãseunt ad extraneos hæredes? Personalis actio transit ex cessione sine assensu. Agitur, an possit separari personalis ab hypothecaria, & hæc cedi sine personali, & ad quem effectum, & qualiter ex priori cessione personalis sit potior postremum assensum habens? Occurritur *dec. 75. Præs. de Franch.* quæ declaratur.
- 33 Per cessionem actionum, an transferantur actiones vtilis, & directæ? Explicatur diuersus modus agendi in exercitio ipsarum libellus, & sententia qualiter concipiuntur; Mandatum in rem propriam an expiret morte mandantis, qui nullum habet hæredem. *Consil. de Rosa* satis probat pro opinione negatiua, in fine tamen inspicitur varius. De directæ, & vtili actione,

## Index Argumentorum .

- ne, & de earum forma, & effectu pulchra.
- 34 Exceptio cedendarum actionum an obstat creditori agenti in solidum contra correum, vel confideiussores, si liberavit vnum cum reservatione actionum, vel cessionis contra alios, vel per pactum de non petendo, vel per acceptilationem? Indicantur antinomiae legum, & *Scribentium* cum resolutione *Authoris*.
- 35 Cessio solutionis causa an inducat constitutionem hypothecae ad fauorem cessionarij creditoris in actione personali, & exinde efficiatur ipse hypothecarius, ac praefendus sit secundo cessionario? Expenditur *Merlin. de pignor. considerans* in cessione simplici mediū quoddam inter dationem in solutum, & pignus, & recensentur verba hypothecae inducentia.
- 36 Cedens nomen debitoris in dotem an teneatur praestare exigibile? Quid si nomen delegatum sit? Distinguuntur plures casus. Nomen si tractu temporis efficiatur non idoneum, nullum adest dotis privilegium. Quando nomen detur estimatum, *Mont. dubitat de dec. 108. Praef. de Franch.* Declaratur quando privilegium dotis locum habeat, & non veniat exigibilitas, refertur casus per *Rot. Rom. decisus*.
- 37 An sine cessione mariti, vel haeredum ipsius possit mulier agere contra dotantem pro dote promissa viro tam soluto, quam costante matrimonio? Quid si maritus promiserit renunciationem vxoris successionibus ad fauorem dotantis, an obstat vxori exceptio non impletae promissionis? Vel solutio liberè facta sit marito non sequuto inuestimento pecuniae dotalis conuento pro cautela dotis, & vxoris? Recensentur plures *Rot. Rom.* & *S. C. decisiones*?
- 38 Creditor anterior hypothecarius an impedire possit delegatum, quin exigat nomen cessum delegatum, si adhuc non fuerit soluta pecunia per debitorem delegatum? Hypotheca an extinguatur per delegationem? Quid si girata fuerit fides crediti, & pecunia extet in Banco?
- 39 Cessionarius pensionis primi anni concurrens cum cessionario pensionis secundi, vel tertij anni habentes causam ab eodem domino, & locatore an ambo gradandi eodem loco? Explicatur *text. in l. Insulas. ff. qui potior. in pign.* de vendente reservata sibi pensione primi anni, & cedente alteram emptori, vt potior sit conditio emptoris. In fructibus secundi anni an praefendus cessionarius pensionis eiusdem anni? Quid si venditio putae domus facta sit distributis diuersis paghis, & sint cessae partitae duobus: an potior sit causa primi cessionarij?
- 40 Iura, quae sunt inutilia penes cedentem, an possint esse utilia penes cessionarium, & è contra, & sic cedens transferat plus iuris, quem ipse habet, vel peioris conditionis sit cessionarius? nonnulli casus recensentur, vt in fideiussore cessionario, cui non obstat exceptio excussionis, quae obstant cedenti, & è contrario, Christianus vti cessionarius Iudei an possit exigere vsuras solutas pro Christiano actione negotiorum gestorum? Et quaeritur, an donator, habeat beneficium deducto ne egeat, conuentus per cessionarium donatarij? & exceptiones similes competentes debitori eotra creditorem competant contra cessionarium.
- 41 Societatem officij contrahens cum officiali dante facultatem immutandi personam, sub cuius vitae periculo societas currere debeat, si facultatem habens cedat societatem alteri, qui immutauit personam, vtrum societas dissoluatur morte cedentis habentis nudum nomen, vel cessionarij vtilitarij, & cessionarius valeat nominare personam, vel per procuratorem fieri possit mutatio?
- 42 Exceptio compensationis competens contra cedentem, an possit opponi contra cessionarium? Distinguitur, si cedatur actio ante oppositam compensationem, vel non, & qualiter actio inutilis apud cedentem, sit utilis apud cessionarium. Indicatur varius sibi met *Gratianus*. Rationes recensentur vtriusque opinionis, & commilitones, & *Authoris* discursus.
- 42 Credens pecuniam cum pacto, vt deficiente debitore à solutione possit creditor absque vlla interpellatione à quibuscumque etiam à seipso accipere ad cambium, & recambium per quascumque nundinas, & plateas vsque ad effectiuam solutionem, si deinde ad paucos dies cedat creditum in ampla forma, promittens manutenere debitorem verum, & exigibilem, & non interueniant requisita, *l. 3. C. de nouat.* an currat cambium? Quid si declarauerit habere nudum nomen cedendo



Index Argumentorum.

- dendo partitam? Facultas cambiandi cū seipso an transeat ad cessionarium?
- 43 Cessio an diuidatur in extinctiuam, & translatiuam; & detur cessio translatiua? Translatiua, & non extinctiua quibus sit prohibita. Qualiter sint promiscua verba translationis, & extinctionis, & secernantur vna ab altera, & recensentur verba significantia translationem, & cessionem.
- 44 Cessionario non citato an possit creditor anterior hypothecarius directē agere contra debitorem vtli personali, & hypothecaria? Declaratur vtli personalis, qualiter procedat ab hypotheca, & negetur chirographario. Occurritur dissidentibus, *Authoris* discursus, & sensus.
- 45 Cessio an sit iusta, si quis pro annuis scutis 70. pro capitali ducatorum mille debitis cessit annuos redditus pro capitali ducatorum bis mille, quos debet cōsequi super Communitate, promittens exigibiles, cum pacto de ratocedendo quandocumque soluerit, cedens scutos mille? Laudatur *Rota Romana*.
- 46 Cessio annuo canone emphiteutico alicui pro certo pretio, vtrum emphiteuta possit se liberare offerendo idem pretium pro illa emphiteusi, quamuis irredimibili, vel duret irredimibilitas? Sub cessione iuris exigendi canonem an veniant alia iura directi dominij? Quamdiū duret exactio, & deuoluta emphiteusi ob culpam emphiteutæ qualiter consulatur cessionario pro exactione canonis, & quid si deuoluatur, quia finita sit emphiteusis, tanquam ad certum gradum, & certam generationem concessa?
- 47 Cessio iurium, quamuis verbis generalibus concepta, debet tamen restringi ad iura talia qualia habebat cedens? Quid autem si res promissa fuisset libera, & exempta à canone, & seruitute, & deinde fuerit detecta grauata aliquo onere, an tali casu permissū sit cessionario agere de euitatione præsertim si scientiam habebat?
- 48 Clausula, *cedens, &c.* an operetur translationem actionis personalis in emptorē pro pensionibus maturatis ratione fructuū perceptorū ante venditionem? Quid si dicat venditor in cessione pro pensionibus, quas debet assequi. Latè que edisseritur, quando competant pensiones venditori, & quando emptori etiam maturatæ.
- 49 Sub cessione omnium iurium, & actionum an veniat ius patronatus, vel sub venditione, aut cessione hereditatis? Iuraque, & actiones an veniant sub obligatione, vel alienatione bonorum? Iura & actiones qualiter sint tertiæ speciei nullam habentes vocem, vel nomen.
- 50 Creditor ex duplici causa si possideat bona debitoris pro credito posteriori, & agat contra tertium possessorem pro anteriori an teneatur cedere iura contra se ipsum, & differat possessor à fideiussore? Quid autem si in pecunia satisfactus fuerit? Contigit de his disceptari cum alio articulo, vtrū creditor opus habeat nouo libello pro nouis annualitatibus decursis, si virtute sententiæ per solutionem de primis satisfactus sit? Discutiuntur decisiones *Fognanella*.
- 51 Cedi an possit ius petendi renouationem emphiteusis, vel locationis? Distinguitur ius petendi renouationem, & legata re emphiteutica an censeatur legatum ius petendi renouationem sine specifica cessione?
- 52 Sine cessione iurium quando transeat hypotheca creditoris dimissi ad beneficium soluentis pro debitore, an vinculari debeat pecunia in Banco, vel penes tertium, aut requiratur expressa cōuentio de subintrando in locū, & hypothecam creditoris, vel sufficiat in possessore soluente ratio præsumptæ intentionis subintrandi? Possessor soluens creditori, an subintret ad effectum excipiendi tantū, vel etiam agendi latè discutitur? Expenditur *Montanus* negans conuentionem de subintrando æquipollere cessioni contra *Baldum*. Cessio iurium facta per creditorem ad beneficium mutuantis ex interuallo post pecuniam debitori numeratam ex mutuo an valeat? Refertur decisio?
- 53 Frater debitor fratris an possit carcerari ad instantiam fratris, vel cessionarij ex causa onerosa fratris? Diuerse adhibentur distinctiones quando frater ageret de euitanda personali distinctione, & esset diues, vel de congrua alimentaria, aut de causa onerosa, vel lucratiua, aut sit æquè pauper creditor. Noua dubitatio vtrum frater creditor cedens, cum cessionario possit liquidare instrumentum? Exceptio, *tu cessisti ius tuū*, an impediatur li-

## Index Argumentorum .

- quidationem instrumenti?
- 54 Regale quod habet Princeps tempore necessitatis, vt possit capere plaustra, & naues subditorum, & vti bonis eorū, explicatur, & an sit cessibile? Declarantur clausulæ concessionis facultatis, quam habent Barones in inuestituris? Vita militia an cedi possit absque Assensu? Similiter an actio pro paragio, & cessionario, sine assensu agere possit deuoluto feudo.
- 55 Fideiussor cessis iuribus an possit repetere solidum à confideiussore, vel quolibet eorum? Quæstio diuiditur in duas inspectiones, & expenditur *Ill. Episc. Borgia*. Reijcitur distinctio, an fideiussor agat vti merus tertius, vel vti fideiussor, & cessionarius. Possessor soluens creditori, an possit in solidum agere cessis iuribus contra aliquem ex possessoribus?
- 56 Filio ducente vxorem, si pater vti principalis pro restitutione dotis se obligauerit vtrique promissa solutione dotis, an soli filio post mortem patris soluta, obligatio patris effectū habeat? An idem in fratre? Exceptio cedendarū an obstat mulieri dorem repetenti, si consenserit alienationi factæ per maritum suorū bonorum? Et plures obligati ad restitutionē dotiū an in solidū teneantur fauore dotis.
- 57 Cedens concurrens in parte sui crediti cū tertio, qui pro debitore soluit aliam partem, & cessionario, an præferatur huic? Expenduntur *D. Reg. de Ponte, & Mercurial. Merl.* cum ad dubitatione *Authoris*. Quid autem si creditor vendidit, & cessit partem crediti, an hic cessionarius præferatur cedenti? Dissident *Gaitus, Olea, & D. Reg. de Marin.* pro quo stant *D. Reg. de Ponte, & Mercurial. Merlinus*.
- 58 In cessione nominis debitoris an ob læsionem habeat locum remedium, l. 2. C. de rescind. vend. Quid autem in cessione iurium, & actionum. Distinguitur inter cessiones, & cessiones.
- 59 Cessio qualiter distinguatur à delegatione, quā difficulter agnoscantur, ostenditur cum diuersitate effectuum, argumenta excludentia delegationem recensentur, & laudatur *D. Hodierna*.
- 60 Cedens nomen debitoris sub conditione, vel in diem, & promittens illud exigibile, si ante purificatam conditionem, vel diem inopia superuenerit debitoris, an cessionarius regressum habeat contra cedentem? Quid autem, si non totaliter redditus fuerit impotens debitor cessus. Arguitur à venditione conditionalis, in qua specie notatur *Larrea per D. Reg. de Marin.*
- 61 Cessio in incorporalibus an possit præscindi à traditione, dum vim habet illius? Elegans quæstio deseruiens ad sciendū: an cedens ex causa donationis teneatur de euictione, & facere nomen cessum verum? Expenduntur casus, in quibus præscindi intelligatur, & de euictione teneri valeat. Ex duobus cessionarijs si primus sit sub conditione, secundus purè, an potior sit secundus? *Rot. Rom.* decisio ad trutinam reuocatur. Quid autem si quis sibi reseruet annualitatem vita sua durante, & postmodum cedat absq; reseruatione nomen debitoris censuale, quæ cessio sit potior? Mulier cedens nomen debitoris ex causa donationis, an iuuetur *Velleiano*? Adducitur formula cessionis nominis debitoris ex causa donationis nuperrimè habitæ.
- 62 Conuentio de obtinenda cessione à creditore anteriore an excludat cessionem legalem? Quando prouisio hominis facit cessare illam legis. Renunciatio, & cessio iuribus paragij cōpetentis in bonis paternis ob promissionem dotis ad fauorem fratris facta, an resoluitur non soluta dote? Cedi an sine assensu possit actio pro paragio super feudis?
- 63 Monialis professa an possit cedere annuam vitalitiam subuentionem? Laudatur *Sacra Rota Romana*, præstationes inexactæ per Monialem post huius mortem, an possint per Monasterium cedi: edisseritur.
- 64 Cessio hæreditate alicui per cedentem, qui reperiatur grauatus per fideicommissū in casu mortis, si deindè cedens in Monasterio incapaci profiteatur, an substitutus succedet professione sequuta, nō expectata morte naturali? Testamentū alicōfirmetur per huiuscemodi mortem ciuilem? Quid autem si alienata fuisset res aliqua fideicommissi, an emptor, vel cessionarius non possit molestari viuente professo? Discutitur opinio *Fusarij* cōtra receptiorem opinionem, quæ dura ostenditur. Si cedatur spes fideicommissi cōditionalis, quod purificetur post professionem in Monasterio incapaci, an cessio valeat? An filij ingressi Monasteriū incapax

## Index Argumentorum.

- pax faciant deffere cōditionem fideicō-  
missi, si decesserit sine filijs, si grauatus ces-  
serit hēreditatē? Demū an Monasteriū ha-  
beat loco filij fauore tertij cessionarij?
- 65 An cessibilis sit prælatio competens  
venditori pro pretio ratione specialis hy-  
pothecæ? Refellitur *D. Staibanus* negans.  
Prælatio venditoris an anteponatur doti?  
Expenditur *Afflitus*. Quid demum sit  
dicendum de concursu inter mutuantes  
ad rem emendam, rescindendam, & con-  
seruandam, & dotem, edisseritur.
- 66 Cedere an possit venditor ius conse-  
quendi vsuras compensatiuas ex æquita-  
te, *l. curabit, C. de act. empt.* & argui possit  
ab vsuris dotalibus ex æquitate debitis  
marito propter sustentationem onerum  
matrimonij? Expenduntur *D. Card. de  
Luca cum decisionibus Rota Roman., Can-  
cer., Leotard., & alij*, & recensentur opi-  
niones pariformiter distinguentes inter  
antedictas vsuras, cum opinione *Authoris*  
negantis argumentationem ab vsuris  
dotalibus ad vsuras venditori debitas.
- 67 Debitor pecuniarius dotantis si ma-  
rito fuerit cessus, an citra denunciationē  
teneatur ad vsuras restauratiuas in re-  
compensam onerum matrimonij? Expen-  
duntur iura in debitore cessō *Fisco*, &  
*Leotardus, Olea, & D. Cardin. de Luca*,  
*Author* demum distinguit.
- 68 Promittens correspondere censum, vel  
cedere nomen debitoris, ante electio-  
nem non transfert periculum nominis,  
Promissio de cedendo si fiat vni, & dein-  
de alteri cessio fiat, quis præferatur?  
Assensus super pacto de cedendo, an ro-  
boret cessionem factam sine assensu?
- 69 Cedere an possit procurator cum libe-  
ra? Refertur decisio *S. R. Consilij*? Edisse-  
ritur fusè de facultate cedendi quando  
procurator habeat cū pulchra decisione  
*Rota*, an valeat censum extinguere, si  
habeat facultatem cedendi, & recipiendi  
depositum.
- 70 Cedente socio suadaci, vel tabernæ, ratā  
suam socio, an creditores cedentis pos-  
sent agere hypothecaria, vel *Saluiano* su-  
per rata cessā? Distinguuntur merces à  
fundaco, vel taberna, qualiter fundacus  
sit indiuiduus, & merces diuiduæ, & ces-  
sio an sit abstentiuā, vel translatiuā?  
Difficultas probationis identitatis mer-  
cium an impediāt exercitiū hypbthecæ?  
Agitur de intellectu *sextus in l. cum ta-*
- berna, ff. de pign.* quando intrent termini  
*d. textus.*
- 71 Cessionarius qualiter dicatur recipiēs  
litteras cambij, explicatur. Et cum maio-  
ri rigore procedatur pro negligentia in  
exigendo cōtra recipientem litteras cā-  
bij, quam cū alijs cessionarijs. Concludit-  
tur quod sit quæstio potiūs facti, quā iu-  
ris, Iudicis, & Mercatorum arbitrio iudi-  
canda negligentia recipientis in exigen-  
do, & quando imputanda mora, & quan-  
do non. Expenduntur *Pragmatica de litte-  
ris cambijs*, & an sit diuersa praxis inter  
Ciuitates Neapolis, & alias Regni. Et  
pro textus litterarum post acceptationē  
an decoctione sequuta sit necessarius?
- 72 Ius prælationis nouo inquilino com-  
petens vetari ex Statuto, vel Consuetu-  
dine an sit cessibile, vel transeat ad hæ-  
redem, vel socium, deinde admissum, aut  
subconductorem? *Tiraquellus* pro cessi-  
bilitate sentiens declaratur; Addubita-  
tiones *Authoris* contra *Pacionum*, & alios.  
An reuiuiscat conductio si conductor  
emerit cum pacto de retrouendendo, &  
sequatur reemptio? Ius expellendi con-  
ductorem competens locatori pro super-  
ueniente necessitate vsus proprij an sit  
cessibile? *P. Molina* notatur.
- 73 An filia, vel soror possit cedere deper-  
dita prima dote absq; culpa sua, vel do-  
tantis ius cogendi patrem, vel fratrem  
ad constituendam nouam dotem? Simi-  
liter an filius cōsumpta legitima per pa-  
trem assignata an cedere valeat legiti-  
mam iterum petendi? Edisseritur fusè in  
materia redotationis, quando ei sit lo-  
cus. Expenduntur *Noalis Dom. Card. de  
Luca*, & alij.
- 74 Dos à patre, vel alio constituta si per  
virum exacta non fuerit, & sit locus re-  
stitutionis dotis: an sit in electione viri,  
vel eius hæredum cedere, actiones contra  
dotantes, vel dotem soluere? Ponde-  
rantur verba *text. in l. si socer, S. Lucius  
Titius, ff. sol. matrim.* Distinguitur in-  
ter patrem, & fratrem ex necessitate, vel  
liberalitate dotantem, & extraneum.  
Quando autem adsit culpa viri in exi-  
gendo vtrum sit necesse, vt dotans sit  
defectus facultatibus, ad hoc vt teneatur  
maritus? Reijciuntur *Olea*, & alij.
- 75 Cedenti suo iuri, & à lite recedenti  
super beneficio, vel re spiritali an possit  
aliquid dari, vel promitti citra labem,  
Si-

## Index Argumentorum .

- Simoniam:** Ità similiter dari, vel promitti, vt quis cedat liti super nullitate professionis, & ad euitandam simoniam requisita, vt quis licetè possit se redimere à vexatione facti, & requisita recensentur .
- 76 Cessionarius executiuè exigens, si cessio sit nulla an executiuè restituet: Articulum excitat *D. Card. de Luca*. In simili fideiussor executiuè exactus, executiuè contra principalem agat: Cessionario an competat via executiua competens principali creditori: Reijciuntur negantes, & distinguentes si agatur nomine creditoris, vel proprio nomine, & quid si præuentum sit de nullitate cessionis .
- 77 Cessibile an sit ius reuocandæ donationis ob ingratitudinem: Vel reuocetur donatio ipso iure: Pulchrior quæstio an reuocata censetur per secundam donationem: Adducitur decisio in tertia instantia negans, primarum sententiarum moderatiua. Resolutio *Authoris*. Agitur de iure declarandæ caducitatis an cessum censetur cesso canone, vel alienata re emphyteutica, an subsistat opinio *Olea*: Demum an ius reuocandæ donationis ob ingratitudinem ad hæredes transeat:
- 78 Cessio per viam emptionis, vel donationis hæreditatis an referatur ad tempus delatæ hæreditatis, ac si cessionarius ex tunc successisset, & teneatur cedens ad debita à se contracta ante cessionem, & soluere cessionario, quod cedens ipse debebat defuncto, & consequi à cessionario, quod cõsequi debebat à defuncto: Similiter quid de cessionario omnium bonorum, & iurium maternorum: Cessionarius, & donatarius hæreditatis an teneatur ultra vires hæreditatis cessæ non confectio inuentario: Demum quid de donatario omnium bonorum, iurium paternorum, vel maternorum edifferitur.
- 79 Cedens genero pro interesse dotis annum canonem, si deindè vendat directum dominium cum pensionibus decursis, an censetur cedere ius luendi, vel etiam ius exigendi pensiones maturatas, & non exactas, & non obstat impignoratio: Agitur latè quando non obstat exceptio, *tu cessisti ius tuum*, & emptori cmenti rem affectam solutioni census, vtrum suffragetur præscriptio census .
- 80 Cedens iura sua an possit eadem alteri cedere: Mutuans pecuniam cum pacto dimittendi anteriorem creditorem, & acquirendi hypothecas illius, si deindè absque vinculo det cedulam Bancariam, an recedere censetur à pacto: Præsertim si debitor describat in sui facie pecuniam . Intra quot dies potest dici, quod eadem pecunia mutuata peruenerit ad creditorem dimissum. Cedens non censetur cedere contra seipsum. Requisita subingressionis legalis recensentur, & an hæc suffragetur si mutuans conuenit de expressa cessione: Cessio legalis qualiter sit potentior ea, quæ per scripturam, soror pro paragio an præferatur creditoribus fratris cum assensu, & debeatur illud etiã deuoluto feudo: Actione feudali sine assensu cessæ, qualiter ius pignoris viuat in feudis:
- 81 Verbum *cedere* an iungatur cum datiuo, & ablatiuo, vel accusatiuo an differat: Cessio promissa intra certum tempus an possit fieri post illud: Ex pacto cedendo qualiter quis agat: Quid sit cedere ius bonum, melius, & optimum. Conclusio libelli in utili, vel directa actione qualiter differat, & differentię effectus. Cessionarius an propriè dicatur creditor debitoris .
- 82 Cedere ius luendi censum, an sine sollemnitatibus valeant minor, Ecclesia, Vniuersitas, & similes personæ, & etiam censum imponere pro extinguendo censum ad grauiorem, æqualem, aut minorem vsuram sine sollemnitatibus: Pactum, ne cedi possit ius luendi, an valeat, quid si addatur, nisi ipsi census Domino? Pactum denique, vt debitor ad requisitionem creditoris cedere teneatur ius luendi, an subsistat: *D. Reg. Marcian.* aicns an merito improbetur:
- 83 An cedatur nomen debitoris in dotem inæstimatum, vel æstimatum, quantum intersit explicatur in specie si maritus cedere alteri nomen valeat: Vel retrouendere censum: Si iura cessæ incrementum receperint, vel diminutionem: Si in restitutione dotiû liberetur retrocedendo nomen: Si euicto nomine de euictione habeat regressum: Si dominium transeat in maritum, vel maneat apud vxorem. Et qualiter cognoscatur an sit æstimatum, vel inæstimatum nomen .
- 84 Cessio iurium inest in locatione Gabellarum, & Arrendatores sunt cessionarii Regij Fisci. Incorporalia qualiter pereant. Et periculum an cedat damno, con-

## Index Argumentorum.

- ductorum, sicut periculum nominis cessionario? Pro negativa opinio-  
ne expenduntur antiquiores, & nouiores, & exempla rerum iudicatarum, & occur-  
ritur *Authoritatibus* contrarijs, præsertim *dec. 171. D. Reg. Latr., D. R. Galeot., Larrea, & alijs*, & agitur de gabellis ex cessione.
- 85 Domino directo petenti deuolutionem rei emphyteuticæ ob culpam illius, an cessionarius iuris luendi opponere possit ius affrancandi? Refertur opinio distinguens, & ornatur *decif. 267. Præs. de Franch.*, & discutitur an vi pacti de affrancando emphyteusis contractus dicatur emptionis, & venditionis? Ius prælationis cõpetens directo Domino, an possit cedi quando ille in cessione sibi reseruauerit ad instar retractus conventionalis? Noua quæstio cum opinione *Authoris*.
- 86 Debitor cessus, qui promisit cessionario soluere, an amittat ius opponendi exceptiones competentes cõtra cedentem? Expenduntur *Gasp. Thesaur., Cancr., & Faber*, ac traditur resolutio *Authoris*. An inter cessionem, & delegationem adsit differentia? Ponderatur *Faber. D. Præs. Merlin. D. Card. de Luca*, & alij hinc inde certantes. Demum an debitor cessus, vel delegatus habeat conditionem indebiti contra cedentem, vel delegatarium?
- 87 Hæres cum beneficio inuentarij an possit reportare cessionem à creditore hæreditatis contra creditores posteriores? Expenditur decisio relata per *Montanũ*. In simili an tutor, vel curator contra pupillũ, vel minorem? Ponderatur dissidium inter *DD. Pratũ, Roccũ, Oleã*, & inter *Andreol.* cum resolutione *Academia Louaniensis*. Occurritur demum contrarijs.
- 88 Creditore simpliciter cedente ratam sui crediti, & cessionario cedente cum clausula, *ut non officiat cedenti directè, nec indirectè, nec in concursu* vtrum secundus cessionarius graduetur eodem loco, quo cedens, dum primus cessionarius antefertur secundo cessionario? Cedens iura anteriora an cessione intelligatur prælationem contra se ipsum? Soluens primo cessionario post cessionem factam secundo an liberetur, vel soluat cedenti post cessionem in ampla forma translatiuam omnium iurium, per quam cedens expressè nihil sibi reseruauerit? Quid tandem si per plures annos soluerit census cessionario?
- 89 Nouus census creatus ex pecunia extranei dantis pecuniam ad subingredendum, & reportandum cessionem iurium an possit allegari nullus, si antiquus exceptionem patiebatur? Certant *Molina, Capiblanco, Nogueroles, Salgad., & Dom. Reg. Rouitus*, & refertur decisio Regiæ Camere. Conciliatio *Oleã*, an nouus contrahens sit cessionarius, vel non? & *D. Reg. de Marin.* declaratio.
- 90 Cessiones iurium, quæ per Fiscum, vel Regiam Cameram Apostolicam fiunt, an subiaceant Constitutionibus *Anastasijs, & Iustiniani*, & cessionarius pro modica summa nequeat exigere totum? Constituuntur exempla, & refertur praxis. Cumulantur limitationes, in quibus non procedunt, *l. per diuersas, & l. cũ ab Anastasio, C. mandati*. Quid de possessore iniusto, vel emptore hæreditatis opulentæ pro modico pretio?
- 91 Renunciatio sæpè trahitur ad cessionem translatiuam, nunquam repudiatio. Quæstio valdè utilis ad dignoscendum, an pro sit acceptanti solummodò, vel omnibus, vt si soror renunciauit vni ex fratribus præsentibus, & acceptanti hæreditatem paternam, & maternam an acceptatio inducat donationem sororis ad fauorem præsentis, & acceptantis, dum donatio sit presentis. Quid si renunciaret gratuito contemplatione vnius? aut fiat renunciatio per modum pacti? Quando cessio sit translatiua, declaratur *dec. 14. Præs. de Franch.*
- 92 Legatarius nominis debitoris an possit agere aduersus debitorem sine cessione actionũ? *Tiraq.* dubitat. At distinguitur. Emptor, vel donatarius, vel fideicommissarius nominis an agat sine cessione, & alij casus congeruntur. Directæ actionis cessio cũ vtilibus à lege cessis an sit superflua? Cõmune assertũ a iuris examinatur.
- 93 An cessionarius dotis sit potior, quia prius præsumatur instrumentum dotis ex pluribus eodem die confectis? & quid si mulier habeat scripturam priuatam? *Soc. iunior.* refellit *Soc. senior.* Instrumentũ cessionis an præsumatur anterius illo liberationis debitoris? Ex duobus cessionarijs eiusdem diei quis censeatur prior? Priuilegium dotis agendi super fideicommissõ an sit cessibile? & aliud dotis vendicandi in subsidium bona æstimata in dotem data.

## Index Argumentorum .

- 94 Cedere an valeat creditum censuale minor, vel Ecclesia, vel annuum interesse conuentum, aut loca Montium, vel iura fiscalia sine decreto, vel Ecclesia: Quid si promissa sit perpetua exigibilitas: Expenduntur *text. in Auth. perpetua, C. de sacros. Eccles. & l. in fraudem, ff. de iur. fisci.* Duo fratres si cesserunt annuū censū fideicommissō subiectum remanente vinculo fideicommissi. Vtrum frater superstes possit vindicare partem defuncti iure fideicommissi:
- 95 Cessio actionum inducitur per cessionem bonorum, & longa differentia inter primam cessionem, & cæteras. Cedens bonis quando possit pænitere, acriter disputant *Salgad. & Olea,* & laudatur *decis. 346. Pras. de Franch.* Contractus gestus per debitorem post cessionem bonorum an valeat, & debitor ignarus soluens ei, qui cessit bonis, an liberetur. Et quid de soluente hæredi, aut creditori putatio. Expenditur assertum *Olea.* An pactum de non alienando rem specialiter hypothecam pro censu operetur viam executiuam coram Iudice laico:
- 96 Cessio iurium, quæ fit autoritate legis à cessione hominis an differat: Per illam hominis an directæ transferantur: Actiones mandare, & mandare ad agendum an sint idem: Cedi potest omnis actio. Directa non directè, sed obliquè. Vsfusus an possit cedi, & quid pro dote: An sit vera opinio *Maranta,* & *D. Reg. de Marin.* Et quid de vsu pascendi Resolutio *Autoris.*
- 97 An cedi possit ius futurum: Notatur *Olea.* In cessione iurium an veniant iura de futuro ex causa de futuro, & qualiter concipi debeat cessio iuris futuri. *Manfus* refellitur. Cessiones iurium inuicem factæ inter fratres cohæredes in diuisione an valeant, & operentur fideicommissi renunciationem:
- 98 Promittens nomen debitoris facere anterius, & exigibile an teneatur declarari facere anterius, & procurare actione intra certū terminū: Quæstio acriter disputata per *Montanū Cōsil. Hodiern.*
- Andreas & Consil. Staiban.* qui totus est in defendendo *Montanum.* *Author* conciliat opiniones. *Staibanus* viriliter defendit *Gratianum* volentem, ad perpetuā exigibilitatem annui census teneri promittentem illū exigibilem, & ita decisū in S. C. testatur. Sed contrarium tenet *Author.*
- 99 Cessio iurium an sit stricti iuris, & cessa actione personi, an transeat hypothecaria, vel è contra, & cessa contra debitorem transeat contra fideiussorem, aut correum? Legatum annuum an sit cessibile: Remissa tetigit *Olea.* Distinguitur *Author.* Alimenta an cedi possint. Quid de alimentis patrono debitis: noua quæstio excitatur. Ius primogenituræ an cedi possit: Refertur *Guglielm. de Benedict.* Operæ famulorum an cedi valeant: Quid de iure vindictæ, & actione iniuriarū: Legatum dotis à patre relictum, vel paragium an cedi possit, etiam quoad excessum legitimæ vsq; ad virilem:
- 100 Actio litigiosa an cedi possit, & specialitas legati huius actionis, & cessionis Filco factæ. Instantia an transeat cessa actione: Et quid cessis omnibus iuribus. Agitur de cessione facta Aduocato, & de cessione actionis iudicati. Rescriptum ad litem pro cedente an suffragetur cessionario: Nomen debitoris an possit pro parte cedi: Cedens hæreditatem, vel transigens pretio accepto an teneatur creditoribus, & legatarijs: Expenditur *tex. in l. non vult hæres esse, ff. de reg. iur. & Decius taxans glos. taxatur.* Cessio iuriū impugnatur, prout titulus est impugnabilis. Cessio iurium facta an reuocari valeat: Debitore cedente pro satisfactione cum promissione euictionis, si creditor cessionarius noluit nouare, & referuauit electionem agendi contra cedentem, & debitorem cessum, an cessio sit simplex: Debitor soluens virtute cessionis nullæ, vel falsæ an liberetur: Donatio contemplatione matrimonij an possit cedi alteri: Clausulæ ex quibus cedens præferatur cessionario, & è contra. Reducto censu ad minorem rationem cessionis per Principem, an cedens teneatur.

### C O L L E C T A N E A.

Cedens, & cessionarius qualiter insimul concurrant. Clericus an cedat franchitiam? Priuilegium quando transeat per cessionem iurium. Melioramenta an possint peti sine cessione? Ieiunium, vel opus bonum an possint cedi? Decimæ an possint cedi laicis? An ius sepulchrorum cedi possit? Cedens an possit transigere post cessionem? Actio dotis repetendæ constante matrimonio an possit cedi? Exigibilitas quando censeatur promissa, ex quibus formulis? Actiones passiuæ, & ius excipiendi de adulterio vxoris an possint cedi? Legatum dotis ante nuptias, vel post in dotem non datum an possit cedi? Cedendo iura conuentus vt agat, an liberetur? Cumulantur nonnullæ assertiones in materia cessionis?

*Finis Index Argumentorum.*



I  
**S P I C I L E G I V M**  
**DE CESSIONE IURIVM,**  
**ET ACTIONVM.**  
**D. CAROLI ANTONIJ**  
**DE L V C A.**



Exordium Tituli, & Commendatio Materiae .

**N** lœta segete, & copiosa de Cessione Iurium, & Actionum/messe *Iacobus de Arena*, qui ex antiquioribus in ea maiorem operam impendit, manipulum ferè collegit; quia sua disputatio vix quinque folia impleuit, ex Modernis nonnulla scripsere *Cardin. Tuscus, Hypolitus, Montaner, Bertazolus, Galleratus, Guzman, & D. Mesa*, qui licet doctè se habuerint, parum, aut nihil aperuere, vt tradit *D.D. Alphonfus de Olea* in exordio eiusdem tractatus, ex Recentioribus mirificè rem illustrauit idem *D. Olea*, at in primo loco spicarum copiam derelinquendo, postmodum duplo maius adauxit opus; & quia Dei solum perfecta sunt opera, & facilè est inuentis addere, seù vt ille cecinit *Inopem me copia fecit*, & materia ab omnibus commendetur, vt ex *Bertazolo, Hypolito, Montaner, & Odda* probat. idem *Olea* vbi supra, qui recenset *Galleratum de renunciation. lib. I. cap. 4.* ità loquentem, *Sed quoniam hac materia utpotè quotidiana, utilis est, eademque confusa, & intricabilis ferè, ideò eam attingendam putari, atque de ea proprium caput subieci, nè cum sit materia insignis, videatur penè neglecta*: ideò post diligentissimi messoris de *Olea* spicas dilapsas prætermittarum quæstionum ipse recolligere sub *Spicilegij* titulo operæ pretium duxi, & grana ex spicis excutere .

A R G V M E N T V M .

Cessa parte crediti partim fœcundi, partim infœcundi, vtrum penes cedentem remaneat pars fructifera, & vtilior, vel potius confusis iuribus tam cedens, quam cessionarius concurrant in vtroque credito fœcundo? Siuè concurrentibus duobus cessionarijs, secundus admittatur ad fertile, vel ambo participant? Refertur decisio S.R. Consilij .

S V M M A R I V M .

- 1 Creditum fœcundum, & infœcundū exemplificantur, & declaratur anathocismus.
- 2 Solutio prius cedit in interesse, ideoque potior erit cedens, vel postremus cessionarius .

- Cedens præsumitur sibi reseruasse potiora iura, vti sibi vtilius .*
- 4 *Cedens si cedat ex equitate, facit, quod sibi non nocet .*
  - 5 *Clausula, vt cessio non officiat cedenti nec directè, nec indirectè, nec ex quibuscumque causis stat ad fauorem cedentis, vel postremi cessionarij .*
  - 6 *Pro concursu argumentum præstat equalitas seruanda inter contrahentes .*
  - 7 *Solutio facta per tertium cedit in interesse iuxta Annam in alleg. I 18.*
  - 8 *Refertur casus in S. R. Consilio decisus pro equalitate .*
  - 9 *Declaratur Anna per D. Hodiernam, & D. Reg. Latr.*
  - 10 *Author componit opiniones distinguendo.*

A QVAEST.



## Q V A E S T. I.

- 1 **I**N fœcunditate, vel fertilitate non differt creditum sortis redditualis, ab illo censuum in Regno nostro, quia sicut fors producit fructus, ita census producit interesse, licet minus graue, scilicet ad rationem quinque pro centenario, postquam census ascendunt ad notabilem summam ducatorum centum, iuxta *dea. 254. Pras. de Franch. & ibi Addentes interesse demum non datur alterius interesse, cum ita esset intrare anathocilium, vt Anna conf. 48. Dom. Reg. Latro conf. 59. Pratus obser. 12. Card. de Luca. lib. de usur. discurs. 30. n. 14. & de censib. disc. 2. & lib. de societ. offic. disc. 10.*
- 2 Ad resolutionem quæstionis descendendo, Ad fauorem cedentis, vel postremi cessionarij arguitur, quia solutio prius cedit in interesse de sui natura sterile, *l. cum ex plurib. ff. solut. l. Iulianus, S. offerri ff. de act. empt. l. Titia, C. de solut. D. Reg. Latr. dec. 21. n. 5.* qui ita pluries per S. C. decisum referat, adhuc si interesse non sit liquidum, consequenter censetur primo loco cessum creditum sterile, & sic remanet fructiferum pœnes cedentem, quod per cessionem secundo loco factam transfertur in secundum cessionarium. Et rectè cum tertius soluens repræsentet personam debitoris.
- 3 Præterea præsumitur in dubio cedentem, vel alienantem partem crediti id egisse, quod sibi vtilius est, & minus damnosum ipsi cedenti, vel alienanti, *D. Reg. Galeot. contr. 56. n. 27. lib. 1. ibi: Et sic censetur Christophanus remanentes introitus possidere ex causa vtiliori, nec verisimile est, ipsum alienasse meliora, & potiora iura sibi maximè necessaria pro tuitione reliqui crediti, vt excludatur iactatio propria substantia, quo casu potius fatuitas præsumitur, quàm rei, suæ iurium iactatio, Bart. in l. gerit. ff. de acquir. hered. Alex. cõf. 55. n. 7. lib. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 136. n. 16. Surd. dec. 15. n. 16.*
- 4 Propensius si cessio fit ex æquitate, & humanitate ex regula illa cõmuni, quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est, idèdque interpretatio facien-

da est, vt in primum cessionarium cessio fuerit actio sterilis, & infœcunda de interesse, & remansisse fœcundam pœnes cedentem, ordinata enim charitas incipit à se ipso.

- 5 Certius si apposita fuerit in cessione clausula, *dummodo cessio non officiat cedenti directe, nec indirectè, nec ex quibuscumque causis*, tunc enim non officit cessio cedenti, quando remanent iura fructifera pœnes cedentem præsertim additis verbis, *nec ex quibuscumque causis*, quæ verba omnes casus, qui euenire possunt, & omnes modos excogitabiles complectuntur, neque vllam recipiunt restrictionem, *Gratian. decis. 51. n. 12.*
- 6 E' contrario pro æqualitate inter cedentem, & primum cessionarium, siuè inter duos cessionarios argumentum præstat, quod æqualitas in contractibus sit seruanda inter contrahentes, & per consequens tam cedens, quàm primus cessionarius debeat habere partem crediti sterilis, & fructiferi, potissimum quia in cedente erant confusa iura capitalis cessuum; & interesse, & omnia commixta erant, vnde solutio censetur facta æqualiter, ita *Larea decis. Granat. 42. n. 20.* vbi quod commixtio summarum sortis, & reddituum efficit, vt eodem iure existimentur, vt referatur solutio tam ad interesse reddituum, quàm ad sortem principalem, & solutio eodem iure sit censenda.
- 7 Insuper, quia tunc solutio censetur facta in interesse quoties fit per debitorem obligatum, secus si per tertium, *Anna alleg. 112. D. Hodier. ad Surd. decis. 186. n. 6*
- 8 Contigit de hoc articulo disputari in S. R. C. inter creditores Ill. Ducis Atri, & facti series est. Die 9. Augusti 1590. D. Dux Atri mediante instrumento vendidit Leonardo, & Citarellæ annuos duc. 666. pro capitali ducatorum 8320. & cū Dux esset debitor Terracinæ pro sorte, censibus, & interesse virtute contractus de anno 1520. emptores annui redditus sibi ipsis consuluerunt, vt pecunia solueretur Terracinæ ad finem subingrediendi in eius locum, & obtinendi cessionem iurium, prout re vera, sequuta fuit solutio, & actionum cessio translatiuè, & non extinctiuè.

Leonardus, & Citarella de eorum credito cesserunt primo loco D. Violantæ de Oria duc. 2266. præuia cessione iuris luendi habita à Duce Atri. Et secundo loco restam crediti Illustr. Marchionissæ D. Antoniaæ Franzone, & cum inutiles, & inefficaces redditæ fuissent actiones quæ sitæ per cessionarios ex proprijs eorum contractibus; necesse fuit recurrere ad primæua iura per Terracinā cessa, cuius creditum erat diuersarum specierum vti consistens in sorte, censibus, & interesse, hinc controuersum fuit, an ambæ cessionariæ de credito fructifero participare deberent, & ijs, & alijs hinc indè adductis per qu. Consiliarium D. Thomam Caruitam causæ Commissarium domi pronunciatum fuit pro æqualitate seruanda inter cessionarios, & cum per S. C. sub die 17. Martij 1670. prolatum fuisset decretum ad beneficium Marchionissæ Franzone secūdæ cessionariæ, facto verbo loco reclamationis, suspenso decreto confirmata fuit pronuntiatio Domini causæ Commissarij primo loco facta pro d' Oria prima cessionaria.

Reclamauit Marchionissa occurrens sigillatim motiuis contrarijs pro æqualitate adductis negans commixtionem, & confusionem summarum, nec adaptabilem casum *Larea*, quia iura, quæ competeant Terracinæ primo creditori semper, & hucusque retineant eorum distinctam speciem, & nunquam fuerint commixta, & distinctam naturam sortiantur, quia interesse non poterat trāsire in sortem, vel in aliam speciem, *l. fin. C. de usur.* eo maximè quando cedentes nolunt cedere cōtra se ipsos, & in casu *Larea* census conuersi fuerant in sortem.

9 Ad doctrinam *Annæ* respondetur, illam non loqui de interesse, sed de fructibus. Ad hæc solutio expressè facta fuerat in causam sortis, & respectu interesse contrarium tradit *n. 6.* & *Hodierna* non disputat articulum, imò videtur confutare *Annam*, dum recenset *Reg. Latr. dec. 21.* ad quem se remittit his verbis, *Vbi plenè de hac quæstione, & ibi latè respondet Anna, alijsq; contrarijs sentientibus.*

10 Distinguendum ego existimarem pro dirimenda proposita quæstione, aut pri-

mus cessionarius præuia cessione iuris luendi soluit, & obtinuit cessionem iurium, & dum expressè exercet ius luendi, quod cadit in redemptione, & affrancatione sortis principalis, per consequens æqualitas sit seruanda, & primus cessionarius participare debet de sua rata crediti fœcundi, & fructuosi, aliter nihil operaretur ius luendi.

Aut cedens voluntariè recipiendo pecuniam cederet alicui partem sui crediti, & hoc casu tam cedens, quàm cessionarius concurrerent tùm in eodem gradu hypothecæ, cum in parte fructiferi crediti. Aut cederet tertio soluenti nomine debitoris ad finem subintrandi in locum cedentis, & tunc maior est difficultas, quia tertius repræsentat debitorem soluendo pro eo debitum. Ad hæc solutio cedit priùs in interesse cū naturaliter colligatur fructus, non euellatur arbor, vt scripsi in *cap. 105. super discept. Gratian.*

#### ARGUMENTVM.

Promissio euictionis tam de iure, quàm de facto, quid importet, explicatur. Refellitur *Gasp. Thesaur.* declaratione euictionis de iure. Cessionarius an possit molestari à creditoribus anterioribus cedentis super nomine cesso? Refutantur *Paris. & Chartar.* Et reijciuntur *Felician. D. Olea*, & alij in declaratione euictionis de facto.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Euictio de iure promissa in cessione nominis debitoris obligat ad realitatē crediti.*
- 2 *Cedens nullatenus docere se anteriorem tenetur.*
- 3 *Cessionarius an possit molestari ad instantiam creditorum anteriorum cedentis, dum cesso habetur loco solutionis? Refelluntur Paris. & Chartar.*
- 4 *Cedens an teneatur de euictione nominis debitoris euicti, sed vero existente?*
- 5 *D. Reg. de Marin. carpit decisionem Senatus Pedem. relatā per Gasp. Thesaur*
- 6 *Promissio euictionis de facto an importet exigibilitatem facti? Affirmant Felician.*

- 4 cian. D. Reg. de Marin. & alij.  
 7 *Opinio aiens D. Oleæ.*  
 8 *Consil. de Rosa fusè negat negatiuam opinionem, & singulis contradicentibus occurrit, & D. Staib.*  
 9 *Aliud est promittere nomen bonum de iure, & bonum de facto.*

## Q V A E S T, II.

- 1 **I**uris, & facti an quis euictionem promittat, multum interest; quia cedens nomen debitoris non ad aliud tenetur, nisi vt debitor cessus sit verus, seu bonus de iure, *l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend.* ibi *Si nomen sit distraetum, Celsus lib. 4. ff. scribit, locupletem esse debitorem, non debere prestare, debitorem autem esse prestare, nisi aliud conuenit,* ita post *Cencium, Felician.* & alios *Oleæ tit. 6. q. 10. n. 10.* Vnde euictio iuris obligare solum videtur ad realitatem, & veritatem debiti, non autem ad exigibilitatem de facto latissimè idem *Oleæ tit. 7. q. 3. n. 3. & seqq.* vbi quod cedens ex natura cessionis cogitur prestare solum, vt verum sit nomen, seu vt sit, non vt exigi possit, ita *D. Hodiern. controu. 27. à n. 2. Andreol. controu. 115. & 333. Cyriac. contr. 169. à n. 4.* Idq; ampliant etiã si cedens, ac vendens promiserit defendere, & conseruare indentem cessionarium; quia ad veritatem nominis, nõ autem ad illius securitatem tenebitur *Mangil. de euict. q. 79. Beltram. ad Ludouif. dec. 579. n. 5. Olea d. q. 3. n. 3.*
- 2 Imò cedens nec astringitur, vt se potiore creditorem esse ostendat, sed satisfacit, si prestet, ius sibi esse, & vt ius verè sit, non vero, quod sit anterius, sufficit, si creditorem se esse, doceat *Fab. C. de hered. vel act. vend. def. 15.* post alios *Oleæ d. q. 3. n. 11.*
- 3 Acquiocationem tamen causat assertum illud, scilicèt, quod cedens dumtaxat prestare tenetur nomen verum. Quia nomine debitoris cesso, si istud manet affectum creditoribus hypothecarijs anterioribus cedentis, poterit euinci ad instantiam ipsorum, vt probat, & iudicatum refert in secunda instantia, *Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 6. n. 47.* Nam cessio non æquipatur solutioni, vt malè

opinati sunt *Parif. conf. 69. lib. 4. Chartar. dec. 19.* volentes pecuniam propter cessionem nominis debitoris haberi pro exacta, & consumpta, iuxta quorum opinamentum iudicasse in prima instantia *Senatum* inquit *Fontanel. n. 47.*

- 4 Si quæritur nunc, an cedentes teneantur de euictione nominis debitoris cessi ad instantiam creditorum cedentis sequuta? *Gasp. Thes. lib. 3. qu. for. 73.* refert congregatis classibus absolutam mulierem hæredem, quæ pro debito hæreditario cesserat nomen hereditatis, & postmodum creditor anterior hereditatis euicerat illud, cum sufficiebat realiter, & veritas crediti cessi.
- 5 Verum etenim est, non satis esse, quod cedens præstet solummodò verum nomen, sed etiam tenetur de facto suo, vel suorū *Authorum* in casu, quo auocatum fuerit cessum vt supra nomen, vt *Mangil. de euict. qu. 79. n. 4.* & errasse *Senatum* contra opinionem *Gasp. Thesaur.* firmat *D. Reg. de Marin. lib. 1. ref. 42. n. 6.*
- 6 Maior difficultas est, in explicando euictionem de facto, an huiuscemodi euictio importet idoneitatem, & exigibilitatem de facto? *Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. n. 43.* ita scribit: *Vbi venditor promittit non solum iuris, sed facti euictionem, scilicèt debitorem fore soluendo, quia tunc idem est, ac si soluendo esset, vel si debitor ipse ad continuationem redditus se obligaret, & sequuntur Rodriq. de ann. redd. lib. 1. q. 8. n. 23. Auendan. de censib. c. 34. nu. 35. Guzman. de euict. q. 35. n. 14. Cencius de censib. q. 72. n. 15. Olea tit. 6. q. 20. n. 8.* Et per euictionem facti quis promittere intelligitur debitorem cessum esse soluendo per *text. in l. si plus,* vbi *gloss. ff. de euiction. Giurb. dec. 117. n. 7. D. Reg. de Marin. n. 16.*
- 7 Vndè *Oleæ n. 7. q. 4. n. 9.* cõcludit, quod si debitor cessus post cessionem soluendo non esse, appareat, hoc casu si cedens iuris, & facti euictionem prestare debeat, ad interesse, & expensas litis condemnabitur. Sin verò ad iuris euictionem, hoc est ad veritatem nominis obligatus tantum sit, nulla aduersus eum, nec expensarum ratione actio erit.
- 8 Contrarium dicendum erit, scilicèt promissionem euictionis facti nõ importare

tate exigibilitatem, & idoneitatem debitoris cessi, sed euictionem illam, quæ de facto, & imprudenter fit à Iudice, non per iustitiæ tramites, ita ex *Bart. in l. stipulatio ista habere licere, ff. de peric. & com. rei vend. n. 4. Rolan. cõsil. 45. lib. 3. Alex. 35. lib. 3. var. tit. de empr. & vendit. resol. 27. Mangil. de euct. q. 19. nu. 9. & alijs fusè Consil. de Rosa consult. 7. à n. 16. per tot. & n. 50. nuncupatim notans, D. Reg. de Marin. Comprobat idem Rosa; quia euictio in ampla forma promissa nec importat exigibilitatem, vt scribit dictus Reg. de Marin. n. 20. & nihilominus euictio in ampla forma extenditur per Notarios de iure, & de facto. Staib. ref. 190. n. 96.*

- 9 Originatum hunc errorem ait Rosa, quia Doctores primæ opinionis male intellexerunt Baldum in d. l. si nomen, dñ Bald. ait diuersum esse, promittere bonum nomen de iure, & bonum de facto, quia primo casu venit veritas, & secundo casu exigibilitas de facto, quod non potest extendi ad promissionem euictionis iuris, & facti, cum euictio aliud non importet nisi rei abductionem, & non periculum nominis.

## A R G V M E N T V M.

Exigibilitatis promissio an importet solum veritatem crediti cessi? Pro affirmatiua opinione vti singularis laudatur Glossa per D. Pres. de Franck. Consil. Hodier. Em. Card. de Luca, & alios; Stat in contrariū Montan. & Author interponit sensum suum; Quid si promittatur nomen bonum, vtrum sit idem, quod verum?

## S V M M A R I V M.

- 1 Distinguitur exigibilitas inter exigibilitatem iuris, & facti.
- 2 Promissio exigibilitatis nominis cessi importat veritatem crediti iuxta glos. D. Hodiern. & alios.
- 3 Natura cessionis conuenit veritas crediti cessi.
- 4 In contractibus fit interpretatio contra stipulantem.
- 5 Pactum efficit frustratorium, nisi veniret exigibilitas de facto.

- 6 Motanus assignat intellectum in l. si plus ff. de euct. & occurrit argumento glos. pro exigibilitate iuris, & non facti.
- 7 Distinguit Author, an promittatur nomen verum, & exigibile copulatiue, & expendit Card. de Luca.
- 8 Opinio Authoris quando promittitur simpliciter exigibile.

## Q V A E S T. III.

- 1 **E**xigibilitas distinguitur per Doctores, vt alia sit exigibilitas de iure; id est, vt debitor sit sine exceptione, Altera est exigibilitas de facto, per quam debitor nedum sit sine exceptione, verum etiam quod sit idoneus, & locuplex, vt duplici modo considerat Glos. in l. si plus, vel minus. verbo *exigi*, ff. de euct. dum exponens text. dicentem: *Teneri venditorem nominis debitoris prestare, vt sit debitor, non vt exigi aliquid possit*, explicat ibi glos. *non vt exigi de facto, sed vt possit exigi de iure*, & differentiam inter exigibilitatem quo ad factum constituit Rota in vna Tudertina census 28. Martij 1650. vt in decis. 35. post Oleam nu. 13. D. Hodiern. controu. 27. per tot. Cardin. de Luca de credit. discurs. 64. n. 13.

- 2 Intrat nunc quæstio, an promissa exigibilitate nominis cessi intelligatur solum promissa exigibilitas iuris, scilicet veritas crediti? Pro opinione affirmatiua videtur stare gl. in d. l. si plus, quam singularem appellat Pres. de Franck. in decis. 427. n. 5. & comprobat Hodiern. vbi supra, Card. de Luca vbi supra n. 13.

- 3 Conuenit quod iuxta hanc interpretationem promissio censetur facta iuxta naturam cessionis nominis debitoris, secundum quam cedens solum tenetur de veritate crediti, vt in dicta l. si nomen, l. si cui ff. de seruit. Mant. de tac. lib. 2. tit. 5. n. 79.

Hinc Beccia in cons. 105. in sua facti specie, in qua erat expressum pactum, quod debitores cessi sint boni responsales, argumentatur à natura venditionis nominis semoto pacto, quasi pactum nil operetur.

- 4 Præterea in contractibus fit stricta interpretatio, vt intelligatur contra stipulantem, l. veterum, ff. de contr. empt. ergo

vt

ut veniat exigibilitas de facto, in specie debet promitti.

5 Arguitur in contrarium, scilicet, quod cedens nomen debitoris tenetur prestare debitorem esse de iure exigibilem, adhuc si promissa illa non sit, ut in *d.l. si nomen*, consequenter pactum inter contrahentes aliquid ultra debet operari, ut nomen debitoris sit exigibile de facto, & *text. in d.l. si nomen excipit*, ibi pactum conuentum, ibi *nisi aliud conuentum sit* natura etenim exceptionis est deducere contrarium dispositi in conclusione *l. regula, ff. de reg. iuris*, alias erit frustratoriu pactum contra regulam in *l. si quando, ff. de legat. 1.* & ita hanc opinionem contra *Hodiern.* vbi supra defendit *Montanus in contr. 44. n. 2.* vbi taxat *Becciam in dicto cons. 105.* non distinguentem naturam venditionis nominis à natura pacti contra *text. in d.l. si nomen.*

6 Occurrit pariter *Montanus* argumento formato ex *gl. in d.l. si plus*, quia *Iurifconsultus*, ibi, proponit quæstionem de eo, qui nomen, quale fuit, vendidit, per quæ verba promittens, existimat, non teneri de euiçtione, & nihilominus deciditur ibi, teneri promittentem, ut sit debitor, non ut exigi aliquid possit, ergo in venditore nominis *per tale, quale è*, adhuc *gl.* vult debitorem esse exigibilem de iure teneri promittentem, per consequens vbi ex pacto promittitur exigibilitas, aliquid ultra debet operari pactum iuxta *l. si quando.*

7 Certum ab incerto separantes distinguendum putò, aut nomen promissum sit verum, & copulatiuè exigibile, & tunc exigibilitas de iure, & de facto censeatur promissa, prout quando promittitur verum, & bonum copulatiuè *Montan. n. 2. & 4. Mangil. de cuius. q. 79. n. 4. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 42. Duran. decis. 404.* Quidquid salua reuerentia dicat *Card. de Luca in dicto discursu 64. n. 20.* vbi quod si dicatur bonum, & exigibile, intelligatur bonitas, & exigibilitas de iure.

8 Aut promittitur exigibile, & tunc cadit difficultas, an promissum sit exigibile de facto in actu secundo, & exercito? Idem ego censeo tenendum, ut intelligatur promissa idoneitas debitoris, &

exigibilitas de facto, ut operetur pactum, & ex communi vsu loquendi, vulgus enim ita intelligit exigibilitatem, ut docet vsus communis, quidquid subtiliter *Doctores* distinguant.

## ARGUMENTVM.

Annum redditum cedens an teneatur, dumtaxat prestare verum, sed non locupletem debitorem? Parum foeliciter *D. Olea* allegat *dec. 639. Merlin.* Ponderatur decisio *D. Reg. Reuerter.* Et an rectè obseruauerit *D. Reg. de Marin.*

## SVMMA R I V M.

- 1 Annum redditum cedens tenetur solum prestare veritatem.
- 2 Manutentionis census promissio, an restringatur ad veritatem? & quid promissa manutentione exactio census?
- 3 Recensentur verba *D. Oleæ* super resolutione articuli principalis.
- 4 Notatur *D. Olea* in intelligentia *Rot. Rom. panes Merlin. decis. 639.*
- 5 Laudatur *decis. 580. panes D. Reg. Reuert. contra sensum D. Oleæ.*
- 6 Expeditur obseruatio *D. Reg. de Marin.* & refellitur.
- 7 Euiçtio census cessi intrat, si nulla sit constitutio, vel super alieno fundo, vel non capace.

## QVÆST. IV.

- 1 Annum censum cedentem solum teneri prestare veritatem, non exigibilitatem census firmant *Rodrig. de ann. redd. lib. 2. q. 21. Cencius de censib. qu. 72.* quem refert, & sequitur *Andreol. contr. 115. n. 9.*
- 2 Ampliatur iuxta *Rotam* in *dec. 35.* post *Oleam* n. 3. Adhuc si promissa fuisset simpliciter conseruatio, scilicet manutentio census; nam talis promissio ad veritatem crediti restringitur, non autem ad exigibilitatem, ut tradit *Castrens. consil. 170. nu. 2. lib. 2. Consil. Rosa consult. 7. in princ. Dec. cons. 105. n. 14. Thesaur. q. 73. for. lib. 3. Beltram. ad Ludouis. decis. 570. in fin. & Rota in dec. 35. n. 3. in casu, quo cedens pro-*

promiserat manutene in quieta, & pacifica possessione scutorum 1000. & census illorum exigendi, resultare, decidit, duas promissiones, vnam, quæ respicit veritatem iuris cessi importatam per illa verba, *In quieta, & pacifica possessione dd. scutorum 1000.* Alteram, quæ respicit exactionem fructuum, prout facti est, nõ iuris, ibi: *Et census illorum exigendi.* Atque ita cum vtraque in dicto casu copulatiuè promissa fuerit manutentio tam fortis, quàm fructuum, vtramque etiam cedens præstare teneatur, vt distinguendo declarat *Castrens. in l. pupillo, S. soror, ff. de solut. Alex. in l. cum dotem, S. mulier, n. 4. vers. vnum addo, ff. sol. matr. Mastrill. dec. 240. a. 9. & 10.*

3 *D. Olea tit. 7. q. 3. n. 36.* in hoc articulo ita loquitur. *Cedens, vel venditor census iam constituti, licet eucto iure ipso census de euctione teneatur, tamen aliud erit, si non ius census, sed eius hypotheca à creditoribus anterioribus euincantur, ex quo debitor soluenda non fiat; nam huius euctiois casum minimè præstabit, nisi simul se creditorem census, & eius hypothecas idoneas esse promississet, vt solidis, & veris fundamentis resoluit Rodrig. d. q. 21. per tot. cuius sententiã latè probat Pratus obs. 28. per tot. à quo sine ratione dissentit Leonard. de usur. d. q. 80. à n. 35. & eadem sententiã, quam Rodrig. amplectitur Mangil. de euct. q. 80. n. 13. Merlin. dec. 639. à n. 1. vbi quod cedens quando promissit eius exigibilitatem tenetur, si eius hypotheca incerta appareant, secus tamen si census debitorem idoneum, & soluendo esse non promississet.*

4 Obscurè loquutus est in hac re salua pace *D. Olea*, neq; *Rota* penès *Merlin. d. dec. 639.* conuenit cum traditis per *Rodrig. & Mangil.* tradit etenim illa decisio, quod cedens annuũ redditum teneatur de bonitate intrinseca iuris annui census, & esto non promittatur exigibilitas, si fundus non repetitur capax, super quo constitutus est census, & de tempore impositionis census esset iam absorptus ab hypothecis anterioribus, seu iure domini vendicaretur, putà, quia sit subiectus fideicommissio postmodum purificato, vel super fundo alieno

impositus, & tunc esto sit verum creditum censuale, adhuc cessionario competat actio euctiois, vel restitutionis pretij ex ratione nullitatis venditionis census ob defectum vnius ex essentialibus requisitis, dum re vera ex deficientia fundi, quia sit alienus, vel hypothecatus, non erat in rerum natura census cessus, vt aduertitur per *Rot. d. dec. 639.* penès *Merlin.* quæ reputatur magistralis, & recepta, sæpius canonizata iuxta *Card. de Luca disc. 64. de credit. n. 8.* & comprobât *Merend. lib. 24. contr. c. 54. nu. 96. Vrcol. consult. 2. n. 39.* & dixi *obs. 260. num. 5. ad Præs. de Franch.* & in dicto casu ait *Card. de Luca nu. 22.* quando fundus non fuit capax, & liber de tempore impositionis census, inexigibilitas dicitur potius de iure, quàm de facto, cum ab initio census liber verè non præexistat.

5 Facit solemnis *dec. 580.* iunctis Aulis cõpilata per *D. Reg. Reuert.* cesserat creditor Petri in tot annis illorum partem Caiõ ex titulo vnditionis, & fallimento debitoris sequuto, deindè in concursu cū cedente pro altera parte. Disputatum fuit, an Caius foret atepõendus cedenti iudicatum extitit pro cessionario.

6 Rationem quamuis assignet *D. Reg. de Marin.* quia ratio, & æquitas expostulat, vt cessionarius, qui partem suam cedenti soluit, præferatur; nam alias non contraxisset, & cessio fuerit voluntaria. Nihilominus ego in *d. obs. n. 4.* rationem hanc non amplector, sed illam *Rota* apud *Merlin.* quia non fuerit capax fundus census, alias decisio relata per *R. Reuert. pugnaret cum decis. 60. Præs. de Franch. Mart. decis. 75. & Reg. de Ponte dec. 75.* & alijs, ex quibus cedens concurrat cum cessionario, vel duo cessionarij etiam diuersis temporibus insimul concurrunt, etiam secundus cum primo.

7 Euctio census cessi intrat quoties cõstitutio nulla est, vt super alieno fundo, vel non capaci, & alijs hypothecato, seu fideicommissato, vt *Rota* penès *Merlin. dec. 929. n. 6.*

#### ARGUMENTVM.

Cedens annuum censum, & promittens verum

rum, & idoneū, an teneatur semper idoneū præstare? *Gratian.* affirmat laudatus per *Rot. Rom.* & alios, sed pro resolutione recententur verba *Em. Card. de Luca.*

## S V M M A R I V M .

- 1 Annuus redditus tanquam habens tractum successiuum durare debet per promissionem exigibilitatis in cessione.
- 2 Cumulantur Authores pro duratione exigibilitatis.
- 3 Assignatur ratio, quia census est conditionalis ad futura successiva tempora.
- 4 Verba *Massin.* de confiscat. pro *Gratian.* volente perpetuitatem idoneitatis.
- 5 *Consilii de Rosa* reijcit *Gratian.* & affectas.
- 6 *Resolutio Em. Card. de Luca* distinguens.

## Q V A E S T. V.

- 1 Argumentum præstat pro opinione affirmatiua, quia agitur de obligatione successiva habente tractū temporis, vnde promissio quod sit exigibilis semper debeat durare, ita in simili arguit *Gratian. discept. 527. n. 7. & seqq.* ibi: *Et per consequens promissio, quod sit exigibilis semper debet durare, donec durat societas, cum sit obligatio successiva.*
- 2 Laudat *Gratian. n. 35. Barzium decis. 110. n. 5. de quo Simon de Petris consil. 89. n. 5. Alber. & alij in l. cum ostendimus, S. fin. ff. de fideiuss. tut. de promittente annum redditum verum, & bonum manutenerè, qui tenetur præstare illum exigibilem successiuis temporibus Postius resolut. ciuil. 75. n. 33. Merend. lib. 24. controuerf. cap. 50. n. 83.*
- 3 Viua ratio est, quia cum census sit conditionalis, & debeat non tempore cessionis, sed futuris, successiuis temporibus, promissio exigibilitatis non potest intelligi, nisi secundum tempus solutionum faciendæ, & sic promissio ad illud tempus sit referenda, vt in terminis census videtur sentire *Barzium nu. 20. & seqq. & Andreol. contr. 115. n. 10. Durand. dec. 404. Rot. post Oleam dec. 35. nu. 2. sectando Gratian num. 4. vbi quod quando*

promissio non est pura, sed cum qualitate ista, exigibilitas semper est præstanda, *Mangil. de euit. q. 80. n. 10. Merlin. de pign. lib. 5. qu. 21. n. 68. & Rot. dec. 146. nu. 17. post Merlin. de pign.*

- 4 Additur *Massin. de confiscat. q. 48. n. 50.* ibi: *Quia tamen promissum fuerat censum manutenerè, dicebam difficultatem corruere, cum sub huiusmodi promissione contineatur tractus temporis successiuus, Barzium vbi supra Gratian. discept. 527. n. 35. Durand. dec. 404. n. 8.*
- 5 Oppositum verius est, scilicet, quod promissa exigibilitate census illa debet intelligi de tempore cessionis, nam qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. Quam rationem licet retorqueat *Andreol.* ex eo, quod census sit conditionalis, & non debeat tempore cessionis, sed futuris temporibus, *Cæteram Consil. de Rosa consult. 7. n. 25. & seqq.* impugnat *Gratian.* & *Affectas* nam in contractu creationis census emitur ius formale percipiendi annuū censum, & non emuntur fructus census.
- 6 Resoluit articulum *Card. de Luca,* his verbis: *Vbi verè agitur de debito habente tractum successiuum, puta de annuis censibus; in quibus huiusmodi quæstiones frequentius contingere solent, & tunc si verba non habent tractum successiuum, & perpetuum, quia nempe non accedat obligatio semper, & perpetuò manutenerendi censuarium in pacifica, & libera exigibilitate tam de iure, quàm de facto, verius est, vt id intelligendum veniat discretè arbitrio boni viri per aliquos annos, putà quatuor, vel quinque iuxta decis. *Rota. 476. n. 4. & seq. post Cenc. de cens. passim in Curia receptam, & admissam, secus autem vbi accedant verba, & pacta perpetuitatem denotantia, cum tunc secus dicendum sit, vt distinguendo cæteris relatis firmatur in Nouariensis pecuniaria 26. Iunij 1652. coram Bichio inter eius impressas dec. 518. & in Tuterdin. cess. 28. Martij 1643. coram Meltio, in qua causa ego scribebam, & frequenter in alijs; Quoniam cum hac distinctione passim in Curia proceditur absque alio discursu. Idem comprobatur *Rota dec. 35. post Oleam, & Leotard. de usur. q. 80. à n. 40. qui asserit, cedentem nomen annuum,***

scū



seu ius exigendi annuam pensionem satisfacere, si debitor cessus bis, vel ter soluerit annuam pensionem, et si postea soluendo non fiat *Thomat. dec. 137. n. 22. lib. 2. Thor. in supplem. verb. debitor, qui inter cetera, Rota decis. 476. & 506. post Cenc. Olea tit. 7. q. 3. n. 28. Gratian. discept. 458. nu. 6.* quia obligatio successiua habet causam successiuam limitatam ad tempus puta quatuor annos, & non in perpetuum, *Vrceol. conf. 22. n. 11.* Secus si cessionis tempore, & ex ære alieno præcedenti bona debitoris distracta fuissent.

ARGUMENTVM.

Promittere manutentionem, vel conseruationem census, an idem sit, ac promittere exigibilitatem facti? Et promittens exigibilitatem facti cum dictione *semper*, vel in *perpetuum*, an teneatur ad perpetuam, vel solum referatur promissio ad tempus de futuro, ex causa tamen de præterito? Expenduntur *decisiones Rota Rom. Consil. de Rosa, Card. de Luca, & nouissima S. Consilij decisio.*

SVMMA RIVM.

- 1 *Manutentio, & conseruatio census differt à manutentione in exactione fructuum.*
- 2 *Cedens exigibilitatem census cum clausulis denotantibus tempus futurum cum dictione semper, an tentatur omni tempore.*
- 3 *Contra cessionarium stat Card. de Luca, huiusque discursus.*
- 4 *Recensetur casus nouissimè in Sac. Conf. acriter disputatus.*
- 5 *Promissio capacitatis crediti cessi, idem est ac exigibilitatis.*
- 6 *Idoneitatem promittens cum dictione semper, vel simili se obligat ad perpetuam.*
- 7 *Cedens nomen debitoris pro dote, vel causa pia tenetur facere exigibile.*
- 8 *Promittens quantitatem, & pro ea cedens nomen debitoris, istud censetur assignatum causa demonstrationis.*
- 9 *Inexigibilitas est de tempore cessionis, si bona distrahantur ex ære alieno præcedente.*
- 10 *Promissio exigibilitatis cum dictione semper intelligitur ex causa de præterito, iuxta Rot. Rom. & Consil. de Rosa.*

- 11 *Creditum capax quoad apparentiam, & quoad contingentiam explicatur.*
- 12 *Casus fortuiti superuenientia post cessionem an noceat cedenti etiam promissa perpetua idoneitate?*
- 13 *Negligentia cessionarij an sibi noceat?*
- 14 *Refertur Sac. Consilij recens decisio.*

QVAEST. VI.

- 1 **D**ifferentiam constituit *Rota Rom.* inter manutentionem, & conseruationem census promissam, & inter manutentionem in pacifica possessione exigendorum fructuum census. Primam docet importare veritatem iuris: Secundam, respicere exactionem, prout facti est, non iuris, & utroque casu promissa fuerit manutentio tam fortis, quam fructuum ita habetur in *dec. 35. n. 3. post Oleam.*
- 2 Cedens qui se obligauit ad exigibilitatem census cum clausulis denotantibus tempus futurum cum dictione *semper*, vel in *perpetuum*, an omni tempore de exigibilitate crediti cessi teneatur? Affirmandum videtur ex *Duran. dec. 404. n. 8. Barz. dec. 110. à n. 13. Merlin. de pignor. lib. 1. q. 21. n. 70. Rot. in dec. 35. post Oleam n. 5. Postius res. ciuil. 75. n. 30. & seq. D. Hodiern. contr. 4. n. 25. & 26. Olea tit. 7. qu. 3. n. 28. Vrceol. consult. 2. n. 12.*
- 3 Difficultatem cæterum ostendit *Card. de Luca lib. de cred. disc. 64. n. 15.* vbi quod etiam si cedens vtramque exigibilitatem iuris, & facti promiserit cum verbis denotantibus tractum successiuum, & perpetuum, adhuc accidens superueniens ex causa belli, vel sterilitatis cedere debeat in damnum cessionarij; cum sit casus, qui sequi debet dominium, eodem modo, quo eius damno cedere debeat amissio census in toto, vel in parte ob casualem fundi peremptionem, vel deteriorationem, & improprium videtur, quod census efficiatur de dominio cessionarij, & tamen periculum sit cedentis, ita *Card. de Luca nu. 22.* Licet dicat pro facti qualitate impossibilis non sit casus conuentionis, ut venditor suscipiat in se periculum casus fortuiti in re vendita contingentis. Attamen id non sit præsumendum, magnæque debeant concurre-

re circumstantiæ, ob quas ab huiusmodi cōventionibus vsurarum suspicio tollatur. Nisi cessio esset magis pro soluendo, quam pro soluto.

- 4 Acriter nouissimè controuersa fuit hæc quæstio in S.C. inter Venerabile Monasterium Sanctorum Seuerini, & Sossij de Neapoli, cum Ill. Duce Carinari, suisque fratribus de Mormile, & pro intelligentia ponitur facti series.

D. Cæsar Antonius Mormile auus dicti Ducis in suo, cum quo obijt, testamento disposuit, quod post suum obitū RR. PP. dicti Monasterij in perpetuum celebrare deberent missas tres qualibet die in Cappella sua intus Ecclesiam dicti Monasterij tam pro eius anima, quàm filiorum, vxoris, & maiorum suorum, pro qua celebratione suus hæres soluere, & correspondere debuisset illam quantitatem, prout Ioannes Vincentius suus frater conuenire posset pro vna vice, aut correspondere.

Die 9. Maij 1656. Carolus Mormile filius, & hæres testatoris tam proprio, quàm procuratorio nomine dicti Vincentij, mediante instrumento se obligauit sub annexa forma.

*In executione supradicti inserti legati, & quod in eo continetur ad conuentionem deuenit cum RR. PP. dicti Monasterij Sancti Seuerini, vigore cuius pro celebratione dictarum Missarum trium in perpetuum pro quolibet die ut supra satisfacere debeat dicto Monasterio, & eius PP. presentibus, & acceptantibus similem summam ducatorum trium mille, & pro eis annuos ducatos ducentum, & decem, quos dictus Carolus uti cessionarius Vener. Collegij S. Iosephi Societatis Iesu asseruit debere cōsequi à D. Martio Pignatello Principe Mineruini cum Regio Assensu solui, seu restituere promissos infra certum tempus iam elapsum.*

Promisit dictus hæres creditum prædictum facere verum, & omni tempore capax, & de euictione his verbis.

*Et amplius dictus Carolus promisit creditum prædictū ut supra in solutum datū, cessum, & assignatu facere verum, reale, nō exactū, nec alteri cessum, & quod omni tempore sit capax super omnibus bonis dicti*

*Principis, nec non de euictione teneri, tã de iure, quàm de facto, vi, & violentia, generaliter, & specialiter ab omnibus hominibus, & personis in ampla forma, omnemque litē, &c. in se ipsum Carolum assumere, integrè restituere omnia, & singula damna.*

- 5 Ex forma itaque cessionis sequitur, quod cum cedens promisit creditū cessum omni tempore capax super omnibus bonis debitoris cessi, idem sit, ac si promiserit semper exigibile, & idoneum, seu omni tempore sufficiens, & soluendo ex traditis per *D. Reg. de Marin. lib. 1. res. sol. 195. Gratian. dec. 13. n. 51. Reg. Rouit. pragm. 1. de cens. n. 34. Prat. discept. 15. nu. 38. & seq. lib. 1.* ut in simili fundus cessus dicitur capax quando est amplus, & latus, ut omni obligationi sufficiat, & sit soluendo creditoribus anterioribus, & in casu nostro promissa fuit capacitas omnium bonorum debitoris cessi.

- 6 Posita promissione idoneitatis crediti cessi in specie huiusmodi promissionis, dum cedens se obligauit ad exigibilitatem cum clausulis denotantibus tempus futurum per dictionem *semper* periculum erit in perpetuum cedentis, *Duran. dec. 404. Merlin. ubi sup. a n. 66. Tondutus res. ciuil. 49. n. 43. Postius ubi sup. cap. 75. n. 30.* qui probat cedentem teneri de euictione, ac si se obligasset, ut fideiussor, vel ut principalis constitueret se debitorem annualitatis, *Reg. Latr. consult. 148. à nu. 31. vsque ad 41. pulchrè Felician. de cens. lib. 2. cap. 1. n. 16. ibi: Præterea periculum postea contingens pertineret ad venditorē, ubi venditor expressè caueret, bona omni tempore futura sufficientia, quia ea promissio aperrè complectitur tempus, & periculum confurgens post venditionem, sepè numero resolui, venditorem in se posse suscipere periculum casus fortuiti euenientis post venditionem, *Beccius cōf. 107. n. 41. & seq. perbellè Vrcæolus consult. 2. per totam.**

- 7 Certius, quia tractatur de annualitate debita Monasterio pro celebratione Missarum quotidianarum in perpetuum, & sic de causa pia, quæ gaudet priuilegijs dotis, *Sura. dec. 298. n. 9. Leoncil. de priuileg. paup. par. 2. priuileg. 94.* Imò pia causa est fauorabilior, quam dos, *Tiraquel. de priuileg.*

*pia causa priuilegiata*. 126. & promittens dotem, & cedens nomen debitoris tenetur illud præstare exigibile, etiam si id non fuerit conuentum, quod extenditur ad interesse, & procedit in datione in solutum causa dotis, vt decisum refert *D. Reg. Galeot. contr. 33. n. 76. lib. 1. Staiban. resol. 96. n. 27. Thor. in supplem. verb. debitor qui in dotem, Hodiern. ad Surd. decis. 266. n. 18. Castil. decis. 5. num. 7. Thesaur. quæst. forens. 88. n. 13. lib. 2.*

8 Accedit, quod hæres prius promisit ipsi Monasterio soluere ducatos 3. m. pro celebratione Missarum, & deinde cessit annualitatem in corresponsonem, & sic adiectum fuit nomen debitoris in executione, non autem in obligatione, dū prius capit à promissione quantitatis, ideòque fuit loco demonstrationis cessū nomen, iuxtà *decis. 721. Pras. de Franch. Gusman. de euiet. qu. 30.* neque fuit perfecta datio in solutum, dum Monasterium non fuit Procurator in rem propriam constitutus, nec fuit facta quietatio ad fauorem cedentis per Aquilianam stipulationem, prout sequuta fuisset si datio in solutum perfecta esset, vt considerant *Consil. de Rosa consult. 7. & Staiban. resol. 46. in obseru. n. 21.* & dum per exigibilitatem perpetuam cedens se obligauit vt fideiussor, vel se constituit soluere pro debitore cesso.

9 Demum quia in anno 1660. Princeps ex causa sterilitatis per multos annos territoriorū, à Regia Curia habitorum in afflictum obtinuit moratoriam, & de anno 1662. concurrentibus creditoribus inita, deinde graduatione sequuta septimo loco de anno 1669. graduatum fuit Monasterium, ideòque detectū fuit q̄s alicuius antea ante cessionem, hoc casu neq; debitor cessus dicitur tempore cessionis idoneus, ità *Olea tit. 7. q. 3. n. 28.*

10 In defensionem cedentis cæterum negatum fuit in facto, debitorem inexigibilem fuisse cessionis tempore, quia pestis sæuissima cepit grassari in Apulia post cessionem, vbi erant Principis loca, & ditiones, vnde extinctis in ingenti numero vassallis, & ratione eiusdem luis, quæ erat ferè in toto Regno extinctis tot cētens millibus hominum, res frumenta-

ria adeò viluit ex penuria emptorum, vt non vnus ipse Princeps, sed alij plures, quorum redditus in re frumentaria consistebant, decoxerit.

Subsequuta fuit sterilitas maxima anno 1661. ob inundationem locustarum, vnde causa decoctionis extitere casus fortuiti pestis, & sterilitatis, & antea semper fuit soluendo, & soluit omnibus creditoribus.

Existente igitur idoneitate debitoris cessi tēpore cessionis arguebatur, quod pactum, vt creditū omni futuro tempore capiat, solummodò intelligendum sit, vt capiat omni futuro tempore, quantū est ex causa de præterito, non autem ex causa superueniente fieret: vt non capiat ità *Postius resol. 58. per tat.* vbi in facti narratione in principio aderant clausulæ *semper, & omni tempore*, & fusè probat *Rosa d. consult. 7. à n. 65.* ibi: *Secundo quando pars aduersa pertinaciter contenderet, ea verba qualificare etiam clausulam euietionis de facto; Respondeo, neque ideò comprehendi casum decoctionis postea superuenientis, sed tantummodò eius decoctionis, quæ fuisset tempore contractus, vt sit sensus, teneri Casarem in solutum dantem omni tempore indemnem seruare Augustinum, eiq; euietionem præstare, si nomen assignatum non soluendo detegeretur ex causa antecedenti, seu existente tempore contractus, non autem si ex causa superuenienti non soluendo efficeretur.*

Adest etiam in puncto Rota post *Cencium dec. 476. n. 4.* ibi: *Nec obstat, quod illa verba in omnem euentum habeant tractū temporis, & non possint referri ad tempus dationis in solutum, siue obligationis, ideòque videantur reddere obligationem perpetuam; quia fuit responsum, primo, quod dicta verba non semper habent tractum temporis, sed quandoque possunt referri ad tempus præsens, siue ad tempus futurum, habens tamen causam de præterito.*

Rationes sunt, quia potest esse, vt tempore cessionis census sit inexigibilis, & tamen id nō possit probari, nisi per tractum temporis, cum etiā post decoctionem soluerit annuos redditus, eò, quod aliud æs alienum contraxerit ad soluendos debitos census, vt notat *Leotard. de*

*usur. q. 80. n. 41. Rosa consul. 7. nu. 68.* Ex causa de præterito possunt bona deficere, & quis hodiè fieri non soluendo poterit, si redditus habebat vitalitios, aut ad tempus tantum, nam tempore accedente, hoc casu fiet non idoneus ex causa de præterito, & pariter si præcedebat obligatio conditionalis, & conditio purificetur post aliquod tempus, & post cessionem.

11 Creditum in futurum semper capax intelligendum quantum ad apparentiam, hoc est, quod omni futuro tempore appareat, tempore cessionis re vera capax, non quantum ad contingentiam, ut nunquam in futurum contingat, ut non capiat.

12 Stricte arguebatur, quia promissio perpetuæ capacitatis non est extendenda ad casus, qui in facto contigerunt, & fuere immediata causa decoctionis, casus nempe fortuiti pestis anni 1656. Est enim receptissimum apud omnes, ut is, qui periculum suscipit, casum fortuitum suscepisse non videatur *Carocc. de locat. verb. casibus, & periculis n. 11. Rosa d. conf. 7. n. 78. Surd. cõsil. 445. n. 41. & 42. vbi ampliat, etiam quod casum inopinatum suscepit.* Imò etsi expressim quis omnes suscepit casus fortuitos, valde tamen insolitos suscepisse non censeatur, *Rosa n. 79. Galler. de renunc. tom. 1. cap. 2. lib. 4. n. 50.* At pestis est casus fortuitus insolitus, dum memoriam hominum penitus effugerat, & fuit adeò immanis, ut vix ab orbe condito similis deservisse videatur, cum in Regno supra septies centena millium hominum occubuerint. Quinimò *Rosa n. 80.* Bellum etiam extra Italiã probat casum insolitum ad hunc ipsum effectum, ut cedens nomen non teneatur ob decoctionem aliquo modo causatam ex bello, & casus belli, & pestis æquiparantur, *Thesaur. qu. for. 13. lib. 1. n. 6.* Et pestem fuisse causam remittendi mercedem omnibus conductoribus gabellarum, non obstantibus generalibus, & specialibus renunciationibus casuum fortuitarum extitisse practicum, refert *Gyptius ad Reg. Latr. dec. 171.* cum lata fuit sterilitas per multos annos causa superuenientis decoctionis.

13 Fundamentum constituebatur in ne-

gligentia Monasterij, quia capitale debitum à Principe non erat demortuum, virtute contractus annuorum reddituum, sed erat pecunia mutuo data ad tempus iam elapsam, atque adeò poterat semper repeti, non obstante, quod post elapsum tempus fuerat receptum inter usurium, ut probat *Episc. Afflic. contr. 14. & sequitur D. Altomar. ad Reg. Rouit. dec. 9. in fin.* & sibi damnum imputare debeat Monasterium, si dulcedine pinguis inter usurij illectum noluit Principem urgere, & negligentiam nocere cessionario, etiam in cessione simplici probat *Rosa n. 77.*

14 Res tamen pro Monasterio, & pro suffragijs tot animarum iuxta ordinationem Testatoris faustum habuit exitum sub patrocinio optimi Iureconsulti D. Lucij Materni mei amicissimi, nam causa non habuit offendicula, cum passim procedatur cum illa distinctione, ut si verba promissionis exigibilitatis non habent tractum successuum perpetuum intelligenda sint in debito annualitatum per aliquos annos arbitrio boni viri, puta quatuor, vel quinque annos. Si autem accedant verba perpetuitatem denotantia, & tunc semper est præstanda exigibilitas, ut *Bichius dec. 518. fuse Card. de Luca discept. 64. de credit. n. 21. Vrcol. d. conf. 2. Felician. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16.* Neque aduersatur æquitati, quia cedens potest accedere ut fideiussor, & æque principalis, & potest quis pecuniam credere sub pluribus fideiussoribus alicui, & adhuc in his casibus subit periculum decoctionis fideiussorum, & non sumus in venditione fundi, vel alterius rei, cum pacto ut vendens post translationem dominij subiaceat periculo casus fortuiti. Nec vlla extitit negligentia, dum statim cessionem subsequuta est pestis, & sterilitas, & impetrata moratoria, ut *Gratian discept. 527. n. 19. Pratus disc. 21. lib. 1. n. 40* & nihilominus Monasterium summo studio exegit aliquas annatas, & se direxit in iudicio, & in anno 1674. cum supplicatione prouocauit hæredes cedentis ad suscipiendum onus iudicij, & procurandam solutionem. Neque fors repetibilis cum possit dari mutuo pecunia ad tempus indeterminatum sub interesse

se

se licito ad rationem lucri cessantis, & damni emergentis, & adest onus missarium, *Reg. Rouit. in prag. 1. n. 48. & 49. de censib.* Vnde mensibus elapsis ad relationem ingeniosissimi D. Fulvij Caraccioli Regij Consiliarij causæ Commissarij obtinuit Monasterium vt hæredes cedentis intra duos menses procurarent solutionem, alias termino elapso soluant, & cōtinent; processus est in Bāca Mag. Amertæ. Vide alia in *sequenti Quæst.*

## ARGUMENTVM.

Negligentia cessionarij post cessionem nominis debitoris an ipsi noceat? Distinguitur inter cessiones. *Gratianus* stat pro cessionario in credito habente tractum successuum, & refellitur per *Andreolum*, & declaratur per *D. Pratum*. Quid si cedens accesserit vti fideiussor, & principalis? *Rot. Rom.* per *Authorem* notatur. *Pratus* in nonnullis repudiatur. Promittens nomen idoneum an teneatur procurare solutionem? *Montanus* refert decisionē, sed taxatur per *Andreolam*. Declaratur nuperrima *S.C. decisio* pro *Montano*.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Negligentia sua an. cessionario præiudicet post cessionem nominis debitoris.*
- 2 *Distinguitur inter cessiones.*
- 3 *Promissa exigibilitate, & nullo tempore prefixo ad procurandam exactiōem negligentia non obest iuxta Gratianum.*
- 4 *Opinio contra cessionarium negligentem.*
- 5 *Negligentiam nocere etiam si cedens accesserit vti fideiussor, & principalis ex Rot. Romana.*
- 6 *Author discutit decisionem Rotæ.*
- 7 *Andreola reiicit Gratianum in discept. 527.*
- 8 *D. Pratus saluat Gratianum.*
- 9 *Excussio an requiratur cesso nomine exigibili, alias cedentem ad restitutionem teneri? Et quid stante obligatione Camerali? Author sentit contra Pratum.*
- 10 *Cedens creditum idoneum an teneatur agere, & procurare exactiōem?*
- 11 *Andreola impugnat Montanum sententem contra cedentem.*

12 *Author declarat decisionem nouissimam S.C.*

## Q V A E S T. VII.

1 **P**romittens omni futuro tempore debitorem idoneum, si diu distulerit stipulator debitorem exigere, & iste interim lapsus sit facultatibus, remaneat promissor liberatus, ita post alios probat *Consil. de Rosa consil. 7. nu. 77.* idque procedere etiam in simplici cessione, *Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 36. nu. 8. Staiban. resol. 190. a. n. 77. R. Galeot. contr. 14. n. 21. tom. 2. vbi quod habetur, ac si exegisset.*

2 Pro cessionario, vt huic negligentia non præiudicet, quando cessio solutionis causa facta sit, non pro soluto tenet. *Cardin. de Luca lib. de credito discursu. 64. nu. 10. & seq.* ex eo, quia negligentia causare non potest translationem dominij, & successiuè periculi, & cum cessio importare dicatur potius dationem mandati ad exigendum nomen, quod persecuerat in dominio cedentis; Hinc proinde periculum sit cedentis, quod contingit ex decoctione, vel alio casu nominis cessi, salumq; cessionarius ob susceptionem mandati ad exigendum, vt regressū habere valeat contra cedentem, docere teneatur de diligentijs moralibus, ac talibus, qualibus pro facti qualitate pro exactiōe crediti, ex his, quæ habentur apud *Fontanell. dec. 124. & seq. Altograd. conf. 37. n. 28. & seqq. lib. 1. Rot. decis. 44. n. 12. part. 11. recent. Merlin. dec. 639.* Intrāt tamen termini actionis mandati pro illa lata, seu leui culpa, quam mandatarius præstare teneatur mandanti ob neglectū mandatum susceptum, seu malè administratum, & in his terminis loquantur tenentes opinionem contra cessionariū, vt ei negligentia præiudicet; Aliter in ratione cessionis si non detur simpliciter insolūtū nomen debitoris, quo casu periculum nominis non exacti spectat ad cedentem, qui non liberatur, donec fuerit sequuta satisfactio, ita *Gratian. discept. 527. n. 3. & 4. Pratus discept. 21. to. 1. n. 57.*

3 Si autem nomen debitoris detur insolūtum, & cedens promittat illud nomen  
exi-

exigibile, si nullus fuerit cessionario prefixus terminus ad recuperandum creditum, *Gratian. ubi sup. n. 7.* sentire videtur pro cessionario, & in his terminis loqui. *decisionem in causa Romana Montis Farnesij coram R. P. Don Marco Montio 19. Nouembris 26 10. de qua Gratian n. 9.* illis verbis: *Præsupponitur enim ibi, quod fuerit protracta exactio, quia tempore conueniendi debitores, quo casu stante limitatione temporis, aut loci statim dicitur probata negligentia, eo ipso, quod non fuerit facta in tempore, & loco.*

- 4 Quando adest pactum de præstando nomen verum, & exigibile, intelligendū vt pactum, si non concurrat negligentia cessionarij in exigendo, quia si ob negligentiam illud nomen efficiatur minus idoneum, & non soluendo, tunc illa deterioratio debeat cedere damno ipsius cessionarij, non autem cedentis *Beccius conf. 105. n. 19. Mantio. de tacit. lib. 4. tit. 17. n. 8. Barzian. dec. 110. n. 12. Felician. de cens. tom. 2. lib. 2. cap. 1. n. 15. Thesaur. q. forens. 10. n. 9. lib. 4. Cancer. var. part. 2. tit. 2. de solut. n. 176.* loquens per hæc verba: *Tali casu cum debitor promittit, præstare debitores veros, bonos, sufficit eos tales præstare tempore cessionis, nam si postea fiant negligentia cessionarij non soluendo, certum est id cedere damno cessionarij, argumento text. in cap. licet Episcopus de præbend. lib. 6. ita Cancer. quia alias esset in potestate cessionarij differre exactiōem in damnum cedentis, quod esse absurdum ait Eugen. conf. 73. n. 15. ita latè Andreol. controu. 115. n. 5. fusè Pratus discep. 2. 1. to. 1. n. 59. cum Mangil. de cuius. q. 79. n. 11. et q. 80. n. 15. Cenc. de cens. q. 72. n. 20.*

Dubitatio huiuscemodi cōtingit, quādo nomen ceditur, & promittitur, verum, bonum, & exigibile omni tempore, nā si non adsunt verba perpetuitatis, sufficit nomen fuisset soluendo de tempore cessionis *Andreol. d. contr. 115. n. 4.* vbi quod in primo casu negligentia nocebit.

- 5 In casu fortiori *Rot. dec. 44. par. 11. rec. n. 11.* promiserat cedens manutenere debitorem cessum verum, & exigibilem, seque illius fideiussorem etiam principaliter, & insolidum constituerat, & decidit,

quod hæc non eximebant cessionarium omninò à diligentijs necessarijs pro exactiōe nominis celsi ad *text. in l. si mandauero tibi la 2. §. interdum. ff. mand. Socc. sen. conf. 273. n. 6. lib. 2. Beccius consil. 105. n. 15. Scacc. censib. §. 2. glos. 5. nu. 263. vers. ratio autem.*

- 6 Immorari oportet in examine doctrinæ *Rotæ* an vera sit, vt quoties cedens, nedum promittit nomen exigibile, sed etiam accedat tanquam fideiussor pro debitore, & tāquam principalis, & insolidum, teneatur pro negligentia? Et verius putò, quod non, quia ad evitandam excussionem fuit adinuenta hæc cautela, quæ in praxi seruatur, vt in contractu cessionis promittat nomen exigibile, & accedat vt i fideiussor, & principalis, & se obliget respectu sortis principalis, & fructum in posterum decurrendorum, vt per *Felician. tom. 2. lib. 2. num. 12. Cencius d. qu. 72. n. 23. vers. quam necessitatem, Pratus d. discep. 21. n. 79.*
- 7 Carpit *Gratianum* in hac specie *Andreol. d. contr. 115. n. 7.* his verbis. *Indèque patet, malè respondisse Gratianū cap. 527. volentem, quod pactum de præstando nomē debitoris bonum, & exigibile habet effectū, etiam si concurrat negligentia cessionarij, nam Doctores ab eo allegati n. 5. & 6. hoc non dicunt; Quæ verò Gratianus adducit n. 7. & 8. quod negligentia solum noceat; quando adest prefixio termini, illa nō probantur ex autoritatibus ab eo citatis loquentibus indistinctè, & absolutè.*
- 8 Ad eundem *Gratianum* multipliciter respondet *Prat. à n. 69. vsque ad fin.* Primò, quod in casu *Gratian.* cessio nō fuit facta in solutum, sed simpliciter ad effectum, vt cessionarius sibi satisfaceret super nomine cesso, propterea periculum spectat ad cedentem. Secundò, quod ibi fuerat promissum debitū exigibile, alias voluit promissor teneri ad restitutionē sortis capitalis, quo casu excussio non requiratur. Tertio, in casu *Gratian.* fuerunt expeditæ litteræ executoriales ad instātiā cessionarij contra debitorem cessū, & nihil inuentum vt exequi posset, vt ibi n. 10. Quartò, *Gratianus* considerauit in casu suo fugam debitoris, ex qua debitor præsumitur non soluendo, & sic nō



exigibilis, ut ibi n. 10. Quinto, fuit obseruatum per *Gratianum* non adfuisse culpam cessionarij in exigendo, nam decoctio euenit de recenti post cessionem, ut ibi n. 18. & non potuit exigere capitale, tamen in casu consultationis *Gratian.* aderat obligatio Cameralis, ut n. 37. vnde non requirebatur excusio nominis cessi.

9 In vno prius *Prat.* sibi met videtur contradicere, quando inquit n. 70. quod excusio non requiratur, vbi promissum fuerit debitum exigibile, alias teneri ad restitutionem sortis, quia promissio exigibilitatis iuxta eundem *Prat. nu. 63. & 73. & seqq.* intelligitur de soluendo quidquid exigi non poterit à debitore cesso, nec possit cessionarius ex absurdo contra cedentem agi, nisi prius omni diligentia contra debitorem cessum adhibeatur, *l. decem. ff. de verb. oblig. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gl. 9. par. 5. nu. 31. Reg. de Marin lib. 1. resol. 42. n. 5. Cencijs d. qu. 72. n. 23. Cirias. contr. 375. à n. 17.*

Concludendum itaque existimo promissa exigibilitate etiam successiuam, ut semper, & in perpetuum teneatur cedens prestare nomen exigibile, si multos terminos fructu labi permisit cessionarius, & non doceat pulsasse debitorem certum, tunc mora debeat ei nocere, quod ad fructus maturatos, *Thesaur. lib. 4. quæst. for. 10. num. 10. Ros. d. consult. 2. Prat.* vbi supra, vbi in fine refertur decisio, per quam fuit condemnatus cedens conuentus ad soluendum Actori annatas decursas post licet moram ad correspondendum singulis annis in futurum salua prouisione faciendæ annatarum decursarum, quæ prouisio reseruata nunquam postmodum fuit explicata, & sic S. C. mediam viam elegisse tradit *Prat.*

Quod verò de obligatione Camerali inquit *Prat.*, ut cessare faciat excusionem, neque subsistit in casu promissæ exigibilitatis debitoris cessi, ut probat *Andreol. n. 13. ex Dec. in d. l. decem n. 1. ff. de ver. oblig. Carocc. de excuss. q. 35. par. 2. n. 4.*

10 Annum censum cedens promittendo exigibilitatem, an teneatur procurare exactionem, seu cogi facere debitorem ad soluendum, vel potius cessionarius.

Promittens prestare locupletem de-

bitorem, videtur promittere se facturum, & curaturum cum effectu soluatur creditum cessum, iuxta *l. fin. S. Labeo ait*, & ibi *Decius n. 8. & 10. ff. si certum petatur*, & promittens se facturum, & curaturum, quod alius soluat, cum effectu tenetur pure ad id, quod interest stipulantis, id est ad eandem summam *Decius in d. l. fin. S. fin. n. 8.* idèdque pactum exigibilitatis æquipollere videtur promissioni exigibilitatis pure, & non conditionalis, scilicet, ut cedens sit facturum, & curaturum, quod debitor cum effectu soluat quantitatem debitam, ita *Montan. controu. 44. nu. 3. & 4.*

Præterea verbum *bonum*, & exigibile idem importat, ac soluere *Bartius decis. 110. n. 24.* & quando aliquis se obligat, quod alius non deficiet in solutione, & sic quod soluet, tunc sufficit sola interpellatio, & mora non soluentis, *l. fideiussor obligari, S. fin. ff. de fideiuss.* *Decius in l. fin. ff. si certum petatur, Gratian. discip. 164. n. 19.* ibi: *Quia cum promissor se obligauerit, quod principalis non deficeret in solutione in tempore, de quo in instrumento, non est necessaria excusio, sed statim facta interpellatione contra principalem potest fideiussor conueniri, & ibi refertur decisum in Rot.*

In terminis controuersie propositæ, ita iudicasse M. C. V. refert *Montan. n. 3.* ut cedens intra dies viginti procuret solutionem capitalis cum tertijs decursis à debitore cesso, alias termino elapso sequeretur contra cedentem.

11 Differentiam bene veram constituit *Andreol. d. contr. 113. n.* inter stipulationem, quod talis soluet, & inter promittentem nomen debitoris exigibile, ut in primo casu stipulatio, quod talis soluet, dicatur commissa per solam moram non soluentis, nec sit necessaria excusio secundum terminos, *l. si fideiussor, S. fin. ff. de fideiuss.* quia illa conditio non respicit actionem, & potentiam ad facultatem soluendi, sed merum actum solutionis, & idèd impletur per solam moram, vel petitionem, ut acutissimè ponderat *Iason. in l. decem n. 11. ff. de verb. oblig.* at promittens nomen exigibile non importat, quod debitor cessus statim soluet debito tempore, sed quod erit soluendo, & idoneus, quæ



quę qualitas, & stipulatio non verificatur per non solutionem factam debito tempore, sed per excusionem faciendam etiam lapso tempore ad soluendū, vt est *text. in l. decem. ff. de verb. oblig. & ibi Iason. nu. 1.*

- 12 In colluctatione inter *Montanum, & Andreolam* quid ergo erit dicendum, & iuxta opinionem *Montani*, & decisionem *M. C.* per eū relatā videtur iudicasse *S. C.* nouiter in causa *Monasterij S. Seuerini* contra *Ill. Ducem Carinaræ*, dum iudicatū extitit, quod *Dux*, & fratres procurerent solutionem infra duos menses alias elapso tempore soluant, & continent. Ad ostendendā rectitudinem decisionis dicitur, quod in causa præfata decoctio notoria debitoris excludebat discussionem, *Gratian. discept. 527. n. 11. Reg. de Marin. resolut. 191. n. 7. Mōtan. controu. 45. n. 3.* Prout quia sufficit cōstare debitorem esse ære alieno nimis grauātū, vel adest difficultas in exigendo, *R. Latr. consult. 148. n. 7. Olea tit. 7. q. 3. n. 38.* Pariter *Monasterium* de anno 1674. vocauit *Ducem*, & fratres ad suscipiendum onus iudicij inter creditores debitorum celsi, & procurandā solutionem. Vnde ad exuberantiam, & ex consueta sua benignitate *Sacrum Consilium* iuterposuit ea forma decretū, nedū pro concessione alicuius dilationis, verum etiam ad cōuincendum hæredes de inexigibilitate. Rectius quia cedens promittendo exigibilitatem crediti celsi se obligauit in se ipsum omnem litem assumere, & reficere omnia, & singula damna, quapropter cum omni maturitate, prudentia determinatio processit cum mentionata forma.

### ARGVMENTVM.

*Vsufuctuarius* post cessum *vsusfructus* cōmoditatem an valeat de consensu proprietarij, vel debitoris *vsusfructus* cedere *vsumfructum* alteri, vel remittere proprietario in præiudicium primi cessionarij cōmoditatis? Et quid in cessionibus fructuum officij, vel feudi?

### S V M M A R I V M.

- 1 *Cessa commoditate vsusfructus vni, si de-*

*inde cedatur vsusfructus alteri de consensu proprietarij, an secundus cessionarius præferatur.*

- 2 *Ius quæsitum, primo cessionario qualiter possit auferri.*  
 3 *Distinguitur inter creditores habentes personalem, & munitos hypotheca.*  
 4 *Quid cessa commoditate officij, vel feudi?*  
 5 *Refutatarius feudi tenetur stare cessioni commoditatis.*  
 6 *Cessa commoditate vsusfructus vni, an possit deinde remitti vsusfructus proprietario, vel debitori vsusfructus?*  
 7 *Cautela formula pro primo cessionario.*

### Q V A E S T. VIII.

1 **V** *Sufuctuarius* si cedat vni cōmoditatem *vsusfructus*, & deinde cedat alteri *vsumfructum* de consensu proprietarij, an præferatur secūdu cessionarij primò? Aduersus primum argumentū præstat, quia per cessionem *vsusfructus* de consensu proprietarij extinguitur *vsusfructus*, nec amplius residet in persona cedentis cōmoditatem *text. est in l. si vsusfructus, ff. de nouat. vbi in casu delegationis, seu consensus eius, qui debitor est vsusfructus, extinctus ceterus antiquus vsusfructus, & alter de nouo creatus in persona translarij, ex qua definit, & non ex persona transfrentis, non sic est in cessione commoditatis, quoniam si cedens tale, quid agat, ob quod *vsusfructus* de iure finitur putā per mortem, vel alium casum, expirat tunc cōmoditas, non autem è contra per mortem cessionarij, qui ius cessa cōmoditatis ad hæredes transmittit, *Castill. de vsufr. cap. 69. n. 17. Barbof. in l. vsusfructus n. 3. ff. sol. matrim.**

- 2 Dices: Cessionem cōmoditatis operari agnitionem *vsusfructus*, *l. si auia, C. de iur. delib.* Ideòq; esse quæsitū ius cessionario cōmoditatis, & sic per secundam cessionem de consensu proprietarij non posse tolli ius primo quæsitum, prout pater *vsumfructū* agnitū in bonis filij non potest renunciare in præiudicium creditorum, *Fontan. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. n. 77. Olea de cess. iur. tit. 2. par. 2. nu. 20. Salgad. in labyr. cred. p. 2. cap. 15.*

3 Di-

3 Distingendum igitur erit. Aut cessionarius commoditatis est munitus hypotheca, & res sit in commercio, & hypotheca afficit ius in alium translatum, quia nempe sit hypothecabile, & tunc habens hypothecam poterit eam contra quemcumque tertium exercere. Aut primus cessionarius non habet hypothecam, & tunc habens personalem non poterit agere contra tertium. At subdistingendum erit, vel secundus cessionarius habet cessionem ex causa lucratiua, & contendit de mero lucro, & actus impottat totale præiudicium tertij, & intrant termini *text. in l. 3. ff. que fraud. cred.* ita Card. de Luca lib. de dote discurs. 148. n. 14. secus si secundus cessionarius esset ex causa onerosa, quia cessabit fraus, & termini d. l. 3. seu reuocatoria ob fraudem, & consequenter cessionario commoditatem habenti præiudicatur, nisi constet de fraude per extrinsecas probationes, dum non habet locum reuocatoria contra quemcumque tertium, in quem res alienata sit, ita Card. de Luca d. n. 14. Gratian. discept. 502 n. 33. ubi dicit, quod ad hoc ut alienatio dicatur facta in fraudem, requiritur scientia illius, in quem fit alienatio.

Quæ pro secundo cessionario ususfructus de consensu proprietarij dicta sunt, intellige nisi denunciata sit cessio commoditatis proprietario, vel debitori ususfructus, iuxta l. 3. C. de nouat. prout si participatum non fuerit de fraude.

4 Pulchra est difficultas, quando ceditur commoditas fructuum alicuius officij, vel feudi, & postea alienatur officium, vel feudum, an cesset commoditas? Dic proculdubio cessare, quia cum officium, vel feudum non sit hypothecabile, neque iuris ususfructus, per consequens cum cessionarius non sit munitus hypotheca, non poterit agi contra tertium, cum sit necessaria hypotheca ipsius rei, vel ipsius iuris ususfructus producentis fructus. Dupliciter etenim fructus alicuius rei sub aliena hypotheca cadunt, vno modo uti accessorij, vel pars iuris ususfructus, iuxta *text. in l. 1. C. de part. pign. & l. 3. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. contrab.* & isto modo per cessionarium, vel creditorem commoditatis hypotheca prætendi non

potest, quia necessaria est hypotheca ipsius rei, vel iuris fructuum productiui, quæ supponitur deficere per translationem ususfructus de consensu proprietarij. Altero modo tanquam de per se fructus existentes ab ipsa re producete distincti, ac principaliter in contractu deducti, iuxta terminos *text. in l. & que nondum sunt, ff. de pignor. & l. potior, S. si de futuro, ff. qui pot. in pign. hab.* & ad hunc effectum est omninò necessarium, ut fructus nascantur in dominio debitoris, cum in eis imprimi non valeat character hypothecæ, nisi præcedat character dominij debitoris, in cuius dominio non possunt nasci fructus concepti, postquam res producens, seu ususfructus exiit de dominio debitoris cedentis, iuxta *text. in l. Paulus, ita Card. de Luca ubi sup.*

5 Alia res est, quando refutatur feudum proximo successori, quia is tenetur ad onera etiam sine assensu contracta, nam quando transit feudum, vel officium mediante assensu Principis ad extraneum, tunc transit liberum in translatarium, qui ius ac dominium suum principaliter metiri dicitur, non à transferente, sed à Principe præstante assensum necessarium, qui alienationem informare dicitur, eique spiritum, ac animam præbet, atque ita passim seruetur in officijs, quæ cum assensu Principi alteri resignata libera transeunt in resignatarium, ut refert idem Card. de Luca n. 14. Secus in refutatione proximè successorio, quia iste cum ad instar succedentis post mortem debeat habere qualitatem hæreditariam refutantis, quoad onera usque tunc contracta, ita Card. de Luca ubi sup. *versic. & ex his, Reg. Rouit. lib. 1. consil. 41. nu. 14. & conf. 59. lib. 2.*

6 Ususfructus commoditate cessa vni, an possit deinde remitti proprietario, vel debitori eiusdem ususfructus per viam actus extinctiui? Distingue, si usufructuarius, qui commoditatem cessit, adhuc non fecit cum proprietario, vel alio huiusmodi seruitutis debitore actum agnitionis prædicti iuris, ita ut iuste debitor credat ius non esse agnitum, & tunc subdistingendum etiam est, utrum ad fauorem prioris cessionarij commodita-

ris pro cessionis obseruantia adiecta sit hypotheca, necne: Si enim deficit hypotheca, ita, vt cessionarius solum personalem habeat actionem, atque remissum sit ius ex causa merè lucratiua, & tunc quia prior cessionarius contendit de causa onerosa, debitor verò vsusfructus de nudo lucro, locum habent termini, *Text. in d. l. 3. ff. qua in fraud. credit.* Sed si remissum fuit ex causa onerosa, tunc is, cui facta est remissio, in bona fide versatur, iuste credens remittentem posse ius delatum non agnoscere, neque subest ratio lucri, & videtur omninò tutus. Non poterit enim cessionarius commoditatis agere contra debitorem, vel proprietarium, quoniam commoditas non est exercibilis contra tertium, si nullam habet hypothecam, & dato titulo oneroso, nec probata extrinsecus fraude, non procedit reuocatoria, *Salgad. p. 1. c. 43. n. 38. & seq. Card. de Luca d. n. 14.*

7 Cautela erit in cessione commoditatis, quod cedens promittat non fecisse, nec in futurum facere debere aliquid, ob quod cessio extinguatur, vel alias cessatura sit, quam per solam mortem, & adijciat hypothecam, quæ practicatur in cessione etiam commoditatis pensionis, cum constitutione procuratoris irrevocabilis cessionarij.

De pensionario an post cessionem commoditatis possit remittere pensionem Titulari, vide in *Quæst. seq.*

#### ARGUMENTVM.

Cessio commoditatis vsusfructus quantum differat à cessione commoditatis pensionis. Et cedens commoditatem pensionis an possit pensionem extinguere, vel trāsferre in præiudicium cessionarij? *Rot. Romaa.* variavit. Pensionarius potest extinguere gratuito, & diminuere pensionem. Quid in pensionarijs confidentiarijs, an fiduciarius possit cassare? Cessio commoditatis, & extincta per matrimonium, vel mortem per manus iustitiæ ob delicta capitalia an agi possit de euictione per cessionarium?

#### SUMMARIVM.

1 *Differentia inter cessionem commoditatis*

*vsusfructus, & pensionis recensentur.*

- 2 *Pensionarius cedens commoditatem pensionis, an possit eam deinde extinguere?*
- 3 *Resoluitur affirmatiuè, & qualiter sibi consulat cessionarius.*
- 4 *Pensio potest diminui, & quod pactum rejiciatur.*
- 5 *Pensionarius confidentiarius explicatur, & an ipso inuito possit cedi pensio?*
- 6 *Cessio commoditatis pensionis, si pensionarius capite ob delicta plebatur, vel matrimonium contrahat, aut habitum dimittat, utrum euictio præstetur.*
- 7 *Resolutio questionis.*

#### QVÆST. IX.

1 **C**essio commoditatis pensionis toto cœlo differt à cessione commoditatis vsusfructus; licet tam pensionarius quam vsufructuarius ad libitum de commoditate disponere possit; Prima differentia est, quia libera potestas, & facultas transferendi vsufructum cessum non pertinet ad vsufructuariū, & cedendo vsufructuarius extraneo nihil agit, nisi de consensu debitoris, vel proprietarij, vel cedatur ipsi proprietario, aut extraneo cedatur commoditas vsusfructus. Aliter autem est in translatione pensionis, quæ non poterit trāsferri, nisi auctoritate Papæ. *Galler. de renunc. cent. 1. cap. 55. n. 6. Tondut. de pensio. cap. 2. n. 31.* Secunda, quia ius vsufructus durante vita vsufructuarij ad ipsum pertinet pleno iure. Ad pensionarium reuocabiliter, nā potest finiri, vel per matrimonium, vel per ingressum religionis, aut alijs modis *Rot. dec. 129. par. 1. rec. n. 3.* Tertia, nā potest in vsufructu fieri conuentio, quod ille nunquam extinguatur durante vita vsufructuarij. At in pensione non potest fieri talis conuentio, quia per eam præiudicaretur Ecclesiæ, *Tondut. n. 33 & 34.* vbi quod licet possit fieri mandatum irrevocabile ad vitam pensionarij, hoc intelligendum de præiudicio pensionarij, non autem Ecclesiæ, quæ libertatem consequitur per extinctionem, *Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. n. 10.*

2 In dubium iam vocatur: an pensionarius cedens commoditatem pensionis, pos-

- possit deinde illam extinguere, seu remittere, aut transferre? *Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 42. ex nu. 19. Salgad. d. c. 43, n. 45.* volunt non posse pensionariū extinguere in præiudiciū creditorū, & iudicauit *Rota in dec. 129. par. 1. rec. Millin. dec. 56. Ottobon. dec. 239. Gig. de pension. q. 88.* quia esset tollere ius quæsitū tertio, vt in simili usufructuarius nō potest vsūfructum agnitum renunciare in præiudiciū creditorum, & voluit *Tondut. resol. benef. tom. 1. c. 35. Olea rit. 8. q. 2. n. 24.*
- 3 Verius cæterum est, & in praxi receptū pensionem sine licentia Apostolica posse extingui in præiudiciū creditorū, & cessionarij, & procuratoris perpetui, *Amayden de stylo Datarie c. 27. n. 15.* cum distinctione, vt si velit cassare gratuito, potest coram Notario, & testibus, si recepto pretio, opus est recurrere ad Datariam, & tunc creditores, vel cessionarij pensionis sæpè recurrunt ad Datariam ad impediendam pensionis extinctionem, dependet enim à voluntate Datarij, an velit, quod extinctio approbetur per Papam an non, quia cum cessio fuerit facta inter ipsas Partes, non tenetur illis succurrere, nisi ex quadam æquitate, *Tondut. de pension. cap. 21. n. 28. Card. de Luca lib. de pension. disc. 68.*
- 4 Pensionarius potest etiam sine licentia Apostolica pensionem diminuere, sed non potest pasci, quod ob non solutionem residui reuiuiscat pensio, vel ob aliā causam *Buratt. decis. 466. Merend. lib. 2. 1. contr. cap. 30.* Si diminutio fiat ob paupertatem Titularis, illa expirat mortuo Titulari, *Buratt. n. 16.*
- 5 In pensionibus confidentiarijs, quæ passim practicantur in Hispania, super quibus Itali nequeunt pensiones obtinere propter Cōstitutiones illius Regni, & Papa solet reseruare sub nomine alicuius Hispani ad commoditatem Itali, hoc casu totū ius pensionis residet apud Italum, qui potest ignorante, & etiam inuito fiduciario Hispano alteri pensionē cedere, vel autoritate Papæ in alterum transferre, *Tondut. de pension. cap. 26. nu. 21.* & Hispanus si mandatū irreuocabile fecit in persona Itali non potest huic præiudicare, cū mandatū sit necessarium,
- & non voluntarium, *Tondut. ubi sup.*
- 6 Si postquam pensionarius commoditatem alteri cesserit, matrimonium contrahat, seu habitum clericalem dimittat, aut delictum cōmittat capitale, ob quod capite plexus sit, pensio extinguatur, at tamen inquirendum est, an cessionarius actionem habeat de euictione contradentem? Videtur negandum si matrimonium contrahat, quia iuxta naturam pensionis est, vt per matrimonium extinguatur, vel per dimissionem habitus, vt per mortem, & quando euictio sequitur ex natura sua, tunc illa non præstatur, *Mangil. de euict. qu. 118. Zafus in epitom. iud. par. 10. n. 87.*
- 7 Oppositum suadet ex eo, quod cum non præstetur euictio, vbi ex morte naturali cedentis, vel alio casu nō culposo, extinctio, vel deuolutio sequitur, nã dicitur euictio oriens ex natura rei. Beneuèrùm præstatur, vbi extinctio, vel alter casus cessionis prouenit culpa, & facto cedentis, quamuis ad casum non directè ordinato, vt in terminis feudalibus admonent *glos. in c. 1. 9. rursus quib. mod. feud. amitt. verb. ad Dominum, Magil. ubi sup. nu. 36.* vbi quod si ob felloniam, vel alium casum ob eius culpam originatam feudum Domino aperiatur, subfeudatarius mediante pecunia inuestitus potest agere de euictione, & inter concedentem, & concessionarium videtur id conuentum, vt quamdiū res apud illum ex sui natura sine ipsius culpa, & facto durare possit; debeat durare penès istū, qui illius vitam naturalem emisse censetur, ita *Card. de Luca lib. de pension. disc. 69.* vbi ita defendisse ait pro cessionario cōmoditatis pensionis contra hæreditatem cedentis, qui ob delicta patrata capite plexus fuerat, quia voluntariè dicitur mori, qui per manus iustitiæ moritur, vt *Rota dec. 58. post Castracan. de societ. Offic.*
- Certius quando cedens promisit non fecisse, nec in futurū facere, vt cesset cōmoditas pensionis, nisi per obitum ipsius cedentis, vt in præcedentibus diximus.

## ARGUMENTVM.

Maximum discrimen inter cessionem simpli-

plicem, & cessionem insolutum. Quæstio cæterum sit potius facti, quam iuris, nec attendi cortex verborū debeat. Requisita essentialia ut sit cessio insolutum, & cessio fiscalium per populos Regi debitorū sit simplex, & refertur decisio. Quid si cedatur annuus redditus, an sit cessio, siue datio in solutum. Promissa exigibilitate nominis cessi, an sit cessio simplex.

## S V M M A R I V M .

- 1 Cessionis simplicis, & cessionis insolutum differentia.
- 2 Secernere unam speciem ab alia est quæstio potius facti, quam iuris.
- 3 Cessio in dubio præsumitur pro soluendo.
- 4 Ut sit cessio in solutum, requiritur, ut res cessa sit in dominio cedentis, & qualiter fiscalia non sint in libero commercio.
- 5 Cessio est datio in solutum, si ceditur species certa pro quantitate.
- 6 Cessio annui redditus an sit simplex, antequam interueniat unum ex requisitis, l. 3. C. de nouat.
- 7 Datio nulla in solutum operatur cessionem simplicem.
- 8 Verba celsit in solutum non semper important dationem in solutum.
- 9 Promissio crediti semper idonei an censetur cessio simplex.

## Q V A E S T. X.

1 **D**iscussio cessionis pro soluendo à cessione pro soluto. Seù cessionis simplicis à datione in solutum, & pro soluto res est in Palatijs frequens, vtilis, & pulchra, & pro intelligentia præmittitur, cessionem aliquando fieri per viam solutionis, seù dationis in solutum, & nomen debitoris ceditur. Aliquando fieri solutionis causa, vel per viam simplicis assignationis trāsferitur, seù ceditur pro faciliore exactione, ut si quod exegerit sibi imputet, & ut à pluribus creditor exigat; nam secunda species solum importat mandatum ad exigendum, nec loco solutionis, & satisfactionis habetur, nisi sequuta solutione, & inest tacita cōditio, si solutum fuerit cessionario, ideòque periculum cedentis est, *Fontanell.*

*dec. 167. Cancer. var. par. 2. cap. 6. à n. 183. Guzman de cuiet. q. 35. n. 88. Altograd. cōf. 37. Mastrill. dec. 179.* Cessio autem quæ in solutum fit, loco solutionis habetur, liberat cedentem, & in cessionariū trāsferit periculum, hanc differentiā assignat *D. Crespi à Valdaur. obseru. illustr. obseru. 116. à n. 116. Leotard. de usur. q. 39. Conf. Rosa lib. 2. consult. 15. & Leotard. q. 87. nu. 11.* afferit, quod cessio simplex non inducat nouationem, etiam si cedens faciat cessionarium procuratorem in rem propriam, & sequitur *Olea tit. 7. q. 3. nu. 19.* secus si cessio sit coniuncta cum datione in solutum, *Duran. dec. 266. nu. 25. Surd. conf. 145.*

Obligat beneuerum simplex cessio ad diligentias morales, & tales quales ratione mandati suscepit ex ijs, quæ alijs relatis habentur apud *Fontanel. dec. 124. & seq. Merlin. dec. decis. 639. Card. de Luca de cred. disc. 27. n. 8.*

2 Secernere unam speciem ab alia, quæstio potius facti, & voluntatis est, quam iuris, vndè non cortex, & figura verborū, sed substantia verisimilis voluntatis attendi debet pro facti qualitate, ac singulorum casuum particularibus circumstantijs decidendis, ideòque erroneum est, certam, ac generalem regulam desuper statuere siue doctrinas, ac decisiones in certis casibus unam, vel alteram speciem firmantes, ita aduertitur per *Rotam* apud *Duran. dec. 266. & Royas dec. 262. n. 16. Leotard. q. 3. n. 52.*

3 Cessio ex iuris præsumptione censenda est potius pro soluendo, quam pro soluto ex deductis per *Duran. & Royas, & Hodiern. ad Surd. dec. 265. n. 19. & seq. Card. de Luca vbi sup. n. 11.*

Dato etiam explicito titulo formalis dationis in solutum, ut cessio sit pro soluto, requiritur, ut res, quæ in contractū deducitur, sit in libera dispositione dantis in solutum, adeò ut per eius veram, vel fictam traditionem dominium validè, ac perfectè abdicetur ab assignante. Vndè si cedantur fiscalia, quæ sunt iura Regi debita per Communitates, & populos, quæ pro eius indigentijs vendi solent, & ideò non sunt in libero commercio, nisi cum assensu illius Officialis, qui

qui ad id sit præpositus, cum deletione alienantis à libris publicis, in quibus describitur nouus emptor, qui directè, ac immediatè, ab ipso Principe ius suum metiri dicitur tanquam præuia suppressione iuris primi domini, nouaque creatione in emptore, seu resignatario, vnde quæcumque priuatæ cōventiones resoluntur in tractatum, & continent actum imperfectum, qui admittit penitentiam. Vel etiam vbi conuentio inter Partes esset ita perfecta, vt omnimodam penitentiam excluderet, attamen id solum aptum est causare actionem ad damna, & interesse in actione personali, vel hypothecaria in alijs bonis indifferentibus, nullatenus tamen inducit ius reale, vel translationem dominij huiusmodi iurium differentium, & in specie iurium fiscalium, seu alias competentium super gabelis, alijsque iuribus Regijs, vt vulgo dicitur super Arrendamentis in hoc Regno, & consequenter cum non possit sequi vera translatio dominij, non potest resultare effectus dationis in solutum, ita Card. de Luca de credit. discept. 27. qui eminenter scripsit pro Episcopo Liciensi. D. Antonio Pignatello deinde Em. Card. Archep. Neap. nunc Sanctiss. D. N. Innocentio Papæ XII. ad cuius fauorem decisum fuit per S. Conf. in iudicio graduationis Ill. Principis Mineruini.

5 Si ceditur species stabilito pretio pro debito quantitatis censetur datio in solutum, siue à Parte, siue à Iudice sit facta assignatio, Soc. sen. conf. 37. lib. 4. Camill. de Medic. conf. 88.

6 Idem si creditum censuale pro certo pretio, ex Pres. de Franch. dec. 108. firmat Consil. de Rosa d. consult. 15. lib. 2. vt si quis esset debitor quantitatis in centum & assignaret annuos ducatos putà septem pro capitale ducatorum centum.

Contrarium videtur dicendum in annuis redditibus redimibilibus, quamdiu non interuenit vnum ex tribus requisitis in l. 3. C. de nouat. vt perfectè fiant de irreuocabili dominio cessionarij, vel emptoris, ad eò vt debitor cessus liberè soluere non possit cedenti, seu iste cum debitore ius luendi exercere per se ipsum, vel per alium cessionarium valeat, vbi

enim tale ius per debitorem cessum cedente exerceri potest, ac de facto exercetur, exindè resultat, quod causa reducitur ad non causam cum omnimoda retrotractione ad suum initium, cum resolutione omnium intermediorum iurium, & hypothecarum ex deductis per D. Reg. Latr. dec. 16. Et consequenter cessio quamuis pro soluto habeatur pro nõ facta, cum dicatur transferri dominium, resolubile, implicitam habens conditionem resolutiuam, qua sequuta habetur, ac si actus non esset gestus, id eòq: nullum potuit operari effectum extinctionis primæuorum iurium, quæ ita huiusmodi conditione durante suspensa remaserunt, ea verò purificata tanquam per remotionem obstaculi vigent, ita Card. de Luca lib. de credit. discept. 27. n. 10. & 20.

7 Datio in solutum cum cessione coniecta si inualida sit, nullum operatur effectum, putà si inita sit per minorem sine decreto Iudicis, vel per tutorem, aut curatorem non legitimum, Gabriel. consil. 36. n. 66. lib. 1. Surd. dec. 5. n. 20.

8 Assignatio si facta fuerit cum his verbis, Cessit, transtulit in solutum, licet regulariter importent dominij translationem, & dationem in solutum. Attamen aliter quando assignatio facta fuerit temporaliter vsque ad integram crediti satisfactionem ex fructibus, præsertim si adsit reseruatio dominij, Soc. sen. conf. 93. n. 3. lib. 1. Surd. conf. 243. n. 7. Rot. dec. 330. par. 11. rec. & in dec. 392. par. 5. rec. nu. 21. & seqq. agebatur de cessione annuæ pensionis, quæ assignata erat creditori vsquequo fuerint soluta scuta tria millia, & cessio concepta erat per verba cedere, assignare, & delegare, & nihilominus decidit fuisse cessionem simplicem.

9 Promisso credito semper idoneo, & exigibili tunc cessio solutionis causa censetur facta, & non datio in solutum, quia hæc eum liberet debitorem, & transferat periculū nominis cessi in accipientem, Duran. dec. 266. n. 15. l. inter causas; abesse, ff. mandat. per consequens non potest esse perfecta datio in solutum, vt Rota dec. 11. post Oleam num. 10. & 11. ibi: Christophorus etiam emptor easdem literas bonas, & exigibiles manutenere promisit, & ita

& ita declarauit expressè noluisse face-  
re delegationem, vt respondit I.C. in  
*l. si mandato meo, §. fin. ff. mand. Surd. dec.*  
*23. n. 6. & seq. Gratian. discept. 64. nu. 1. &*  
*seq. & n. 22. & 26. discept. 327. n. 4. & seq.*  
Delegatio enim prout datio insolutum  
liberat debitorem, & transfert periculū  
nominis cessi in accipientem, *l. inter cau-*  
*sas, §. abesse. ff. mandat.* Et quādo promit-  
titur creditum exigibile, quia tunc si non  
est idoneus debitor cessus, tenetur ce-  
dens soluere, consequenter cessio videtur  
solutionis causa, quæ operatur simplex  
mandatum, non autem extinctionē debi-  
ti, *Duran. n. 16. & 17. Rol. d. dec. 11. n. 44.*

Si in satisfactionem alicuius certi de-  
biti cedatur nomen debitoris, & cessio-  
narius sit constitutus procurator in  
rem propriam, censi dationem in solu-  
tum probat *Staiban. resol. 190. à n. 12. &*  
*à n. 26.* quod clausula in cessione apposi-  
ta nihil sibi reseruans sufficiat, vt cessio  
cuadat datio in solutum.

#### ARGVMENTVM.

Tertius dans pecuniam debitori pro di-  
mittendo anteriore creditore cessis iu-  
ribus, an obtenta cessione consequatur  
anterioritatem creditoris dimissi tam  
pro sorte, quàm pro redditibus post ces-  
sionem decursis, vel iuxta datam secun-  
di contractus pro eis erit graduandus?  
Cautela cessionis iuris luendi secundum  
*decis. 16. D. Reg. Latr. in Vrbe* non serua-  
tur, & qua ratione. Distinguuntur plu-  
res casus, & referuntur decisiones, & an  
requiratur scientia creditoris dimissi  
ad finem subintrandi.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Tertius dans pecunias debitori pro di-  
mittendo creditore anteriore cessis iuribus,  
an sit graduandus iuxta causam secundi  
contractus pro redditibus?
- 2 Decisiones, rationes, & praxis Vrbs im-  
pugnantes cautelam cessionis iuris luendi.
- 3 Distinguuntur plures casus.
- 4 Cautela cessionis iuris luendi casus.
- 5 Discrimen inter dimissionem crediti fru-  
ctiferi, & infructiferi.

6 Differentia constituitur si noui redditus  
sint minores, vel maiores.

7 An debeat accedere expressa conuentio de  
subintrando tam pro sorte, quàm pro red-  
ditibus.

8 Referuntur exempla rerum iudicatarum.

9 Pactum de subintrando an debeat sciri  
per creditorem dimissum.

#### Q V A E S T. IX.

**T**ertius dans pecunias debitori pro  
dimittendo aliquo anteriore cre-  
ditore cessis iuribus ad sui beneficium.  
an consequatur etiam obtenta cessione  
anterioritatem creditoris dimissi tam  
pro sorte, quàm pro redditibus post ces-  
sionem decursis, vel solum pro sorte. Pro  
redditibus verò graduandus iuxta datā  
secundi contractus stipulati inter debi-  
torem, & hunc nouum mutuantem? Iu-  
xta secundam partem censent *D. Reg.*  
*Galeot. contr. 36. n. 32. lib. 1. D. Reg. de Ma-*  
*rin. resol. 76. n. 10. lib. 1.* Ducuntur quia  
obligatio ad redditus ex primo contra-  
ctu reemptione fuit extincta; ynde nouus  
mutuans non potest in primi locū sub-  
rogari, quoad exactionem fructuū red-  
dituum reemptione extinctorum. Sub-  
ditque *D. Reg. Latr. dec. 16.* fuisse inuen-  
tam cautelam ad finem subintrandi pro  
sorte, & censibus, vt debitor annuorum  
redituum cedat huic tertio ius luendi  
sibi competens reemendi introitus, ip-  
seque tertius vti cessionarius debitoris  
exercendo pactum de retrouendendo  
soluat pecuniam debitori animo trans-  
ferendi emptionem annuorum reddituum  
in sui beneficium, & cum expressa de-  
claratione, quod soluit ad finem subin-  
trandi in locum ipsius, & comprobat *D.*  
*Mesa lib. 1. var. c. 22.*

- 2 Beneuerum *Carleual. de iudic. to. 2. lib.*  
*1. tit. 3. disp. 35. à n. 36. Montan. contr. 35.*  
impugnat eandem opinionem *Reg. Latr.*  
& sentit *Rota* penès *Celsum dec. 302. nu.*  
*15.* probabili, & quasi concludenti ra-  
tione, quia fructus habent eandem an-  
terioritatem sortis, iuxta *l. Lutus. ff. qui*  
*pot. in pign.* qui tamen proueniunt ex co-  
dem contractu, ex quo metitur hypo-  
theca sortis, adeò vt effectus regularur à  
sua



sua causa, & vti accessorium reguletur à principali, id autem non sit verificabile in casu nostro, quoniam debitum antiqui creditoris dimissi iam extinctum est, & annihilatum, idèdque non aptum producere fructus, cum non detur accidens destructa substantia, neque accessorium sublato principali, vnde propterea fructus dicuntur fetus producti à noua causa, seu nouo contractu, & hac ratione attenda videtur hæc opinio magis fundata, ità *Card. de Luca lib. de credit. discip. 5. n. 8. 9. & seqq. & n. 11.* cautelam iuris luendi in Vrbe existimari inanem circuitum sine effectu.

3 In quæstione hac inuoluta primus casus est, vbi agitur de cessione directa, & translatiua debiti fructiferi, quia nempe antiquus creditor censuarius ipsum censum alteri cedat, & hæc cessio venditionem importat, & extra controuersiam est, quod idem ius cedentis competat etiam cessionario metienti suum ius, nõ ex propria persona, ex nouo contractu, sed ex antiquo, & cessionarius dicitur procurator cedentis. At id non practicatur, vel quia antiqui nolunt eorum creditum alteri alienare, vel quia non expedit, cum cessionarius subiaceret hypothecis per ipsum cedentem contractis, ad quod periculum euitandum inuenta est cautela iuris luendi, de qua *Reg. Latr. d. dec. 16.*

4 Alter casus est, quod ille, qui vult credere pecuniam pro antiquo debito dimittendo, vt antiquum creditorem inquitum ad id cogere valeat, obtinet à debitore cessionem iuris luendi, seu redimendi censum cum eius pecunia sub lege, & conuentione cum eodem debitore inita creandi nouum censum, vel aliud debitum fructiferum, & hic est casus positus per *Reg. Latr.* cum ità extinguntur omnes hypothecæ, quibus creditum subiacebat.

5 Tertius est casus tendens in idem, scilicet, quod ille, qui pecuniam pro extinctione antiqui census, vel crediti dare, vult conuertendâ quoque in aliũ censũ, vel aliud creditũ fructiferũ, illam dat ad hunc effectũ subintrandi in locum antiqui creditoris dimittendi cum cessione

iurium, vel pacto de subintrando.

His casibus recepta distinctio est. Aut antiquum creditum dimissum erat de sui natura infructiferum, putà ex causa mutui, vel ex pretio rei infructifere, seu alias ex causa non productiua fructuum, vel inter usufructuorum iure actionis, & tunc extra omnem controuersiam fructus curret ad fauorem vltimi creditoris, de cuius pecunia antiquus creditor dimissus est, non regulantur ab anterioritate, que ratione subintrationis competit forti, sed à secundo contractu fructuum productiuo, tam ex regula *nemo plus iuris, &c.* quam ex altera *subrogatorum.*

6 Aut verò antiquum creditum est fructiferum, & fructus secundi contractus non sunt maiores, sed potius minores, & tunc secura videtur opinio *Reg. Latr.* & sequacium, non quia eadem anterioritas antiqui creditoris competat pro fructibus, cum à causa antiqua iam extincta non producantur fructus, sed à noua, seu ex ratione *text. in l. interdum, ff. qui potior. & pign. hab.* circa potioritatem mutuantis ad reficiendum, vel conseruandum, quod scilicet ità causa pignoris melior effecta est fauore ipsorum creditorũ, pro quibus vtile negotiũ gestũ est, nam alias, si id sequutũ non esset, debitor minus in bonis haberet, atque deterior remaneret intermedij creditoris.

7 Cæterum *Giurb. obseru. 11. nu. 25. & Reg. de Marin. resol. 76. nu. 1.* hanc opinionem recipiendam volunt, vbi accederet expressa conuentio de subintrando in locum antiqui dimissi creditoris, tam pro sorte, quam pro fructibus, nihilominus *Card. de Luca n. 16.* tradit id deseruire ad maiorem declarationem animi dimittentis, aliàs non contracturi, qui tamen animus inesse censetur eo ipso, quod ille simpliciter sibi consulit de cessione iurium, vel de pacto de subintrando, quod cessione in omnibus æquipollet excepto casu, quo ageretur de præiudicio ipsiusmet creditoris, qui in parte dimittatur, si acceptetur cessio cũ clausula, vt alibi dicitur.

8 Absque cautela cessionis iuris luendi tertium mutuantem subrogari in locum dimissi creditoris ad obtinendam tempo-

poris anterioritatem pro sorte, & censibus defendit nouissimè *D. Rodoer. consil. per tot. ex l. i. cum glos. C. de his, qui in prior. credit. loc. vbi habetur subrogationem fieri quoad omnia, & glos. in l. Aristo & ibi Fulgos. Cod. eod. Camill. de Medic. consil. 165. n. 27. Consil. Theodor. alleg. 68. n. 12. Ep. Afflict. contr. 15. n. 23. ità Rodoer. nu. 21. refert decisum per Regiam Cameram, & in Romana Saluiani 17. Martij 1668. coram Otalora decisum refert Card. de Luca d. disc. 5. n. 4.*

- 9 Ad finem subintrandi in locum anterioris creditoris an requiratur, vt creditor dimissus habeat scientiam pacti, seu an requiratur consensus expressus, vel tacitus creditoris anterioris ex scientia pacti inter debitorem, & creditorem? *Giurb. dec. 87. n. 5. Gratian. discept. 670. n. 10. Larrea dec. 20. n. 4. Merlin. de pign. lib. 4. q. 190. n. 2. Pras. de Franch. dec. 97. n. 3. scientiam requirunt. Contrariū autem D. de Mesa lib. 1. var. cap. 2. Theodor. n. 11. Olea tit. 4. q. 1. n. 21. Amat. resol. 7. nu. 25. & alios plures cumulat Andreol. controu. 348. n. 15. & 16. qui nec reclamationem creditoris dimissi debere attendi tradit, & ego scripsi in obseru. 97. ad Pras. de Franch. Beneuerum primam opinionem veriolem inquit Vrceol. consult. 49. n. 36. addo eundem Merlin. lib. 4. qu. 77. n. 15. ex Ferrentill. ad Buratt. dec. 420. nu. 5. in fin.*

### ARGVMENTVM.

Cessio facta possessori modico per illum dato creditori anteriori hypothecario an valeat pro tota summa cessa quando conuenitur per secundum creditorem hypothecarium, vel pro rata pecuniae solutae? Ad intelligentiam *l. qui à debitore, C. qui pot. à pign. & l. per diuersas, C. mand.*

### S V M M A R I V M .

- 1 Cessionarius actionum non potest agere nisi pro summa soluta.
- 2 Cessio modico soluto an valeat pro tota summa cessa, si facta sit possessori ex necessitate.

- 3 Pugnancia text. in *l. qui à debitore, C. qui pot. cum text. in l. per diuersas, Cod. mand.*
- 4 Distinctio adducitur pro conciliatione.

### Q V A E S T. XII.

- 1 Cessionarius actionum ex cessione nil plus consequi potest, quam ipse numerauit cedenti apertè statuunt, *l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandat. Gratian. disc. 826. n. 1. Cyriac. contr. 453. n. 87. Andreol. contr. 262. n. 1.*
- 2 Inter alias limitationes potissima est, quando cessio sit ex necessitate, quia tunc cessio valeat etiam pro summa non soluta, *Gabriel de act. conclus. 5. n. 11. D. Reg. de Ponte conf. 64. n. 34. exemplificatur in emptore, & possessore, nam huic cessio facta ab aliquo creditore valeat in totum etiam modico dato, Innoc. in cap. 2. & ibi Abb. de alien. iudic. mutand. caus. fact. Bart. in d. l. per diuersas, n. 4. Reg. de Pont. conf. 64. & 77. & 82. Costa de remed. subsid. rem. 36. n. 2. D. Reg. Sanfelic. dec. 120. Giurb. obser. 58. n. 19. textus expressus est in d. l. per diuersas, ibi: Et eas, quas vel creditor, vel is, qui res alienas possidet pro debito, seu rerū apud se constitutarum munimine, ac tuitione accipit.*
- 3 Contrarium è diametro decidit text. in *l. qui à debitore, C. qui pot. in pign. vbi habetur. Eatenus tueatur, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecuniae perueniet, Merlin. de pign. lib. 4. q. 44. nu. 16. vbi quod non potest possessor ex solutione facta anteriori creditori defendere totam rem pro credito soluto anteriori non equiualente valori eiusdem rei possessae, Rot. dec. 33. n. 7. & 8. post Oleam addit. ad Buratt. dec. 420. n. 8. Rot. post Pacific. de Saluian. dec. 25. n. 22. & dec. 75.*
- 4 Distinguit Vrceol. consult. 51. aut creditor secundus agit hypothecaria, vel Saluiano super re possessa per emptorem, vel alium possessorem se defendentem, cessione sibi facta per creditorem anteriorem, & tunc non valeat, se tueri, nisi pro quantitate verè soluta creditori ex pretio rei emptae. Aut secundus creditor velit, vt iure offerendi aduersus emptorem, & hoc casu debeat offerre totum

tum creditum cessum, & non pro summa verè soluta, ex *Morott. de iure offer. n. 67. Nogueroi. alleg. 37. n. 70.*

## A R G V M E N T V M.

Ius adeundi hæreditates siuè delatas, siuè deferendas an possit cedi? Expenduntur *dec. 89. D. Præs. de Franch. & dec. 85. D. Reg. Rouit.* pro opinione negatiua, & *decisiones Rotæ Rom.* pro affirmatiua quoad hæreditates deuoluendas.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius adeundi hæreditatem non est transmissibile, & per consequens non cessibile.
- 2 Potestas adeundi non est ius, sed facultas.
- 3 Facultas adeundi inheret personæ.
- 4 Renuncians translatiuè non potest cedere hæreditatem, nisi prius adeat.
- 5 Cessis, & donatis hæreditatibus deuoluendis factò casu delationis cedentis debet adire ad requisitionem cessionarij.
- 6 Cessio hæreditatum aliquando est abdicatiua, aliquando translatiua.
- 7 Rota Romana stat contra D. Præs. de Franch. & D. Reg. Rouit.
- 8 Authoris opinio.

## Q V A E S T. XIII.

- 1 S Vbrilis, & fructuosa quæstio, an ius adeundi hæreditatem possit cedi? Pro negatiua opinione arguitur, quia ius adeundi hæreditates non transmittitur exceptis quibusdam personis in *l. unica, C. de his, qui ante apert. tabul. hinc glos. in l. 3. ff. de interd. & releg.* regulam constituit, ius successionis transmitti ad extraneos, ergo si hoc ius adeundi non est transmissibile, per consequens nec cessibile ex regula *l. ex pluribus*, & ibi *Bar. num. 1. ff. de admin. tut.* & in puncto *Bal. quem sequitur Felin. in cap. in presentia. n. 56. de probat. Montan. contr. 10. n. 10.*
- 2 Præterea potestas adeundi est facultas, non ius, *l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* idèdque in donatione omnium bonorum non venit, nec dicitur esse in bonis ipsius hæredis, cui defertur hæreditas, & facultas ad adeundum *Castill. tom. 5. cõtr. 112. n. 22. & 28.*

3 Vterius facultas adeundi cedi non potest, aut sit quædam facultas inherens personæ ipsius hæredis, *Monter. dec. 35. n. 1.* indèdque sit, vt hoc ius adeundi non pertineat ad hæredis creditores *D. Reg. Latr. dec. 8.*

4 Insuper quia neque renuncians translatiuè potest cedere ipsam hæreditatem, *l. si mulier, S. ex affe. ff. de iur. dot.* vbi hæres, qui rogatus fuerat restituere partem hæreditatis mulieri, iussu eius illam partem hæreditatis promisit in dotem marito, quæritur, an hæc promissio, & obligatio teneat. Et respondetur, non valere; quia hæc hæreditas restitui debeat mulieri ex Senatus Consulto Trebelliano, qua restituta, promitti potest marito, nam hæreditates directæ non quærentur, nisi aditione, & si sint fideicommissariæ, non nisi facta restitutione ex Senatus Consulto Trebelliano. Certissimè igitur est, renunciations hæreditatum delatarum, quæ fiunt principaliter, non per repudiationem, sed per donationem aliter transferri non posse, nisi adeantur, adeò vt istæ renunciations translatiuæ per donationem, vt deindè transferri possint in renunciarios, *Casanat. conf. 10. ex n. 186. Guttier. in repet. cap. quamuis pactum, n. 29. de pact. in 6. Salgad. in labyr. cred. par. 2. cap. 14. ibi: Aliud est absolute abstinere, & repudiare. Aliud verò cedere ius suum in alium, quia tacitè se gerere intelligitur hic cedens pro hærede cedendo, siue illa gestio siuè tacitè, siuè expressè, & n. 7. inquit. Perindè haberi cedens, ac si prius adiret, & postea cederet, ita etiam *Cancer. par. 3. var. cap. 15. n. 160.**

5 Pulchrior difficultas est, an cessis, renunciatis, & donatis hæreditatibus deuoluendis, possit donatarius factò casu successionis adire hæreditatem? Extat de hac re solennis *dec. 89. nu. 3. & seqq. Præs. de Franch.* in specie donationis successionum deuolueudarum, cum successio obuénisset donanti, quia tamen non adiuerat hæreditatem, fuit exclusus donatarius, qui egit, idem habetur in *dec. 85. D. Reg. Rouit.* in qua agebatur de renunciatione collata in beneficium vnus fratris cæteris fratribus exclusis, & firmatur non fuisse translatum, aut cessum

D ius

ius adeundi hæreditatem, quia cum potestas adeundi consistat in quadam facultate, cedi, & renunciari non potest, *l. si ita scriptum, §. sub conditione, ff. de success. edict.* Neque dicitur cessa, aut translata hæreditas ipsa deferenda, cum viuentis nulla fit hæreditas, *l. qui superstitis, ff. de acquir. hered.* præsertim quando hæreditas delata neque cedi extraneo potest, nisi adeatur. *l. si mulier. §. ex ass, ff. de iur. eor.* Et qui renunciauit hæreditatem viuentis, nihil transfert in donatarium, non hæreditatem quæ nulla est, nec ius adeundi, quia est facultas personalis, *Ep. sc. Afflict. contr. 16. n. 38. & controu. 17. & 18.*

Cessio igitur, & donatio futuræ successionis deuoluendæ facta in mei beneficium, non potest transferre in me ius, antequam obueniatur casus successionis, & adueniente deindè successionem renuncianti, & donanti, is tenetur ad requisitionem donatarij adire, & restituere donatario ex *Bar. in l. itemq; §. si cui, ff. mandat.* qui docet, quod tenetur cedere actionem mihi, debet facere quidquid ego volo, & mihi prodest, ergo dum donatio, & cessio futuræ successionis deuoluendæ facta in mei beneficium non potest in me transferre ius, antequam obueniatur casus successionis, cum deindè obuenerit debes facere quidquid mihi prodest, id est adire, & ita concipiendam renunciationem tradit *Montan. nu. 11. Dono futuras successiones mihi deuoluendas, & promitto eas adire in beneficium donatarij, eique restituere: facta eo tempore cū obligatione de seruando idemnem me donantem ab oneribus illius hæreditatis, que fuerit à me adita in sui beneficium.*

6 Renunciatio hæreditatum deferendarum aliquando est extinctiua, & abdicatiua, aliquando translatiua, sed quando fit ad beneficium non proximè successuri, & eius, qui præcisa renunciatione non succederet, semper est translatiua, *Anua consil. 45, n. 41. R. Rom. dec. 85.* Extinctiua autem, si fiat ad fauorem proximè successuri, *Hodiern. ad Sura. dec. 70.* etiam si adessent verba cessit, & donauit, vt ex *text. in l. si sponsus, §. si maritus, ff. de don. int. vir. & uxor. ibi: Si maritus hæres in-*

*stitutus repudiat hæreditatem donationis causa Iulianus scripsit lib. 17. ff. donationem valere, neque enim pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodest, si vel substituta sit mulier, vel etiam ab intestato hæres futura.*

7 Attenta opinione volentium, renunciations futurarum hæreditatum importare obligationem, quod renuncians delata postea hæreditate adire teneatur hæreditatem, & illam restituere renunciatario, vt censent *Montan. d. contr. 10. n. 11. & 12. Hodiern. controu. 7. n. 40.* Alij subdunt, nullum effectum promissionis resultare, nec hæreditatem posse peruenire ad renunciatarium, & cessionarium. si cedens nolit adire hæreditatem, cum aditio consistat in mera voluntate aduentis, quæ voluntas non potest cogi, cum dependeat à solo animo, & nullo pacto ex nolente quis inuitus volens fieri potest, & quod dicitur de seruo, qui cogitur adire, *l. cum proponat, C. de pact.* habet particularem rationem, quia serui sunt in bonis nostris, *l. fin, C. de verb. sign. Andreol. controu. 308. n. 13.*

Adhæc *Andreol. contr. 310. n. 17. & seqq.* falsam censet opinionem supradictam, quia obligatio de adeunda hæreditate in effectu importaret pactum de futura hæreditate à iure improbatum, & sicut tale pactum directo non valet sine consensu illius, de cuius hæreditate agitur, ita neque per indirectum per promissionem adeundi hæreditatem, & illam restituendi cessionario, cum semper importetur pactum de hæreditate viuentis transferenda, ita *Andreol. qui n. 19. nuncupatim improbat Montanum.*

8 E' diametro contraria est alia conclusio, vt cessione, & renunciatione generali facta quibuscumque hæreditatibus deferendis, statim, ac delata fuerit hæreditas renuncianti, censetur adita, & virtute cessionis translata in cessionarium, ita *Rot. Rom. in terminis renunciationis factæ occasione ingressus in Religionem, vt Rota coram Verospio de anno 1658. ibi: Hæreditas statim ac fuit delata, præsumitur per Monasterium ex personis Monialium adita, & virtute cessionis*

*nis in fratres renunciarios successuè translata censetur; Castr. in l. pactum nu. 7. C. de collat. Alex. cons. 49. n. 6. li. 7. Crauet. consil. 788. Capyc. dec. 159. nu. 18. Franch. dec. 14. n. 21. Surd. dec. 14. n. 2. ità Rota penes Vrceol. in addit. ad consult. 50. & iterum Rota de anno 1663. 2. Martij coram R. P. D. Otoran. 8. ibi: Cumque Dorothea ante professionem emissam in Monasterio Bononi. S. Mariae Angelorum cesserit Camillo fratri, eiusque heredibus omnia iura, quibuscumque successibus, illi delata, seu in futurum debenda, hæcque renunciatio non fuit abdicatiua, sed translatiua, iuxta tradita per Gratian. discept. cap. 692 n. 5. Surd. dec. 14. n. 2. Debet pro hac medietate succedere Sebastianus, ut filius Camilli, nam statim delata hereditate Monasterio censetur per illud adita, & ex vi dictæ cessionis translata in renunciarios, ut in terminis Rota in Maceraten. hereditatis 27. Maij 1658. coram R. P. D. meo Verospio, S. neque bona cessa.*

Nec obstat, quod pactum de futura hereditate non valeat. Quia secus est, quando renunciatio est generalis, glos. in l. 3. S. de illo, vers. iussu hereditas, ff. pro soc. Cagnol. in l. fin. C. de pact. n. 152. Capyc. dec. 59. Gratian. discept. 692. Buratt. decis. 366. Staiban. resol. 182. vbi etiam extendit, quod per enumerationem specierum non desinit esse generalis. Quidquid velit Andreol. vbi sup. d. controu. 310.

Verior mihi videtur opinio Rot. Rom. quia alias nihil operabitur cessio, & donatio generalis hereditatum deuoluentur, cum donans non possit compelli ad adendum inuitus, cum huiusmodi actiones expediri debeant animo, l. pro hered. ff. de acqu. hered. prout neque filius possit cogi à patre, ut probat Bellon. de iur. accresc. c. 7. q. 42. n. 289.

#### ARGUMENTVM.

Cesso credito in iudicio concursus creditorum graduato sexto loco cum pacto inuictionis, nec ad restitutionem pretij in casu, quo cedens excluderetur à singulis ex quinque creditoribus graduatis aliter si ab alijs superuenientibus, si tertius creditor superueniens fuerit ante-

latus illis quinque, quapropter quintus occupauerit sextum locum, an cedens valeat pretium consequi, si euictio ante solutionem illius sequuta sit? Ad ornatum dec. 339. Præs. de Franch. nonnulla congeruntur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Noua species cessionis nominis debitoris ponitur.
- 2 Pactum, ut cedens non teneatur ad pretij restitutionem, si cessionarius excludatur à quinque creditoribus graduatis, an operetur superueniente alio primo loco graduato.
- 3 Causa proxima magis attenditur, quam remota.
- 4 Promissio euictionis indicat personam tertij immediatam.
- 5 Exhausta crumenam, qui ultimum numerum extrahit.
- 6 Pactum inuictionis licet durum etiam post euictionem an obliget emptorem ad solutionem pretij? Ornatur dec. 339. Præs. de Franch.
- 7 Faber pro retentione pretij depugnans refellitur.
- 8 Pactum inuictionis nõ debet esse generale.
- 9 Euictis rebus hypothecatis per creditores cedentis, non tenetur cedens.
- 10 Opinio Authoris.

#### Q V A E S T. XIV.

- 1 **D**ie 3. Maij 1644. Matthias Magliuolo in Iudicio concursus creditorum Cosmi Cirillo per Regiam Cameram Summarie graduatus sexto loco creditor in ducatis 603. pro capitalibus, & tertijs pro eadem summa cessit, & vendidit dictum creditum Ioanni Vincentio Panarello recepta parte pretij, & pro rest. emit annum censum à Panarello cessionario, qui se obligauit de euictione sub annexa forma.

*Promisit dictum creditum facere verum, non exactum, nec alteri cessum, vel obligatum, imò potius, & antè graduum in dicto sexto loco, imò de eo dicto Ill. Ioanni Vincentio, eiusq; heredibus, & successoribus de euictione teneri generaliter, &*

D 2 spe-

*specialiter ab omnibus hominibus, & personis, omnemque litem in se ipsum Matthiam assumere integrè eidem Ill. Ioanni Vincentio rescere omnia damna expensas, & interesse: Verum si sequeretur euictio dicti crediti à creditoribus graduatis in dictis 1. 2. 3. 4. & 5. loco signanter à Clerico Paulo Iosepho Cerillo filio qu. Francisci Cerillo, & nepote d. Cosmi, eiusq; heredibus, & successoribus ex causa preterita donationis annis elapsis d. Paulo Iosepho facta per dictum Cosmum cuiusdam ruris modiorum 45. in circa cum domibus, & eorum forsitan bonorum sitorum in casali Nemoris, & territorio Terra Schifate, in tali casu dictus Matthias non teneatur ad dictam euictionem, nec ad pretij predicti restitutionem, nec ad aliquod aliud.*

*Anco è conuenuto, che caso soprauenisse qualche creditore anteriore ultra delli sudetti enunciati, e pretendesse essere graduato prima di detto Matthia graduato in detto sesto luoco ut supra, & escludesse esso Matthia del detto sesto luoco, lo che se intenda, che sia denunciato prima detto Ill. Gio: Vincenzo, & esso Ill. Gio: Vincenzo nõ denunciasse detto Matthia, & si facesse detta graduatione senza essere inteso detto Matthia per colpa di detto Ill. Gio: Vincenzo, in tal caso non si possa impedire il detto pagamento faciendo ad esso Matthia delle sudette quantita di capitali, & annue entrate promesse pagare per detto Ill. Gio: Vincenzo nel modo ut supra stà espresso.*

Contigit, quod superuenit alius creditor, qui uti anterior alijs primo loco fuit graduatus, vnde quinque recesserunt à proprijs locis, & quintus occupauit sextum locum ipsius cedentis.

2 Quæritur modo, an cessionarius possit agere de euictione contra cedentem ad pretij restitutionem, ac etiam sit liber à solutione restæ pretij?

3 Ad fauorem cedentis argumentum præbet, quod causa proxima magis attenditur, quam remota, *l. sed & si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pupill. l. ligni in §. ff. de legat. 3. Tiraquell. de retractu lignag. §. 36. gl. 3. n. 19. Scaccia de Iud. lib. 2. cap. 2. n. 484. & seq. maximè quando causa est multum remota, prout in casu nostro est causa euictionis multum remota*

anterioritas tertij, qui superuenit in iudicio graduationis, & causa proxima euictionis est creditum graduati quinto loco, quæ est attendenda, & consequenter, dum adest pactum, quod cedens nõ teneatur de euictione, quæ sequeretur ad instantiam, tam creditoris graduati primo loco, quam aliorum quatuor, consequenter euictio dicitur, sequuta ad instantiam quinti creditoris, vel quarti, & non ad instantiam illius creditoris, qui postmodum superuenit, & primo loco fuit graduatus.

4 Præterea promissio euictionis facta, fuit in casu, quo aliquis tertius superueniret, & excluderet cedentem à sexto suo loco, & restricta fuit ad personam tertij superuenientis, ibi: *che caso superuenisse qualche creditore anteriore altro delli sudetti enunciati, e pretendesse essere graduato prima di detto Matthia graduato in detto sesto luoco, & escludesse detto Matthia in detto sesto luoco.* En igitur, quod promissio euictionis restringitur ad casum personæ tertij superuenientis, qui excluderet cedentem, at in casu nostro vnus ex quinque, & quintus excludit dictum cedentem à dicto sexto loco.

5 Vltimus causa euictionis attribuenda est vni ex dictis quinque, & occupanti quintum locum, & non primo, alioquin exhauriret crumenam, qui primam monetam, & non qui vltimam extraheret ex crumena.

6 Accedit, quod licet regulariter venditor de euictione teneatur, nihilominus si expressim fiat pactum, quod nõ teneatur de euictione, nec ad pretij restitutionem, & tam amplè pactum apponatur, seruandum est, licet durum videatur, *l. emptorem, §. ff. de act. emptor. & ibi Bar. & cautos venditores facere solere, dicit Bal. in l. cum dubitatur, C. de euict. Pres. de Franck. dec. 239.* Vbi vltimus disputat, quid adhuc si pretium non est solutum, quando sequitur euictio, an possit per emptorem retineri? Et per M. C. V. iudicatum fuit contra emptorem, non obstante quod in contrarium obijciebatur, pacta esse stricti iuris, & ideò pactum, quod venditor non teneretur ad restitutionem pretij, non operari respectu retentionis

pre-

pretij, & in sententiam M.C.V. inclinatur. *Præs. de Franch. & sequuntur Nouar. ad prag. 2. de liquid. instr. nu. 4. D. Reg. Latr. dec. 200. n. 9. Gasp. T. bes. lib. 1. qu. fur. 77. nu. 6. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. p. 14. n. 94. & scripsi in obseru. ad Præs. de Franch. assignando rationem, quia emptor censetur emisse iactum retis.*

7 In simili venditione facta iure creditoris, in qua venditor de euictione non tenetur ex *l. cum ea, & C. si plus, ff. de euict. Mangil. de euict. qu. 44.* Si adhuc pretium non sit numeratum emptor euictione sequuta etiam pretium soluere tenetur, ut explosa *Fabri sententia lib. 17. consuet. cap. 12. tenet D. M. f. lib. 1. var. cap. 44. n. 12. & cap. 45. per tot. & Fabrum reprobatur Reg. Latr. ubi sup. n. 30.*

8 Certius quando pactum ineuictionis, seu quod venditor de euictione non teneatur est pro personis limitatis quinq; creditorum, qui fuerant graduati nuncupatim expressi, *l. emptorem, S. qui autem, ff. de act. empt. ubi Bar. Gasp. T. besaur. n. 6. Mangil. q. 11 n. 35. & 38. Rota coram Mantica dec. 109. n. 3. & seq. ubi dicit, quod licet pactum huiusmodi iniquum videatur, attamen toleratur, quia emptor videtur quodammodo, emisse dubium euentum, sicuti quando quis emit iactum retis, *Fab. C. de bared. vel act. vend. def. 15. n. 9.* cum iactus retis à piscatore etenim emitur, & si nihil capiat, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit, & merito, quia emptor tunc dicitur emisse spem, & fortunam, & imputet sibi cessionarius, si priusquam nomen debitoris emit, non adhibuit diligentiam, quæ fuit necessaria ad inuestigandam veritatem anterioritatis, ita *Mantic. n. 7.* quem laudat *Mangil. hu. 79. n. 30.* ibi: *Ceterum ubi emeretur dubius euentus, ut quando in venditione conuentum est, quod venditor sequuta euictione non teneatur etiã ad pretij restitutionem, quod pactum valet; quia censetur quis emisse dubium euentum, sicut qui emit iactum retis, l. emptorem, S. qui autem, vers. nisi forte, ff. de act. empt. & ibi Bar. & ibi Paul. de Gasp. n. 1. vers. sextus loquitur, Rota coram Card. Mantica. dec. 106. n. 2. & 3.**

9 Fortius quia sumus in cessione nomi-

nis debitoris, in quibus terminis cedens tenetur præstare nomen dumtaxat verum, & si non euincitur nomen, vel ius redditus, sed hypothecæ euincuntur, aut distrahuntur pro debitis anterioribus, & debitor non est soluendo, tunc venditor nominis non tenetur, *l. periculum, ff. de pignor. l. si plus, S. fin. ff. de euict. Mangil. q. 80. nu. 13.* eo magis accedente pacto ineuictionis.

10 Nec obstat, quod cedens promiserit se defendere, & manutenere in sexto loco, alias teneri de euictione, & restitutione pretij. Quia promisit cedens se manutenere in sexto loco à tertio superueniente cum verbis indicantibus personam tertij, & non illorum quinque creditorum graduatorum. Dicit potius debet, cessionarium deceptum à quinque, si cadat deceptio, seu errasse in anterioritate ipsorum quinque, quam cedentis creditoris in sexto loco. Aut potuisse dimittere cedentem mantencionem sui loci, dum euictio euenit ad instantiam quinque mentionatorum creditorum, pro quibus noluit teneri cedens de euictione. Propensius, quia desit in cessionario probabilis ignorantia tertij creditoris, dum ut audio fuit persona coniunctissima cessionarij, & coniunctus præsumitur scit facta coniuncti. Denique dum cedens se obligauit ad se defendendum à tertio, & non à creditoribus graduatis, citrà dubium est, tertium obtinuisse gradum primi, & debitorem declaratum primo loco, & quintum creditorem successiue euicisse creditum cedentis sexto loco graduati, & à quinto non fuit necesse se defendere cedentem.

Neque turbat, quod sit casus metaphisicus promissionis euictionis, quæ sequeretur ad instantiam tertij superuenientis exclusuri cedentem à sexto loco, & non alios quinque; & præterea quando superuenit tertius excludendo aliquos ex quinque, adhuc dicatur tertius excludere sextum, quia quidquid est causa causæ est, causa causati, *l. manumissione, ff. de iust. & iur. Bart. in l. actor n. 2. ff. de re iudic. & causa determinat suum causatum, & omne ius potentius est in causa, quam in causato, l. digna vox, C. de legibus.*



gibus. Quia prorsus negatur, quod sit casus impossibilis euictionis, quæ sequeretur ad instantiam tertij graduandi in sexto loco. Sed potius quod frustratorium sit pactum ineuictionis ad instantiam illorum quinque graduatorum, quod non est dicendum.

Minus conturbat, quod iniquum sit, ut cedens habeat pretium rei, quam non præstat, siue cum debitor cessus soluendo non sit, perinde sit, ac si cedenti nihil deberetur, & potius succurri debeat cessionario, qui de damno vitando agit, quam cedenti, qui lucrum consequi intendit, ut in specie quando uterque cedens, scilicet, & cessionarius debitoris cessi præsentem inopiam ignorant succurrendum cessionario, tenent *Rodrig.*, *Guzman.*, *Cenc.*, & alij, quos refert, & sequitur *Olea tit. 7. q. 3. n. 8.*

Quia procedit quando cessionarius habuit probabilem ignorantiam, *D. Reg. Galeot. contr. 32. à n. 20. vsque ad 65. lib. 1.* Ulterius contrarium tenent *Faber lib. 12. romieff. cap. 7. Schifordeg. lib. 3. tract. 23. qu. 15.* circa finem indistinctè volentes tam periculum præsens, quam futurum nominis ad cessionarium spectare. Tandem etiam in casibus, in quibus habet locum euictio, si apponatur pactum ineuictionis, & deobligatio ad restitutionem pretij, tunc seruandum est pactum quamuis durum, ut supra probatum est, & emptor non potest retinere pretium, iuxta *dec. 239. Pres. de Franch.* quia cessionarius emisse censetur iactum retis.

#### ARGUMENTVM.

Cessio iurium facta per uxorem, si maritus rem suam vendat interueniente ipsa, & renunciante suæ hypothecæ dotali cum cessione iurium, cū reseruatione tamen sui crediti, & hypothecæ super alijs bonis mariti, an sit translatiua? cum *Andreola*, *Olea*, & alijs indicantur quæstiones insolubiles.

#### SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio uxoris ad fauorem ementis a marito est liberatio pignoris.

- 2 Quid si fiat cessio iurium.
- 3 Cedendo vxor hypothecæ an cedat solum prælationem?
- 4 Cedi an possit priuilegium, l. asiduis, C. qui pot. in pign.
- 5 Cessionem translatiuam negat Andreol.
- 6 Rationes opinionis Andreol.
- 7 Creditor primus si cõsentiat hypothecæ rei ad fauorem secundi, vel tertij quis ordo seruetur?
- 8 Primus qui consensit ad fauorem tertij, an præferatur quarto?
- 9 Permutatio locorum inter plures creditores indicatur.
- 10 Amaritudines articulorum offendit Author, & ipsius opinio.

#### QVÆST. XV.

- 1 **R** Enunciations, quas faciunt vxores ad fauorem ementium bonarum pro suarum dotium restitutione obligata nil aliud sunt, quam remissio pignoris, ut liberetur res ab hypothecæ renūciantis ad effectum, ut ipsa mulier non possit amplius super illis bonis dotes consequi, idque ad fauorem emptoris, ut ita remaneant libera emptoribus & nexu hypothecæ, *Bar. in l. iubemus, in c. lectur. n. 4. C. ad Velleian.* & ibi *Bald.* & *Castr. n. 1.* & isto casu vxor non abdicat à se suam dotem, nec iura ad eam competentia, prout nec hypothecam super alijs bonis, sed retento credito dotali solum liberationem bonorum venditorum in emptores transfert *Castr. ubi sup. & Bar. n. 7. Gratian. discip. 932. n. 19. Galleran. de renunc. centur. 1. renunc. 57. n. 1. & 2. Præfid. de Franch. dec. 477.*

- 2 Difficultas est, quando fit renunciatio cum cessione iurium an cessio importet iurium translationem? pro exclusionem creditorum, quas mulier præcedebat? Affirmandum videtur, quia hoc casu ob cessionem iurium ab vxote factam illius personam, & locum repræsentet, idcõque creditores posteriores vxori excludat emptor, ita *Bart. in l. ex legato, C. de legat. Salys. in l. 3. C. de remiss. pign.* firmat idem *Pres. de Franch. dec. 478. Cæcer. var. par. 3. c. 15. de renunc. n. 120.* qui n. 121. ita *Senatum* iudicasse refert, & scripsi

scripsi fusè in obser. ad Praef. de Franch.

- 3 Remittendo mulier, & cedendo hypothecæ, cedit tantum prælationem in re vendita, & sibi remanent creditum, & ius pignoris super alijs bonis, & emptor in fauorem cuius mulier cessit, subintrat in locum illius, vt præferatur tam vxori, quam creditoribus intermedijs, & mulier consentiens occupabit locum post alios creditores intermedios, & non immediatè post illum, quem in locum suum posuit, cum vno eodemque loco sedere duo non possint, ità *Salgad in labyr. cred. par. 3. c. 17. §. vn. n. 54. R. Reuer. dec. 148.*
- 4 Cessionarius tamen non habebit priuilegium prælationis ex dispositione, *l. assiduis, C. qui potior. in pign.* quia huiusmodi priuilegium, vt præferatur ex iure dotis cesso habentibus tacitam anteriorem nõ potest cedi, §. 1. *Authent. vt exact dot. instr. & script. in d. obser. 478. n. 3.*
- 5 Quidquid tamen supra dictum fuerit de cessione iurium, vt sit translatiua, nihilominus quando mulier retinuit penes se ius exigendi dotem, & creditum suæ dotis, tunc cessio non possit importare aliquam iurium translationem, sed solù illa cessio operetur solummodò effectum liberationis à nexu hypothecæ dotalis, tradit *Gabriel. consil. 41. lib. 2. Scapucc. de Saluian. lib. 2. q. 7. n. 2. & 3. Thomat. decis. 109. per tot.* quia cessio facta debet restringi, & declarari, vt non comprehendat ius reseruatum, *Riminal. sen. conf. 79. n. 31. Decian. consil. 132. n. 27. lib. 2.* ità per hæc latè *Andreol. contr. 162. per tot.*
- 6 Mouetur *Andreola*, nam quando mulier retinuit suum creditum dotale, tunc cum creditum, & actio resideant penes vxotem, solutio dotis non potest fieri, nisi ipsi mulieri, vnde hypotheca nõ trãsit in emptorem, cum effectus hypothecariæ esse debet, vt emptori vti cessionario solui deberet, neque ab eo potest exigì, vnde cessio hypothecæ nullum operari potest effectum, nec actionis, nec retentionis, operabitur tantum liberationem, *Gabriel. d. conf. 41. n. 14. & seqq. & 33.* & probatur ex *Bart. in l. fideiussor obligari post med. ff. de fideiuss.* quem sequuntur ibi *Castro, Alber., & Alex. consil. 47. n. 7. lib. 3.*
- 7 Attinent ad præsentem materiã, quæ

*Doctores* scribunt, si creditor anterior consentiat obligationi rei debitoris ad fauorem secundi, vel tertij, quod quando primus creditor consensum præstat obligationi in fauorem secundi, quod primus erit posterior, & secundus potior. Facti quæstio est, an præsumatur remissio pignori, & hypothecæ, vel permutatio tantum locorum manente saluo iure pignoris, quando in gratiam posterioris anterior permittit, vt pignus suum pignori derur. Differentiæ est, quia debitoris longè interest, pignus omninò liberum esse ab obligatione primi creditoris, quam vt anteriori, & posteriori creditum maneat obnoxium. At posterioris creditoris solum interest, vt in primi locum, & gradum constituatur. De hac re exemplum est in *l. creditor, §. si nomen, ff. qui potior in pign.* vbi quando primus gratificando secundo consensit pignoris obligationi, primus creditor non amittit ius pignoris, vel hypothecæ, sed tantum transfert in secundum ius prælationis, quod habebat, taliter quod de primo efficiatur secundus, & secundus constituatur primus. Id etiam procedere ait *Olea tit. 6. q. 6. n. 9.* quando sunt tres creditores, ità vt primus consentiens, pignus, vel hypothecam obligari tertio, primus descendat in gradum tertij, & tertius in gradum primi, secundus autem suum gradum retineat, ex qua locorum permutatione inter primum, & tertium nullum secundo damnum infertur, quia cū primus esset secundo potior pro quantitate puta 100. nihil secundi interest, an tertius primus exigat à debitore, an exigat tertius, si tamen pro minori quantitate valoris pignoris promisit pignus obligari, non residuo maneret potior secundo, ità *Olea* addens, quod primus nõ succedit in locum tertij ex eius iure, & persona, sed suo proprio iure; nam licet primus cedat, & transferat prælationem suam in tertium; tamen tertius nihil transfert in primum, neque ipse eius iuribus indiget, cum non transfulerit in tertium ius suum, nec ius pignoris, & hypothecæ, sed tantum prælationem, sequitur, vt dimisso prius tertio, & deinde secundo rectè suam pignoratitiam actionem

nem exerceat contra debitorem.

8 Subtiliter deinde indagat *Olea*, quid dicendum, si supponamus quatuor creditores; quorum primus permisit tertio, ut sibi obligaretur pignus, tertius autem non cessit primo prælationem suam respectu quarti creditoris. Exegit primo tertius, deinde secundus, cõcurrit primus nunc cum quarto, & contendunt de proprietate. Quartus arguit, quia si primus se iuuare intendat iuribus tertij, nullam ab illo cessionem habeat, si proprio iure inferior sit quarto, nam licet creditum retineat, simul ac hypothecam, destitutus tamen est iure prælationis. At contrarium est verius, quia si dimissus est tertius, de plano nunc primus vincit quartum.

9 Inter duos creditores, quorum vnus erat primus, & alter tertius in gradu, permittente primo, ut tertio prius solvatur, vel ei suam prælationem cedente, fieri locorum permutationem tradit *Salgad. par. 3. c. 13. §. unico*, ita ut tertius occupet gradum primi, & primus descendat ad gradum tertij, & sequitur *Maffin. de confiscat. q. 31. n. 123. Giurb. obser. 80. n. 6.* Infert *Olea* pignoratitiam actionem sine personali cedi posse.

10 Profundius tamen edifferendum est super questione proposita, quæ est vna ex insolubilibus, & me iudice non videtur declarata ita penitus nec per *Andreol.*, nec per *Oleam*. Quia difficultas consistit, an renunciatio, quæ fit per mulierem super corpore vendito, vel obligato solū obstet ei quoad illud corpus, ac quoad illam personam, cum qua contraxit maritus? Affirmatiuam opinionem probat *text. in l. iubemus. C. ad Velleian.* & ibi *Paul. de Castr. Menoch. lib. 3. præf. 119. n. 3. Præf. de Franch. dec. 477. num. 4.* ibi: *Primo aduertendum, quod tunc demum super bonis, super quibus renunciauit, non potest habere regressum, quando ipse, cum quo contraxit, & in cuius beneficium renunciauit, vel habentem causam ab eo bona possideat, quia si possideret alius, super eis pro dote agere possit.* Et facta per mulierem renunciatione iuris hypothecæ, is, in cuius fauorem mulier renunciauit, excludit tantum mulierem à dictis bonis, non verò creditores, qui ante ipsum, & post mulierem,

contraxerunt, ut notat *glos. in l. Claudius Felix, ff. qui pot. in pign. & per tradita per Præf. de Franch. n. 15. ibi: Est etiam aduertendum, quod ex hac remissione hypothecæ, is, in cuius beneficium renunciat mulier ex iuribus mulieribus competentibus nihil cõsequitur, sed tantummodo simplicem remissionem, ob quam ipse à bonis, super quibus renunciauit mulierem excludet, quo verò ad alios creditores, qui contraxerunt post mulierem, & ante hunc, in cuius beneficium mulier cessit, illi creditores excludent istum, ut dicit *glos. in d. l. Claudius Felix, C. de remiss. pign. addo Cyriac. contr. 34. n. 8.**

Difficultas remanet, quia sunt, qui volunt medium creditorem, qui in ordine secundus est, utrique præferri tam primo, quam tertio loco contrahenti, ut tradunt *Merlin. de pign. lib. 2. q. 18. n. 23. Salgad. in labyr. par. 3. q. 13. §. unico, n. 21. 27. & 59. Hodiern. ad Surd. dec. 163. n. 4.*

Punctus consistit, quia mulier renunciauit ad fauorem emptoris cum iurium cessione, sed mulier non est obligata de euictione, quo casu emptor posset se defendere iuribus mulieris, & uti iuribus eiusdem mulieris ad excludendos creditores posteriores, ut *Andreol. n. 7.*

Censeo resoluendum, quod si mulier renunciauit solum hypothecæ super bonis mariti, is, qui contraxit excludet solum mulierem à dictis bonis, non creditores, qui ante ipsum cõtraxerunt, si mulier fecit cessionem iurium, tunc contrahens excluderet etiam creditores, quos mulier præcedebat, eius locum representando, ita *Cancer. nu. 120. & 121. vbi ita iudicasse Senatam, refert, & vide, quæ scripsi in obser. 477. & 478. ad Præf. de Franch. vbi pleno Calamo scripsi pro solutione huius insolubilis questionis.*

#### ARGUMENTVM.

Cessa commoditate vsusfructus fundi prius vni, si deinde cedatur alteri, utrum primus cessionarius præferatur secundo? Explicatur quando cõcurrant ambo, cessionarij, & præferatur primus. Et cessio iuris emphiteutici quantum operetur.

#### SVMMARIVM.

1 Cessio habetur pro traditione.

2 Cef-

- 2 Cessum semel vni, non potest rursus alteri cedi vti extinctum.
- 3 Habens ius nominandi ad emphyteusim, & facultatem variandi facta nominatione cum cessione iuris non potest variare.
- 4 Patronus laicus presentando unum quãdo nequeat cumulare?
- 5 Ex duobus conductoribus an. preferatur primus?
- 6 Cessio iure percipiendi fructus cessio non habetur pro traditione.
- 7 Cessione simplici vni creditori personali prius facta, si deinde fiat cessio alteri quis preferatur?
- 8 Resoluitur articulus de conductoribus.

## Q V A E S T. XVI.

- 1 Commoditate vsusfructus alicuius prædij, pensionis, vel beneficij cessa prius vni, si deinde cedatur alteri, an primus preferatur secundo? Ad fauorem primi adducitur, quia cessio habetur pro traditione, & per cessionem subsequuta acceptatione dicitur facta traditio, *l. licet, §. 2. ff. de iur. dot. Monter. dec. 43. n. 13. Cencius de censib. q. 42. n. 9. Reg. de Ponte dec. 34. n. 24. Thomat. dec. Macerat. 137. n. 12. Olea de cess. iur. tit. 1. q. 4. n. 14.* igitur præfertur primus, tam ratione temporis, & tituli, quam traditionis, *l. quoties, C. de rei vendit.*
- 2 Præterea si cessio actionis alicui fiat, non potest rursus cedi, quia ius extinctum, vel quod non est, cedi non potest, *Viscont. ad Pres. de Franch. decis. 75. Ciriac. contr. 157. n. 14.* & actio vni semel cessa non potest alteri cedi in præiudicium primi cessionarij, *l. qui duos, ff. de leg. 2. Giurb. dec. 104. Guzman. de euis. qn. 35. n. 130. Card. Tusc. lit. C. conclus. 183.* excessione enim prius facta ius quæritur primo cessionario, *Olea vbi sup. n. 4.*
- 3 Adhæc infert, *Caldas p. 3. de potestat. elig. c. 4. à n. 31. in fin.* Eum qui habet ius nominandi ad emphyteusim, in casibus, in quibus post semel factam nominationem variare permittitur, variare tamen non posse, si nominauerit aliquem, cedendo ei omne ius emphyteuticum sibi competens, sequitur *Castill. lib. 5. contr. cap. 80. n. 18.* Ratio est, quia cessio iurium

facta in nominatum induxit donationem iuris nominandi, vnde variatio non est permessa.

4 Conuenit, quod patronus laicus, qui post factam præsentationem ad beneficiũ potest intra quadrimestre variare, dummodò id faciat cumulatiuè non recedendo a prima præsentatione, *cap. cum autem de iur. patron. Viuian. de iure patr. lib. 10. cap. 1. d. n. 1.* tamen variare non potest, si præsentans cesserit ius præsentandi pro illa vice, *Lara de anniuers. & cappellan. lib. 4. cap. 9. n. 23.*

5 Facit, quod ex duobus conductoribus præfertur primus, etiam si dominus primo non tradiderit, sed secundo, *l. a fin. d. l. quoties n. 32. Gamma dec. 130. n. 1. Giurb. dec. 59. n. 15.*

6 Contrarium tamen dicendum est in cessione facta iuris percipiendi redditus, aliosque fructus, quod licet incorporale sit, adhæret tamen rei corporali, sicque cessio tali casu non habetur pro traditione, sed requiritur actualis perceptio fructuum, *Alex. conf. 134. n. 8. l. 6. Tiracuell. de retract. lignag. §. 1. glos. 1. n. 9. Rota dec. 147. nu. 22. par. 3. rec.* Vnde si secundus cessionarius prius perceperit fructus ipse præferendus est, quemadmodum ex duobus emptoribus rei corporalis præfertur secundus, cui primo res tradita fuit, *d. l. quoties, Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 30. per tot.*

7 Si autem nemo fructus perceperit, & cessio facta fuerit solutionis causa, & ambo cessionarij sint creditores in actione personali, quemadmodum creditor personalis, quamuis altero personali creditore prior sit tempore, nullam prælationem habet in bonis communis debitoris, sed ambo pro rata concurrunt, ita & pro rata sine prælatione concurrere debent ad bona debitoris cessi, non attendente prioritatem cessionis, quia vbi simplex cessio nominis solutionis causa creditori fit, ex ea nullum dominium, aut hypothecam in nomine cesso acquirit, sed personalem dumtaxat obligationem *Guzman. q. 35. n. 63. Salgad. in labyr. credit. p. 1. c. 10 à n. 21.* nec personalis actio ex cessione quæsitæ plus iuris debet tribuere, quam personalis actio, quæ ex

E con-

contractu competeat. Secus si essent creditores hypothecarij, nam præfertur prior hypotheca, & secus si ex donatione, vel alio titulo translatiuo dominij fieret priori loco cessio, ita *Olea tit. 6. qu. 5. nu. 11.*

- 8 In specie conductorum verior est opinio, quod præfertur secundus, cui prius tradita est possessio, vt *Add. ad Gamm. Gomez. ad l. 50. Daur. n. 16.* plenissimè *Vela dissert. 19. Pacion. de locat. c. 21. a num. 12.* vbi quid si per constitutum.

### ARGUMENTVM.

Cedens nomen debitoris tale quale, vel actiones tales quales habet, an teneatur ad veritatem nominis, vt sit, & actiones vt sint, vel potius in casu inexistentiæ ad nihilum teneatur? Et quid si cessio fuerit dubitativa? An operetur clausula, *che il cedente non sia tenuto di verità, e bugia, buono, o Cattiuo?*

### SVMMARIVM.

- 1 Cedens quidquid iuris habet ad nihilum tenetur.
- 2 Vendere pro suo iure, & interesse, & vendere ius suum differunt.
- 3 Cedens nomen tale, quale, ad nihil tenetur,
- 4 Cessio alia pura, altera dubitativa, & que differentia.
- 5 Vendens, vel dans insolutum nomen tale quale ad veritatem tenetur.
- 6 Clausula, che il cedente non sia tenuto di verità, e bugia, an valeat?

### QVAEST. XVII.

- 1 Cedens nomen debitoris tale quale ad veritatem nominis cessi an teneatur? ad nihilum cedentem in casu inexistentiæ teneri dicendum videtur, prout cedens quidquid iuris habet, *l. quod si in venditione cum tribus seqq. ff. de hered. vel act. vendit. Otthobon. dec. 141.*
- 2 Præterea vendere pro suo iure, & interesse, & vendere ius suum toto celo differunt à simplici venditione, *Bal. in l. si domus, S. ult. & ibi Angel. n. 4. ff. de leg. 1. Alex. conf. 63. n. 10. l. 6. Ruin. conf. 141. n.*

*7. lib. 1. Natta conf. 38.* nam primo casu si nullum ius habet ad nihilum tenetur, *d. l. si in venditione, Andreol. contr. 323. Rota dec. 155. par. 12. rec. n. 20. ibi: Quidquid dici posset in casu cessionis iurium talium, qualium, quæ importat, vt sic cedens nõ teneatur ostendere se creditorem, nec iura bona, & vera facere, & sic qui nihil habet, ad nihilum astringi potest favore cessionarij l. si quod venditor, ff. de hered. vel act. v. d. Alex. conf. 27. n. 4. lib. 2. & consil. 93. nu. 2. lib. 4. & alij adducti in Romana cambiorum 26. Martij 1644. S. & hic intellectus, & 18. Iunij eiusdem anni sub S. quæ omnia coram R. P. D. meo Cerro.*

- 3 Contrarium probat text. in *l. si plus in fine. ff. de cuius.* vbi deciditur, quod cedens nomen tale quale, adstrictus dicitur, ad præstandum debitorem verum, non quod sit soluendo illis verbis, *Qui nomen quale fuit, vendidit, dumtaxat vt sit, non exigi, & c. Mangil. de cuius. q. 79. n. 7.*
- 4 Distinguunt alij inter cessionem conditionalem, & dubitativam, & inter puram. Primò casu putà, quia dicatur, *si quod habeo*, cedens ad nihil tenetur, nisi ratio doli in cedente, vel assignante concurrat, ad terminos text. in *d. l. si plus secus in secundo casu; Mantica. de tacit. lib. 4. tit. 13. nu. 5. Cencius de censib. q. 72. num. 23.* In primo etenim casu solum spes, seu prætentio per speciem incertæ aleæ in conuentionem deducitur, ideòque solum intrant termini doli, vel læsionis.
- 5 In secundo casu cedens ad veritatem iuris tenetur sine dubio si ex venditionis, vel in solutum donationis causa cederetur nomen tale, quale est; nam venditio, siuè insolutum datio, quæ cum venditione fraternixat, exigit essentialia requisita, scilicet, consensum, rem, & pretium, *d. l. si plus, S. fin. Duran. decis. 494. Consil. Roccus resp. 50. à n. 7. Card. de Luca lib. de credit. discept. 64. n. 7.*
- 6 Ad confirmationem iustitiæ cedentis satis confert, quod valet etiam cessio nominis debitoris sub hac formula, *che il cedente non sia tenuto al cessionario, o compratore della verità, bugia, bontà, o cattività del debito, Caball. conf. 100. quem extollit Costa de claus. claus. 55. n. 3.*

AR-

## ARGUMENTVM.

Cedens post cessionem an possit gratiosè debitorem cessionis ignarum liberare, vel per confessionem de recepto, aut dilationem concedere in præiudicium cessionarij. Vel creditor extinguere suum nomen in præiudicium suorum creditorum? Notatur *Cancer*. Expenditur *Card. de Luca* illuminatè distinguens. *Authorisque* sensus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cedens post cessionem, an possit liberare debitorem cessum per pactum gratuitum.
- 3 Creditor an possit extinguere suum nomen in præiudicium creditoris sui. expenditur *Cancer*.
- 3 Indistincta opinio *Gallerat. Olæz,* & aliorum de cedente.
- 4 Notatur *Cancer. uti varius.*
- 5 Articulus de cedente est quæstio facti.
- 6 Inter cessionem pro soluendo, & pro soluto distinguitur.
- 7 Interesse cum alijs circumstantijs attendendum.
- 8 Casus mixtus declaratur, & quid si dilatio concessa fuerit debitori cesso.
- 8 Authoris sensus.

## Q V A E S T. XVIII.

- 1 Cedentem per pactum gratuitum post cessionem posse liberare debitorem cessum ignarum cessionis, tradit *Alber. in l. nomen,* & quæ res pign. oblig. poss. Reddens rationem, quia debitor cessus soluendo post cessionem cedenti liberatur, quoties est ignarus cessionis, idque propter ignorantiam, & hæc sit causa finalis liberationis d. l. nomen, quæ ignorantia dum concurrat in remissione debiti, per consequens liberetur debitor, & *Albericum* refert *Cancer. part. 3. var. cap. 1. n. 129.*
- 2 An autem creditor possit extinguere nomen debitoris gratuito in præiudiciū suorum creditorum? Idem *Cancer. n. 141.* affirmatiuam firmat opinionem his verbis: *Ex quibus in puncto resolui, creditorē*

posse pacisci cum debitore dando, transigendo, & etiā remittendo, & extinguere nomē debitoris etiam in præiudicium hypothecarū aliorum creditorum, dummodò nō fuerit habita scientia dictarum hypothecarum, & remissio, seu transactio fuerit facta bona fide, secus si in fraudem l. fin. C. de his, quæ in fraud. credit. lib. 1. §. 1. ff. eod. sentijt *Vrsill. ad Afflic. dec. 335. in fin. & in hanc partē omnes Domini de Senatu inter informādū in quadā causa inclinabant, & postea reperiō, ita olim iudicatū in Curia Iustitiæ Aragonū, addo D. R. Rouit. cōf. 69. lib. 1. in fin. cō Rodrig. de ann. reddit. lib. 1. q. 29. n. 15.*

- 3 E' contrario alij tenent cedentem nō posse gratis post cessionem liberare debitorem cessum, siuè debitor scientiam habeat cessionis, siuè non; quia licet debitor non consequatur liberationem, tamen non remanet in damno, si autem pactum non esset gratuitum, & debitor sciat qualitercumq; cessionem, nō poterit se iuuare eo pacto aduersus cedentē, ita *Galler. de renunc. lib. 1. cap. 4. n. 8. & 94. Cæcius de cens. q. 67. n. 6. Acosta de priuil. credit. reg. 3. ampliat. 4. nu. 31. Burg. de euct. e. 11. n. 31. Claper. tom. 2. caus. 63. qu. univ. per tot. Arias de M. s. lib. 1. var. cap. 1. n. 17. Olea de cess. tit. 8. qu. 3. n. 36.*
- 4 Statuit conclusionem in hoc puncto *Cancer. ubi sup. n. 130.* vt si liberationem factam à debitore, appareat, procedere ex mera causa voluntaria directo destinata ad extinguendum nomen debitoris sui, procedat opinio *Panciroli,* vt non in præiudicium dictæ hypothecæ creditoris possit voluntariè nomen debitoris extinguere, maximè cum in eo nō lædatur debitor, cū pecuniā nō exburfauerit; & non æquum sit, vt cum iactura aliena locupletetur, & sic in proposito hæc opinionem, tenet *Surd. conf. 22. n. 31. lib. 1.*
- 5 Istam esse quæstionem potius facti, quā iuris tradit *Card. de Luca li. de cred. discept. 70. n. 12. & seqq.* ex facti qualitate & circumstantijs prudentis arbitrio decidēdā, manifestūq; errorem esse cū generalibus distinctionibus, & regulis in omni casu procedere, cū tota vis principaliter consistere videatur in bona, vel mala fide, & an adsit collusio, necne, vel eius probabilis suspicio supplantandi tertii.

6 Distinguit deinde *Card. de Luca*, quod vbi cessio est in solam gratiam cedentis, quod ab aliquibus explicari solet quando cessionarij nihil interest, an nomen exigatur necne. Vel quod interesse sit modicum, quale considerari solet in exactore, vel administratore, seu negotiorum gestore obtinente mercedem exactoris, siue etiam in cedentis creditore, cui nomina debitorum cessa fuerint pro soluendo, ac iure impliciti mandati per debitorem idoneum, contra quem facilis, ac proptus sit regressus. Et tunc parum refert huiusmodi quaestiones assumere, quoniam siue per veram, siue per confessatam solutionem debitor cessus liberetur, nihil, vel satis parum cessionarij interest, idemque non videtur esse congrua ratio denuo molestandi debitorem iam liberatum.

7 Aut verò interesse est omnimodum, vel magnum, & considerabile, & tunc aut debitor cessus contendit de lucro, cessionarius autem de damno; quia nempe cedens gratuitam debiti remissionem fecerit, & extra controuersiam sit pro cessionario respondendum esse, quamuis in debitore cesso ignaro, vel non inhibito de tempore obtentae liberationis bona fides concurreret, cum tali casu, licet ex parte ipsius debitoris ita liberati non adsit fraus, quae dicitur consilij, adesse tamen dicatur fraus, quae dicitur praedictij, seu re ipsa.

Si constat de vera, & effectiua solutione citra fraudem, & solutionem, vel eius probabilem suspicionem, nimium circumspicere procedendum est, ut quoties requisita *d.l. 3.* non verificentur, cum de facili ille, qui verè debitum semel soluit, denuo ex rigorosa legali subtilitate iterum soluere cogi debeat, vbi praesertim ob impotentiam, vel maiorem potentiam eius, cui solutum est, praedictum habeat de irreparabili, quonia in concursu culpa maior videtur illa cessionarij, cui minus commiserandum est, dum sibi imputare debet, aut obtentam cessione neglexerit formiter inhibere, & adhibere remedia per legem sibi tradita.

8 Vbi autem sit casus mixtus, seu ambiguus, qualis videtur ille, in quo certa, & concludens verax, & effectiua solutionis probatio non habeatur, neque explicitè co-

stet de remissione gratuita, puta quia agatur de quietantia per confessionem de recepto, & tunc procedendum videtur cum ijs, quae traduntur in materia confessionis in casibus prohibitis, quando etenim agitur de de solutione vera, & effectiua, tunc dicitur actus necessarius, quem creditor recusare non potest, neque debita per ipsum contracta restringere possunt debitoris facultatem soluendi proprium debitum, & ab eo se liberandi. Secus autem vbi agitur de voluntarijs remissionibus, vel diminutionibus, ut per concessionem dilationis, quia debitor nequit renunciare ius sibi quaesitum ex contractu, ut *Reg. Latr. dec. 34. n. 12. Salgad. in labyr. credit. p. 1. c. 12. n. 22.*

9 Distinctionem existimo adhibendam inter praedictum, & praedictum, ut si agatur de creditore, vel cedente pro soluendo sua debitorum nomina an possit extinguere gratuito in praedictum creditorum, vel cessionariorum, & tunc si desit scientia, & nequeat haberi recursus aduersus remittentem creditorem, vel cedentem, in hoc casu liberatio vti in fraudem non subsistere, si cessio sit pro soluto, & idem sit dicendum, etiam si adsit ignorantia, si verò adsit scientia qualicumque etiam ultra requisita *d.l. 3.* & similiter non teneat gratuita remissio.

Proluxe edisserit de hac re *Montan. contr. 10. n. 4.* & laudat *Bart. in l. facta, S. ff. heres. ff. ad S. Treb. distinguentem*, ut sufficiat qualicumque scientia si cessio fit ad commodum cessionarij in pacto de non petendo, vel acceptilatione, quia non noceret cum *Anna in singul. 486. contra Afflictum dec. 335. in fin. & Fab. de Ann. in addit. ad d. singul. genitoris sui*, cumulat alios, & impugnat *dec. 61. n. 9. Cacherani*. In solutione pecuniae, quae est actus necessarius, requisita *d.l. 3.* exigit *Montanus cum Bald. in l. 1. C. de act. & oblig. n. 35. ibi. Cum ergo obligatio debitoris non sit mutata, ergo nec facultas soluendi ei adhaerens, praesertim quia interest sua potius soluere ei, cui quae contraxit quam cessionario, quia grauarietur in probatione cessionis*. At respectu creditorum idem *Montan. n. 3.* tradit conclusionem esse veram, quod si debitor in cuius beneficium factum fuit pactum de non



non petendo, vel sequuta solutio, seiebat, creditores esse, & sic fuit in dolo, daretur actio reuocatoria Pauliana, ex *glos. in l. sub condicione, verb. olim, vers. hoc autem, ff. de solut.* si creditores haberent personalem, si haberent hypothecam, agent hypothecaria, nam ex scientia, & fraude debitoris, & eius, cui fuit factum pactum, vel solutio, non extinguitur debitum, & successiue non resoluitur hypotheca, & refert *Cancer. in d. cap. 1. n. 141.* Quæ scientia requiratur, nõ se declarat *Montanus.*

## A R G V M E N T V M.

Cohæres obtinens cessionem actionum in sui beneficium à creditore hæreditario propria pecunia an communicare, teneatur cessionem cohæredibus accepta rata pecuniæ datæ pro cessione? Adhæc num cessio hæc profit contra alios creditores ipsi hæredi cum beneficio inuentarij. An iure improbetur *D. Præs. de Franch. in dec. 450. & 61.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Lucrum cessum vni ex fratribus cohæredibus à creditore aliquo accepto an sit communicandum alijs fratribus?*
- 2 *Quid inter extraneos hæredes? Refertur opinio aiens.*
- 3 *Castrensis negat ex littera text. in l. fin. §. quatuor, ff. de leg. 1.*
- 4 *Author arguit contrarium ex ratione d. §. quatuor.*
- 5 *Lucrum cessum hæredi an profit contra creditores hæreditatis?*
- 6 *L. 3. ff. ad l. Falcid. an procedat ad fauorem hæredis cum inuentario?*
- 7 *Author defendit D. Præs. de Franch. contra Montanum.*
- 8 *Quod in lucro cesso hæredi transigenti?*

## Q V A E S T. XIX.

1 **T**itius creditor Caij in mille accepta quadam summa à Seio filio, & cohærede pro medietate dicti Titij cum beneficio inuentarij, cessit in beneficium Seij actiones sibi competentes pro tota summa sibi debita. Instetit frater dicti

Seij, per cohæredes cessionem prædictam esse ei communicandam pro medietate, soluta medietate pecuniæ solutæ creditori. Quæritur verum sit communicanda? Affirmatiuam opinionem suadet *text. in l. fin. §. quatuor, ff. de leg. 1.* vbi cohæres soluendo creditori, cui communia bona erant hypothecata dicitur potius luere, quam emere actiones illas, quem *textum glos. 2. ibid. Alex. in l. 1. C. de dolo, & Negus. de pign. 3. memb. 5. p. num. 5.* intelligunt inter fratres propter vinculum fraternitatis. *Morott. de iur. offer. num. 16. D. Reg. de Marin. lib. 2. resol. 219. num. 10.* & inter fratres decisum refert *Montan. contr. 60. n. 1.* omnibus cohæredibus acquisitam esse cessionem à creditore factam soluta pecuniæ rata cohæredi.

2 Suboritur difficultas inter extraneos cohæredes, an militet *text. in d. §. quatuor?* & *Præs. de Franch. dec. 450.* intelligit *textum* inter cohæredes genericè, ex *text. in l. Lucius, §. Titia ex asse, ff. ad Trebell. vbi glos. & Alber. allegantur d. §. quatuor, Molfes. ad Consuet. Neap. par. 2. tit. de bon. qu. 2.* & iuxta intellectum *Bald.* cohæres emens rem venditam pro debito omnium cohæredum censetur etiam pro eis emisse, & quia cohæredes subiunguntur oneri soluendi ratam partem debiti, & retinere debent illud ius, quod ex testamento acquirerunt.

3 E' contrario *Castrens.* in *d. §. quatuor* dicit, tria copulatiue esse in causa dispositionis *d. §.* nempe communionem inter ipsos, communem obligationem, & tertio ius fraternitatis, & equidem casus literalis *d. §.* est. Quis instituerat quatuor filios, & fundum iure prælegati singulis reliquerat, hæredes vt satisfacerent æri alieno testatoris mutuam pecuniam acceperant, & creditori pecuniæ obligauerant se, & bona. Cum verò non soluerent pecuniam creditam, iste vltimus creditor impetrauit ius distrahendi bona obligata iure creditoris, & ea distraxit in vnum ex fratribus, qui soluta pecunia creditori petebant bona. Respondet *Scauola* iure petere.

4 Laborant *Doctores* in scrutanda *d. textus* ratione, & admodum obscure *Fulgos.* & trepidat tam in prima, quam in secunda

da lectura d. S. Videtur autem, illam esse rationem tituli hæreditarij, quia illi quattuor filij testatori fuerant hæredes instituti, & eis prælegatus fundus, ita vt de eo quilibet caperet, ibi: *Et fundum per perceptionem, & validitatem legati præsupponit glos. in verb. fundi, & verb. competentem.* Quia ergo hæredes considerantur in capiendo legato, vt hæredes, & vt legatarij, quia quilibet ab hæredibus capit suam portionem, singulique eorum vt hæredes tenentur erga cohæredes facere legatarios, idest præstare legatam rem, nimirum ergo, si emente à communi creditore altero eorum, is teneatur rem emptam oblata pecunia impensa in emptione facere legatariorum cohæredum vti à testatore ipsis relictam pro eorum ratis, cum hæres teneatur præstare factum, & implere voluntatem defuncti, sic probatur ex illis verbis: *Quæritur an cum iste filius ex causa emptionis ea possideat fratribus, & cohæredibus fideicommissi petitio cesset, an verò ea perempta esset, cum communiter vniuersa sequenti creditori obligauerint. Respondi, actionem quidem fideicommissi in personam competentem omnibus inuicem manere, non autem fideicommissum restituendum esse, nisi prius debitum ab eis emptori, eidemq; cohæredi persolueretur.* Ecce igitur aperte ex his verbis colligi causam cohæredum in consequendis rebus relictis pendere ex titulo hæreditario emptoris, vt fideicommissum à se iniunctum in fundo præstet cohæredibus, ita sentit *Merltn. de pign. lib. 4. quæst. 45. num. 41. & 42.* recedens ab intellectu *Castrensis* cui adhæret *Montan. d. num. 1.*

Alia est quæstio an lucrum cessum hæredi per creditorem sit hæreditarium, vel proprium, vt profit contra alios creditores, si hæres sit cum beneficio inuentarij? Pro hærede arguitur, quia ex propria diligentia, & propria pecunia obuenerit ad *text. in l. 3. ff. ad l. Falcid.* non enim actio illa cessa à creditore erat in hæreditate, imò contra hæreditatem penès creditorem, *l. si creditores, S. sed si post ff. de separat.* vbi distinguit, an obuenerit ex hæreditate, idest immediate ex re hæreditaria, an verò hæres ac-

quiserit ex alia causa, vt primo casu lucrum sic hæreditarium, & incidat in hypothecam creditorum, secundo casu nō. Et licet *Paul. de Cast. in d. l. 3. nu. 1. & 2.* dicat obuenerit propter hæreditatem, hoc non sufficit, vt hæreditariū sit, dum *sext.* requirit, quod obuenerit ex hæreditate, dictio *ex immediatam causam* exprimit *l. 1. ff. de coniug. cum emancip. liber.* Et ita decisum per S. C. refert *Montan. n. 2. scilicet cessum esse proprium hæredis aduersus creditores.*

6 Addit *Montanus* non fuisse admissam declarationem ad *d. l. 3. ff. ad Falcid.* scilicet, non præscribere sibi vim in hærede cum beneficio inuentarij, vt tradit *Præs. de Franch. dec. 61. nu. 22.* qui ducitur, quia huiusmodi hæres, sicut non debet esse in danno de suis bonis cum creditoribus hæreditarijs, ita quoque non debet lucrari. Nam fuit responsum, non debere lucrari ex hæreditate: sed in hoc casu lucratur ex sua pecunia.

Addo *Mocciam in sylua cas. forens. cap. 28.* vbi probat, quod si hæres cum inuentario vendit rem hæreditariā plusquam verè valeat, illud plus cedere lucro hæredis; tanquam habeat fortuna, & fatuitate emptoris ex *text. in l. si hæres institutus, ff. ad l. falcid.* vbi *Paulus* inquit, quod cum hæreditas non esset soluendo, hæres se concordauit cum creditoribus hæreditarijs, qui aliquam quantitatem illi remisissent, illud remissum non acquiritur hæreditati, sed hæredi, nam licet super illa fuerit habita, attamen acquiritur ex propria industria, & *Moccia* carpit *Præs. de Franch.*

7 At vide contrarium penès *Molles. in Consue. Neap. 2. p. tit. de bon. qu. 21. a nu. 2.* vbi ita refert decisum per R. S. C. & *Ego in obseru. ad Præs. de Franch.* dixi opinionem *Moccie*, & decisionem relatam per *Montanum* fundam in *d. l. 3.* ex eo quod diminutio hæreditatis contingens post mortem testatoris cedat damno hæredis cum beneficio inuentarij, ex *Ripa in l. 3. S. is qui quadraginta, ff. ad l. falcid.* sed id erat verum de iure *fff. in l. in ratione, ff. ad l. falcid.* Aliter hodie de iure *Codicis*, nam facta inuentario preemptiones contingentes nocent creditoribus, & legatarijs.

8 Aliud

8 Aliud tradit *Montanus* si hæres transigat cum creditore hæreditario, cui dederit pecuniam hæreditariam, vel aliam rem hæreditariam, & obtinuerit iurium cessionem maioris summæ, quia hæc cessio proficiet hæreditati, non hæredi, qui dedit, nam creditor intuitu rei sibi datæ cessit, non personæ, quæ dedit.

## A R G V M E N T V M.

Filiæ, vel sorori volenti Monasterium ingredi, an debeat a patre, vel fratre integrum paragiū, & possit cedi excessus, qui non tribuitur Monasterio? *D. Reg. de Marin.* refellit *Consl. Prouenzal.* Expenduntur decisiones *Rotæ Rom.* Reijcitur *D. Olea,* & distinguitur cum *Card. de Luca,*

## S V M M A R I V M.

- 1 Paragium sororis si excessuum sit pro ingressu in Monasteriū, an excessus possit cedi?
- 2 Legatis mille puella pro Monacaggio, si aliunde ille se dotet, vel sit excessuum legatum an possit cedi dos, vel excessus?
- 3 Casus anxie in *Rota Rom.* ventilatum refertur.
- 4 Legatum relictum certis personis pro matrimonio carnali an debeat Religionem ingredientibus?
- 5 Quid sit legatum pro matrimonio carnali sit maius, quam pro spirituali?
- 6 Dispositio exclusiua profitentium vitam Religiosam an sit seruanda?
- 7 Ambigua voluntas congruit utrique matrimonio.
- 8 Concurrenere debet etiam fauor Monasterij, & cessio excessus fieri ad fauorem ipsius.
- 9 Distinguitur cessio, an sit ex causa lucrativa, vel onerosa.
- 10 Legatum pro dote quando intelligatur pro nuptijs spiritualibus.

## Q V A E S T. XX.

1 **F**iliæ, vel sorori ingressæ, vel quæ velit ingredi Monasterium, an debeat dari integrum paragium, vel solum dari Monasterio per patrem, vel fratrem? Tractant hanc quæstionem pragmatici, quos cumulant *Dom. Reg. de Marin. ad*

*Reg. Reuert. obs. 1. & 52. & Consl. Prouenzal. super Consaet. si moriatur obser. 1. per tot.* Qui inter se dissident, nam iste defendit satis esse, dari paragium ingressarum, & quod nequeat cedi additamentum. E' contrario *Reg. de Marin.* oppositum sustinet, & *d. obser. 52. num. 9.* refellit *Prouenzalem,* a quo recessi in *obs. 44. ad Preside Franch.* quia sponsa cælestis non debeat esse deterioris conditionis sponsa terrestri, & vita contemplatiua sit salubrior actiua, *cap. sanè de regular. & ex traditis per Afflic. decis. 348.* Neque debeat quis aliquo respectu retrahi à Religione.

2 Præterea si legentur mille mulieri pro Monacaggio, si illa aliundè dederit dotem Monasterio, vel partem ex legato, poterit integrum, vel residuum cedere tempore emittendæ professionis, *Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 6. num. 43. Farin. decis. 440. nu. 1. Select. Peña decis. 660. n. 8. Olea tit. 3. quæst. 7. num. 42.*

3 Casus anxie in *Rota Rom.* disputatus fuit apud *Farin. & Peña ubi sup.* cuius species est. Quidam testator instituit hæredes vniuersales duos ex fratre nepotes, omniaque bona fideicommissio grauauit perpetua, & singulis ex ijs filiabus tempore, quo nubent, dari iussit duo millia scuta. Vnus ex hæredibus tempore professionis filiarum cauit, vt filiabus mille pro quolibet earum pro dote Monasterij, alia scutorum millia ei per filias cederentur. Quæstio erat an ex bonis fideicommissio subiectis tantum detrahendæ essent dotes, quæ peruenerunt ad Monasterium, an verò integrum legatum filiabus relictum? Et præsupposito per eos, quod legatum, quamuis relictum esset filiabus hæredis pro matrimonio debeat eis religionem ingredientibus. Resolutum fuit, cessionem in fauorem patris non consistere, & tantum ex bonis fideicommissi detrahendas esse dotes solutas Monasterio.

4 Verissimum inquit in hac specie *Olea ubi sup. num. 41. & 42.* legatum etsi relictum certis personis pro matrimonio carnali debeat Religionem ingredientibus ex *Faria in addit. ad Couar. lib. 1. var. cap. 19. à nu. 55. Castill. tom. 5. controu. cap.*

- cap. 90. à num. 55. *Bottilier. de success. cap. 1. theor. 3. num. 44. & theor. 18. nu. 6.* Imò integrum legatum pro nuptijs relictum sit habitura ingressa in Monasterium, ac etiam posse cedere residuum.
- 5 Idque ampliant plures, vt si pro nuptijs carnalibus legata sint mille, pro spiritualibus verò centum adhuc velint integra mille deberi pro spiritualibus ex deductis per *Theaur. qu. forens. 60. lib. 1. Boss. de dote cap. 4. nu. 157. Ciardin. controu. 218. num. 45. Borrell. in summa decis. lib. 3. tit. 4. de iur. dot. num. 117.*
- 6 Verior tamen, & in foro recepta opinio est, vt scilicet vbi non constat restrictiuium esse legatum ad nubentes in sæculo propter odium Religionis, seruanda sit voluntas testatoris exclusiua profitentium vitam religiosam, *Doctores in Autb. nisi rogati, C. ad S. C. Trebell. & in cap. in praesentia de probat. Masrill. decis. 153. Sanch. de matr. lib. 1. disp. 33. num. 29. & disput. 34. num. 13. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 3. p. 3. num. 6. Ludouif. ad decis. 301. & Beltram. ad eund. decis. 163. Card. de Luca lib. de dote disc. 12. num. 4.*
- 7 Vbi autem voluntas est ambigua, quia nempè dispositio concepta sit de dote simpliciter, siuè pro nuptijs, vel matrimonio. Et tunc licet *Giouagn. consil. 55. & 57.* probare studeat, vt in proprio, & naturali significato non nisi carnalibus nuptijs hæc dispositio conueniat. Contraria tamen est verior, & magis recepta, ideòq; legatum, vel alia dispositio etiam spiritualiter nubentibus debeatur, nisi ex coniecturis, vel facti circumstantijs contraria disponentis voluntas vrgeat *Ciardin. d. controu. 218. num. 6. Boss. cap. 4. num. 156. Card. de Luca num. 6.*
- 8 Recipienda est tamen regula, quatenus concurrente præsumpta disponentis voluntate, in qua illa fundatur, concurrat etiam fauor Religionis, seu Monasterij, ità vt vnum sine altero non sufficiat. Ideò si Monasterium ingrediens renunciam faciat, seu alias disponat ad fauorem alterius, quam Religionis, siuè istam incapacem ingrediatur, & tunc legatum non cedit fauore renunciarij, seu eius, in quem ingrediens disposuerit, minusq; fauore venientium ab intestato, sed re-
- manet caducum, quia cessat alterum requisitum fauoris Monasterij, vt *Fontanell. vbi sup. par. 6. num. 36. Laderch. consil. 152. num. 3. latissimè Giouagn. conf. 48. lib. 1. & consil. seqq. vsq; ad 55.*
- 9 Locum habent prædicta, vbi agitur de cessione ex causa lucratiua, & in gratiam ipsius cessionarij tantum. Secus autem vbi esset ex causa onerosa, & in gratiam potius cedentis, quam cessionarij, vt frequenter contingit, quia nempè puella volens ingredi Monasterium indigeat pecunia numerata iuxta formam Decretorum Sac. Congregationis depositanda, vnde non suffragaretur legatum consistens in speciebus, quod proinde cedere oporteat danti pecuniam, siuè constituenti illum redditum vitalitium, qui pro extraordinarijs indigentijs de consuetudine in Monialibus quodammodo necessarius videtur, ita vt pars dotis dicatur iuxta *decis. 671. Merlin. & dixi d. obseruat. 44.*
- Nihil differre, an cessio fiat per Monasterium, vel per puellam per viam donationis, quando nequit fieri à puella sentit *Card. de Luca num. 1.*
- 10 In casu ambiguae voluntatis an legatum siuè dispositio nedum ad fauorem nubentis in sæculo, verum etiam ingredientis in Monasterium sit ordinata, vbi agitur de certis, & determinatis personis, siuè incertis ex certis, in quibus particularis affectio sanguinis, vel alterius peculiaris motiui agitur, putà qui agatur de generica dispositione super dotalibus subsidijs puellis de patria præstandis, decisio pendere videtur à quantitate ad hunc effectum destinata, si enim attento more regionis solis nuptijs carnalibus destinata congrua est, excessiua, ac incongrua spiritualibus, tunc magna est coniectura, testatorem de solis carnalibus sentiisse, vt aduertit *Giouagn. d. consil. 57.*
- Sed hoc non obstante, monacandis etiam dispositio conuenire debet, non in totum, sed solum pro summa talibus nuptijs spiritualibus opportuna, vt fuit sensus *Rota* post eundem *Giouagn. consil. 55.* & sentire videtur *Sanch. dict. disput. 33. num. 32. in fin. Card. de Luca d. num. 12.*

Rationem assignat, quia si principalem respectum habuit disponens ad personas: ut eas ita prouideret, earumque honestati, & collocationi consuleret, non curato potius vno modo, quam altero, licet summa, seu quantitas destinata argueret, eum potius sensisse de carnalibus nuptiis, quia non per hoc species in mente non habita pro spiritualibus videtur exclusa, sed verisimiliter inclusa censetur ad limites tamen necessitatis, vel congruentiæ, quæ in ista consideratur, cum eadem voluntas non sit ad ditandum Monasterium ab ipso disponente non cogitatum, ita ut iudex induendo personam defuncti, ita eius voluntatem declarare dicatur. Si verò dictum augmentum ex summæ incongruentia non resultet, tunc planum est omnibus puellis de genere, siue vno, siue alio modo nubant idem subsidium deberi, nisi facti circumstantiæ aliter exposcant, & ita passim seruari in Montibus familiarum, aliisque similibus dispositionibus tradit *Card. de Luca*.

Indefinitè si onus dorandi puellas pio loco adiectum esset, siue illud directum esset hæredi, vel alteri, tunc inspiciendū, an dispositio latino, vel vulgari sermone concepta sit, si in latino, quia dictum esset *pro dote*, seu *pro nubendo*, & tunc vtri que speciei nuptiarum conuenit: Si verò in lingua materna, & tunc recurrendum ad communem usum loquendi, putà si dicatur *per maritare* tunc hoc verbum de communi vsu loquendi non conuenit Monacandis, & ita distinguit *Rota* apud *Caualer. decis. 427. nu. 4.* ita *Cardin. de Luca num. 15.*

#### ARGUMENTVM.

Cessio iurium an retrotrahatur ad tempus solutionis, vel potius attendatur tempus cessionis? Expenditur *Costa*, & distinguitur inter fideiussores, correos, & tertium possessorem. *D. Olea* confutat *D. Reg. de Marin.* an gratis, vel iure? Et sensus *Authoris*.

#### S V M M A R I V M.

1 Cessio iurium an retrotrahatur ad diem solutionis? Expenditur *Costa* distinguens.

- 2 Declaratur *Costa* in formatione questionis.
- 3 Cessio potest fieri fideiussori soluenti etiam ex interuallo post solutionem.
- 4 Quid si fideiussor se obliget uti principalis?
- 5 Correo an possit fieri ex interuallo.
- 6 Tertio possessori soluenti an post solutionem cessio facta sit efficax.
- 7 Vtilitas articuli ostenditur orientis ex inaduertentia contrahentium.
- 8 An *D. Olea* gratis refellat *D. Reg. de Marin.* negantem efficaciam cessionis actionis hypothecariæ.
- 9 Intellectus text. in l. si res, ff. de leg. 1.
- 10 Tertius possessor soluens creditori sine cessione actionum an succedat in hypothecam illius?
- 11 Sensus *Authoris*.

#### Q V A E S T. XXI.

1 **A**Rduam, & multis rationibus vtrique pugnantibus implicitam questionem appellat *Costa* in tract. de retrotract. c. 9. cas. 5. An cessio iurium retrotrahatur ad tempus solutionis, vel attendatur præcisum tempus solutionis? Et distinguit tres casus principales.

Primus est, cum agitur de pluribus fideiussoribus, vel mandatoribus, seu quibusuis alijs accessoriè obligatis, & tunc cessio possit fieri ex interuallo nedum aduersus confideiussores vno solidum solvente, verum etiam aduersus debitorem, l. cum is qui, ff. de fideiuss. Praes. de Franch. decis. 55. num. 12. cum alijs, quos cumulat idem *Costa*, formans consequentiam, ut cessio possit ex interuallo fieri, & facta retrotrahatur ad tempus ipsius solutionis, cum iure repræsentandi cedentem, quia actio aduersus debitorem non sit sublata, neque fideiussor alterius contemplatione soluerit, idque ad effectum præcipuum obtinendi cessionem hypothecariæ actionis, quæ creditori competeat, postquam personalis ex mandato competit absque cessione.

Secundus est casus, quando sumus in pluribus correis, vel æquè principaliter obligatis, & tunc cum cessio non sit necessaria, frustra quæri de retrotractione ait *Costa*.

F

Ter-

Tertius est casus, quando solutio non attinet ad solventem, nisi amicitiae, ergo, vel iuris sui conseruandi causa, vel ad maiorem cautionem, & tunc distinguit *Costa*, vt si initum sit pactum de cedendo solutionis tempore, & ex interuallo cessio facta retrotrahatur.

2 Paululum obscure, & remissè tractat quaestionem *Costa*, volens rem cessionis trahere ad suam materiam de retrotractione. Punctus enim redigitur quando cessio ex interuallo facta sit efficax.

3 Quoad primum casum, constans est conclusio apud omnes, & certa, posse fieri cessionem ex interuallo fideiussori, adhuc nulla praemissa pactione, si proprio nomine fideiussor soluit, vt *d.l. cum is*, *Hodiern. ad Surd. decis. 308. Merlin. decis. 235. & 312. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 43. nu. 8. Olea tit. 5. quest. 4. n. 13.* Sed quando fideiussor simpliciter soluit, res aliquantulum in obscuro est, an cessio post solutionem suffragetur, & magis recepta sententia est, affirmans *D. Reg. Latro decis. 32. n. 6. Amat. resol. 37. à. n. 39.* Beneuerum idem *Olea* in contrarium refert *Menoch., Fabrum, & alios.* Demum distinguit, an fideiussor spontè, vel coactè soluerit, vt primo casu non possit fieri ex interuallo. Secus in secundo, & rationabiliter, quasi non censeatur soluere pro liberatione debitoris, sed ipsiusmet solventis. Quinimò indistinctè tradit *Olea* primam opinionem esse magis receptam, & æquiozem, vt possit fieri cessio ex interuallo, si fideiussor simpliciter soluerit attento iure communi, quidquid sit de iure Hispaniae.

4 Fideiussor, si vti principalis, & insolidum fuerit obligatus, eius obligatio etiam dicitur accessoria, & concernit solummodò cautelam eximendi creditore ab onere excussionis principalis, *Merlin. de pign. lib. 4. quest. 70. num. 31. Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 23. nu. 22. Dom. Reg. Latr. decis. 32. Merlin. decis. 512. Card. de Luca lib. de credit. disc. 7. num. 6.*

5 Circa secundum casum de correo soluente, omnes conueniunt, cessionem ex interuallo post solutionem nullius momenti esse, nisi praecederet pactum de cedendo ex *vulg. text. in l. Modestinus, ff. de*

*solut. Nogueros. alleg. 11. nu. 48. Reg. Latro decis. 153. num. 16. Olea tit. 5. quest. 4. nu. 2. Qui num. 5. cauendum ait ab Amat. resol. 37. num. 7. existimante, deberi correo ex interuallo, & quandocumque cessionem contra alterum, ad quem insolidum pecunia peruenit, vt etiam tenet Maur. Aret. de fideiuss. Quorum assertionem improbat *Olea*, si enim vera esset, semper correo post solutionem cessio fieri posset pro illa parte, quae ad alium peruenit, & tamen cedi, pro parte nequit, vt firmat, *Felician. de censib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. nu. 9.* Restringit *nu. 8.* si correi obligatio esset diuersa ex *Hodiern. nu. 16. Nogueros. n. 36.* Vel pariter si correat proprio nomine, soluisset *Nogueros. nu. 49. Reg. Latro decis. 35. num. 5.**

6 Acrior difficultas est, an tertio possessori hypothecaria actione conuento soluenti pro liberatione rei possessae ex interuallo efficaciter actiones cedantur? Affirmat *Olea qu. 4. num. 28.* quia soluere praesumitur vt liberet hypothecam, non autem personam debitoris, seu personalem obligationem; ideoque tunc ex interuallo cessio facta utilis sit, *l. cum possessor, ff. de censibus,* & refellit *R. de Marin. lib. 1. resol. 43. n. 10.* volentem solum efficaciter posse cedi personalem obligationem contra debitorem, eumque carpit his verbis. *Ex quibus iuribus, & doctrinis discedendum esse existimo à Marinis lib. 1. resol. 43. num. 10. cum asserit, tertium possessorem, cui ex interuallo cessae fuerunt actiones per creditorem in personalem actionem, non verò in hypothecam succedere, & licet ita referat decisum salua venia discedo à decisione.*

7 Oriri potest controuersia huiuscemodi ex contrahentium inaduertentia, vel Notarij, vt tertius possessor conuentus per creditorem, quando huic soluit pro liberanda re possessa non curauerit obtinere à creditore cessionem iurium, vt actionem omnium translatiuè contra debitorem principalem, & eius haeredes, & bona omnia in forma, quae omnimodò fieri debet, maximè quando iustus est possessor, iuxta *text. in l. mulier, ff. qui pot. in pign. hab. ita Reg. de Marin. d. q. 43. n. 1.*

8 Gratis *Olea* videtur refellere tam *Reg. de*

*de Marin.* quàm decisionem, quia cum doctrina *de Marin.* nitatur authoritati *Castrens.* debebat de tanto *Authore* mentionem facere, & ipsum reijcere, quod non autumauit, verba *Castrens.* in *d. l. si res ante*, nu. 4. sunt hæc: *Item hic quando non est obligatus ipse, sed res sua, videtur soluisse pro obligatione rei sua, & illa tollitur ipso iure, sed actio personalis competens contra hæredem non tollitur ipso iure, sed ope exceptionis, & sic poterit cedi, & non obstabit exceptio, & iste est casus hic in fine sui, in quo etiam nota, quod cessio actionis per viam agendi nõ petitur per viam actionis, sed officio Iudicis, & aduerte ad istum articulum, qui est utilis, & quotidianus.* Hactenus *Castrens.*, cuius verba transcribit *de Marin.* ad probandum, quod actiones cessæ per creditorem ex interuallo tertio possessori iuuent quoad cessionem personalis actionis, nõ quoad hypothecariam, & ità refert in quibusdam manuscriptis relatis inuenisse decisum per Regiam Cameram.

9 Argumentatur *Olea ex text. in d. l. si res*, vbi de legatario dicitur, qui luendo rem legatam, reportat iura aduersus hæredem ad effectum se releuandi contra eum, ad quem pertinet ius luendi, *Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 74. qui num. 4.* in legatario tradit esse speciale; quia est dominus rei hypothecatae, qui ideò omni tempore poterit obtinere iurium cessionem aduersus hæredem, ad quem spectat luere, & etiam post factam solutionem, quia non dicitur soluere animo liberandi hæredem à debito principali, sed luendi rem legatam, *Morott. de iur. offer. num. 67.* vbi scribit, quod cum superfit legatario actio illa, potest ideò à creditore cedi etiam post factam solutionem *ex text. in d. l. si res*, ibi: *Quod quamquam suo tempore non fuerit, tamen per iurisdictionem præsidis Prouinciæ id ei præstabitur; & ità interpretatur ibi glos. in verb. suo tempore*, & assignat dictam rationem; quia soluendo legatarius magis censetur prospexisse suæ utilitati. Et quamuis creditores, quibus solutum est, si agerent de eorum creditis, nõ possent; quia prohibetur bis exigi, quod debetur. Respondetur, per cessionem purgari ob-

staculum dictæ regulæ, cum exceptio, que obstat cedenti, non obstat cessionario propter diuersitatem rationis, ità *Merlin. & de Marin. vbi sup.*

10 Accedendo itàque ad punctum, vt verum fateamur, neque *textus in d. l. si res*, neq; *Castrens.* aut *Merlin.* apertè loquuntur, vtrum cedi possit hypothecaria ex interuallo post solutionem; sed dumtaxat, quod valeat cedi personalis contra debitorem, Illud verum est, quod per solutionem tertij possessoris, resoluta fuit hypotheca super re possessa, & id tradit *Castrens.*, neque tertius possessor reponitur in locum dimissi creditores *textus* est expressus in *l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss. ibi: Etiam si ità contractum sit, vt antecedens dimitteretur, non aliter in ius pignoris succedat, nisi conuenerit, vt sibi eadem res obligata esset, glos. in l. cum prior, ff. de distr. pign.*

Imò *glos.* quam sequitur *Bar. & Salic.* cum allegatis per *Pacific. de Saluian. insp. 3. cap. 2. num. 957.* & *Rota* post cum *decis. 164. nu. 9.* tenent, quod extincta maneat hypotheca, & secundus creditor possit vindicare sine aliqua oblatione.

Cæterum *glosa* est cõmuniter reprobata, vt *Fulgos. cons. 15. lib. 3.* & fusè *Merlin. lib. 4. quæst. 44. num. 10.* nam licet soluens pro debitore non acquirat hypothecam creditoris, cui soluit, nec ex ea potest experiri aduersus debitorem, sed ei cõpetit personalis negotiorum gestorum; Attamen emptor licet sit destitutus hypotheca, non tamen est exclusus à iure retinendi, ità *Bart. re* melius considerata in *l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hipoth. soluit.* & in *l. qui à debitare, ff. qui pot. in pign.* vbi ad argumentum, quod res propria nemini seruit, respondet, posse esse quasi obligata, & licet sit exclusus ab hypotheca, non tamen est exclusus à iure retinendi, ità clarius idem *Merlin. quæst. 43. num. 18.* & *seqq.* vbi quod ad effectum agendi hypothecaria est necessaria cessio, qua obtenta præfertur alijs, quibus non præferretur iure proprio sic operante cessione.

11 Existimo igitur verius, quod per solutionem factam per tertium possessorem sublata fuerit hypotheca, nedum super



re possessa, verum etiam generalis, & solum personalis actio contra debitorem nõ fuerit extincta iuxta opinionem omnium, quæ poterit cedi ex interuallo post solutionem amplexando decisionem, & recedo salua venia ab *Olea*.

### ARGUMENTVM.

Cessis Caio ex causa donationis capitalibus, quæ habet super Banco, & in casu obitus sine filijs substituto Titio, an fructus pendente conditione decursi, & non exacti debeantur substituto. Distinguuntur plures casus, & declarantur *decis. 13. 49. & 268. Pras. de Franch.*

### S V M M A R I V M.

- 1 Cessis capitalibus existentibus in Banco, & post mortem primi cessionarij sine filijs cessis alteri, an secundo debeantur vsura antea acti temporis.
- 2 Legata liberatione debitori non debentur vsura ante mortem legantis decursa.
- 3 Fructus non percepti per fructuarium, debentur proprietario.
- 4 Legato nomine debitoris debentur legato vsura præteriti temporis.
- 5 Cedens non censetur cessisse vsuras pendente conditione decursas.
- 6 In fideicomisso particulari vsura nõ exacta per grauatum non debentur substituto.
- 7 Vsura habentur pro exactis ad fauorem grauati impediti facto tertij.
- 8 Anni redditus differunt ab interesse.
- 9 Quid si cedens cesserit in casu obitus sui filij absque filijs.

### Q V A E S T. XXII.

- 1 **C**essit Titius Caio capitalia super Banco, siuè in Monte ex causa, & titulo donationis inter viuos, & sub conditione si decesserit sine filijs substituit Seium. Factus est casus mortis Caij primi cessionarij sine filijs, & purificata est substitutio in personam substituti; Quæritur an substituto debeantur fructus, etiam antea acti temporis obitus primi cessionarij per ipsum non percepti?
- 2 Pro substituto arguitur, quod si cedi-

tur actio competens ex capitali, debeantur etiam prouentus non exacti per *text. in l. Aurelius, S. legatum, & l. fin. S. fin. de liberat. legat.* vbi dicitur; quod si debitori legatur liberatio debiti, & tẽpore mortis testatoris debeantur etiam vsuræ occasione illius debiti, tunc legatum liberationis porrigitur etiam ad debitum vsurarum accessorium; Idemque esse si testatori alteri legaret, quod Titius debet; quia in tali legato eadem ratione venirent vsuræ, quas debitor tempore mortis testatoris deberet, & hoc ratione accessorij, ergo si donatur alicui, vel ceditur ius perceptionis fructuum imprestitorum Banco, & in casu mortis sine filijs capitale, quod est supra Bancum deuenire debeat ad aliquem, tunc debent venire etiam fructus capitalis, tanquam quid accessorium pro tempore, etiam ante mortem primi donatarij.

- 3 Præterea si vsufructuarius decedat ante perceptos fructus, illi pertinent ad proprietarium, & non ad hæredem vsufructuarij; Ergo fructus non percepti debent ad secundum cessionarium pertinere, & non ad hæredem primi, qui cum fuerit grauatus similis est vsufructuario.
- 4 Accedit, quod articulo ad partes discussio resoluit *Surd. decis. 88.* nomine legato præteriti temporis vsuras venire, pro qua sententia expendit *text. in l. nomen debitoris, ff. de legat. 3.* vbi asseritur, legatario nominis, qui cessionem à lege habet, eius vsuras etiam deberi, quia vsuræ sunt accessoriae ad sortem principalem, & ita decisum dicit *Surd. Pras. de Franch. decis. 254. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. resolut. 10. & textum in dicta l. nomen, singularem dicit Paulus de Castro in l. si tibi homo, S. cum seruus, ff. de legat. 1.* asserens se per eum resoluisse, quod legans sortem, quam habet super montem Florentiæ, pagas, quæ cucurrerunt viuento testatore, videatur, etiam legare per mentionem solum de sorte *Castill. decis. 28. Mastrill. decis. 115. & alij*, quos cumulaui in *decis. 254. ad Pras. de Franch. Ripoll. variarum cap. 13. de testament. à num. 328.* quidquid sit de annuis introitibus, qui principaliter debentur.
- 5 Contrarium præmissis non obstantibus

bus verius dicendum est, quia cessio fuit facta in fauorem secundi cessionarij, si primus decesserit sine filijs; consequenter cessio intelligitur facta pro fructibus annorum, qui cæperunt currere à morte primi cessionarij.

Ulterius cessio fuit facta in beneficium substituti, si primus decesserit sine filijs, ergo cessio non potest habere locum ad fauorem secundi, antequam fuerit purificata conditio, *l. cedere diem, ff. de verb. signif.* nam cessio, seu substitutio censetur facta pro fructibus percipiendis post purificatam conditionem, & pendente conditione non possunt queri fructus secundo cessionario, & verisimiliter qui cessit sub dicta conditione, noluit redditus prius ante purificatam conditionem obuientes substituto deberi, quia ad finem, ut illos consequeretur, cessio in illū euentum fuit collata, argumento *l. si cum aurum, ff. solut.* Ideo pro illis actionem cedere non cogitauit.

6 Certius, quia fructus decursi conditione pendente, & per grauatam non exacti, quoties agitur de fideicommissio particulari, non spectant ad substitutum, licet aliter sit in fideicommissio vniuersali secum ferente vniuersitatem bonorum, ac iurium, ac actionum, cum quibus fructus tanquam accessorij, eorumque pars transire dicuntur, ut distinguit *Rot.* apud *Mantic. dcc. 14.* & admittitur apud *Franch. decis. 13.* & ab eadem *Rot. decis. 468. nu. 4.* post *Cenc. de cens. Card. de Luca de fideicomm. discurs. 177. à nu. 12. D. Hodiern. controu. 4.*

7 Distinguendos existimo plures casus. Primus si cessionarius pendente conditione non potuit exigere, quia suspensa fuit exactio facta Principis, vel propter aliquam potentiam debitoris, & tunc quantum ad cessionarium haberi debet pro exactis, sicut videmus, quod conditio potestatiua habetur pro impleta, quando quis impeditur facta tertij siue iuste, siue iniuste, *l. si Titius statuos, ff. de condit. & demonstrat.* Nisi ex negligentia non fuissent exactæ usuræ, quando agi posset cum effectu secundum, *Bart. l. 1. C. de institut. substit. sub cond. fact.*

8 Secundus est casus quando ageretur

de annuis redditibus, qui non sunt accipiendi ad fortē, sed principaliter debentur, & tunc pendente conditione decursi non debentur substituto, ut dixi in *observ. 13. 49. & 268. ad Praef. de Franch.*

9 Tertius est casus quando quis in casu obitus sine filijs cesserit pecuniam existentem in Banco, & quia fructus capitalis ad cedentem pertinent, dum viuit, & post eius mortem ad donatarium, propterea fructus non dum exacti, sed debiti pro annis præteritis ipsi cedenti tempore mortis debent ad eius hæredes pertinere, & non ad cessionarium, & haberi debent pro exactis, & præceptis per eum, & dicuntur iuris interpretatione in eius bonis, ex quo illi competeat actio, *l. qui actionem, ff. de reg. iur. l. bonorum, S. in bonis, ff. de verb. signif.* At contrarium tenet *Ruin. conf. 193. per tot. lib. 1.*

#### ARGUMENTVM.

Cessionarius, vel emptor hæreditatis an possit conficere præambulum, uti temerario *l. fin. C. de edict. D. Adr. tolle,* instrumenta liquidare? Distinguuntur cessiones. Expenduntur *D. Praef. Merlin. D. Olea, & Montanus,* & sensus *Authoris,* & quid de emptore hereditatis, vel fideicommissario.

#### SVMMARIVM.

- 1 Cessionarius hereditatis an possit conficere præambulum?
- 2 Distinguuntur cessiones hereditatis.
- 3 Edictum Diui Adriani an competat huic cessionario?
- 4 Cessionarius an uti procurator cedentis conficere valeat præambulum?
- 5 Fideicommissarius vniuersalis an possit?
- 6 Cessionarius hereditatis an possit liquidare instrumentum.
- 7 Quid de emptore hereditatis circa præambuli confectioem.
- 8 Actiones an transeant in emptorem hereditatis?
- 9 Cessionarius hereditatis non consciens inuentarium an teneatur insolidum?
- 10 Quoad remedium edicti D. Adriani resolutio.

- 11 Cessionarius potest agere executiuè.  
 12 Cedens hereditatem an teneatur creditoribus?

## Q V A E S T. XXIII.

- 1 **C**essionarius, & donatarius hereditatis, si cessio sit translatiua, an possit petere se declarari heredem, & facere præambulum, ac intentare remedium l. fi. C. de edict. D. Adr. toll. seu instare pro immessione in possessionem bonorum hereditatis illius, quæ cessa fuit? Vtilitas harum quæstionum magna est, nam agitur de vniuerso asse, & deseruiunt ad finem incusandi obligationes, liquidandi instrumenta contra debitores hereditatis, & exigendi credita.
- 2 Distinguendum prius censeo inter cessiones, & cessiones, nam si hereditas prius non fuerit adita, sed insimul ceditur, & donatur eadem actu. Aut prius fuisset adita, & deinde ceditur iuxta notata in dec. 14. Pres. de Franch. vbi ago in obseru. addidi.
- Si insimul eodem actu hereditas ceditur, & donatur, & cessio sit translatiua, ad beneficium alicuius extranei, vel qui successurus non fuisset, etiam post cessionem, & tunc opinionem affirmatiuam, scilicet vt cessionarius possit, declarari hæres, suadet, *Vlpian. in fragment. tit. 19. de domin. & adquisit. rer. vers. si antequam adeatur*; cuius verba sunt: *Si antequam adeatur hereditas, in iure cessa sit, proinde hæres fit, cui cessa est, ac si ipse hæres legitimus esset, quod si postquam adita fuerit, in iure cessa sit, is, cui cessa est, vel vt Cuiacius rectè legit, is, à quo cessa est, permanet hæres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus, debita, verò pereunt, id est debitores defuncti liberantur*. Ecce vbi *Vlpianus*, docet, extraneum, cui legitimus hæres cesserit in iure hereditatem ante aditionem eius, perinde heredem fieri, ac si ipse legitimus hæres esset, quod si post aditam hereditatem cessio in iure fiat, asserit cedentem permanere heredem, & obstrictum creditoribus hereditarijs, idque pro certo affirmat *Fab. de error. pragmat. decad. 70. error. 9. & 10.* & differentiam

eandem tenet *Cancer. par. 3. var. cap. 22. num. 210.* asserens ex cessione hereditatis, quæ in extraneum fit, aditam non videri hereditatem in id, vt cedens obligetur creditoribus, ac oneribus hereditarijs, sed tantum in eum finem, vt cessio effectum operetur, & ex *Castrenf. tenent Mascard. de probat. tom. 1. conclus. 44. num. 14. Galler. de rehunc. centur. 1. cap. 25. n. 65. Rota post repertor. de vlt. volunt. Farin. decis. 55. num. 33.* volentes, nõ teneri cedentem creditoribus ex eo, quod momentanea acquisitio non sit in consideratione.

- 3 Præterea remedium *d. l. fin.* per quod hæres scriptus in testamento non cancelato, nec abolito, nec ex quacumq; causa suæ formæ parte vitiatò mittitur in possessionem bonorum, quæ tempore mortis testatoris fuerunt, cedi posse, & transire in cessionarium ex quinque fundamenti resoluit *Menoch. adipisc. remed. 4. à num. 249. Galler. de renunt. lib. 1. cap. 4. nu. 53. Tusc. lit. L. conclus. 288. Cas. Argel. de acquir. poss. quæst. 4. art. 1. nu. 68. & de legit. contradict. qu. 10. art. 4. à n. 39. Ncol. de transmiss. cas. 39. Olea tit. 6. qu. 5. nu. 16.*
- 4 Vltèrius quia cessionarius saltem poterit vt Procurator in rem propriam constitutus ex persona cedentis declarari hæres, seu ipsum cedentem heredem declarari, & præambulum conficere, sicut cessionarius cum speciali mandato vt procurator in rem propriam admittitur cum speciali mandato ad incusandam obligationem stipulatam penes acta Curie in beneficium creditoris, qui cessit, vt docet *Caracc. rit. 286. in fin. Montan. contr. 43. cap. 10.*

- 5 In puncto vt decretum præambuli declarationis heredis possit à Iudice in beneficium fideicommissarij vniuersalis, cessionarij, substituti, emptoris hereditatis concedi, tenet *Pandus in tract. de presentat. instrum. par. 2. declar. & seqq. arguens*, quod ad instantiam vniuscuiusq; supradictorum interponitur decretum immissionis in possessionem ex edicto *D. Adrian. de quo in d. l. fin. & quod ad instantiam fideicommissarij vniuersalis restituta hereditate per heredem grauatum cū actiones ipso iure transeant, ideò illi conceditur beneficium edicti Diui*

*Adria-*

*Adriani* super immisione in possessione bonorum, quamvis directæ actiones in ipsum non transeant, sed vtilis, §. *restituta* *Instit. de fideic. hered.*, quia defunctus directè repræsentatur per hæredem, *Auth. de iureiur. à mor. præstit. Montan. ubi supr. nu. 21.*

6 Oportet in hac specie distinguere, nam aut agitur, an cessionarius hæreditatis possit liquidare instrumentum via ritus M. C. Vicariæ, & hæc materia cum sit exorbitans à iure communi, & strictè interpretanda, dum soluitur pæna Fisco, ideò ritus 247. qui loquitur de hærede, vt confecto præambulo præsentet instrumentum, non extenditur ad cessionarij hæreditatis, quia loquitur de creditore, qui dicitur propriè de habente directas actiones, cessionarius autem non habet directas, nec repræsentat defunctum directò ex dispositione iuris, sed per contractum cessionis, & in singulis instrumentis stipulatio concipitur in persona hæredum, vt *Montan. num. 7. & seqq.* Et ità similiter legatarius licet ei à lege detur utilis actio, *l. ex legato nominis, C. de legat.* nihilominus nec potest præsentare instrumentum via ritus, & licet hæres cedat directas actiones, non tamen illas transfert per cessionem, dum sunt affixæ ossibus eius, qui stipulatus est secundum *glos. pen. in l. 1. C. per quas ergo n. nob. acquir.* Cedit beneuorum directas, idem exercitium directarum. Imò in materia huiuscemodi præsentationis instrumenti, nec fideicommissarius vniuersalis admittitur ad præsentationem, cum non sit hæres directus, non habeat directas, sed vtilis; Idemque in emptore hæreditatis, & alijs, qui habent vtilis, firmant *Montan. nu. 22. & sequitur D. Præs. Merlin. controu. 2. l. 2. n. 2.*

7 Aut agitur de decreto præambuli, & de cessionario hæreditatis, vel emptore hæreditatis idem dicitur, vt decretum præambuli ad ipsorum beneficium non concedatur, quia tribuitur hæredibus, in quos actiones directæ ipso iure transeunt ex dispositione iuris, & cessionarius non est hæres directus, quinimò actiones passivæ, nec transeunt per cessionem, adeò vt creditores hære-

ditatis nequeunt ipsum conuenire, vt in *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* ità per hæc de cessionario hæreditatis, & emptore hæreditatis, *Montan. & D. Præs. Merlin. ubi supr.*

8 Comprobatur, quia in emptorem hæreditatis nec transeunt actiones sine cessione, vt in *l. 2. §. peruenisse, & §. non solum, & l. venditor, & l. qui nundum, C. de hered. vel act. vend.* & de actionibus etiam actiuis probant *Donell. lib. 18. comment. cap. 13. Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 69. num. 86.* & per cessionem actionum transeunt vtilis, & non directæ *l. emptor, C. de hered. vel act. vend.* Quatenus autem *Bellon. num. 41.* tradit in emptorem transire vtilis, non directas, intelligit de Prætorijs, & de Prætorio successore, idest bonorum emptore, qui à defuncti creditoribus bona emebat, & per vniuersitatem acquirebat, qui Prætorius, non ciuilibus successor nuncupabatur, vt in *tit. de success. sublat. ità Bellon. in cap. 6. in princip. num. 32.* Et emptorem hæreditatis emere tantum hæreditatem, uò actiones hæreditarias, tradit *Donell. ubi supr.*

Vndè suspecta est cõclusio tenentium, per venditionem hæreditatis vtilis actiones sine cessione transire in emptorem, & posse propterea conuenire etiam executiuè debitores hæreditarios, vt *Marranta in l. si actor, ff. de procur. num. 48. Alex. 33. Schifordeg. & alij, quos refert, & sequitur Olea tit. 4. Miscell. num. 4. & tit. 7. quæst. 4. num. 8.*

9 Conuenit, quod emptor hæreditatis non conficiens inuentarium non tenetur de proprio, idemque in cessionario per contractum refert decisum *D. Reg. Latr. decis. 15. num. 25. Andreol. controu. 124.*

10 Respectu remedij *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* ego existimarem per cessionem hæreditatis, actionum, iurium, & remediorum omnium ipsi cedenti competentium posse cessionarium vti remedio prædicto præsertim specialiter cesso, iuxta *Cas. Arg.* & alios quamplures, quos congerit, & sequitur *Olea.* Quidquid sit de legatario, de quo negat *D. Præs. Merlin.* illi enim non competit dictum remediũ, quia debet accipere legatum de manu hæredis, vt *Viuius decis. 464.*

11 Confert, quia sicut cessionarius potest agere via executiua pro credito cesso, vt latè *Fontanell. decis. 166. à nu. 10. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 21. à nu. 1. Cancer. par. 1. var. cap. 17. num. 40. Merlin. decis. 309. à num. 1. Olea tit. 6. quest. 4. nu. 3.* vbi contra nonnullos dissidentes relatos n. 2. ità similiter cessionarius hæreditatis poterit dicto remedio edicti *Diui Adriani* vti.

Sentirem cessionarium hæreditatis posse vti procuratorem in rem propriam ex persona cedentis conficere præambulum, & petere declarari hæredem ipsum cedentem virtute cessionis factæ intendendo remedium *d. l. fin.* vti procuratorẽ illius, dum censetur adita hæreditas per cessionem, & omnia in cessione explicari possent in translatione, & cessione omnium actionum, iurium, & remediorum quorumcumque hæredibus competentium constituendo procuratorem in rem propriam, & in latiore forma.

12 Monitum velim, quod licet *Cancer.* & alij negent cedentem hæreditatem ante aditionem, & insimul cum cessione adeunte non teneri creditoribus hæreditarijs, tanquam ille actus momentaneus ad finem validandi cessionem non sit in consideratione. Hanc sententiam explodi ego cum *Olea*, & alijs, quos retuli in *u. c. b. seru. 14. ad Præsid. de Franch.* Quia supra fuit dictum de cessione in iure, sciendum est cessionem iurium differre à cessione in iure, nam hæc olim fiebat per tres personas cedentes, idest dominum cedentem, eum, cui cedebatur vindicantem, & Prætorem adiucientem, vt *Vipian. d. tit. 19.* & ibi *Cuiac. & Felician. de cens. lib. 2. cap. 5. nu. 4. tom. 1. Olea tit. 2. quest. 3. nu. 44.*

#### ARGUMENTVM.

Ius liquidandi instrumentum via *ritus* an sit cessionabile? An possit cedens insimul cum cessionario si nihil sibi reseruauerit in cessione. Solus cedens an possit in cessione pro soluendo, & quando locum habeat exceptio *tua non interest*.

#### S V M M A R I V M.

1 Cessionarius non potest liquidare instrumentum contra debitorem cessum via *ritus*.

- 2 Cessionarius habet ius incusandi obligationem penes acta & Cameralem.
- 3 Cedens, & cessionarius possunt liquidare via *ritus*.
- 4 Quid si cedens non sibi reseruasset ius liquidandi?
- 5 Cedens, & transferens omnes actiones, & nihil sibi reseruans an possit?
- 6 Cedens solus an possit, & quando opponi possit exceptio, *tua non interest*.
- 7 Cessionarius qualiter cogat cedentem ad interueniendum liquidationi?

#### Q V A E S T. XXIV.

- 1 IN controuersiam venire nequit, cessionarium in Regno non posse liquidare instrumentum via *ritus* M. C. Vicariæ contra debitorem cessum, vt concors est omnium pragmaticorum sententia, & hoc iure vtimur *Præs. de Franch. decis. 353. D. R. Rouit. in prag. de instrum. liquid. num. 11. Vrsill. ad Afflic. decis. 64. Galter. in præf. liquid. instrum. p. 1. p. 2. num. 31. D. Reg. Sanfel. decis. 213.* Rationes sunt, quia liquidationis remedium est à iure communi exorbitans, & pœnale, dum subiacet debitor pœnæ Fisco applicandæ ad rationem scutorum decem pro quolibet centenario, quæ pœna subrogata fuit in locum antiquæ corporalis amputationis manus dexteræ pro delicto periurij, & onus debitoris est, quod audiri nequeat per procuratorem, sed citatus ad respondendum super tenore instrumenti contra ipsum præsentandi, & liquidandi teneatur in statuto termino peremptorio personaliter comparere, cum alijs rigoribus, quibus supponitur, qua propter ius liquidandi nõ trãfertur in cessionariũ, præsertim quia cessionarius non habet directas actiones, *Montan. contr. 43. n. 10.*
- 2 Praxis alia tamen obseruat, quod cessionarius cum speciali mandato, vt procurator in rem propriam admittitur ad incusandam obligationem penes acta in beneficium creditoris cedentis ex *Caraut. rit. 266.* probat *Montan. num. 12.* Habet similiter cessionarius ius exequendi vigore obligationis Cameralis, *Surd. consil. 269. nu. 21. Merlin. decis. 309. in 3. Olea tit. 6. quest. 4. nu. 5.* quia est priuile-

uilegium obligationis, non personæ, & ius exequendi siuè ex sententia, siuè ex instrumento cedi *Arias de Mesa lib. 1. var. c. 21. à n. 1. Gizzius ad R. Latr. obs. 50. n. 4.*

Altera etiam praxis est, instrumentum liquidari via *ritus* ad instantiam cedentis, & cessionarij, quando cedens sibi reseruauit ius liquidandi, & deindè ambo faciūt citare debitorem super tenore instrumenti, & tēpore liquidationis vterq; assistit, cedens vt vindex iuramenti præstiti, & cessionarius vti exercens vtilem actionem, ita *Galterius Reg. Sanfelic. & alij, quos cumulaui in obser. 337. in Pras. de Franch.*

3 Difficultas est, quando cedens in cessione non sibi reseruauerit potestatem liquidandi, vtrum facta cessione nominis debitoris per donationem vel in solutum donationem valeat deindè interuenire in liquidatione? Dicendum videtur, quod sic, cum directas actiones per cessionem non transferat, *l. 3. C. de nouat.* In contrarium facit, quia alias frustratoria esset cautela reseruationis directæ facultatis. Potissimum, si cessionarius ponitur in locum cedentis, constituitur procurator in rem propriam, quia enervantur directæ actiones, & remanent inutiles vti cadauer sine spiritu, vt fusè *D. Pras. Merlin. controu. 31. lib. 1. num. 13. & seqq.* Et sine reseruatione dictæ facultatis liquidandi non posse, postea cedentem cum cessionario liquidare, decisum per S. C. refert *Consil. Roccus resp. 79. tom. 2. num. 6.*

4 Contrarium tamen testatur iudicatum *Dom. Reg. Sanfel. decis. vbi supra, vbi* postquam adiudicatum fuerat creditori per Curiam nomen debitoris, deindè expedita citatione super liquidatione instrumenti via *ritus* ad instantiam adiudicatarij, & hæredis debitoris nominis fuit processum ad liquidationem, & in sententiâ adiudicationis nulla aderat reseruatio facultatis liquidandi. Idque rectè processit, quia non aderat constitutio procuratoris in rem propriam, & sic remanserant directæ penès cedentem, quæ diuelli non possunt, & præsertim quando cedens remanet obligatus de euictione, & tenetur facere solum verum creditum ad instantiam cedentis fieri liquidatio-

nem instrumenti *Montan. num. 16.* & in puncto, vt cedens sine reseruatione potestatis liquidandi possit cum cessionario liquidare tenet *Thor. verb. cedens par. 1. compend. & iudicatum refert vot. 84. n. 19. & sequitur Consil. Petr. rit. 166. n. 135.*

5 Subintrat difficultas quando cedens transtulit omnes actiones, exercitium directarum, constituit procuratorem in rem propriam vulgatis illis clausulis. *Ponens, scilicèt, cessionarium in locum suum, constituens eum procuratorem in rem propriam, nihil sibi reseruans,* quam formulam posuit *Speculat. lib. 2. particul. 1. tit. de cess. act. §. consequenter, nu. 1.* Dicendum videtur non posse interuenire cedentem, iuxta *Angel. in consil. 259. n. 1. ibi: Si autem poneremus nihil remansisse, tunc incontinenti, & compensandi, & soluendi esset interdicta potestatis, eo quod apud cedentium nullum ius debite actiue efficax inuenitur, addo videndum Pras. Merlin. d. controu. 31. num. 16.*

Adhuc nihilominus existimarem posse cedentem cum cessionario liquidare instrumentum, quia negari vllò pacto potest actiones directas apud cedentem remanere, vti inseparabiliter eius ossibus infixas, vt *Fab. lib. 12. coniect. cap. 6. ibi: Nam præter id, quod clausula illa facere non potest, quin directæ actiones maneat penès cedentem, & l. 3. ff. pro soc. & l. si quis ergo, ff. de pecul. vbi Accurs. æquiparat actiones directas animæ, quæ nequit separari à corpore citra illius corruptionem. Et licet sint inefficaces, quoad exigendum ad vtilitatem propriam cedentis, non tamen ad vtilitatem cessionarij, maximè si inter sit cedentis ob euitionem, vel idoneitatem, quam præstare cogitur, & directæ, & vtilis actio vna est in substantia, *l. actio, ff. de negot. gest. ibi: Cum vtraque actio eiusdem sit potestatis, eundemque effectum habeat. Olea tit. 6. quæst. 1. num. 7.* & dum vterque agit, in executione præfertur, qui habet vtilis *Pras. Merlin. num. 40.* Facit quia hæres, & fideicommissarius insimul præsentant instrumentum via *ritus, Mont. n. 22.* Et hæredis actiones sunt inutiles.*

6 Cedens solus an sine interuentu cessionarij possit liquidare instrumentum? *Reg. San-*

*Sanfelice. ubi supr. negat, & solum posse per retrocessionem nominis sibi factam, probant Roccus, & Galter. ubi supra. At quando cessio est facta ad commodum cedentis solum causa solutionis, non per viam dationis insolutum videtur affirmandum, quia non obstat exceptio cessionis factæ, Bar. in l. si cum emptore, ff. de act. Galler. lib. 1. de renunc. cap. 3. num. 83. Bar. in l. si pater, num. 1. C. mand. Buratt. decis. 470. nu. 2. Merlin. de pign. lib. 2. q. 32. num. 30. Guzman de euct. cap. 34. nu. 140. Nisi interuenierit vnum ex requisitis l. 3. C. de nouat. vt Pras. Merlin. n. 21.*

Exceptio, tua non interest, an opponi possit à debitore? *Bart. in l. factio, §. si hæres, num. 3. ff. ad Trebell. & Bal. in l. 1. C. de act. & oblig. num. 31. distinguunt, vt si commodum, & periculum spectet ad cedentem, putà quia cedens remanet obligatus de euictione cessionario, & tunc actiones directæ non sunt elisæ per cessionem, & opponi nõ potest exceptio, quia verè sua interest. Si verò cessio respiciat commodum cessionarij, & potest opponi exceptio, & sub hac distinctione ait Montanus nu. 16. resolui questionem an cedens solus possit præsentare instrumentum, vel vterque.*

7 Cessionarius qualiter possit cogere cedentem ad liquidandum instrumentum, quando cedens se obligauit ad interueniendum compilauit *decessionem 353. Pras. de Franch. ubi pleno calamo scripsi, & ibi an creditor, qui cogitur cedere iura fideiussori soluenti, cogendus sit ad liquidandum, quia nequit cedi hæc potestas, & non liberatur per cessionem, sicut liberatur cedendo, qui cogitur agere, vt in l. quod debitor, ff. de pecul. glos. in l. Iulianus, §. pen. ff. de act. empt. fusè Olea tit. 5. qu. 14. per tot. vbi quod in iure sit nouus modus agendi, vbi actionem quis habeat contra alium, vt cum ad agendum cogere possit in eum finem, vt quidquid sit consequutus restituat, vt in d. l. Iulianus, §. pen. ibi. Emptorem ex empto agentem cogere posse venditorem, vt ex locato cum colono experiatur, vt quidquid fuerit consequutus, emptori reddat. Et in l. si sic legatum, §. fin. ff. de leg. 1. ibi: Per quam actionem compellat heredem expe-*

*riri, & tractant Fontanell. decis. 137. Merlin. decis. 165. nu. 7. Costa de remed. subsid. post. fin. tract. vers. ego vt agas cum vers. seq; Thor. in supplem. verb. cedens, qui sibi reseruauit. In quibus, & similibus casibus, in quibus in id prodita est actio, vt quis aduersus alium experiatur, vt ad suum fauorem agat, reus cedendo actiones suas liberatur, vt probat text. in d. l. si sic legatum, Leotard. de vsur. quest. 93. num. 8. At aliter est in facultate liquidandi instrumentum via ritus competentæ cedenti, vel quia is ad liquidandum se adstrinxerit, nam per capturam personæ compellitur, vt in d. decis. 353. de Franch.*

### ARGUMENTVM.

Momentanea acquisitio hæreditatis delatæ ex cessione illius resultans, an habenda sit in consideratione non obstante regula contraria? traduntur effectus momentanij actus ad validandam cessionem, & donationem irreuocabilem reddendam etiam in casu superuenientie filiorum. Soror renuncians fratribus, & dotata ab vno an huic solum proficit renunciatio? Expeditur *Paul. de Castr.*, & quando cessio iudicanda sit translatiua, vel abdicatiua ponderantur nonnullæ clausulæ. Cedens hæreditatem an quoad quid censendus sit adiuisse, & quoad quid non?

### S V M M A R I V M.

- 1 Actus momentaneus cessionis hæreditatis delata operatur effectum acquisitionis.
- 2 Dispositio hæreditatis delata facta in testamento operatur aditionem.
- 3 Cedens hæreditatem an quo ad quid censendus sit adiuisse, & quo ad quid non?
- 4 Momentanea sunt in consideratione, si ex illis producitur aliquis effectus.
- 5 Acquisitio momentanea ex cessione hæreditatis reddit eam irreuocabilem in casu superuenientie filiorum.
- 6 Libertas seruo concesso à filio familias, cui seruus donatus est sub conditione, vt eum à seruitute liberet, valet.
- 7 Cedens si accipit à cessionario recompensationem illi tradest. & Sa



- 8 Soror renuncians fratribus hereditatem ab uno autem dotata an ipsi solum profit.
- 9 Cessio hereditatis quando iudicanda sit translatiua, vel abdicatiua? Recensentur nonnullæ clausulæ.
- 10 Cedens hereditatem an teneatur creditoribus?

## Q V A E S T. XXV.

2 **A**ctus momentaneus an sit in consideratione ex text. in l. *fn. C. de bon. matern. & l. qui sic ff. de solut. cum concordantibus* deciditur negatiuè. Ideò inspiciendum, an momentanea acquisitio hereditatis delatæ ex cessione resultans habenda sit in consideratione, quando cessionarius alias non esset successurus?

Ad validandam cessionem implicite contineri aditionem hereditatis, & esse in consideratione effectum momentaneum, res est extra cōtrouersiam; nam alias nõ valeret cessio, ex indubitata, iuris propositione, quod vbi cessio nulla est, iura non transeunt in cessionarium. *l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquir. possess. Giurb. decis. 64. nu. 4. Castill. lib. 1. controu. cap. 69. num. 27.* Hinc si quis hereditatem delatam alicui non successuro cedat, implicite continetur aditio *Soc. iun. consil. 107. num. 1. lib. 2. Paris. consil. 19. num. 116. & seq. lib. 2. ibi: Aditio hereditatis fit ex cessione iurium competentium in hereditate, Paul. de Castr. consil. 252. lib. 1. num. 2. ad medium, ibi: Ipsum liberando censetur adijisse, sine quo non potuisset hoc facere. Corneus consil. 52. num. 10. lib. 2. ibi: Item constat, quod potuit cedere iura sua, que habebat in dicta hereditate, nam cedendo censetur adire, Crauett. consil. 200. num. 1. ibi: Ex qua cessione inducitur hereditatis aditio, quia sine ea cessio non valeret. Berous consil. 174. lib. 2. num. 22. ibi: Filia fecit expressam donationem post hereditatem sibi delatam, per quam donationem, expressam ipsa videtur, & dicitur hereditatem adijisse. Menoch. l. 4. pres. 101. num. 15. addo Flores ad Gamm. decis. 92. nu. 2. Surd. decis. 70. n. 1. & decis. 138. n. 25. vbi loquitur de donante Pres. de Franch. decis. 14. nu. 24. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 1. nu. 34. Maranta in l. is potest, n. 54.*

- & A& Quæst. XXV.
- ff. de acq. hered. ibi: Censetur quis adire hereditatem eo ipso, quod donat, vel cedit, vel legat alicui iura hereditaria.* Idque intelligitur, si cessio fiat ei, qui successurus non est, *Giurb. in Consuet. Messanens. cap. 5. glos. 8. num. 17. Olea tit. 2. q. 3. nu. 45.*
- 2 In dispositione per actum vltimæ voluntatis est text. in l. *si Auis, C. de iur. delib. quem summat Alex. ibi: Solo animo aditur hereditas, quam sufficit in vltima voluntate ostendere, & Andreas Barbat. in Apostilla ad Baldum, ibi: Nota hic mirabile, quod in testamento potest fieri aditio, & sic in actu vltimæ voluntatis inseritur actus inter viuos.* Vnde elicitur, validiorem esse aditionis coniecturam in cessione inter viuos.
- 3 Implicantia consistit itaque in assumpto formâdo, quod actus momentaneus cessionis sit in consideratione ad illam validandam, quando extat regula contraria, qua dicitur, quod actus momentaneus non sit in consideratione, vt ex *d. l. fn. §. fn. & l. qui sic.* Nisi dixeris, quoad quid cedentem reputari adiuisse, & quoad quid non.
- 4 E' contrario autem *Sanch. de matrimon. lib. 6. disput. 4. num. 17.* scribit. Momentanea esse in consideratione, quando ex illis producitur aliquis iuris effectus: secus quando non producitur, *l. 2. C. de posth. hered. instit.*
- 5 *Soc. consil. 53. num. 28. lib. 4.* docet nedum, quod acquisitio momentanea rei donatæ inducta per donationem eiusdem rei, sit habenda in consideratione ad reddendam eam validam, verum etiam ad reddendam irreuocabilem ex superuenientia filiorum, concludens ita in fine *num. 28. Et consequenter non est in consideratione, & sic ex omnibus supra præmissis concludo, quod virtute d. l. si unquam dicta donatio non potest reuocari.*
- 6 Validam esse libertatem seruo concessam à filio familias, cui seruus donatus est, ea conditione, vt eum statim in libertatem reponat, decidit *text. in l. fn. §. in fn. C. de bon. que liber. igitur, momentanea acquisitio habetur in consideratione, & comprobatur ex traditis in allegat. 24. penès D. Reg. de Marin. tom. 3.*
- 7 Si renuncians accipit à renunciatario

recompensam, tunc illi soli prodesse firmant *Soccin. d. consil. 34. lib. 4. num. 5. Anna consil. 45. num. 18. Giurb. in Consuet. Mess. cap. 5. glos. 8. n. 17.*

- 8 Aduersus assertionem prædictam argui poterit ex *Paul. de Castr. in l. si actionem, num. 2. C. de pact. vbi* proposita quæstione de sorore renunciante vni, aut pluribus fratribus hæreditatem paternam, an renunciatio profit omnibus fratribus, an solum eam dotantibus? Sic habet. *Aut nondum aduerat, & tunc ista repudiatio facit haberi, ac si hæreditas non fuisset sibi delata, & sic eius portio accrescit omnibus prorata, & omnibus prodest ista renunciatio.*

Doctrina hæc *Castrens.* procedit, vbi apparet, renunciantem omnibus prodesse voluisse, & se subducere voluisse de medio, vt omnibus prodesset; idque ostenditur, dum *Castrens.* eam renunciationem nomine repudiationis appellat, & repudiatio nihil transfert. Aliter est omnium sententia, quod quando renunciatio est facta vni ex cohæredibus, si est præsumptio donationis, quod voluerit vni prodesse, erit tunc donatio, & cessio trãlatiua ad fauorem illius. *Soccin. consil. 34. lib. 4. Casan. consil. 10. à nu. 52. & procedit illud assertum, vt quando renunciatio accipit à renunciatio recompensam, illi soli proderit.*

- 9 Cessio, vel renunciatio quando iudicanda sit translatiua, vel abdicatiua? Dic translatiuam censendam si renunciatio fuit aliquid promissum à cessionario cum clausula resolutiua contractus in casu non obseruantia, *Buratt. decis. 884. nu. 3. ibi: Adest que clara conuentio, quod vbi Re-ctor nolit stare transactioni liceat Ioanni Baptista ad pristinum ius redire, & propterea constat, noluisse se de medio tollere.*

Præterea si cessionarius stipulatus sit pro se, & hæredibus *Anna vbi sup. num. 4.* Rursus si adsit clausula omni modo meliori, *Anna num. 48. & seqq. Casan. consil. 10. num. 26. & 74. & consil. 14. vbi refert integram sententiam Senatus Aragonij, qui eam clausulam ita considerauit. Si autem per concessionem extinctio esset inducta, non hoc melius, sed nihil peius contra dictos coniuges dici, aut scribi debuisset, vt ergo ad augmentum inducta, diminu-*

*tionem non operentur, necessario translationem potius, quam extinctionem inductam fatendum est, ita Senatus Aragonius, Item si apparet præsumptio donationis in recipiente collata, Anna consil. 45. num. 13. ibi: Fallit tamen hæc opinio, quando apparet præsumptio donationis in recipiente collata, quia tunc necesse est, vt non sit abdicatio, sed quod voluit prius acquirere, & postea renunciare.*

- 10 Acquisitio momentanea ex cessione hæreditatis translatiua an operetur, vt cedens teneatur creditoribus hæreditatis, ita inquit *Paul. de Castr. consil. 252. lib. 1. num. 2. Non tamen dico, quando ista aditio, que resultat ex hoc actu ad reddendum ipsum validum, operatur ultra dictum effectum, & sic tanquam hæredes effecta potuissent à creditoribus hæreditatis conueniri, & sic quoad quid reputantur aduuisse, quoad quid non. At de his scripsi alibi supra, & d. obseru. 14. Præs. de Fræch.* Hæc excerpfi ex argumentosa allegatione edita per R. P. Antonium de Rossi Societatis Iesu strenuum tutelarem causarum omnium Societatis.

## ARGUMENTVM.

- Priuilegia dotalia, an sint cessibilia? Distinguitur inter priuilegia, vel potioritatis, vel tacite hypothecæ, vel exigendi vsuras dotales, & distinguitur inter cessiones, an in gratiam viri, vel cessionarij. An debitor cessus teneatur ad vsuras dotales mariti cessionario? Et an fructus ex çquitate legis curabit, *C. de action. empt. debeantur cessionario debitoris?*

## SVMMARIVM.

- 1 Priuilegium l. assiduis, C. qui potior est personale transmissibile solum ad descendentes?
- 2 Cedi quando potest dictum priuilegium?
- 3 Priuilegium tacite hypothecæ est cessibile.
- 4 Cessionarius prima dotis mulieris postponitur secunde doti.
- 5 Priuilegium exigendi vsuras dotales, an sit cessibile?
- 6 Dotans si cesserit nomen debitoris, an debitor cessus teneatur marito ad vsuras.

*Si maritus non denunciât debitori cessio-  
cessionem, an damnum vsurarum cedat ce-  
denti, vel ipsi viro?*

*Fruetus recompensatiui ex equitate de-  
biti per emptorem venditori, an peti pos-  
sint per cessionarium.*

## Q V A E S T. XXVI.

**P**Riuilegia dotalia an sint cessibilia?  
Distinguendum est inter priuilegia;  
nam illud est potioritatis competens  
mulieri pro dote, quæ præfertur omni-  
bus etiam anteriorem tacitam habenti-  
bus. Aut de priuilegio tacitæ hypothe-  
cæ. Primum vigore *l. assiduis, C. qui po-  
tior. in pign. hab. competit solum mulieri-  
bus, earumque filijs, & descendenti-  
bus, nō autem hæredibus extraneis, per text.  
in l. vnic. C. de priuileg. dot. & d. l. assiduis,  
Bart. in l. 1. num. 2. ff. sol. matr. Bal. Nouell.  
de dot. par. 10. num. 24. Padilla in Auth. res  
qua, num. 107. C. de fideicom. & dictum  
priuilegium est personale mulierum, ac  
transmissibile ad solos filios, & descen-  
dentes non ad extraneos, Barbof. in l. 1.  
S. 6. nu. 14. ff. solut. matr. D. Reg. de Marin.  
ad Reg. Reuert. obser. 377. num. 9. & lib. 2.  
resol. 19. à num. 11.*

2 Minusque est cessibile, nisi quando  
cessio percutit principaliter vtilitatem  
mulieris, cuius interfit exactionem dotis  
cum potioritatis priuilegio sequi, iuxta  
receptam distinctionem, de qua *Dom. Reg.  
de Marin. ad Reuert. ubi sup. & lib. 2. resol.  
19. Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. qu. 47. n. 41.*

3 Cessibile tamen est priuilegium taci-  
tæ hypothecæ doti tributa, nam receptū  
est, hanc semel quæsitam, siuè impressam  
ad quoscumq; hæredes transmitti, absq;  
tamen priuilegio potioritatis, *Merlin.  
num. 18. de Marin. ad Reuert. num. 7. Boss.  
de dote cap. 18. num. 28.*

4 Hinc infertur secundam dotē esse præ-  
ferendam cessionario mulieris primæ do-  
tis constitutæ, putà ab ipsa muliere, vel  
alijs sine expressâ hypotheca. Bencue-  
rum esse præferendū cessionarium dictæ  
primæ dotis vigore tacitæ creditoribus  
posteriorē expressâ habentibus, ità *Card.  
de Luca lib. de dote disc. 166. nu. 44. & 45.*

5 Succedit vidēdum de priuilegio com-

perente marito exigendi vsuras dotales  
à dotante pro dote non soluta à die sup-  
portationis onerum matrimonij, quæ stat  
loco moræ, absque alia interpellatione,  
ad text. in *l. cum post, S. 3. ff. de iur. dot. &  
cap. salubriter de vsur. Giurb. dec. 72. Amat.  
resol. 42. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6.  
glos. 2. par. 6. Bossius cap. 20. nu. 41. Buratt.  
dec. f. 159. Quidquid velit Fab. C. de iur.  
dot. d. f. 42. à quo cauendum morant Fon-  
tanell. Amat. & alij. Et hoc priuilegium  
est fauore ipsius viri, non autem tertij,  
qui esset viri cessionarius, quoniam istud  
priuilegium est personale, non cessibile,  
*Seraph. dec. 123. Gratian. discept. 113. n. 39.**

Rectius dicitur, quod aut vir nomen  
debitoris dotis tertio cesserit, cum iure  
percipiendi vsuras. Et tunc si agimus  
de tempore, quo cessantibus matrimo-  
nij oneribus, neque ipsi viro vsuræ de-  
bentur, & cessat omnis difficultas, quia  
non potest considerari maius ius in ces-  
sionario, quam in eius auctore. Si verò  
de tempore, quo vsuræ debentur, & tunc  
si cessio sit in gratiam viri, eiusque com-  
modum, & vtilitatem principaliter re-  
spiciat; & tunc in esse & exigere vide-  
tur vti procurator mariti. Vt putà vir  
est debitor Titij in aliqua quantitate le-  
gitimos fructus producente, vt ex causa  
venditionis annui census, si loco istius  
crediti fructiferi vir cedat dicto credito-  
ri suum creditum dotale, tunc nulla vi-  
detur subesse ratio prohibitionis, quo-  
niam neque cedens, neque cessus sunt  
in damno, minusque cessionarius in lu-  
cro. Item vir, qui sit Titij debitor pe-  
cuniarius dat illi nomen debitoris cum  
iure vsurarum, vtique neq; videtur huius-  
modi cessionario deneganda facultas  
exigendi à dotante vsuras, dum istarum  
exactio respicit vtilitatem viri, qui per  
ipsarum impetrationem in sortem libe-  
rationem à proprio debito consequan-  
tur, *Leotard. quæst. 29. ex num. 22. Olea  
tit. 6. quæst. 2. num. 40.*

6 Difficultas est, quando cesserit donans  
nomen debitoris, an debitor cessus te-  
neatur ad vsuras marito, & si maritus  
retinuerit pignus illius sibi traditum à  
dotante, an imputet in sortem? Dic  
quod non teneatur ad vsuras debitor ces-

cessus, & fructus imputandi veniant, quia non potest creditor cedendo debitorem, vel dando pignus, quod retinet, facere debitoris conditionem deteriore, *Gabriel. consil. 151. nu. 7. lib. 1. Pacific. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. num. 56. Rota in Tusculan. Saluiani 25. Majj 1648. coram Verospio, Card. de Luca disc. 161. num. 3.*

Cœterum si maritus, vel dotans huiuscemodi debitori cesso denunciauerit cessionem, vel ad solutionem interpellauerit, ad vsuras debitor cessus tenebitur *Leotard. quest. 29. num. 4. Merlin. lib. 3. quest. 51. num. 82.*

7 Data mora in debitore cesso erga dotantem, an etiam ante denunciationem teneatur debitor ad interesse à die assignationis in dotem, si versemur in casu, quo ante exactiorem non obstante cessione dotans teneatur ad interesse marito, quasi quod vigeat ratio restitutionis damni emergentis? Affirmant *Ruin. conf. 105. num. 6. lib. 4. & alij*, quos refert *Leotard. quest. 75. num. 10.* qui eam veriorum probare studet. In Rota, & Curia Romana veriorum contrariam sententiam reprobata opinione *Ruin.* tradit *Card. de Luca num. 34.* & videndi *Cyriac. controu. 252. n. 60. & seqq. Hodiern. cōtrou. 17. Bencuerum Card. de Luca num. 36.* videtur sequi opinionem *Ruini*, & est debitor cessus non teneatur ad vsuras; Nihilominus damnum erit viri, non dotantis, quia debebat interpellare.

8 Fructus recōpensatiui debiti ex æquitate, *l. curabit, C. de act. empt.* debentur venditori, vel eius hæredibus, nō autem cessionario, *Rota decis. 258. nu. 3. par. 10. rec.* & alias iudicasse refert *Cardin. de Luca num. 37.* Ego autem contrarium sentirem, quia si transit ius ad hæredes extraneos venditoris, ita etiam erit cessibile.

### A R G V M E N T V M.

Fideiussor vti cessionarius creditoris pro quantitate soluta an concurret cum cedente in bonis debitoris. Expenditur doctrina *Soccini*, & declaratur, & defenditur *Præs. de Franch.* contra *D. Oleam.* Quid si creditor præuenisset in exigendo à debitore, vel possideret bona illius,

utrum creditor cedere teneatur contra se in bonis, quæ possidet. Exempla traduntur, in quibus creditor non cedit contra se ipsum, & fideiussor accipi censetur pro residuo, & effectus cautionis:

### S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor vti cessionarius creditoris pro summa soluta an concurret cum cedente in bonis debitoris.
- 2 Creditor an teneatur cedere contra se ipsum, & fideiussorem facere equalem?
- 3 Creditor si præueniat in exigendo à debitore an teneatur cedere contra se in bonis possessis.
- 4 Indicantur difficultates articuli.
- 5 Doctrina *Soccini* contra fideiussorem, cui innititur *D. Olea* declaratur.
- 6 Resolutio articuli de creditore præueniente.
- 7 Fideiussor censetur datus pro residuo locata debitori gabella, vel data administratione tutela, vel cura, & nequit concurrere super fructibus, & emolumentis.

### Q V A E S T. XXVII.

1 **F**ideiussor vti cessionarius creditoris pro summa soluta an concurret cum cedente in bonis debitoris, & creditor teneatur cedere contra se ipsum? Figuratur casus. Creditor, qui Titium ad mille obligatum habebat, pro quo duo fideiussores intercesserant, vnus pro scutis 500. Alter pro alijs 500. vni fideiussori, qui tunc soluerit, cesserit iura sua contra Titium debitorem, si fideiussor virtute cessionis agat contra debitorem pro illis 500. quæ soluit, & creditor vigore sui crediti, quod adhuc debet consequi, & concurret cum fideiussore eius cessionario in bonis principalis debitoris, an veniat præferendus fideiussori?

Principalem creditorem esse potiorē, probat *Soccin. consil. 266.* in septimo, & vltimo casu, & sequitur *Olea tit. 6. quest. 8. num. 26.* Ducitur, quia alia cessio contra ipsum cedentem retorqueretur, & impediret eum, ne quod sibi debetur, recuperaret, quod esset contra contrahentium mentem, & finem fideiussionis; quia dum eum creditor in fideiussorem

exposcit, id agit, vt indemnitati suæ consulat, ad hoc vt si forte debitor principalis soluendo non sit, id fideiussoris, non suo periculo cedat. Præterea quando creditor pro vna obligatione duos fideiussores pro rata accipit, non eo animo est, vt obligationem rei principalis in duas summas diuidat, sed tatum duos illos fideiussores loco vnus, & quasi vnus accipit: quorum vllus nihil virtute cessionis consequi poterit à principali debitore, vsque quo creditori cedenti integre sit satisfactus.

Accedit, quod sicut fideiussor, qui pro summa soluta cessas habet actiones, nullum ius habet contra cedentem, si prius cedens aliam summam exegisset à debitore, ita nec erit impedimento, si cum cedente concurrat.

3 Argumenta contraria præstat, quod si cessio fit ex necessitate, vt est illa, quæ fit fideiussori, tunc creditor tenetur etiam cedere contra se ipsum, l. 2. vbi glos. C. de fideiuss. Carocc. de oblat. 2. par. quæst. 2. Reg. Rouit. consil. 53. num. 14. lib. 1. Reg. de Ponte consil. 82. nu. 25. lib. 1. Odoffred. Cyr. & Bar. in d. l. 2. Felician. de censib. lib. 3. cap. 2. num. 74. Amat. ref. 38. nu. 20. D. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 23. num. 9. idem Olea. tit. 5. quæst. 2. n. 7. D. Reg. de Marin. Reg. Reuert. obs. 580. & ita contra Soccin. sentit Præs. de Franch. decis. 260. vbi scripsi in obseru. cum Reg. de Marin. & æquiores dixi opinionem, dum in casu impedimenti creditor habet actionem contra alium fideiussorem, & fideiussor, & creditor dum ex eodem fonte causam habent, debent insimul concurrere Curia Philippica p. 2. lib. 2. cap. 6. num. 50.

3 Turbare videtur, quod si cedens exegisset ante cessionem dimidiam, potest deinde agere contra fideiussorem pro alia dimidia, & ita neq; si concurrat post cessionem ipse fideiussor. Quia id esset ratione possessionis, & præuentionis, cuius melior est conditio per text. in l. si debitor. ff. de pignor. Amat. ref. 31. num. 7.

4 Hoc opus, hic labor est, an verum sit, quod ratione præuentionis, & possessionis potior sit conditio creditoris possidentis; Distinguendum est, vtrum creditor exegerit in pecunia, vel in stabili-

bus. Si in pecunia, & certum est, quod præferatur, qui in exactione præuenit Costa in consil. 5. in addit. Aut possideret creditor alia bona debitoris, & tunc contra se cedere non teneri, sed debet offerri quantitas per ipsum fideiussorem debita l. 2. C. de fideiussor. vbi creditor qui pignus, & fideiussorem accepit, si fideiussor agat, non tenetur ei pignus tradere, nisi debitum soluat. Diuersum est, si creditor à debitore non exegisset, sed à fideiussore peteret, qui cessis iuribus solueret, & deinde ambo concurrerent in bonis principalis debitoris, nam fideiussor se obligat animo se releuandi à debitore; & de sua natura in subsidium tenetur.

5 Doctrina Soccini d. consil. 206. vt fideiussorem non teneatur creditor facere sibi æqualem, reijcitur per Negos. de pign. par. 5. membr. 3. nu. 34. & obseruat Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 70. nu. 15. cum seqq. & refellitur apud Franch. decis. 260. n. 5. & merito quidem, nam more consulentis ad causæ opportunitatem absque aliqua authoritate, aut ratione innitur solum doctrinæ Saliceti fundantis se in dispositione text. l. 2. C. de fideiuss. quæ procedit, vbi creditor reperiretur in possessione illorum bonorum debitoris, vnde propterea denegaret cedere eius iura fideiussori, non quidem simpliciter, sed ad effectum vt ille agere non possit contra se ipsum possidentem, non quia tunc cesset obligatio cedenti, vel ratio cedendarum, sed quia præsupposita etiam cessione, illa operatiua non remaneret, quo ad bona per eum possessa ratione potioritatis, quæ data paritate causæ competit Reo, & possessori, seu text. in d. l. 2. procedit, vbi creditor aliud haberet creditum anterius, in cuius præiudicium non tenetur sibi facere æqualem fideiussorem soluentem ex causa posteriori, & istos terminos respicit casus, de quo agit Soccinus.

6 Quod creditor in parte satisfactus à fideiussore cedit iura, non tenetur cedere, nec facere fideiussorem sibi æqualem soluentem suam ratam, vt possit iura exercere contra alium fideiussorem, qui non se obligauit contemplatione, & intuitu alterius, nam creditor accipiens duos

duos separatos fideiuffores, vel plures pro diuersis summis finguntur plura debita distincta, & distinctæ fideiuffiones, & creditor fingitur homo diuersus pro multiplici diuerso debito, ita *Card. de Luca lib. de credit. discurs. 7. num. 12. Olea cap. 6. qu. 8. num. 25.*

- 7 Ex eadem ratione idem dicendum, vbi ageretur de fideiuffore præstito pro aliqua summa limitata eiusdem debiti, tanquam residuali, ac suppletua eius, in quo principalis debitor deficeret, eo quia pro reliqua parte creditor verè similiter tutus esset ex eisdem effectibus, ex quibus resultat causa debendi, vt de fideiuffore, qui pro certa summa limitata reciperetur pro tutore, vel alio administratore, qui longè maiorem quantitatem administraturus est, quoniam intelligitur fideiuffio præstita pro summa residuali, vnde non tenetur creditor sibi facere fideiufforem æqualem, & cum eo cõcurrere nõ debet super illis effectibus, õb quos idem creditor putauit se esse cautum; Ideoque sollicitus fuit solum de aliqua summa limitata, in qua præuidere potuit, quod ipsi effectus non essent sufficientes, ex clara ratione, quia solutiones non fiunt ex bonis debitoris ipsi fideiuffori pro eius reuocatione affectis, sed ex negotijs administrationem annexam cum tractu successiuo habentibus, cum impossibile sit præstari fideiufforem pro toto eo, quod plurium annorum spatium de bonis administratis ad manus perueniret, hinc proinde vsus est accipiendi fideiuffiones pro quadam summa, & verisimili quantitate, in qua administrator dispunctis rationibus, & detractis partitis dati, à partitis recepti, possit remanere debitor, pro quo verè, ac propriè fideiuffor præstari dicitur, vt *D. Reg. de Marin. resol. 144. lib. 1. Caualer. decis. 137. Othobon. decis. 192.*

Simile obseruatur quando ageretur de debito ex causa locationis, & conductionis, vel appaltus, frequenter enim dantur in appaltum Gabellæ, Vectigalia, & alia iura Principis, seu Communitatis importantiam ingentem quantitatem cum cautione limitata ad certam summam, quæ comparatione debiti minima sit, sed

sufficiens reputetur, quia ijdem effectus Gabellæ, vel iuris appaltati sufficientes reputentur, & consequenter dicendum non est, quod locator fideiuffori aliquam partem soluenti teneatur concedere eius iura exercibilia super ipsismet effectibus appaltatis. Vel quod fideiuffor abijcere possit creditori, se habere in manibus ex eisdem effectibus summam in fideiuffione contentam.

#### ARGUMENTVM.

Cessio iurium qualificata cum præseruatiua clausula, dummodò cessio non officiat cedenti, neque directè, neque indirectè, neque in concursu, quid significet, & operetur? Cedens ex æquitate simpliciter an sibi præiudicet? Cessio si esset necessaria, fatuus foret contrahens, sic cessionem acceptando; Si esset persona priuilegiata, an ei ita acceptanti succurratur? Et cessio si non esset subsequuta, an habeatur pro facta? Creditor qualificatam cessionem quando facere debet.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cessio iurium cum præseruatiua, dummodò non officiat cedenti, nec directè, nec indirectè, neque in concursu explicatur.
- 2 Operatiua quantum sit clausula declaratur.
- 3 Cessionarius an agere possit, vel excipere aduersus cedentem ex diuersis iuribus?
- 4 Acceptans qualificatam hanc cessionem, si esset necessaria cessio, est fatuus.
- 5 Cedens simpliciter quando tenetur ex æquitate, vel cedens vigore pacti de subintrando inter emptorem, & creditorem an sibi præiudicet?
- 6 Acceptanti cessionem cum dicta præseruatiua an succurratur, si minor sit, vel maior, & cessio foret necessaria?
- 7 Cessio si facienda esset, & non sit subsequuta an habeatur pro facta?
- 8 Cessionem qualificatam soluenti quando creditor tenetur facere?
- 9 Cessio an simplex, vel qualificata sit iudicanda?

#### Q V A E S T. XXVIII.

- 1 **I**N cessione iurium, & actionum, quæ ex æquitate fit ratio possessori, apponi solet clausula per creditores, dummodò

*modò contra cedentem, neque directè, neq; indirectè, neque in concursu retorqueri valeat, & ceduntur iura talia qualia, inspicendum modo est, si hæc cessio acceptata fuerit, quid significet, & operetur.*

Dic, quod vbi de iure cõkursus æqualis competentix cessaret directè, quando vterque veniret agendo ad bona debitoris, vel cessionarius eundem cedentem possessorem molestare vellet. Indirectè, quãdo cessionarius molestare vellet tertium, qui posset se retorquere contra cedentem, cum per huiusmodi qualificatã cessionem cesset illa æqualitas, quæ alias ob identitatem causæ, vel crediti procedere deberet inter vtrumque, si ambo venirent agendo, ita *Cardin. de Luca de credit. disc. 8. num. 2.*

2 Operatiua beneuerum est cessio cum dicta clausula respectu ipsiusmet cederis quoad voluntarias molestias ab eodem inferendas super eadem re, cum semper intelligatur exceptum factum voluntarium, & quia iustum non sit, neque rationabile, vt creditor duplicatam satisfactionem, seu duplicem valorem reportet, ideòque cum possessor pretium, seu æquivalentiam in pecunia ei soluerit, pro ea rata, quam ita ex re hypothecata obtinuit, satisfieri, non potest novas molestias inferre, nedum ex causa posteriori, vel æquali, putà pro residuo eiusdẽ crediti, neque ex anteriori, cum ita sibi obstare videretur exceptio doli, vel circuitus, dum impossibile est, vt ex re, quæ valet decem, possit vnus, & idem reportare viginti, ita *Cardin. de Luca vbi sup. num. 6. Merlin. dec. 874. Cels. decis. 78.*

3 Aliter est, quando idem cessionarius non ex iuribus cõsis, sed alijs anterioribus iuribus ex diuersa causa competentibus molestare vellet, vel excipiendo repellere cedentem, *Peregr. in consil. 93. num. 15. lib. 1. Rota decis. 49. par. 11. rec.* ob reduplicationem personarum formalium in eadem persona materiali, ideòque cessionarius habens diuersa iura fingitur diuersus homo, neque cessio, quam ad commoditatem, ac fauorem reportare curauit, nocere debet. Etsi ratio reduplicationis personæ in ipso cedente, qui ex alijs diuersis iuribus agendo, vel

excipiendo ipsum cessionarium directè, vel indirectè molestaret.

4 Si cessio esset necessaria, vt est in casu, quo obstaret exceptio cedendarum, fatuus foret, qui acceptaret in qualificatam cessionem, quæ purè erat debita, dum fuisset necessaria, quam cedens negare non potuisset, vnde acceptans sibi imputare deberet, ita *Card. de Luca de credit. disc. 8. num. 3.*

5 Hinc creditor pro solutione partis pretij ad finem subintrandi in locum venditoris num efficiatur huic æqualis? Cõtrouertunt *Doctores*; affirmat enim *Dom. Reg. de Marin. lib. 1. resolut. 260. & ad Reg. Reuert. obseru. 8.* Contrarium autem voluit *Rota coram Dunozett. decis. 539. & dec. 128. par. 8. rec. Card. de Luca de credit. discept. 4.* ea ratione, quia si creditor cedens iura ex æquitate non tenetur sibi facere æqualem, sed tenetur cedere talia, qualia cum dicta præseruatiua, vt *cessio non afficiat directè, nec indirectè, neq; in concursu.* Attamen venditori absque dubio præiudicaret, si venditor approbaret conuentionem inter emptorem, & creditorem de subintrando in locum ipsius venditoris cedendo sine dicta clausula, *Card. de Luca disc. 4. nu. 13. & seqq.*

6 Secus foret, si acceptans non esset persona integra, liberam contrahendi; sibiq; præiudicandi facultatem non habens, vti minor, vel similis persona priuilegiata, cui de iure succurritur aduersus actus præiudiciales ex beneficio restitutionis in integrum; quoniam vbi de iure cessio purè est necessaria, & denegari non potest, tunc acceptatio huiuscemodi præseruatiua redolet speciem alienationis, vel remissionis iuris competentis, & consequenter intrat restitutio in integrum, quæ iuxta regulas generales in quibuscumque præiudicialibus competit personis priuilegiatis, ac etiam quandoque maioribus pro facti qualitate ex clausula generali, si qua mihi, cum sæpius contingat, vt ex Notariorum formulis, siuè ex conuentione huiusmodi clausulæ, & præseruatiuæ adijciantur circa intentionem eius, qui cessionem reportat *Card. de Luca num. 4.* At vide alibi.

7 Quoties intrat cessio, si hæc subsecuta

H

non



non fuerit, ex æquitate habebitur vt facta ad finem excipiendi super bonis possessis, *Negus. de pign. p. 5. membr. 3. num. 3. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 44. num. 8. Gratian. discept. 734. nu. 18. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 17. num. 1. vt in casu, quo fideiussio esset necessaria, habeatur pro facta ad finem excipiendi, si fideiussor esset. Reus, & possessor in puncto firmat Card. de Luca discept. 7. num. 4.*

8 Creditor quando simplicem debeat facere cessionem, vel qualificatam? Quid quid apud seniores variatum sit, in foro est receptum, quod creditor, cui fiat solutio partis debiti, (excepto casu, in quo ea fieret per fideiussorem, siue quod alias intrarent termini exceptionis cedendarum) non tenetur cedere soluenti eius iura simpliciter, & se opponere potest pacto de subintrando inito, per emptorem, & cedentem pecuniam, solumque receptum est, vt ex æquitate, facere teneatur cessionem iurium talium, quauis, dummodo contra ipsum cedentem, nec directe, nec indirecte, vel in concursu retorqueri, vel alias abstrahere valeat, ex doctrina *Bart. in l. Aristo num. 1. 2. ff. quæ res pignori obligari poss. Negusan. de pignor. par. 5. membr. 1. nu. 15. & seq. Olea de cess. tit. 4. quest. 3. num. 28. Franch. decis. 55. num. 5. Rot. decis. 243. nu. fin. p. 11. recen. decis. 76. n. 11. & seq. p. 5. & sæpius Card. de Luca de cred. discurs. 3. nu. 13. Si est voluntaria cessio *Mesa lib. 1. cap. 23. in fin.**

9 Suboritur dubium? an cedens quando ex æquitate cessionem iurium tenetur facere, tunc cedens simpliciter, an intelligatur facere qualificatam cessionem cum dicta clausula præseruatiua? *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 23. num. 6.* affert pro regula, cedentem non intelligi cedere contra se ipsum, ex *Dom. Reg. de Pont. consil. 82. lib. 1. nu. 22. & consil. 119. lib. 2. & Consil. Staib. in obseru. ad resolut. 130.* infert non esse necessaria illa verba clausulæ præseruatiuæ, ad hoc vt cedens præferatur cessionario, nam cessio ex æquitate nõ operatur contra cedentem, sed semper cedens præferatur cessionario in consequutione residui. Aliter tamen quando creditor sciens pactum de subintrando in locum creditoris initium inter

debitorem, & credentem pecuniam facere simplicem cessionem, & non qualificatam, quia sibi, præiudicaret, vt supra dictum.

## ARGUMENTVM.

Fideicommissum ordinatum ab Ascendente est fideiussor legalis mariti pro restituenda dote mulieri, quæ proindè tenetur cedere iura, alias obstat ei exceptio cedendarum. Assignatur differentia inter restitutionem, & constitutionem dotis, an cessio facienda sit per mulierem dotatam de bonis fideicommissi? *Fontanella negans reijcitur.*

## SVMMARIVM.

- 1 Fideiussor legalis mariti pro restitutione dotis est fideicommissum Ascendentis, & locum habet cesso iurium.
- 2 Quid pro constituenda dote.
- 3 Differentia inter dotem restituendam, & constituendam.
- 4 Puella descendens est dotanda de fideicommissis, si habet bona intricata.
- 5 Superuenientibus diuitijs patri, qui dotauit filiam inopem de fideicommissis, an pater reintegrare debeat fideicommissum.
- 6 Fontanella negans reijcitur.
- 7 Puella dotata de fideicommissis, an illud debeatur de bonis liberis superuenientis?

## QVÆST. XXIX.

1 **F**ideiussor legalis mariti pro restituenda dote censetur fideicommissum ordinatum ab Ascendente, quia fauore dotis potest illud euertere ex dispositione *Auth. res quæ, C. de fideicommissis.* quæ locum habet in dote restituenda per descendentem, & sicut fideiussori tenetur creditor cedere actiones, & iura super bonis fideicommissis, ita mulier fideicommissario opponenti tenetur cedere actiones, & iura super bonis liberis mariti, & si non potest, obstat mulieri exceptio cedendarum, quæ illam repellit ab actione molestandi fideicommissum, *Peregrin. de fideicommissis. artic. 42. num. 18. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. par. 2. n. 62. Fusar. de*

de *substit. quæst.* 532. num. 12. & ita mulieri consultum est, ac etiam consulitur fideicommissi reintegrationi in toto, vel in parte, idque etiam procedit pro dote constituenda iuxta dictam *Auth. res que.*

2 Notabilis differentia est inter dotem constituendam, & restituendam, quod si tempore, quo dos constituenda est, pater, vel ille, cui prima sit obligatio dotandi, non sit idoneus, vnde oporteat recurrere ad hoc remedium subsidiarium, postquam istud iam perfectè, & irrevocabiliter executum fuit, si patri, vel ipsimet mulieri superueniant bona libera, de illi ratio non habetur, nec propterea ad fideicommissum redeunt bona iam legitime extracta, quoniam inspecto eo tempore ob aliorum insufficientiam ipsum fideicommissum erat dotis constituendæ debitor principalis, ideò propriæ obligationi satisfecit.

3 Sed ubi agitur de restituenda, semper fideicommissum est debitor subsidiarius, fideiussoris personam tenens, neque per solutionem definit vir esse debitor principalis, vndè si postmodum ei bona superueniant, hæc affecta remanent reintegrationi, ad quam quicumque fideicommissarius tenetur pro omni damno, quod fideicommissum ex factò, & culpa sua patitur.

4 Nisi in casu dotis constituendæ ageretur de bonis, & iuribus ipsi dotandæ, vel ei, qui prius dotare obligatus est, iam delatis, sed intricatis, ita vt apta non sint promptæ dotationi, quia tunc eis non obstantibus conceditur quidem mulieri, quæ expectare non potest petere dotem ex bonis fideicommissi, *Rot. decis.* 101. nu. 12. & *decis.* 138. num. 4. & 5. post *Merl. de pign. Sperell. decis.* 165. n. 38. sed fideicommissio faciendæ est cessio, scilicet de iure habenda est pro facta pro reintegratione cum bonis intricatis recuperandis à manu tertij.

5 Respectu partis cadere potest difficultas, ad quem primo loco spectat onus dotandi, an scilicet præbente casu, quod de tempore, quo filia vult nubere, postea non sit idoneus, vndè oporteat dotem subsidiariam extrahere à fideicommissio, deinde verò eidem patri ex industria, vel fortunæ beneficio superueniant bona, &

idoneus fiet, ita vt filia, quamvis nuptæ, & dotatæ aperiatur actio ad petendam dotem, vtrum hæc actio prodesse debeat ipsi mulieri ad duplicatam dotem comparandum, vel potius fideicommissio, vt ita per patrem idoneum reintegretur? Et quætionem hinc inde tanquam ancipitem discutit *Fontanella claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 2. num. 52. & *seqq.* ubi pro vtraque parte discurre, & num. 58. sequitur opinionem negatiuam, scilicet, vt pater qui alienavit causa dotis constituendæ non teneatur ad fideicommissi reintegrationem de bonis proprijs, quamvis postea ei diuitiæ superuenerint, & firmat *Costa de remedio subsidiario remedio* 6. & inuincibilem appellat rationem *Fontanella*, quia si præsupponimus nomen non idoneum tempore dotationis filia, clarum est, quod ipse non potest dici esse obligatus ad dotandam filiam, vndè quando alienatur fideicommissum, non possit dici negotium patris gestum, & ex bonis fideicommissi eius obligationi satisfactum, sed potius quod tunc fuit translata obligatio dotandi ad fideicommissum.

6 Contrariam opinionem tenent *Ruin. consil.* 63. n. 19. *lib.* 2. *Peregrin. art.* 42. n. 70. *Fusar. quæst.* 531. nu. 53. & approbare videtur *Rota decis.* 355. nu. 11. *par.* 6. *recent.* & hanc opinionem probabiliorem tradit *Card. de Luc. lib. de dote discurs.* 48. n. 5. & vti æquiorum sequendam esse, vt sic vtrique consultum remaneat, & doti, & fideicommissio, neque iustum, & rationabile videatur permittere fideicommissorum euerfionem per duplicatam dotationem.

7 Vndè in eadem *dec.* 355. dicitur, quod si ipsamet mulier esset fideicommissi posseditrix, & de bonis fideicommissarijs in subsidium se dotaret, quod de bonis liberis sibi superuentis reintegrare teneatur fideicommissum.

#### A R G V M E N T V M .

Cedere iura an teneatur creditor fideiussori, qui renunciauit exceptioni cedendarum actionum, vel ex æquitate saltem cum præseruatiua? Expenduntur *Petr. Heig.* & *D. Staib.* Corollarie tangitur de iniusto possessore, vel extraneo solvente,

an possint isti petere cessionē iuriū? Cessione iuriū quando cēseatur renūciatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Cedere actiones an compellatur creditor fideiussori, non obstante renunciatione exceptionis cedendarum?
- 2 Renunciatio an intelligatur de simplici etiam contra cedentem, vel etiam de qualificata?
- 3 Iniusto possessori an cedere compellatur creditor?
- 4 Quid de extraneo solvente.
- 5 Resolutio questionis.
- 6 Exceptioni cedendarum renunciatio an sufficiat generalis, vel requiratur specifica?
- 7 Authoris sensus.

Q V A E S T. XXX.

1 **C**EDERE actiones an compellatur creditor fideiussori, qui renunciauit exceptioni cedendarum actionum? Affirmat *Petr. Heig. quest. iur. 38. par. 1. nu. 4.* & docuit ante ipsum *Butring. in tract. de renunciat. tit. de benefico. cedend.* quos refert, & sequitur *Staiban. resol. 42. num. 12.* volentes, quod vbi fideiussor expressim renunciat beneficio cedendarum, huiuscemodi renunciatio nihil operetur, nisi vt nequeat impediri via executiuā creditoris ex oppositione dictæ exceptionis; nullo autem pacto fideiussorem indemnem se omninò præstare non posse, sed videri eam exceptionem remissam, vti dilatoriam tantum, non etiam vti peremptoriam. Seù vt clarius dicam non impedire viam executiuam, sed teneatur offerre debitum, & cum solutione obtinere iurium cessionem.

2 Facit, quia liceat fideiussor renunciauerit dictæ exceptioni cedendarum, nihilominus poterit intelligi renunciatio de cessione simplici necessaria etiam contra se, ad quam faciendam cogitur creditor, vt actiones, quas habet, tam contra principalem debitorem, quam contra alios correos, confideiussores, vel tertios possessores cedat *Pyrr. Maur. de fideiuss. 2. p. princip. sect. 6. cap. 5. n. 19. Gratian. discept. 701. num. 4.* Quas actiones si

creditor præstare nequeat, quia fortè vnum ex fideiussoribus liberauit, exceptione cedendarum repellitur, *l. Stichum, §. creditor, ff. de solut. Amat. resol. 37. num. 51. Gratian. discept. 409. Cencius de censibus quest. 84. num. 23. Olea tit. 5. quest. 2. nu. 26.* Non autem intelligendum sit, vt fideiussor nequeat qualificatam cessionem saltem petere, quæ ex æquitate etiam debetur ex regula, *quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est*, dum cessione fit cum præseruatiua, dummodò cessione non officiat directè, nec indirectè, nec in concursu, *l. si creditor, C. de euit. Surd. consil. 208. nu. 10.* nemo inuidiosum ius postulat, quod alteri profuturum est.

3 Ad hæc quia iniusto etiam possessori per creditorem cedenda esse iura post alios firmat *Giurba obseru. 11. n. 20. Gait. de credit. cap. 4. quest. 11. nu. 1713. Georg. alleg. 39. nu. 32.* Et quamuis contrarium velint *Morott. de iur. offert. num. 3. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 26. à nu. 27. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 219. num. 28.* & alij, quos cumulat *Olea tit. 5. quest. 1. num. 23.* Ipse tamen primam opinionem tenet, quando iniustus possessor soluere compellitur, & non spontè offert, & fideiussor in hoc casu non æquiparatur extraneo, cui non competit ius petende cessionem, cum spontè soluat.

4 Accedit, quod fideiussor in hoc casu non poterit esse peioris conditionis, quàm extraneus, quem ad cedendū posse compellere creditorem, placuit *Carthar. dec. 61. à num. 11. Gratian. dec. 215. nu. 15. Noguierol. alleg. 11. num. 9. D. Reg. Marcian. disput. 75. nu. 25. & 28.* Qui id intelligit, vt non iure actionis, sed officio Iudicis compulsio fiat. Qui ex eo mouentur, quod ex æquitate quis tenetur cedere, licet alias ad id cogi non possit, si sibi cessione non noceat, & alteri profit *argum. l. 2. §. 1. ff. de aqua plural. arc. & text. est singularis, in l. in creditore, ff. de euit. ibi: Habet autem contrariam.*

5 Vt meum interponam sensum, in praxi non posse compelli creditorem ad cedendum iura sua fideiussori, existimo, quia inter alios casus, in quibus exceptio cedendarum cessat, vnus, & principalis est, scilicet, quando huic exceptioni renun-

nun-

nunciatum fuisse, apparet, renunciare enim qualibet post iuri suo, etiam si damnum sibi sequatur, *l. si rem alienum, S. omnis, ff. de pign. act.* præsertim, quia renuntiatio operatur magnos effectus ad fauorem creditoris, iste enim poterit, quem voluerit ex correis, vel fideiussoribus liberare, & ei nil opponi, vel obstare potest *Cancer. 2. par. var. cap. 5. n. 4. Hieron. de Leon. decis. 45. lib. 1. Arias de Mesa lib. 2. cap. 14. n. 2. Olea. tit. 5. q. 3. n. 12.*

6 Sed non satis compertum est, quando huic exceptioni renunciatum censeatur, an sufficiat generalis vaga renuntiatio, veluti si fideiussor omni legum auxilio, omninè exceptioni renunciaffet, vtrum per huiusmodi dubias renunciations cedendarum beneficio censeatur renunciatum.

Affirmant *Afflicti, dec. 182. n. 13. Capye. decis. 159. num. 43. Thesaur. decis. 166. n. 4.* maximè in iurata renuntiatione, *Consil. Marcian. consil. 28. nu. 13. tom. 1.*

7 Alij censent indiuiduam, & specialem huius beneficij renuntiationem esse necessariam, nec sufficere generalem etiam iuratam *Acosta de priuil. credit. reg. 3. ampl. 2. num. 86. Bertaz, & alij, quos refert, & sequitur Gratian. discip. 409. n. 5. & seqq.* Mouentur, quia hoc beneficium non oritur tempore renuntiationis, sed superuenit, quando fideiussor insolidum conuenitur.

Ex renuntiatione beneficij diuisionis, & de duobus Reis cedendarum beneficio renunciatum non videri resoluit *Olea. tit. 5. quæst. 3. n. 5. in fin.*

Dubium hoc tractat *Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 64. per totam, & qu. 72.* qui recenset *Decium, Romanum, & Socinum Seniore* inter se dissidentes *Decius consil. 99.* vult generalem non sufficere, & conuenit *Rom. consil. 472.* qui dicit, non sufficere renuntiationem omni beneficio legum, etiam quod sit iurata *Socinus senior consil. 200.* consuluit per renuntiationem de duobus Reis *Epistola Diui Adriani, & omni legum auxilio* sufficienter renunciatum beneficio cedendarum actionum; & in eodem casu consuluit *Corneus conf. 51. lib. 2. num. 10.* qui dicit, quod beneficiũ de duobus Reis de iure

antiquo erat solum cedendarum actionum, & hanc opinionem sequitur etiam *Decius consil. 27.* & specialiter factam renuntiationem, quando dictum fuisset, scilicet, renunciat exceptioni cedendarum, vel beneficio de fideiussoribus, vel de duobus Reis, *Merlin. lib. 4. quæst. 72. n. 30.* quidquid suboscure scribat *Olea d. n. 15.* vbi verius inquit specialem, & indiuiduam renuntiationem necessariam non esse, & sufficere eam, quæ speciali æquipollet, veluti si fideiussor, vel Correas omnibus beneficijs eis competentibus renunciaret, & paulò inferiùs scribit, veram resolutionem esse ex renuntiatione beneficij diuisionis, neq; de duobus Reis cedendarum beneficio renunciatum videri. Quæ res hodie parum deseruit attentis formulis Modernorum Notariorum, qui specificant renuntiationem.

#### ARGUMENTVM.

Cesso cum assensu credito eum hypothecã super feudo acquisita per creditorem cum assensu adiecta clausula, *pro se, & hæredibus ex corpore*, vtrum vita hypothecæ cessionarij pendeat à linea, & prole cedentis? In simili agitur de feudi, & emphyteusis deuolutione, an ista sequatur per extinctionem lineæ emptoris? Et quid si non adsit assensus super cessione, & feudum sit deuolutum, an sit efficax hypotheca ad fauorem cessionarij, vel cedentis. Idque in terminis gratiæ Regno concessæ.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Hypotheca pro credito quæsitã super feudo cum assensu, adiecta clausula, *pro se, & hæredibus ex corpore si fuerit cessã, an extinguatur finita linea cedentis?*
- 2 Explicatur gratia Regno concessã super credito quæsitã super feudo cum dictã clausula.
- 3 Feudum deuoluitur per extinctionem lineæ emptoris.
- 4 An idem sit emphyteusi vendita?
- 5 Hypotheca extinguatur extinctã linea cedentis.
- 6 Assensus super cessione non roborat hypothecam.

- 7 *Differentia inter venditionem feudi, & cessionem crediti.*
- 8 *Resoluitur articulus de venditione emphiteusis.*
- 9 *Aliter quando fit nouatio contractus.*
- 10 *Actio super feudo pendet à vita cedentis.*
- 11 *Quid si feudum fit deuolutum, & non adfit assensus super cessione?*
- 12 *Assensu deficienti an cessionarius possit exercere utiles, vel directas, si cessio sit in ampla forma.*
- 13 *Cedens sine assensu an retineat directas actiones?*
- 14 *Cessio sine assensu an sit nulla, & valeat actio rursus cedi feudo deuoluto?*
- 15 *Discursus Authoris.*
- 16 *Actio hypothecaria super feudo ante gratiam, an spectet ad legitimum successorem feudi, ac si esset feudum? Et quid post gratiã.*

## Q V A E S T. XXXI.

- 1 **H**YPOTHECA pro aliquo credito putà censuali quæsitā super feudo cum assensu, adiecta clausula, *pro se, & heredibus ex corpore* creditoris, si fuerit alicui cessa etiam mediante assensu vtrum extinguatur deficiente linea cedentis, vel potius cessionarij?
- 2 Quæstio hæc deseruit etiam attentæ gratiæ Regno impartita, qua concessum fuit, vt non obstante clausula huiusmodi actio hypothecaria transeat ad quoscumque hæredes etiam extraneos, vt in *pragm. 27. de feud.* Nam illa restringitur deindè deuoluto feudo, & post deuolutionem remaneat tantum actio personalis, quando linea creditoris extincta fuerit aduersus hæredes feudatarij debitoris, & sic deuoluto feudo remanet res sub dispositione iuris, vt successoribus ex corpore non extantibus propter defectum personæ non comprehensæ extinguatur hypotheca, & perimatur obligatio ad commodum Fisci, & creditorum, & feudum apertum Regiæ Curiæ ab illa obligatione eximitur.
- 3 Descendendo ad controuersiam, dicendum videtur, quod iura hypothecæ dependent à linea, & prole cessionarij. Quia feudo alienato cessat deuolutio ex defectu hæredum ex corpore alienantis,

& sic deuolutio finita linea emptoris. Ergo ità similiter debet finire hypotheca ex defectu lineæ cessionarij de nouo acquirentis hypothecam constitutam.

- 4 Accedit, quod vendita emphiteusi attenditur linea emptoris, *Barbos. in l. usufructu, ff. sol. matrim.* quia translatio fit de consensu domini defecti, *Afflic. decis. 112. in fin. Peregrin. consil. 31. lib. 1. Rota decis. 182. par. 6. rec.* pro qua sententia *Barbos. allegat Baldum, Socinum, Iasonẽ, & alios.*
- 5 Cæterum verius est, hypothecam extinguere desinente linea cedentis, non cessionarij. Quia assensus, cum dicta clausula, *pro se, & heredibus ex corpore* loquitur super obligatione feudalium, non autem super cessione, & licet cessionario nouus concedatur assensus, cum hypotheca primo loco constituta ad cessionarium transfertur, attamen hypotheca non constituitur de nouo, neque ex posteriori assensu pro cessionario super feudo radicitur, sed in illo anteriore cedenti concessio virescens in cessionarium præuio alio assensu super cessione transfertur; & cessionarius non indiget illo nouo assensu pro hypotheca super feudo, sed respectu obligationis feudi iuuatur primo assensu impartito creditori cedenti, in cuius locum ipse ingreditur, & graduatur à data illius hypothecæ, etsi longè post cessio cum assensu facta fuerit, vt iudicatum per S. C. refert *de Georg. de reper. feud. cap. 43. uum. 47. Amat. consil. 42. num. 34.*
- 6 Contert, quia si creditum cedentis non fuerit assensu roboratum; quamuis millies super cessione impetretur assensus, nullum tamen ius, nullaue hypotheca super feudo acquiritur cessionario, *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 9. §. 9. nu. 13.* quia vnus est contractus obligationis feudi inter creditorem, & debitorem initus. Alius contractus cessionis inter creditorem, & cessionarium celebratus, & assensus super cessione non extenditur ad alium contractum, *Reg. Rouit. consil. 18. lib. 2. num. 13. D. Praef. Merlin. contr. 8. lib. 2. nu. 15.* & assensus super cessione non mutat naturam rei, vel contractus super quo interponitur, sed illam assumit, & ab eadem regulatur *Anna alleg. 69. nu. 4. D. Reg.*

*Dom. Reg. Galeot. contr. 27. lib. 1. num. 9.*

7 Non obstat, quod feudum venditum deuoluitur finita linea emptoris, & ita debeat extinguere hypotheca deficiente linea cessionarij acquirentis hypothecam. Adest enim discrimen inter alienationem feudi cum assensu, & cessione crediti super feudo, nam feudo alienato in alium, extinguitur feudum formale primi feudatarij, & in emptore fit nouum feudum, *Reg. de Curte in diuers. feud. cap. 18. num. 2.* At hypotheca super feudo iam constituta cum assensu domini si in cessionarium transfertur, utique non extinguitur illa prima, quæ ceditur, sed cedens transfert suam antiquam, & dominus permittit tantum translationem.

8 Minus turbat, quod de emphiteusi vendita cum consensu domini dicitur, ut attendatur linea emptoris, quando dominus consensit. Nam contrarium est verius, ut refert decisum *Postius de subhastat. insp. 2. num. 5. & Rota post tract. decis. 9.* vbi quod ad emptorem, vel creditorem, cui adiudicata fuit res emphiteutica, transeant eadem iura generationum, & nominationum, quæ debitori, vel venditori competebant, neque in generationes acquirentis commutantur, sed tunc ius emphiteusis remanet penes emphiteutam, eiusque generatioem, ut fuit ab initio concessum, commoditas verò transfertur in emptorem generatione venditoris durante, ita *Rota d. dec. 9. num. 9. & per tot. addo Cald. de extiuct. emphit. cap. 11. à num. 40. & cap. 13. nu. 38. & cap. 15. nu. 28.* quia venditor non potest plus iuris transferre in emptorem, quam ipse habet, *l. nemo plus, ff. de reg. iur.* & consensus domini requiritur, ut valeat alienatio, non ut sibi præiudicet dominus in aliquo, *Pinehir. de Emphiteuf. 2. p. disput. 6. sect. 6. §. 1. num. 115.* Nisi emphiteuta venderet alicui pro se, & hæredibus, & dominus consentiret, ut *Pinehir. vbi sup.*

9 Consensus directi domini cum noua persona in emphiteusi tunc operatur mutationem lineæ alienantis in personam, & lineam acquirentis, quando partes simpliciter volunt facere nouationes. Secus si nouus acquirens velit sub-

rogari in locum, & ius alienantis cum reservatione iurium primi contractus, tunc enim linea, & generatio alienantis attenditur, & noua inuestitura excluditur, ut latè probat *Gratian. discept. 419. pro tot. & num. 8. & 17.* & ita refert bis decisum, non esse locum deuolutioni ob extinctionem lineæ acquirentis omnibus contrarijs resolutis.

A pari ergo in casu nostro, quamuis directus dominus assentiat translationi hypothecæ, durat naturalis penes principalem creditorem, eiusque generatio, tamen non constituitur ius generationis, tamen non constituitur ius generationis, scilicet, ut quod competit cedenti pro sua generatione in generationem cessionarij transferatur, sed transit utilitas, & exercitium actionis durante generatione creditoris cedentis, idque attenditur solum pro illo tempore, quo deuoluitur feudum; Aliter ante deuolutionem, cum actio vigore gratiæ trāseat ad hæredes extraneos, ut in *d. pragmat. 27.*

10 Actio super feudo, quæ à vita creditoris cedentis, eiusque hæredem ex corpore viuificatur, si ceditur, quod morte cedentis, & finita eius linea pereat, non autem cessionarij, docent *Bald. & Salic. in l. fin. ff. de hæred. act. vbi nu. 3.* dans rationem, inquit, quia actio, à qua deriuationem recipit, est extincta, & per consequens quælibet eius influentia, & suspenso fonte, suspenduntur riuuli.

11 Tota difficultas est in casu, quo deuolutum sit feudum, & in cessione in commodum cedentis, ut venditione, donatione, & simili non adest assensus, si cedens transtulit omne suum ius cum clausula, *ponens, & substituens in locum suum, nihil sibi reseruans,* & fit in ampla forma, in qua specie cessionarius consequitur nedum utiles, verum etiam directas, seu istarum exercitium, ita ut directæ sint inutiles, & inefficaces apud cedentem, etiam si vnum ex requisitis *l. 3. C. de nouat. non interesset,* ut post *Carocc. Carthar., & Thesaur.* placuisse S. C. dicit *D. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 19. nu. 6.* & probat *Dom. Præf. Merlin. lib. 2. cōtrou. 31. nu. 22. & seqq. Salgad. in labyr. credit. par. 1. cap. 27. nu. 62. Cenc. de censib. quæst. 67. n. 63.*

- 12 Ratio hæsitandi est, quia vel cessionarius intendit exercere vtilis actiones. Aut directas. Si vtilis, & vti procurator in rem propriam, & tunc non poterit eas cessionarius exercere, si cessio careat assensu, quia hypotheca super feudis nõ transfertur absque assensu, *Ifern. in cap. 1. n. 1. & seqq. de alien. feud. Pras. de Fräch. decis. 41.* Aut cessionarius velit exercere directas ex persona cedentis, & tunc quia directæ per cessionem huiuscemodi in ampla forma in commodum cessionarij factam remanere omninò inutiles, & inefficaces, nequeunt amplius exerceri, cum earum exercitium iam translatum fuerit in cessionarium præuia promissione non contraveniendi, stante datione in solutum, & emptione nominis, ità vt remanserit infixæ in ossibus cedentis, tanquam cadaver sine spiritu, & tota actiuitas, quæ in exercitio consistit, in cessionarium transiit, vt post *glos. Bar. & alios Pras. Merlin. ex num. 38.*
- 13 Pro cessionario responderi poterit, quod facta cessione iurium super feudo non impetrato assensu, hypothecaria actio, si non poterit transferri sine assensu, tunc remanebit penès cedentem, qui valeat ipsam exercere, vt *Freccia de sub. feud. lib. 2. §. 32. num. 3. Roder. de ann. redd. lib. 1. qu. 16. nu. 51. Carleual. de iudic. disp. 35. lib. 2. num. 35.* & hanc regulam esse, vt quoties iura non possunt transire in cessionarium, remaneant penès cedentem, tradunt *Giurb. decis. 63. num. 4. Castill. lib. 1. controu. cap. 69. num. 21.* Ex quorum dictis elicitur, quod hypothecæ feudales non impetrato assensu super cessione, remanent nihilominus fundatæ in principalibus creditoribus cedentibus assensum habentibus, quorum linea durante adhuc possit cessionarius, tanquam procurator simplex, & mandatarius comparere, nec censeatur mutata persona principalium creditorum, *Camer. in cap. Imperialem fol. 16. lit. K. L. & M. Consil. de Georg. repet. feud. cap. 43. num. 45.*
- 14 At replicabitur, quod hypothecaria actio non sit nulliter cessa, sed conditionaliter, si assensus sequatur, quemadmodum potest dominium feudi reuocabiliter, conditionaliter, & suspensiuè

transferri, accedente nempe assensu, quo sequuto contractus conualidatur, & interim est firmus propter spem conualidationis, vt *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. regijs, §. 3. circa finè, Carleual. lib. 2. disput. 23. num. 23.* & assensu non sequuto, interim remanet actio personalis in cessionario ad cogendum cedentem, vt iterum cedat, quod equidem fieri possit, quando non esset deuolutum feudum, nam cum tunc apertum sit Curia, non potest amplius interponi assensus super noua, neque super prima cessione.

15 Attentis ponderationibus recensitis, pro resolutione, concedimus, deuoluto feudo non posse amplius concedi assensum nec super cessione facta, neque super alia, dum feudi dominium est penès Regem, & similiter infertur, conditionem, si assensus sequatur, sub qua facta est cessio, defecisse, Ideòque resolutam, & euanuisse cessionem, & per consequens actiones remansisse penès cedentes, siuè penès successorem legitimum in feudo, qui cogendus est agere aduersus Fiscum actione sua hypothecaria assensu vallata, & agere ad vtilitatè cessionarij, & de his vide, quæ scripsi in *tract. de linea, ar. 7.*

16 Inspectio diuersa est, vtrum cessionarius possit exercere actiones directas competentes cessionario. Quia est attendendum, à quo cessio facta fuerit manente feudo in linea feudatarij, dum ea durante ex dicta gratia, actio hypothecaria an spectet ad legitimum successorem feudi, ac si actio super feudo, esset feudum, vel ad omnes hæredes etiam extraneos? Quidquid sit ante gratiam, quo tempore attento inter *Doctores* controuertitur, & de hac re extant plures *dec. 41. 75. & 595. Pras. de Franch. ex quibus* habetur idem esse iudicandum de actione ad feudum, quod de ipso feudo, & successionem in iure hypothecæ super corpore feudi constitutæ regulari de iure feudorum, vt is succedat, qui legitimus est successor feudi, vt latè *Giurb. de success. feud. §. 2. glos. 3. num. 40.*

Contrarium tenent *Montan. in repet. cap. Imperialem, §. praterea Ducatus n. 77. de prohib. feud. alien. p. 35. Merlin. controu. 81. n. 6. lib. 1. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 7.*



tit. 7. §. 8. *Schrad. de feudis par. 7. cap. 3. nu. 26. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 28. nu. 36.* quia iura loquentia de feudi successione, non procedant in actione ad feudum pro quantitate, inhabiles ad feudum non prohibentur credita super feudis possidere; *Montan. num. 76.*

Prout actio prædicta non comprehenditur in prohibitione alienationis feudorum exterorum Proregibus denegata; *Conf. Theod. alleg. 54. vbi refert ita decisum Reg. de Marin. lib. 1. resol. 22.*

Nec habet locum necessitas registrandi assensum, *D. Reg. Rouit. dec. 84.* Nec militat caducitas, neque Baliatus; nec in potentia impetrandi assensum ob mortem contrahentium, *Dom. Reg. Latr. decis. 43. num. 20. Bilott. in conclus. feudal. 30.* vbi declarant, tunc actionem ad feudum esse feudum, quando expressè dictum est, quod venditio fit in feudum, & adsit assensus Regis, & non Proregis per *prag. 4. de Feud.*

Quidquid sit inspecta iuris censure hodiè virtute gratiæ, is, qui succedit in credito, & in actione personali siue sit legitimus successor, siue extraneus succedit etiam in actione hypothecaria super feudo, dummodò illud non reperitur penes Fiscum, *Montan. num. 7. Reg. de Marin. resolut. 136. num. 89. lib. 1. Pratus lib. 1. discept. 26. n. 5. & 37. & dixi d. obseru. 41. ad Præs. de Franch.*

### ARGUMENTVM.

Creditor cum assensu super feudo si cedat creditum suum duobus in solidum tempore diuerso an præferatur, qui primo loco obtinuit assensum? Cessionarium sine assensu posse agere super feudo voluere *Capyc. & Marefcottus*, an benè? Quid si concurrant plures creditores, & posterior habeat assensum, & anterior eo careat? Quid attenda gratia? Quæ actiones feudales transeunt ad extraneos hæredes? Personalis actio transit ex cessione sine assensu. Agitur, an possit separari personalis ab hypothecaria, & hæc cedi sine personali, & ad quem effectum, & qualiter ex priori cessione personalis sit potior postremum assensum habens? Occurritur *decif. 75. Præs. de Franch.* quæ declaratur.

### S V M M A R I V M.

- 1 Posterior cessionarius nominis debitoris super feudo habens assensum ante primum cessionarium, an isti præferatur?
- 2 Cessionarius primus sine assensu nequit agere super feudo.
- 3 *Capycius, & Marefcott.* stant pro primo cessionario.
- 4 Saluatur opinio *Capyc. & Marefcott.*
- 5 Creditor absque assensu creditoris super feudo cum assensu nequit agere super feudo.
- 6 Creditor, vel cessionarius creditoris super feudo an possint exercere directas actiones ex persona debitoris creditoris habentis assensum?
- 7 Quid hodiè attenda gratia ex *pragm. 27. de feud.*
- 8 Distinguitur inter personalem, & hypothecariam actionem in casu cessionis sine assensu.
- 9 Assensus in translatione hypothecaria est necessarius, non personalis.
- 10 Hypothecaria an possit separari à personali?
- 11 Hypothecaria sine personali quem effectum operetur?
- 12 Personali prius translata si assensus postremo loco accedat primæ cessioni facit præferri primum, secundo prius habenti assensum.
- 13 Occurritur *decif. 75. Pr. de Franch. emanata inter creditores, non inter cessionarios*

### Q V A E S T. XXXII.

- 1 **C**reditor cum assensu super feudo si cedat creditum suum cum hypotheca duobus in solidum, an præferatur is, qui primo loco habuit assensum ei, qui prior fuit in cessione, sed posterior sine assensu? Iuxta primam partem, vt præferatur cessionarius posterior, sed prior in assensu firmant *Gait. de credit. tit. 3. quæst. 11. num. 1834. Salgad. in labyrin. credit. p. 2. cap. 4. num. 42. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 81. Staiban. resolut. 51. Dom. Reg. Latro consult. 84. & ita iunctis Aulis testatur decisum Præs. de Franch. decis. 75.*
- 2 Ratio est, quia in cessione requiritur assensus, quando sumus in actionibus

I feu-

- feudalibus ad integrandam personam cessionarij, vt cessionarius possit agere hypothecaria, nec sufficit assensus impetratus super contractu celebrato inter cedentem creditorem, & inter debitorem principalem, quia assensus nequit extendi de persona in personam, & limitatur *text. in l. 1. C. de his, qui in prior. credit. loc. ita Reg. Rouit. in pragm. 4. de feud. num. 17. Anna alleg. 17. Reg. Latr. consult. 56. n. 12. T bar. in compend. dec. tom. 2. verb. assensus regius, R. de Marin. lib. 2. resol. 61.*
- 3 Scimus *Capycium decis. 51. num. 10. & Marefcottum* tenere, non expostulari assensum in cessione actionis feudalis, sed istorum opinionem refellit *R. de Marin. ubi sup. & D. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 8. S. 12. num. 14. & Donad. de renunc. tom. 1. cap. 14. nu. 20. Quatenus Marefcott. refert decisum iuxta suum placitum, ipsi non esse adhibendam fidem vti extero tradit de Marin. ubi supra.*
- 4 Saluari posse decisionem relatam per *Marefcott. inquit de Marin.* vt nõ requiratur assensus super cessione, si cessionarius ageret vti procurator cedentis in vim mandati, & consuetarum clausularum, ex quibus cessionarius ponitur in locum cedentis, nam tunc vti procurator posset agere super feudo, & pretio illius, & per solutionem sibi in vim dicti mandati factam resolveretur hypotheca feudi, ita per S. C. iudicatum refert *Consil. de Georg. in repet. feud. cap. 43. num. 47. Gizzarell. decis. 43. Reg. de Marin. ubi sup. & ad Reg. Reuert. obseru. 9.*
- 5 Similiter creditor absque assensu vti creditor sui debitoris, creditoris cum assensu super feudo poterit agere ex persona sui debitoris creditoris, vt supra in feudo *Pres. Amat. cons. 42. nu. 33. vbi plures cumulat, & per S. C. determinatum refert iunctis aulis Regens Latr. consult. 84. lib. 2. & quod possit creditor agere ex persona sui debitoris creditoris, Merlin. lib. 2. de pignor. quest. 30. Gratian. discept. 509. Olea tit. 4. quest. 4. num. 32. & 36.*
- 6 Opinio prædicta de creditore, vel cessionario, quod possit etiam si non habeat assensum ex persona cedentis assensum habetis agere, & exercere directas actiones vti procurator in rem propriam,

procedit, quando vnus tantum esset cessionarius, vel creditor, sed quando sunt plures, quorum vnus est anterior sine assensu, & alter posterior cum assensu, in concursu potior esset habens hypothecatum feudum cum assensu, & huic est satisfaciendum ex pretio feudi, licet sit burgensaticum, ad hoc vt soluatur hypotheca feudi, & emptor feudi sit tutus.

Prior cessionarius sine assensu si ageret in vim mandati, non posset concurrere cum posteriore cessionario cum assensu exercente vtiles actiones, prout cessionarius in concursu præfertur cedenti, *Bart. in l. procurator in rem suam, ff. de procurat. & in l. 3. C. de nouat. & fusè comprobatur Olea tit. 6. quest. 8. num. 8.*

- 7 Oritur difficultas, quid hodie attenda gratia habilitante ad successionem in actionibus hypothecarijs super feudis extraneos, nisi agatur de præiudicio Fisci, prout quando fuit deuolutum. An post dictam gratiam sit necessarius assensus in cessione actionis super feudo? Quia dum actio transit ad quemcumque successorem in credito, consequenter videtur dicendum, non requiri assensum, dum prodest quibuscumque successoribus gratia, proderit quoque cessionarijs, *Afflic. decis. 335. num. 17. vbi appellatione hæredum, & successorum quorumcumque venit cessionarius, l. si in rem. ff. de iure iur. Camerar. in l. Imperialem, art. 29. lit. F. Vnde Reg. Latr. consult. 84. num. 36. lib. 2. allegans Liparulum, & alios inquit, quod stante gratia non sit amplius de ista actione hypothecaria iudicandum, nisi vt de re burgensatica, & ita post dictam gratiam præualere videtur opinio *Capycij, & Marefcotti* firmantium, dato assensu super contractu principalis creditoris posse cessionarium absque nouo assensu iuribus creditoris super feudo experiri, post alios *Carleual. de iudic. tom. 2. disputat. 55. num. 33. Consil. Petra ritu Mag. Cur. 244. a num. 16.**

Oppositum probat *Montan. in controu. 76. circa finem*, vt licet hypothecaria actio transeat vigore gratiæ ad quemcumque successorem, attamen in dispositione huius hypothecæ per contractum inter viuos nouum requiri assensum. Ratio-

- 8 riones sunt, quia successorum vniuersalium appellatione non venit cessionarius, *Dec. consil. 193. Afflic. ubi sup. num. 17. Theodor. alleg. 30. n. 19. & alleg. 41.* Adhæc data facultate disponendi per vltimam voluntatem non dicitur ea concessa per contractum inter viuos, *Theaur. dec. 209.*
- 8 In articulis præfatis distinctio adhibenda est inter personalem actionem, & hypothecariam, vtrum in cessione sit necessarius assensus. Aut agitur de personali, & per translationem istius non est necessarius assensus, nam personalis transit in extraneum successorem, qui respectu feudi viuentis debitore habet actionem illam fructuosam, & exercibilem super fructibus feudi, quæ actio non est feudalis, nec ea potest agi super feudo, sed solum agi contra feudatarium, vt cogatur ad vendendum feudum, vt *Præs. de Franch. decis. 704.*
- 9 Assensus est necessarius pro translatione hypothecariæ. Vnde etsi verum sit, quod in secundum cessionarium ratione prioritatis assensus translata fuerit hypothecaria residens penes cedentem principalem creditorem propter defectum assensus in priori cessione nihilominus illa hypothecaria postremo loco cessa transit sine personali actione in posteriorem cessionarium.
- 10 Et quamuis contendant *Doctores*, an possit cedi hypothecaria sine personali? Nam *glos. in l. fin. vers. pereat, C. de hered. vel act. vend. negat posse cedi, & illam sequuntur Dinus Castrensis. & Speculat. in tit. de cession. action. vers. sed quid si cessi, & Bald. & Salic. in dicta l. fin. cuius opinionis argumenta deducit Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 126.*
- Verior tamen est contraria sententia, vt ex post facto hypothecaria possit separari à personali, & cedi sine personali, *l. intelligere debes, C. de luit. pign. Fab. lib. 17. coniectur. cap. 18. Dom. Præs. Merlin. controu. 19. nu. 14. lib. 2. Olea tit. 6. quæst. 6. num. 1. & cessa hypothecaria non censetur cessa personalis.*
- 11 Beneuerum si ceditur hypothecaria sine personali, dicta cessio valet ad effectum tuendi, & retinendi rem hypothecatam, quoties extiterit penes cessionaria-

- rium, sed non valet ad effectum agendi, ita *Bar. in l. fideiussor obligari, ff. de fideiuss. Alex. cons. 47. lib. 3. Ias. in l. si domus, S. si fundus, num. 15. ff. de leg. 1. Reg. Salernit. decis. 35. & potest hypotheca ad diuersum finem pluribus cedi, Reg. Rouit. consil. 79. lib. 1. & hypothecaria vt nequeat cedi sine personali, nisi ad effectum retinendi Andreol. controu. 162. num. 6.*
- 12 Quamobrem redeundo ad institutum prior assensus obtentus à posteriore cessionario pro translatione hypothecariæ super feudi efficax solum erit ad finem retinendi feudum, quatenus esset penes ipsum, & non ad effectum agendi, & exinde quando assensus superuenit in prima cessione, tunc operabitur ad effectum agendi, nam primus etiam sine assensu habebat personalem, & per assensum posteriorem habebit etiam hypothecariam ad effectum agendi; Consequenter in concursu anterior cessionarius cum posteriori assensu præferri debet in agendo, & cessionarius posterior cum anteriori assensu tanquam habens hypothecariam à personali separatam in retinendo feudum, quod fortè esset penes ipsum, potior foret, & præferretur primo cessionario, & id non esse nouum, tradit *Reg. Salernit. & per text. in l. in creditore, ff. de euis. probat Olea tit. 5. quæst. 4. num. 10.* ita per hæc *Illustris. Episcopus de Afflic.* in facti contingentia defendit iura D. Cardinalis Raggij, & aliorum cohæredum, & liberorum D. Iacobi Raggij nepotis ex fratre D. Io: Baptiste Raggij causam habentis ex iure cesso à Carolo Scripanno cessionario ex iuribus anterioribus, & potioribus Comitis Triuenti creditoris præuio assensu super feudis Aquæuiuæ, & Gioiæ Terrarum Illustr. Ducis Adriæ; qui Domini Raggij egerunt in S. C. super pretio dictorum feudorum in concursu cum Ill. Ducibus S. Agathæ causam habentibus à Dominis Sororibus Cossis prætendentibus prælationem ex priori assensu impetratione super cessione, quamuis posteriore loco facta ipsis sororibus per Comitè Triuenti.
- Ad fundandam prælationem allegantibus ex aduerso Ducibus S. Agathæ anterioribus in assensu, & posterioribus in

- cessione *decif. 75. Pras. de Franch. D. Episcopus Afflict.* voluit videre processum causæ, super qua compilata fuit decisio, & inuenit non aliter controuersiam fuisse inter duos cessionarios, sed inter creditores debitoris creditoris super feudo, & quod *d. decif. 75.* emanata fuerit inter creditores super feudo colligitur ex traditis *num. 7. & 8.* vbi fit promiscua mentio de cessionarijs, ex eo, quod ex hypotheca crediti feudalis inducitur quædam cessio ad beneficium creditorum creditoris quasi iuris effectu.
- 13 Inter creditores creditoris, & duos cessionarios magna tamen est differentia, cessionarius enim qui pretio comparat aliquod nomen debitoris, acquirit titulo habili emptionis dominium nominis cessis, cum cessio in incorporabilibus habeat vim traditionis, & proinde postquæ cedens, transtulit dominium in primum cessionarium, postea cedendo alij, nequit, transferre dominium, quod non habet. Quando autem sumus inter creditores, cum dominium remaneat penes debitorem hypothecantem, super nomine debitoris concurrentibus diuersis creditoribus, qui prior fuit in obtinendo assensum, & acquisitione hypothecæ super feudo obligato videtur præferendus posteriori in assensu, cum in feudis creditor cū assensu anteriori præferatur creditoribus contrahentibus cū feudatario sub hypotheca *Afflict. decif. 286.* & ibi *Vrsill.*

### ARGUMENTVM.

Per cessionem Actionum, an transferantur Actiones vtiles, & directæ? Explicatur diuersus modus agendi in exercitio ipsarum, libellus, & sententia qualiter concipiantur: Mandatum in rem propriam an expiret morte mandantis, qui tamē nullum habet hæredem. *Consil. de Rosa* satis probat pro opinione negativa, in fine tamen inspicitur varius. De directæ, & vtili actione, & de earum forma, & effectu pulchra.

### SVMMARIVM.

- 1 Cedens Actiones, an transferat tam vtiles, quàm directas?

- 2 Diuersus modus exercendi directas, & vtiles, & libellandi explicatur.
- 3 Mandatum in rem propriam an expiret morte mandantis sine hærede?
- 4 Recensentur Doctores affirmantes, & rationes.
- 5 Quid in mandato necessario?
- 6 Vtiles Actiones manent mandante decedente etiam sine hærede.
- 7 Mandatum in rem propriam non expirare, satis probat *Consil. de Rosa.*
- 8 In finalibus verbis inspicitur varius de *Rosa.*
- 9 De directæ, & vtili actione, & earum forma, & effectu pulchra.

### Q V A E S T. XXXIII.

- 1 **P**er cessionem actionum an transferantur actiones tam vtiles, quàm directæ, & cessionarius per translationem directarum efficiatur procurator in rem propriam? *Guzman. de euit. quest. 35. num. 111.* & *seq.* latè negat secundam partem, addo *Cyriac. controu. 12.* At *glos. in l. ult. verb. posterioribus, ff. de donat.* docet contrarium, scilicet, vt is, cui ceduntur actiones, dicatur procurator in rem propriam, & post plures *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 19. num. 12.* vbi refellit dissidentes.
- 2 Diuerso modo agitur per exercentem directas, & exercentem vtiles, qui exercet directas, nomine principalis mandantis agit vti procurator in rem propriam, & petit condemnari debitorem, cessum nomine mandantis, *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 4. num. 14.* ibi: *Condemnari sibi procuratorio nomine cedentis.* Qui mouet vtiles, petit sibi condemnari vti principali, & intentat ex persona propria, dum vtrasque actiones acquirit *Dec. consil. 102. nu. 1. Carleual. vbi sup.*
- 3 Difficultas est, vtrum mandatum in rem propriam expiret morte mandantis, si is nullum habeat hæredem, vel pupillos, aut furiosos? Pro expiratione mandati, & quod per mutationem status mādatum defierit, volunt *Soc. consil. 112. num. 12. lib. 1. Stracca de mercatura in fin. tit. mandat. num. 49. tom. 6. par. 1. Gratian. discept. 342. num. 2.*

- 4 Man-

- 4 Mandans enim quando sine hærede decedit, tunc nulla imago defuncti remanet, ideòque suscipiens mandatum nequit vti titulo nominis ipsius, qui nec verè, nec fictè extat, & sic nullus extat, cuius nomine agatur, & per consequens mandatum, quamuis in rem suam intelligatur morte solutum *Bar. in d. l. 1. nu. 5. Alex. in l. fundi, num. 4. ff. de acqu. poss.*
- 5 Prout dicitur de mandato necessario, quod licet morte non extinguatur, *Bal. in cap. licet, num. 5. de offic. deleg. Roman. consil. 202. num. 4.* Tamen intelligitur quando cum hærede mandans decedat, secus si absque eo obiisset *l. postquam, ff. ut legat. num. caueat.*
- 6 Vtiles tantùm manent actiones, obeunte eo, qui celsit *d. l. 1. C. de act. & oblig.* Cum enim cessionarius directas habet ex persona cedentis, non aliter illis vti potest, quam si cedens cum hærede decedat, alioquin actio directa ex eius persona sublata est, quia directæ semper debent intentari nomine cedentis, *l. planè, ff. famil. ercisc. Angel. consil. 334.* Quod non aduertisse Baldum in *l. quod pauperibus, nu. 46. C. de Episc. & Cleric. notat Mantica de tacit. lib. 7. tit. 24. num. 7.* Vtiles non expirant, vt *Donell. in d. l. 1. nu. 46. & lib. 15 commentar. cap. 43.* quem immeritò reprehendit *Fab. lib. 12. coniectur. cap. 2. ita Arias de Mesa ubi sup. Consil. Rosa consult. 20. n. 12. D. Reg. Galeot. cõtrou. 9. n. 21. lib. 1.*
- 7 Iuuat attamen in hac re transcribere, quæ tradit *Consil. de Rosa consult. 20. n. 14.* Quando exercentur actiones directæ, licet necesse esse, videatur, concipiendum decretum in personam hæredum principalis cedentis, qui non apparent in actis, ideòque intrare *decis. Minad. 35. & tradita per Rovitum in rubr. de procur. nu. 60.* Sed neque hæc oppositio subsistit, non enim video, per quas regulas probari possit, quod procurator in rē suam actiones directas exercente, decretum sit concipiendum in personam principalis, & non ipsius procuratoris. Etenim procurator in rem suam duplici modo potest directas exercere, vno modo, si petat, condemnari reum ipsi principali constituenti in sui tamen beneficium. Altero modo si petat reum condemnari sibi ipsi, vti procuratori in rem propriam principalis vti
- docent Doctores in *l. qui prædia, C. de procur. ubi Bar. Bal. Angel. Alex. & Ias. in l. si actor, C. de procur. Maranta in repet. d. l. si actor n. 30. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 4. n. 14.*
- Si procurator hoc secūdo modo agat, prout egit Tobias, qui petijt sibi solui, quid prohibet, quo minus liberatio fiat Tobie vti procuratori in rem propriam quondam *Luce Leonardi, & Ioannis Stephani Spinolæ?* Tunc enim decretum non concipitur in personam mortui, sed viuentis, licet fiet mentio mortuorum, à quibus habuit mādatum, quod cum eorum morte non est extinctum sicut quando liberatio fit heredi, nihil prohibet fieri mentionem defuncti, cuius est hæres. Hinc non opus est, facere mentionem de hæredibus, nec querere, an appareant hæredes necne, iuxta *decis. Minad. 35.* Illa enim decisio loquitur in procuratore simplici effecto domino litis per contestationem, non autem in procuratore in rem propriam, inter quos longa est differentia; Nam procurator simplex, licet effectus dominus litis per contestationem, non tamen est dominus utilitatis, vel damni, quod ex lite prouenit, sed tantum instantia iudicialia, ideòque cum utilitas, vel damnum non spectet ad procuratorem, sed ad hæredes. Hinc deducitur non posse ferri sententiam in procuratorem, vel pro procuratore, nisi facta mentione hæredum. At in procuratore in rem suam id non militat: quia utilitas, & damnum litis est ipsius, nec hæres constituentis aliquid participat, ideò non est de hærede querendum, nisi quando constaret, cedentem decedere absq; hærede, qui succederet.
- 8 In finalibus verbis videtur tamen varius *D. de Ros.*; postquam enim prius satis probat mandatum in rem propriam expirare morte mandantis, demum restringit, nisi quando constaret, cedentem decedere absque hærede, qui succederet.
- 9 De actione directa, & utili, & earum forma, & effectu pulchra docent *Doctores*: Actio directa est, quæ datur ex verbis, & mente legis: Actio utilis est, quæ ex mente tantum datur *glos. in l. ex legato nominis, C. de legat. putà stipulatur quis sibi à Titio dari; vel fieri, ex hac stipulatione oritur actio directa stipulan-*

ti ex verbis, & mente legis contra Titium, quia dum Titius contractu se adstringit stipulanti, lex verbis, & mente producit ius quoddam, quo Iudex minister legis adstringit Titium ad dandum, & faciendum in beneficium stipulantis, *Instit. de obligat. §. 1. ibi: Est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur; ex obligatione ergo nascitur vinculum iuris, & ex vinculo iuris producitur à lege formula quædam agendi, seu ius, quo in iudicio consequitur promissum, Instit. de action. §. 4. ibi: Est ius prosequendi in iudicio, &c.*

Si autem stipulans, seu dominus huius actionis leget Caio hanc actionem, seu hoc nomen debitoris: lex concurrat quoad mentem in beneficium Caij contra Titium, non ex verbis: quia Titius non contraxit cum Caio: & ideo lex ex mente dat Caio utilem actionem contra Titium, *d. l. ex legato nominis*. Hinc *Bald. in §. quid ergo in fine de inuestit. de re alien. fact. in vsibus feud.* dicit utilem, & directam nasci ex diuersa forma, eadem tamen potentia: nam si utilis nasceretur aliunde, quam ex prima materia, & sic non competisset testatori, non competere legatario sine cessione, quia non fuisset in bonis defuncti, quod est falsum, ut in *d. l. ex legato nominis*, dum sine cessione datur sibi utilis actio spondera verba illa, *nam si utilis nasceretur aliunde, quam ex prima materia*, ex quibus verbis declaratur mens *Baldi*, dum dixit, *oriri ex eadem potentia*, id est ex eadem materia, vtraque ergo oritur ex dominio, quod erat penes testatorem, nam datur dominium etiam incorporalium secundum *Soccin. l. naturaliter, §. nihil commune, n. 1. ff. de acquir. possess.* & sic nomen debitoris Titij erat in dominio testatoris, à quo dominio oritur directa actio ex verbis, & mente legis affixa offibus stipulantis, quia verba stipulationis de eo cantant, oritur quoque utilis ex mente legis in beneficium legatarij, cui à creditore, qui stipulatus est, legatum fuit nomen illud debitoris, *d. l. ex legato nominis*: & dicitur oriri ex mente, non ex verbis: quia verba stipulationis non cantant ex legato, attamen lex ex mente legantis,

qui voluit nomen debitoris dare legatario, deducit in esse actionem utilem, id est actionem, quæ utilitatem eandem afferat legatario, quam afferebat testatori, vtraque ergo oritur ex eadem potentia, siue materia, id est dominio, quod erat penes testatorem, sed non ex eadem forma verborum directorum ipsi stipulanti, scilicet, *promittis dare mihi*: utilis actio ex mente, quia lex causa efficiens vtriusque deducit illam ex mente legantis, & sic ex alia forma. Dixi, legem esse causam efficientem vtriusque actionis, quia omnis actio est adinuentio legis, & ideo appellatur ius prosequendi in iudicio, *Instit. de action. §. 1.* sed dum *Bald.* existimat vtramque actionem directam, & utilem competisse testatori, quia si vtraque non competisset, non fuisset vtraque in bonis defuncti, quod est falsum, dicit *Bald. in d. l. ex legato nominis*, sed *gl.* ibi videtur contradicere, dum dicit, quod actio utilis est datiuæ, directa verò nativæ: si ergo à lege ex mente datur utilis legatario, ergo, ante legatum non erat in rerum natura, & sic non erat in bonis testatoris, frustratoria fuisset utilis actio testatori, qui habebat directam, quæ est vberior: nec datur utilis habenti directam, *ff. de superficiesibus, l. 1. §. qui superficiem, vers. is autem in cuius solo superficies est, non indiget utili actione, sed habet in rem*, dum *Baldus* arguit in *d. l. ex legato nominis*, vtraque resistere, dum ibi existentibus directis non cessis ab hæreditibus potest legatarius agere utili actione? id est post mortem testatoris, tunc existente directa actione in manu hæreditatis, legatarius agit utili actione nomine proprio: sed hæc utilis producta est à lege ex mente post mortem testatoris, dum *text.* ibi dicit, legatarium agere posse nomine proprio: si enim ex propria legatarij, & secundum *gl.* datiuæ ex mente: ergo producta post mortem testatoris à lege ex mente testatoris ad utilitatem legatarij, ut effectus dominij translatis à testatore in legatarium à die mortis ipsius, *l. à Titio, ff. de furtis*, dominium ergo causa materialis vtriusque actionis produxit directam testatoris tempore quo erat penes testatorem, post mortem

tem verò translatum dominium in legatarium ipso iure producit vtilem legatario vt propriam, & sic dominium diuerso tempore, & ex diuersa forma producit actionem directam, & vtilem: Nec ex *d.l. ex legato*, deducitur actionem vtilem fuisse translata à testatore in legatarium: dicit enim *text. Actionibus ab ijs, qui successerunt non mandatis*, & sic considerat plures actiones post mortem testatoris: an autem hæ actiones natæ sint post mortem testatoris, an ante, *text.* non appetit, imò obstat, dum legatario permittit suo nomine experiri vtilibus actionibus, ergo vtilis actio erat propria legatarij; & sic non testatoris: vel sat est ex verbis *text.* non probari intellectum *Bald.* scilicet actionem vtilem fuisse in bonis defuncti ante legatum.

Difficultas est, an ex stipulatione procuratoris actio personalis transeat? Videtur dicendum, quod sic, quia per eum possessio, & dominium acquiritur, *S. ex his Insti. per quas person. nob. acquir.*

Adest titulus in *Insti. per quas person. nob. acquir.* & in illo non fit mentio de procuratore, dat rationem *glos. pen. in l. 1. C. per quas person. nob. acqu.* dicens ex stipulatione actionem esse affixam omnibus stipulantibus, idque rectè de directa secundum *glos. in l. 1. vers. si enim in fin. C. eod.*

Vtilem potest transmittere procurator per cessionem secundum *Paul. de Casfr. in summano d. l. 1.* Vel secundum *glos. in d. l. 2.* etiam sine cessione acquiritur vtilis actio, & hoc modo *glosa* soluit contrarium in *d. l. 1. & 2.*

Videndus *Olea tit. 4. quæst. 9. & seqq.* vbi quod si ex re, siue circa rem domini stipulatur procurator, acquiritur vtilis actio domino, & si alias verba stipulationis concipiuntur in persona procuratoris, tunc nec directa, nec vtilis quæritur domino, sed cedere cogitur; nisi abesset, vel in subsidium, quia tunc vtilis competit.

Si contractus verba dirigantur ad dominum, nulla actio quæritur, nec procuratori, nec dominio *glos. in l. 1. ff. de stipul. seru.* quam singularem appellant *Paul. de Casfr. Gomez. & alij*, quos *Oleamum. 4.*

## A R G V M E N T V M.

Exceptio cedendarum actionum an obstat creditori agenti in solidum contra correum, vel confideiussores, si liberavit vnum cum reservatione actionum, vel cessionis contra alios, vel per pactum de non petendo, vel per acceptilationem? Inducantur antimonix legum, & *Scribentium* cum resolutione *Authoris*.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Exceptio cedendarum obstat creditori liberanti vnum ex correis sine reservatione solidi contra alios.*
- 2 *Pactum de non petendo qualiter ab acceptilatione differat.*
- 3 *Præs. de Franch. in decis. 476. pro creditore loquitur in pacto de non petendo.*
- 4 *Quid si liberatio contingat per acceptilationem, etiam cum dicta reservatione.*
- 5 *Dom. Reg. Latr. dubitat de opinione Art. de Alexandr.*
- 6 *Transcribuntur verba Gratiani contra creditorem.*
- 7 *Pactum de non petendo in personale, & reale diuiditur.*
- 8 *Personale subdistinguitur, & quid in dubio?*
- 9 *Sensus Authoris.*
- 10 *Creditori vnum gratis liberanti an obstat exceptio?*
- 11 *An debitor possit per solutionem liberare vnum ex fideiussoribus?*

## Q V A E S T. XXXIV.

**C**reditor, qui plures correos, vel fideiussores in solidum obligatos habet, si vnum liberet cum reservatione, iuris agendi contra alios, an possit repelli exceptione cedendarum, si totum petat?

- 1 Extra dubitationis aleam est, succurri correo, vel fideiussori, quando creditor solidum exigere intendit, si non reseruet ius agendi aduersus alios, tunc repellitur doli mali exceptione, dolo faciens solutionem petendo, & repellitur exceptione cedendarum, *l. rem hereditariam, ff. de cuius. ita exploso Fabr. lib. 11.*



*coniectur. cap. 11. post Gratianum discept. 701. num. 3. D. R. Latr. decis. 112. num. 4. & alios probat Olea tit. 5. quest. 2. nu. 37.*

- 2 Distingendum putò inter liberationem, & liberationem; quia si liberatio fiat per pactum de non petendo ab vno ex correis, & in eodem actu sibi reseruet creditor ius agendi in solidum contra alios, tunc virtute reservationis videtur, sibi reseruasse ius cedendi actiones contra liberatum, & alias hæc reservatio nihil operaretur, & creditor priuaretur iure suo saltém pro medietate crediti contra suam intentionem, cum licet sint inutiles actiones penés ipsum, tamen erunt vtilis cessionario, ex *text. in l. Stichum, §. credito, ff. de solut. Ant. de Alex. in l. nisi, ff. de pact. relatus per Afflic. decis. 182.* qui licet in fine relinquat cogitandum, nihilominus cum sequitur *Præs. de Franch. dec. 426. & in addit. ita iudicatum testatur Reg. Rouit. decis. 47. num. 9.* vbi pariter iudicatum in S. C. refert *R. Latr. consult. 89. num. 12. & decis. 112. num. 27.* vbi *Gizzius num. 10.*

Cogēs ratio est in pacto de nō petendo, quia istud non tollit actionem ipso iure, sed eam elidit, §. *præterea Instit. de except.*, tollit beneuerum obligationem naturalem, eliditque civilem, & obligat partem paciscentem naturaliter ad non petendum, *glos. in §. præterea, per text. in l. si vnus, §. pactus, ff. de pact.*

- 3 Vndè notanter obseruat *Reg. Latr. consult. 89. nu. 17.* quod in casu *decis. 476. Præs. de Franch.* creditor promisit solum non molestare Franciscum Aconum in solidum obligatum per pactum de non petendo, & non liberauit illum purè, & simpliciter cassando ipsius obligationē.

- 4 Aut creditor vnum correū per Aquilianam stipulationem liberaret, vel per acceptilationem cum expressa reservatione iurium contra alium, & quæstio est, an liberetur alter ex liberatione vnus *Bartolus* enim in *l. ex duobus, num. 9. ff. de duob. reis*; ait, stante reservatione prædicta acceptilationem non porrigere effectum suum ad alios correos propter protestationem, qua dictum fuit, quod debiti diuisio non inducatur, ea ducitur ratione, nam si vnus verè soluat hoc acto,

quod tantum pro sua obligatione soluat, alter liberatur, *l. Moderninus, ff. de solut.* Ait tamen in fine, quod est subtile dubium.

*Aretin. in d. l. ex duobus num. 5.* expressè tenet contrarium, asserens non posse creditorem per acceptilationem vnum ex correis liberare, ita quod non liberet alios, non ob stare, quod protestatus fuerit, quod dicta liberatio ad correos non extendatur, & mouetur ex *text. in l. 3. §. nunc de effectu, ff. de solut.* vbi si testator vnum ex duobus reis mandauit liberari ab hærede, & voluit correum non esse participem liberationis, debet fieri ab hærede liberatio per pactum, ne si fiat per acceptilationem, correus liberetur contra voluntatem testatoris, & sic datur intelligi manifestè, quod per acceptilationem non potest creditor liberare vnum, quin liberet alios.

Conuenit *text. in l. non quicumq; §. qui Cato, ff. de leg. 1.* vbi *I. C.* ait, quod si testator vnum ex duobus reis liberet per acceptilationem, necesse est, liberatum esse vtrumque, & ideò dixit *Angel. in §. si quis debitori, Instit. de legat.* aduertens ibi: *Nota bene in practica, quod si habes duos reos, & vni tantum vis gratiam facere, quod ipsum per acceptilationem ne liberet, sed facias illi pactum de non petendo, & iuxta hanc opinionem non obstante protestatione iudicatum in M. C. refert Moccia in sylua cas. forens. cap. 68.* idque videtur voluisse *Reg. Latr. d. consult. 89. à num. 28.* vbi quod liberatio habet vim solutioni, & differat à pacto de non petendo.

Negare non possimus differentiã inter acceptilationem, & pactum de non petendo. Attamen cum obligatio non possit absque consensu creditoris solui, estò creditor liberet vnum ex correis per acceptilationem, si expressè è contrario protestetur, quod nolit gratiam facere correo pro alia parte in hoc casu dicendum erit, quod possit agere per doctrinam *Bart. in d. l. ex duobus.*

- 5 Quoad opinionem *Antonij de Alex. in d. l. nisi*, illam non transire sine difficultate ait *Reg. Latr. in d. consultat. 89. num. 16.* & contradicentem habere *Guttier. in alleg. 2. nu. 12.* iuxta *Afflic. decis. 182.* quem ipse ita intelligat.

6 *Gratian. discept. 409. nu. 39.* in hac specie ita loquitur. *Creditor si in instrumento liberationis, & fideiussoris reseruat sibi iura contra alios fideiussores non potest pretendere, quod reseruaerit ius faciendi cessiones alijs fideiussoribus contra fideiussorem liberatum, cum enim simul fideiusserint, videntur facti socij, & per consequens vnus contemplatione alterius dicitur obligatus, & sub spe cessionis, vnde talis protestatio, seu reseruatio creditoris liberantis vnum ex fideiussoribus non iuuat, & contra eum datur exceptio cedendarum, & ista est verior opinio, quamuis alij contrarium tenuerint, vt per Afflic. decis. 182. in fin. licet ipse neque firmet, sed cogitandum esse asserat.* Hactenus *Gratian.* quem nuncupatim sequitur *Rot. in decis. 10. post tract. Merlin. de pignor.* vbi firmari videtur, quod exceptio cedendarum obstat agenti creditori, etiam si is reseruaerit sibi ius agendi contra alios.

7 Pro clariori intelligentia supponendum est, diuidi pactum de non petendo in personale, & reale. Reale est, si creditor paciscitur cum vno ex correis debendi de non petenda re debita simpliciter, & hoc pactum prodest omnibus l. & haredi 23. S. ult. ff. de pact. Aliud pactum est personale, veluti si creditor paciscatur de non petendo ab vno ex correis dumtaxat, tunc solum pactum prodest illi, cui fit pactum; In dubio autem pactum censetur reale, nisi addita fuerit illa taxatiua, aliaue consimilis dictio, *Bart. in l. nisi, ff. de pact.*

8 Quando pactum est personale, rursus subdividendum est, an soli personæ, cui fit prodest, necne. Etenim aut correi debendi sunt socij omnium bonorum, vel solum respectu illius debiti, ita vt conuentum appareat inter eos, quod omne lucrum, & damnum ex illa obligatione, qua sunt correi, sit commune, iuxta l. si vnus, ff. pro soc. Tunc pactum etiam personale de non petendo ab vno ex socijs proficiet alteri. Alioquin læderetur etiam ipsemet correus, cui pactum fuit, idque de natura societatis.

Idemque est, licet correi non sint socij, si ille, cui pactum fuit, læderetur, si alteri etiam pactum non prodesset, velu-

ti si pecunia mutuata, pro qua sunt correi debendi, tota versa fuerit in vtilitatem illius, cui pactum fuit, qui cogi aliter posset ad soluendum, ita *Bart. vbi sup.* Si verò correi non fuerint socij, tunc pactum personale prodest solum pro parte ei, cui pactum fuit *glos. in l. 4. S. nunc de effectu, ff. de liber. leg.* quam probat ibi *Bart.* ibidemque eadem distinctio adhibetur in liberatione à creditore legata.

9 Si licet, meum sensum proferre, ego existimo non obstat exceptionem cedendarum, quoties sumus in pacto de non petendo reali, & creditor reseruaerit sibi ius cedendi, vel agendi, in solidum, nam secus inutilis esset reseruatio, præsertim dum pactum non tollit ipso iure actionem, *Reg. Latr. decis. 117. num. 26. & seqq.* vbi refert, conuentos fuisse condemnatos non obstante exceptione cedendarum, & decisum testantur *Pres. de Franch. decis. 476. & Reg. Ronit. vbi sup. D. Rodoer. conf. 14.* In acceptilatione idem quod in pacto, quia non potest contingere liberatio absq; consensu debitoris.

10 Antinomiam inter l. Stichum, S. si creditor, ff. de solut. & inter l. si stipulatus, S. si stipulatus, ff. de fideiuss. conciliare nititur *Dom. Rodoer. num. 36. & 197. vt in d. S. si stipulatus,* non obstante munificentia, seu pacto gratuito creditoris, qui alterum ex fideiussoribus liberauit, rectè alter ad totum debitum conuenitur, ne liberalitas in odium liberalis retorqueatur. At in d. S. si creditor contrarium deciditur, quia vitio creditoris accidit, ne possit actiones cedere, quia ex incuria vincipassus est cū *Fabro lib. 11. coniectur. c. 14. Casum Rodoer. refert decisum per creditore concurrebāt autem renunciaciones omni legum auxilio, & reseruatio solidi.*

11 Exceptio cedendarum cessat, si creditor liberauit vnum ex pluribus, pro quo debitor soluit ad ipsum liberando per textum expressum in l. ijs verò, S. si duos, ff. de solut. vbi *glos. & Bart. Gard. de Luca lib. de credit. discept. 145. num. 2. cum Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 41. n. 19.* Aliud sentit *de Luca* si debitor non in pecunia, sed in stabilibus soluisset, & creditor eum liberasset, vel nisi debitor soluisset factus non soluendo.

## ARGUMENTVM.

Cessio solutionis causa an inducat constitutionem hypothecæ ad fauorem cessionarij creditoris in actione personali, & exindè efficiatur ipse hypothecarius, ac præferendus sit secundo cessionario? Expenditur *Merlin. de pignor.* considerans in cessione simplici medium quoddam inter dationem in solutum, & pignus, & recensentur verba hypothecæ inducètia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio simplex an constituat hypothecam ad fauorem creditoris personalis? Negat D. Olea.
- 2 Cessio simplex est medium quoddam inter dationem in solutum, & pignus iuxta *Mercuial. Merlin.*
- 3 Cessio intuitu debiti inducit constitutionem hypothecæ.
- 4 Patet de capiendo inducit hypothecam.
- 5 Recensentur verba constituètia hypothecæ.
- 6 Authores tenentes pro constitutione hypothecæ laudantur.
- 7 Declaratur illud medium quoddam traditum per *Merlinum*.

## Q V A E S T. XXXV.

- 1 **C**essio simplex, & solutionis causa, creditori in actione personali facta an constituat hypothecam ad fauorem creditoris cessionarij? uctuosa est quaestio, nam ex duobus consignatarijs, & creditoribus, quibus communis debitor nomina debitorum cessit, exindè tunc ratione hypothecæ primus cessionarius erit præferendus, è contrario si non quaeratur hypotheca, sed tantum adsit personalis actio, quæ ex contractu competeat concurrente etiam cessione solutionis causa, ex qua nullum dominium, nec hypotheca quaeritur, æquale ius habet primus cessionarius cum secundo, nulla considerata prioritare cessionis, quam opinionem tenet *Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 5. num. 66.* & post alios *Olea tit. 6. quaest. 8. num. 11.* & dixi supra, & pariter scripsi in *Gratian. discept. 310. n. 10. & seqq.*

- 2 Partes primi cessionarij suadent tradita per *Merlin. de pign. lib. 5. quaest. 5. n. 4. & 5.* vbi cessionem simplicem inquit egredi terminos constitutionis pignoris, & induci hypothecam; Ideòque de personali creditore efficeret hypothecariū, *Merlini* verba sunt: *Vndè etiam inferitur in cessione non considerari extinctionem, quando cessio ipsa formiter facta, non apparet quod si debitor simpliciter tradidisset creditori chirographum nominis debitoris, dici posset sola pignoris constitutio pro cautela ipsius creditoris, & ita tradit Lelius Altogradus consil. 37. num. 18. & 19. licet aliud videatur insinuare *Morot. cons. 66. nisi tamen aliundè constare possit, vel fuisse factam dationem in solutum, vel nisi ipsa consignatio egredietur terminos constitutionis pignoris, videlicet, quia fuerit facta cum facultate exigendi ipsum nomen debitoris, videtur enim constitui ex hoc medium quoddam inter dationem in solutum, & simplicem pignoris constitutionem. sicuti eruditè comprobatur Altogradus dicto consil. 37. à num. 33. cum seq. vbi scribit, quod si creditori acceptanti presente debitore cessio sit traditio cedula cum expressa facultate exigendi, inducitur nouatio, & delegatio, & ampliatur conclusio iam firmata, si verò sit traditio cedula contra debitorem absentem cum predicta facultate exigendi inducitur cessio, quæ simplex nuncupatur ex *Surd. consil. 145. n. 5. 6. & 28. Rot. apud Duran. decis. 99. n. 2. & dec. 266. nu. 16. quæ ideo pignoris constitutionem egreditur, licet sapiat quodammodo pignus, ex quo non inducit liberationem debitoris cedentis; vndè simplex operatur constitutionem hypothecæ, siue per traditionem chirographorum, siue per facultatem datam creditori exigendi credita propria facultate, & consequenter est efficacior constitutionis hypothecæ, & recè egreditur terminos constitutionis illius, vt scribit *Merlin.****
- 3 Præterea consideratur constitutio hypothecæ, si cedens contemplatione, & intuitu sui debiti cedat solutionis causa suo creditori nomina debitorum ipsius cedentis pro cautione cessionarij, vt in puncto *Altogradus nu. 18.* vbi quod cessio fa-

facta in riguardo del suo credito pignus importat, l. quamuis, & l. si conuenerit la 2. ff. de pignor. action. certius si fiet cautela pro securitate creditoris.

4 Accedit, quod pactum de capiendo inducit constitutionem hypothecæ l. creditor, S. per diuisionem, ff. qui potior. in pign. Afflicti. decis. 201. Merl. de pign. lib. 2. quæst. 64. num. 10. Duran. decis. 40. nu. 20. & 21. & facultas concessa in cessione exigendi nomina debitorum, & sibi cessionario satisfaciendi est efficacior, quam pactum de capiendo.

5 Ad hæc consideranda erunt verba in cessione apposita, nam ex pluribus verborum formulis resultat hypotheca, vt ex verbis volens, securum facere, vel cautum reddere, vel pro cautione, & securitate, ex quibus formulis constitui hypothecam, latè probat Merlin. lib. 2. quæst. 44. per totam.

6 Conuenit cum hæc opinione in fauorem cessionarij, Acoſta de priuileg. credit. reg. 3. ampliat. 4. nu. 37. Salgad. in labyrin. credit. 1. par. cap. 10. num. 46. quos refero in discept. 3 10. Gratian.

Cōprobat eandem traditionem Card. de Luca lib. de credit. discept. 135. num. 8. & 14. vbi quod actus assignationis bonorum, & cessionis simplicis referendus veniet ad pignus, ex Surd. consil. 243.

7 Quapropter illud medium inter dationem insolutum, & pignus, quod cōsiderat Merlin. in cessione simplici, est idē, quod mixtum, magis tamen participans de pignore, illud magis, & plus habet, quod cessionarius habet facultatem se satisfaciendi propria autoritate.

#### ARGUMENTVM.

Cedens nomen debitoris in dotem an teneatur præstare exigibile? Quid si nomen delegatum sit? Distinguuntur plures casus. Nomen si tractu temporis efficiatur non idoneum, nullum adest dotis priuilegium. Quando nomen detur æstimatum, Montanus dubitat de decis. 108. Pras. de Franch. Declaratur quando priuilegium dotis locum habeat, & non veniat exigibilitas, refertur casus per Rot. Rom. decisus.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cedens nomen debitoris in dotem ad exigibilitatem tenetur.
- 2 Quod si maritus sciat debitorem inopem?
- 3 Delegatio in hac re vtrum à cessione differat?
- 4 Distinguuntur plures casus.
- 5 Nomen si tractu temporis efficiatur minus idoneum non tenetur cedens.
- 6 Mulier si in partem dotis in pecunia constituta cedat nomen viro, an is dicatur recipere æstimatum?
- 7 Dotis priuilegium quando locum habeat, declaratur.
- 8 Refertur casus decisus per Rotam Romanam.
- 9 Taxatiuè, vel demonstratiuè nomen quando dicatur cessum, declaratur.
- 10 Relatiuum qui quando restringat dispositionem.

#### Q V A E S T. XXXVI.

1 **C**edens nomen debitoris in dotem, an teneatur nedum facere verum, sed etiam exigibile, si datum sit æstimatum? Bar. in l. Maeria, ff. sol. matrim. negat, quia æstimatio faciat emptionem, & sufficiat præstare verum, iuxta l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend. & sequuntur Fab. lib. 12. coniect. cap. 8. Schifordeg. lib. 3. tract. 23. qu. 16. num. 7. volentes nullam differentiam esse constituendam inter maritum, & extraneum. Contrarium tamen verius est, vt Paul. de Castr. in d. l. Maeria nu. 3. Pras. de Franch. dec. 108. post num. 3. licet ibi non fuit decisus articulus, vt aduertit Montan. controu. 45. nu. 1. & pro dote Barboſ. in l. æstimatis num. 11. in fin. ff. solut. matrim. vbi quod viro, & vxori in dote succurrendum sit, etiam si culposa ignorantia eis imputari possit, & sufficere si re ipsa lædantur, R. Galeot. lib. 1. controu. 32. post alios Olea tit. 5. qu. 16. n. 7. Andreol. controu. 333. n. 7. Staiban. resol. 99. num. 27. & seqq. & ex text. in l. si cum dotem, S. si mulier, ff. solut. matrim. & l. promittendo, S. si à debitore, ff. de iur. dot. Cadin. de Luca lib. de dote discurs. 62. nu. 8. & disc. 157. num. 16.

K 2 2 Quid

- 2 Quid autem si sciens nomen debitoris minus idoneum maritus acceperit? Idem favore dotis probant *Reg. Galeot. & Stai- ban. Castell. decis. 7.* At in casu iusufficientis scientiæ non subueniri viro, quasi videatur approbasse persolutam, tenent *Costa de scient. & ignorant. cent. 1. dist. 44. num. 7. Mangil. de euct. quest. 77. num. 8. & Pras. de Franch. num. 4.* rationem aliam assignat, quasi maritus sciens voluerit donare, & ex *Castrens. in d. l. Meuia*, obseruat *Add. ad Alex. in l. si cum dotem, S. si mulier, ff. sol. matrim.*
- 3 Excitat difficultatem *Olea d. num. 7.* an procedat, si nomen delegatum sit? & recenset *Tepatum num. 2. tit. sol. matrim. Giurb. cõsuet. Messan. cap. 15. glos. 14. n. 10.* volentes idem procedere favore dotis, & si aliud de iure communi videatur, sicce & obiter se habendo, sed rationaliter dubitat, nam cessionarius recipiendo obligationem debitoris censetur approbare personam pro idonea, *Cenc. de cens. quest. 72. num. 23.*
- 4 Ad elucidationem quæstionis propositæ plures casus contingere solent super cessione nominum debitorum in dotem. Primus casus est, vbi debitori cessio maritus dotem accepto ferat, & dotis confessionem faciat, seù eidem dotanti accepto ferat, & deindè obtineat nouam promissionem soluendi sub titulo diuerso, & tunc si id agitur consentiente muliere, non poterit mulier, nec eius hæres huiusmodi confessioni tunc inniti, sed obstabit exceptio dotis non numeratæ, vt post *Theaur. decis. 112. Polydor. Ripa obseru. 38. num. 2.*
- Alter casus est, vbi mulier, vel quilibet alius dotans pro dote viro assignat nomen debitoris, cui vir absque mulieris instantia, vel consensu debitum accepto ferat, obtinendo ab eo nouam promissionem ex causa mutui, vel alia, & tunc nisi expressè constet virum id non egisse animo nouandi, sed ad alium honestum finem ad faciliorem exactionem directum, certum est induci nouationem, & acceptilationem habere vim veræ solutionis, ac si maritus denuò eandem summam eidem mutuasset, & procedunt *text. in l. dotem, & l. vir ab eo, ff. de iur.*

*dot. l. pen. S. si vir, ff. sol. matrim. Barbof. 2. p. l. 1. in princ. num. 12.* Secus si de contrario constet expressè, vt sæpè contingit vt quando mulier, vel eius pater pro dote assignet viro liquidè consequenda à Titio mille, quorum dies iam cesserit, ità vt partes mariti solæ esse debeant, in adstringendo debitorem, & in exigendo, si vir contentatur in gratiam Titij accepto ferendo, absque alia causa quantitatem debitam, & recipere nouam obligationem ex causa mutui, vtique intrat nouatio. Sed si nomen cessum non sit liquidum, & clarum; siuè non experibile via exequutiua, & ideò vir ad exactionem facilitandam, & obligationem liquidam de facie ad faciem obtigendum, concedendo etiam honestam dilationem adhibeat dictam cautelam, vtique tunc iniquum, & asperum esset, vt vir ex eius prudenti diligentia damnum sentiret, & ex bonis operibus liquidandus, & nominis cessi exigibilitas, vel periculum cedet damno cedentis. Idemque si dotanti absque mulieris consensu maritus accepto fert summam pro dote promissam contentus noua summæ æquiualentis promissione sub nomine mutui, vel alio titulo, tunc debitum dotale in nouum titulum, absque animo nouandi transfusum gaudebit omnibus illis priuilegijs, quibus prius debitum potiebatur, cum subrogatū sapiat naturam eius, in cuius locum facta est subrogatio, *Anna singul. 248. Reg. Latr. decis. 38. ex num. 34. & dec. 200. ex nu. 13. Thor. vot. 4.* Si nulla subest iusta causa faciendi dictum circuitum, & nunc nouationem induci tradit *Card. de Luca de dote disc. 259. num. 22.* Excipit, si restitutio dotis facièda esset cū *Afflic. decis. 323.* vbi si vxor se dotasset, & obtenta quietantia de dote de nouo se obligasset, iniquum enim esset, vt dotem non solutam repetere posset.

5 Priuilegium de dote quoad insufficientiam nominis cessi de tempore delegationis, seù dationis in solutum locum habet de tempore cessionis, seus si tractu temporis nomen efficiatur minus idoneum, quia in hoc dos non reperitur priuilegiata, *Barbof. in d. l. si estimatis num. 10. in fin.* & in hunc sensum recipiendi sunt affe-

asserentes vt etiam in dote periculum sit  
cessionarij, ex deductis per *Pratū discpt.*  
*21. Card. de Luca de dote disc. 157. nu. 30.*

- 6 Si mulier dat in dotem ducatos mille,  
in quorum partem cessit ducatos, quos  
debet consequi à Caio, qui se obligauit  
marito pro summa à se debita, an dica-  
tur maritus recipere nomen debitoris  
æstimatum, *Præs. de Franch.* vbi supra ne-  
gat ex *Iacob de Arena* ex eo, quod tunc  
nomen debitoris dicatur accedere obli-  
gationi mulieris, seù dotantis, ità quod  
solutio matrimonio si idem nomen debi-  
toris extet nō exactum, possit idem ma-  
ritus, vel eius hæres idem nomen cedere  
in restitutione dotis, & ità refert decisū.

*Montanus vbi sup.* dubitat de hac de-  
cisione, quia statuatur fundamentum in  
*d. S. si à debitore*, vbi debitor cessus erat  
debitor sub conditione, & ante condi-  
tionem purificatā debitor desijt esse sol-  
uēdo, & ideò maritus nō fuerat in culpa.

- 7 Quid si cedatur in dotem nomen inæ-  
stimatum, an locum habeat priuilegium  
dotis? *Card. de Luca d. disc. 61. num. 9.*  
firmat, procedere priuilegium dotis,  
quando iam quis est debitor dotis con-  
stitutæ in quantitate, pro cuius solutio-  
ne nomen debitoris dat in solutum.

- 8 Casus positus per *Card. de Luca* talis  
est. Iacobus de Castraconis nuptui tra-  
didit Victoriam suam sororem viduatam  
ex Raynerio de Nolphis, Camillo de  
Pazzis, cui promisit pro dote scuta 3.m.  
alias per Castruccium sponsæ patrem  
promissa, & data primo viro, ex cuius  
bonis assequenda esse dixit, & deficienti-  
bus bonis Raynerij primi viri Camillus  
se direxit contra Iacobum fratrem in-  
vim apocæ dotalis, & succubuit coram  
A.C. & introducta causa per appellatio-  
nem in Rota coram Verospio sub die 31.  
Ianuarij. 1656. prodijt resolutio priori  
conformis, & præcipuum fundamentum  
fuit, quod ipsum debitoris nomen solum  
in dotem datum esset, ideòque illud præ-  
stando ad aliud dotans non teneatur,  
*l. promittendo, S. si à debitore, ff. iur. dot.*  
*Barbos. in l. æstimatis, num. 10. vers. secun-*  
*dus est, ff. eod.* & firmabatur, nomen, in  
quo dos constituta erat, taxatiuè potius;  
quam demonstratiuè promissam censeris

dum ab eo oratio incipiebat, illud que  
principaliter in contractum deductum,  
erat. Verba promissionis erant. *Promet-*  
*so li scudi 3. m. altre volte promessi, e dati*  
*al quond. Ranieri, & deindè subsequitur.*  
*Quali scudi 3. m. si de uono cauare dalli be-*  
*ni di detto Ranieri.*

- 9 Indubitatum est principium, quod  
vbi nomen, vel alia res taxatiuè in di-  
spositionem, vel conuentionem venit,  
non tenetur debitor aliud præstare, nisi  
rem, vel ius taxatum, tale quale sit, cuius  
cessatio, vel peremptio creditoris, vel re-  
cipere debentis damno cedit, & taxati-  
uè dicitur venire, quando modus, seù lo-  
cus soluendi continentus sub vnica, &  
eadem oratione, taliter quod res ab alia,  
absque imperfectionis nota separari non  
valeat, *Consil. Marcian. consil. 44. lib. 1. n. 4.*  
*Laderch. consil. 159.* Taxatiuè in casu pro-  
posito dicitur facta promissio, dum fra-  
ter promiserat illa eadem scuta, quæ pri-  
mo viro data fuerant cum dictione *li* ad  
oculum demonstratiua ex deductis per  
*Surd. dec. 125. num. 1.* & deindè dicendo:  
*Quali scuti 3. m. si de uono cauare dalli beni*  
*del detto Ranieri.* Vnde non dabatur  
oratio perfecta, & obligatoria, quæ di-  
stingui posset, & stare de per se.

- 10 Relatiuum *qui*, vel *quos* si adiectum  
est in aliqua dispositione sine copula, so-  
let cam testringere, *l. Stichum, S. qui meus*  
*erit, ff. de leg. 1. l. ea tamen adiectio, ff. de*  
*leg. 3. latè Cephal. consil. 636. Dec. consil.*  
*183. vbi respondendo ad Paul. de Castr.*  
*in consil. 338. inquit doctrinam istius pro-*  
*cedere, quando essent dictæ orationes*  
*perfectæ. Secus si essent coniunctæ per*  
*relatiuum qui, vel quos. Nam tunc non*  
*essent orationes perfectæ, sed habentur*  
*pro vna, & adducit exemplum, lego Ti-*  
*tio centum, quos mihi Caius debet, & licet*  
*Paul. de Castr. videatur tenere contrariū.*  
*Attamen Dec. contra Castrensem allegat*  
*Baldum, & subiungit rationem, quia re-*  
*latiuum illud sit relatiuum substantiæ,*  
*quod restringit dispositionem, & prop-*  
*terea in casu suo Decius, vbi fuerat di-*  
*ctum de primis denarijs, qui exigerentur*  
*à debitoribus communibus, vult relatiuū*  
*restringere legatum ad illos nummos*  
*tantum, & sequuntur Cephal.*

## A R G V M E N T V M .

An sine cessione mariti, vel hæredum ipsius possit mulier agere contra dotantem pro dote promissa viro tam soluto, quam constante matrimonio? Quid si maritus promiserit renunciationem vxoris successioneibus ad fauorem dotantis, an obstat vxori exceptio non impletæ promissionis? Vel solutio liberè facta sit marito non sequuto inuestimento pecuniæ dotalis conuento pro cautela dotis, & vxoris? Recensentur plures *Rote Rom.* & *S. C.* decisiones?

## S V M M A R I V M .

- 1 *Mulier an possit agere contra dotantem*
- 2 *pro solutione dotis promissa viro?*  
*Resolutio questionis.*
- 3 *Quid matrimonio constante?*
- 4 *Vxor an possit agere, si nolit renunciare*  
*successioneibus iuxta promissionem mariti?*
- 5 *Distinguitur an promissio renunciationis*  
*sit respectiua, vel non.*
- 6 *Discutitur an vera sit distinctio.*
- 7 *Mulier an possit agere pro solutione dotis*  
*liberè facta marito contra formam capitulorum de inuestimento?*
- 8 *Sensus Authoris.*

## Q V A E S T. XXXVII.

1 **M**ulier dotem non exactam à marito an possit sine cessione viri, vel hæredum exigere ipsi marito promissam? *Distinctio communiter recepta est, vt si ex stipulatione per maritum facta mulier velit agere executiuè, & non possit sine cessione. At via ordinaria possit* *Giurb. Consuetud. Messan. cap. 13. glos. à nu. 8. Amat. resol. 13. à nu. 46. De æquitate etiam vim executiuam competere, maximè si iuramentum, vel stipulatio Notarij accesserit, tenent* *Fontanell. de claus. nuptial. §. 6. gl. 1. p. 1. per tot. Reg. de Marin. lib. 2. resol. 139. & ad Reg. Reuert. dec. 424. Olea tit. 4. quest. 8. num. 36.*

In stricta disputandi ratione, & iuxta iuris regulas contrarium dicendū, tradit *Olea num. 39. ex text. in l. si socer, §. Lutus,*

*ff. solut. matrim. & in l. si pro te pater, C. de dot. promiss. Pres. de Franch. dec. 33. Tondus. 99. ciuil. cap. 100. Reg. Latro decis. 143. nu. 17. Cancer. par. 2. var. cap. 7. à num. 33.*

Extendit *Olea num. 40. vt sola circuitus vitandi ratio iusta causa non sit, vt mulieri permittatur agere sine cessione inconsulto marito, vel eius hæredibus, quibus expedire poterit, ne mulier dotem exigat. Et quamuis* *Schifordeg. lib. 3. tract. 2. quest. 12. existimet de iure Codicis post l. vnic. §. accedit, C. de rei vx. act.* induci tacitam stipulationem pro muliere. Tamen *Olea num. 39. tacitam stipulationem concedit aduersus extraneum dotantem, quoties non est stipulatus sibi restitui soluto matrimonio, vt dos ipsi mulieri restituatur.*

2 Conclusiue procedendo pro muliere in praxi est respondendum cum *Fontanell. nu. 29. Reg. Latr. consult. 148. num. 47. late Altograd. consil. 31. num. 18. Reg. Sanfelice. decis. 130. Card. de Luca lib. de dote disc. 163. num. 9. Vbi quod saltem de æquitate ad inanem circuitum euitandum. Vel vbi intercedit negligentia viri, Beltram. ad Ludouis. dec. 97. Altogr. nu. 31. Et cessat questio ratione iuramenti, vel stipulationis Notarij pro ijs, quorum interest* *Altograd. num. 29. Beltram. vbi sup. nu. 9. Demum quando omnia desint, cum mulieri competat hypotheca, poterit agere mulier aduersus hoc nomen, tanquam rem viri sui, Fontanell. nu. 18. Altogr. n. 32.*

3 Matrimonio constante mulieri nullatenus competere exactionem dotis soli viro promissæ, ex *text. in d. l. si pater, scribit de Luca n. 9. cum Carena ref. 63. & iterum Luca disc. 62.*

4 Tota difficultas est, quando maritus, cui promissa fuit dos, renunciationem, promiserit hæreditatum, & legatorum dotanti, an mulier agere possit, vel ei obstat exceptio non implementi præsertim si maritus se obligauerit, etiam quod adhibuerit omnem diligentiam?

Negatiuam opinionem iuxta *decis. 33. Franch. & aliorum tenendam fore videtur ob cessantem rationem æquitatis, seu inanis circuitus, quoniam viro, vel eius hæredibus, à quibus de stricto iure cessio mulieri facienda est obstat exceptio-*



ceptio non implementi, & opiniones fundatæ in æquitate, seu ratione inanis circuitus rationabiliter in foro contra iuris rigorem magis receptæ sunt, quoties ius alterius nõ fit deterius, neque eius interest, magis ab vno, quàm ab alio exigì; Secus vbi ius alterius fit deterius, eiusq; interest, cum tunc iniquitas esset, exercere æquitatem, quæ læsionem produceret.

Mulieri agenti pro dote consequenda ob stare potest exceptio non impletæ conditionis in constitutione dotis adiectæ, qualis est super renunciatione per ipsam facienda successione, vt firmat *Grat. disc. 143. nu. 48. & Caualer. decis. 64.*

5. Verum distinguere oportet, quod aut promissio facta est à solo viro, vel etiam à muliere. Primo casu subdistinguitur, num promissio sit correspondentiua ad constitutionem dotis, necne. Si enim non est correspondentiua, liberè poterit mulier agere contra dotantes, quibus tantum actio superest agendi cõtra virum, eiusq; hæredes pro interesse, quia non debet mulier ex viri promissione, quæ dotis correspondentiua non sit, impediri vt *Rota coram Celso dec. 22. & 28. Duerzett. dec. 928.* correspondentiua dotis non est, quando constitutio dotis iam perfectè præcessit, & per capitulum separatum vir promisit renunciationem *Caualer. decis. 64.*

6. Si verò est correspondentiua, seu etiam ab ipsa muliere promissa est renunctio, & tunc non dubitatur, competere exceptionem non implementi. Quoties verò obstaret exceptio, tunc poterit mulier aduersus dictam exceptionem se tueri ex priuilegio legitimæ, quia dos sit loco legitimæ. Attamen quia in contractibus conditio, quæ alias reiicienda est, non vitatur, sed vitiat, ideò non poterit mulier vt contractu in parte cõtra voluntatem contrahentium, *Card. de Luca de dote disc. 173. num. 11.* siue quia in eadem scriptura non datur prius, & postorius, & sic correspondentiuitas non fit restricta ad orationis vnicitatem. Imò non solum contenta in eodem instrumento in capitulis separatis, sed etiam in instrumentis diuersis eodem die coram eisdem Notario, & testibus censentur correspondentiua, *Card. de Luca disc. 62.*

*num. 6.* Consequenter ipsa mulier dotis constitutione vt nequit, nisi cum sua causa, seu conditione, sub qua concepta est, & potest non acceptare. Et tunc ius habebit implorandi Iudicis officium pro noua dotis constitutione, & non agere ex illo contractu, per quem dotantes non nisi cum illa qualitate se obligare voluerunt, cum obligatio trahenda non sit ultra animum se obligantis, *Luca disc. 29. num. 12.*

7. Controuersiam tempore meo excitari sæpè contigit, quia in tabulis nuptialibus sæpè in solutione dotis apponitur pactum inuestimenti in emptionem stabilium, vel annuorum introituum de pecunia dotali pro securitate dotis, & cautela mulieris, & nihilominus dos promittitur soli viro, vt moris est in partibus, vndè quoties confecta est cautela, & simplex solutio sine inuestimento facta à marito, in hoc casu maritus nõ cedit actiones, nec potest cedere, ideòque mulier si indigeret cessione, agere non posset, & tamen dotantes soluentes sine inuestimento non sunt liberati ab obligatione contracta ratione dotis promissæ, vt *Fab. C. de iur. dot. def. 19. Rota penès Merlin. cap. 77. & dec. 93. Dunezett. decis. 699. Card. de Luca de dote disc. 4. num. 2.* vbi quod passim admittit *Rota*, & scripsi in *Gratian. disc. 55.* Idque si inuestimentum esset pro cautela mulieris, secus dotatium in casu pacti reuersiui pro ipsis adiecti soluto matrimonio, quia proprio favori posset renunciare.

8. In contingentia facti ego tenui in fauorem mulieris, vt sine cessione agere possit, dum dotantes non fuerint liberati per liberam solutionem factam, vt scripsi in *Gratianum, & in decis. 33. Præs. de Franch. n. 3. & in decis. 599.*

#### ARGUMENTVM.

Creditor anterior hypothecarius an impedire possit delegatarium, quin exigat nomen cessum delegatum, si adhuc non fuerit soluta pecunia per debitorem delegatum? Hypotheca an extinguatur per delegationem? Quid si girata fuerit fides crediti, & pecunia extet in Banco?

SV. M.

## S V M M A R I V M .

- 1 Anterior creditor hypothecarius an euincere possit nomen debitoris delegatum?
- 2 Delegatio est potentior nouatione.
- 3 Contra creditorem stant Manent. & alij.
- 4 Resolutio Authoris pro delegatario.
- 5 Girata fide crediti an possit auocari pecunia per creditorem anteriorem?
- 6 Traditio cedula an sit ficta solutio.
- 7 Fides crediti sūt ad beneficium giratarij.
- 8 Distinctio, & resolutio articuli.

## Q V A E S T. XXXVIII.

- 1 **A**nterior creditor hypothecarius debitoris cedentis nomen debitoris per delegationem an possit delegationem factam impedire, & exigere nomen cessum in præiudicium delegatarij? Videtur dicendum, quod non. Delegatione enim facta delegatus liberatur à delegante, qui etiam liberatur ab acceptante delegationem, quæ est quædam solutio facta per debitorem, alioquin essent duo rei debendi delegans, & delegatus diuersis temporibus, & introduceretur noua obligatio accessoris veteri contra intentionem agentis, quippè intendentis per introductionem noui debitoris suam extinguere obligationem, vnde delegatio est quædam solutio, vt ex text. in l. si rem, §. si duo, ff. de nouat. *Mantic. de tacit. lib. 17. tit. 7. num. 5.* vbi dicit, videri debitorem soluisse creditori, & creditorem rursus credidisse debitori delegato, & quod extinguatur hypotheca prima delegantis probatur ex l. 3. vers. quod si, ff. de nouat. *Paul. de Castr. in l. delegare l. 1. num. 1. ff. de nouat. & in l. singularia, num. 21. ff. si cert. pes. Buratt. decis. 607. num. 2. & decis. 749. num. 17. Duran. decis. 266. num. 15. & 22. & decis. 310. n. 4. Cavalier. decis. 338. num. 4.*
- 2 Inò fortius per delegationem, qua per nouationem extinguere hypothecam, dicit *Mantic.* quia iura *Codicis*, quæ perhibet, posse fieri nouationem, nisi expressè, non extenduntur ad delegationem, vnde iura antiqua incorrecta remanēt quoad eam, ità latè *Merlin de pign. lib. 5. q. 12. per tot.*

- 3 Vnde in terminis ità probat pro cessionario, seu delegatario, *Manent. consil. 15. lib. 1.* & faciunt in fortioribus terminis adducta per *Parif. consil. 69. lib. 4. & Chartar. decis. 19.*
  - 4 Contrarium verius existimo, quoties pecunia non est exacta per cessionarium à debitore delegato, & possit creditor anterior exigere suum creditum à debitore delegato, quia delegatio non est vera solutio, dum verè pecunia non fuit soluta, & quod sit ficta solutio, ex text. in d. l. si rem, argumentatur *Mantic. & Merlin. num. 5.* Nec potest plus operari fictio, quam veritas, multo igitur magis, vbi agitur de nomine debitoris adhuc non exacto attendenda est veritas pecuniæ extantis, non hætenus exactæ, *Cyriac. controu. 238. & seq. Amat. resolut. 51. n. 19. D. Reg. de Marin. resol. 71. nu. 9. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 8. par. 6. nu. 45. & seq. Noguero. alleg. 35.* qui reprobabat *Manent. d. consil. 18.*
  - 5 Potior difficultas est, quando debitor giraret fidem crediti pecuniæ extantis in Banco suo creditori, vtrum anterior creditor hypothecarius posset impedire exactionem giratario?
  - 6 Negandum videtur, quia per traditionem illius cedulæ videtur facta solutio, & numeratio pecuniæ, & Bancum tantummodò remanet obligatum, & sic non possit euinci ab anteriori creditore, ità *D. Reg. Sanfel. decis. 157.*
  - 7 Præterea nummularius obligatur in hoc casu ex verbis in fide adiectis in beneficium cuiuscumq; facta fuerit dispositio pecuniæ in fide crediti contentæ, & facta dispositione statim nascitur actio de constituta pecunia in persona illius, in quem fit dispositio quantitati depositæ, l. absentis, ff. de constit. pecun. & censetur ab initio nominare personam, in quem fit dispositio, *Alex. consil. 114. lib. 1.* & ex traditione chirographi, seu instrumenti crediti facta statim transit dominium, & quasi possessio nominis debitoris, l. 2. C. de donat. vbi glos. & ità annis elapsis per S. C. fuisse iudicatum, scio.
- Quinimò nec requiritur, quod fiat denunciatio giratæ Banco; Quia l. 3. C. de nouat. procedit in cessione nominis debito-

bitoris, qui nullo modo potuit diuinare, quod eius nomen alteri cederetur, cum sit debitum contractum inter personas priuatas nulla habita contemplatione alicuius tertij; nec publicæ fidei, aut commercij, aliter est in cedula Banca-rijs, quæ principaliter fiunt ad assecu-randum publicum commercium sub illa publica fide, & consequenter ad com-modum tertij, in quem contingat fieri dispositionem quantitatis in fide cõten-tæ, ita vt is, qui talem cedulam banca-riam habet, sit securus de cõsequutione quantitatis ad solam præstationem fidei.

Conuenit, quod deponens summam aliquam in Banco etiam habita fide cre-diti si velit repetere pecuniam non re-stituendo fidem asserens fuisse deperdi-tam, controuerti solet, an teneatur Ban-cum ad iteratam solutionem alteri, cui per exhibitionem fidei originalis appa-reret illa girata, vel per decretum Iudi-cis liberata, penès acta forte presentata fide pro solutione alicuius debiti, cum in fide nummularius dat potestatem dispo-nendi de illa. Praxis seruat, posse de-ponentem recuperate pecuniam depõsi-tatam præstando fidem de eximendo Ban-cum indemne, & illæsum de fide crediti deperdita, cum decreto, quod fides cre-diti amissa nullam fidem faciat in iudi-cio, vel extra, ac etiam de depositando pecuniam restituendam ad omnem ordi-nem; *Reg. Rouit. decis. 13. Consil. Roccus in notab. de literis camb. post tom. 1. respons. n. 102. Pras. de Franch. decis. 40. vbi ego late in obseru.*

8 Distinguendum putò, an fides crediti fuerit præsentata Banco, & alia confe-cta in facie ipsius producentis, & tunc non posse euinci pecuniam per anterio-rem creditorem. Secus si fides crediti cessi non fuerit presentata Banco, sed so-lum girata, quia non poterit operari fi-ctio, plusquam veritas, dum adhuc extat pecunia descripta in Banco in facie gi-rantis, prout dicitur in delegatione.

#### ARGUMENTVM.

Cessionarius personis primi anni cõcurrens cum cessionario pensionis secundi, vel

tertij anni habentes causam ab eodem domino, & locatore an ambo graduandi eodem loco? Explicatur *text. in l. Insu-las, ff. qui potior. in pign.* de vendente re-seruata sibi pensione primi anni, & ce-dente alteram emptori, vt potior sit con-ditio emptoris. In fructibus secundi an-ni an præferendus cessionarius pensionis eiusdem anni? Quid si venditio putà do-mus facta sit distributis diuersis paghis, & sint cessæ partitæ duobus: an potior sit causa primi cessionarij.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Vendens rem locatam, & reseruans sibi pensionem primi anni, cedens alias pensiones emptori, an potior sit emptore pro prima pensione, dum vna, & eadem est origo?*
- 2 *Explicatur tex. in l. Insulã, ff. qui potior.*
- 3 *Mutuantem haredi pro soluendis legatis puris, & conditionalibus, & reportatis ces-sionibus quis præferatur?*
- 4 *Vendens rem distributis paghis, & ce-dens diuersis: quis cessionarius sit potior.*
- 5 *Cessionarius posterior an præferatur in fructibus anni suæ pensionis primo ces-sionario?*

#### Q V A E S T. XXXIX.

- 1 **C**essionarius pensionis primi anni si concurrat cum cessionario pensio-nis secundi anni, an præferri debeat? Videtur dicendum, quod non, vtrumq; enim debitum originem trahit ab eodẽ fonte, & contractu locationis, & condu-ctionis, & vna est causa productiua to-tius debiti inspecta origine, vterque igitur eandem causam habet, ac si iunctim cõtraxissent ambo cessionarij, nil mirum si insimul concurrant *l. idemque, ff. si cert. petat. Mart. decis. 75. Reg. de Pont. decis. 34. R. de Marin. ad R. Reuert. decis. 580. nu. 3.*
- 2 Contrarium dic verius ex *l. Insulam, ff. qui pot. in pign.* vbi agitur de casu, vbi scilicet venditur prædium, quod ad plu-res annos iam conductum erat sub ea le-ge, vt pensio primi anni esse debeat ven-ditoris, in futurum autem emptoris, & deceditur, vt in bonis inuectis, & illatis à conductore, quæ pro pensione hypo-  
L thecata

thezata sunt, potior sit conditio venditoris attento ordine temporis, idque ex duplici ratione. Primò, quia adsit verisimilis mens contrahentium, vt ex *Alber. & Castrenf. ibi Arias de Mesalib. 3. var. cap. 17. nu. 12.* Secundò, quia licet debitum originem trahat ab eodem contractu locationis, & conductionis, attamen in effectu videntur plura debita etiam in substantia, quoniam in primo anno, in quo iam contractus effectum sortitus est, debitum est certum, & purum, in alijs autem sequentibus est incertum, & conditionale etiam in substantia, quoniam ob rei peremptionem, aliosuè casus, siue etiam de mutuo consensu potest contractus euanescere, ideòque cessare causa debiti productiua.

Vndè quamuis sit eadem causa productiua totius debiti inspecta origine, tamen est diuersus effectus, quia nempe pars vno tempore, & pars altero tempore debita est, quo casu intrat ordo temporis, ideòque ille, qui in causam primi anni credit, vincit alterum, qui est posterior pro credito secundi ex deductis per *Olea tit. 6. quest. 8. num. 37. Celsus decis. 254. n. 4.*

3 Intrant similiter termini *text. in d. l. Insulas* inter mutuantes hæredi pro soluendis legatis puris, & legatarijs conditionalibus, seu creditoribus, qui purificata conditione eidem hæredi crediderunt pro legatis soluendis. Nam attendita dispositione *d. text.* potiores sunt partes illorum, qui prius crediderunt pro soluendis legatis puris, in quorum locum in vim cessionis, vel pacti subintrarunt. Quamuis enim eadem sit scaturigo, seu causa productiua debiti, ideò vt magis communis, & recepta opinio sit, vt hypotheca legalis, quæ pro legato competit, purificata conditione retrahatur ad tempus mortis, etiam in præiudicium eorum, quibus medio tempore ex facto hæredis quæsitum sit ius, iuxta firmata per *decis. 269. par. 5. res. & dec. 17. par. 7. rec.* Attamen id rectè procedit in concursu habentium causam ab hærede, cuius creditores in bonis defuncti ex beneficio separationis bonorum semper vincuntur à creditoribus ipsius de-

functi, quamuis iuratiuis, & ex causa legati conditionalis post purificatam conditionem; Quia vbi omnes concurrunt trahentes causam ab eodem defuncto, locum habet ratio *d. l. Insulam*, quia vnum debitum sit purum, aliud conditionale, cum substantiam percutiat conditio, adeò vt possit non existere *Cardin. de Luc. lib. de credit. disc. 3. num. 15.*

4 Cessat ratio *d. text. in l. Insulam*, vbi venditur aliquid distributo pretio soluendo in diuerso tempore, seu in plures paghas, si enim quis soluerit pro emptore primam pagham obrenta cessione, vel cum pacto de subintrando, & alius soluerit postremam pagham reportata etiam cessione, cum sit eadem causa debendi, causæ vnicitas, vel identitas attenditur, non curata diuersitate temporis, iuxta celebrem *decis. 34. Reg. de Pont. & deducta per Salgad. in tabyr. cred. par. 1. cap. 21.* vnum enim, & idem est debitum ex eadem causa ab initio contractum, & ex tunc certa, & pura est eius substantia distributa solū eius solutione in paghas, & tempora gratia commoditatis emptoris; adeò vt temporum distributio solam percutiat executionem, aut facultatem cogendi, non autem substantiam debiti, & consequenter cum vna sit causa debendi, pariformis erit conditio omnium, qui in eam causam credent.

5 Difficultatem agnosco si locator cesserit primo loco vni primam pensionem fundi locati, & ex interuallo alteri pensionem secundi, vel tertij, aut quartij anni, & concurrant in anno posterioris cessionarij ambo, quis præferendus veniat? Dicendum videtur, postremum cessionarium præferendum, quia si anni primi nulli fructus essent, primus cessionarius nullam habebit hypothecam tacitam ex locato. Secus vbi locator reseruasset dominium, quia tunc adest ratio, quod secundus cessionarius nullum ius haberet vti in bonis alterius, quam debitoris; in primo casu in fructibus vnus anni nulla prætendi potest potioritas pro pensionibus annorum præcedentium, *V bald. decis. 246.*

## A R G V M E N T V M .

Iura, quæ sunt inutilia penès cedentem, an possint esse vtilia penès cessionarium, & è contra; & sic cedens transferat plus iuris, quam ipse habet, vel peioris conditionis sit cessionarius? nonnulli casus recensentur, vt in fideiussore cessionario, cui non obstat exceptio excussionis, quæ obstat cedenti, & è contrario, Christianus vti cessionarius Iudæi an possit exigere vsuras solutas pro Christiano actione negotiorum gestorum? Et quæritur an donator, habeat beneficium deducto ne egeat, conuentus per cessionarium donatarij? & exceptiones similes competentes debitori contra creditorem competant contra cessionarium?

## S V M M A R I V M .

- 1 Iura, quæ sunt inutilia penès cedentem an possint esse vtilia penès cessionarium?
- 2 Exceptio excussionis bonorum, quæ obstat cedenti, non obstat fideiussori cessionario.
- 3 Fideiussori vti cessionario agenti non obstat regula excludens cedentem, vt bis idem exigi non potest.
- 4 Christianus cessionarius Iudæi an possit exigere vsuras solutas Iudæo? & qualiter cum Iudæo permittantur vsuræ.
- 5 Iudæus ad fidem conuersus an restituat vsuras?
- 6 Cessionarius, siue donatarius vsurarij non potest retinere vsuras.
- 7 Allegatur absurdum resultans, si christianus cessionarius possit exigere vsuras.
- 8 Christianus soluens vsuras Iudæo an gerat vtile negotium Christiani?
- 9 Redimens rem alienam à manibus latronum an repetat solutum?
- 10 Exceptiones deducto ne egeat, & similes competentes debitori an competant contra cessionarium creditoris?

## Q V A E S T . XL.

- 1 Iura, quæ inutilia sunt penès cedentem, persæpè vtilis esse in habentibus, & causam à cedente, docet Bald. in l. fin. num. 1. C. de iur. dot. Monter. decis.

num. 31. Etsi è contrario dicatur, quod nemo plus iuris in alium transferre, possit quam ipse habeat, l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. Et iura, quæ ceduntur, soleant transire in cessionarium cum suis omnibus qualitatibus, adeò vt ius, quod est inutile in persona cedentis, generaliter etiam ipsi cessionario inutile sit, alias esset melioris conditionis cessionarius, quam cedens, quod iura non permittunt, vt Natta conf. 398. num. 3. Quibus occurrit Monter. dicens huiuscemodi oppositiones non procedere, quando cessio fit deo iure, quod per se natum est in persona cessionarij nouam instantiam, & actionem producere, sed tunc locum habere, quando cessio sit de eo iure, quod aliam actionem non suggerit, quam quæ apud cedentem est, vt latè Fontanell. de pact. nupt. & claus. 4. glos. 18. par. 2. à n. 69. per tot. Olea tit. 6. Miscellan. nu. 36.

- 2 Vndè quamuis non liceat creditori hypothecario intentare hypothecariam contra tertium possessorem, quin possit opponi exceptio excussionis bonorum debitoris principalis; & fideiussorum vt Auth. hoc si debitor, C. de pign. ibi: Hoc si debitor possideat, alio verò possidente inhibetur hypothecaria, donec personaliter actum sit cum reo, & intercessore.
- 3 Cæterum si fideiussor soluit principali, cessis sibi iuribus poterit, quamuis sit in medio vti cessionarius ex cessis actionibus contra tertium possessorem directo agere, ità vt actiones, quæ erant inutilles penès cedentem, erunt vtilles penès cessionarium, sicut Sol, quamuis non habeat colores, tamen format colores, quos non habet, Monter. decis. 25. Fontanell. nu. 69. & scripsi latè in obseru. 587. num. 6. Pras. de Franch. At parum, & ferè nunquam deseruit hæc materia excussionis, quia intentatus Saluianum, vel assistentia in Regno, ex quibus iudicijs cessat dicta exceptio.

Per cessionem purgatur obstaculum regulæ excludentis cedentem, vt scilicet bis idem exigi nequeat, & proindè si creditor sit satisfactus à fideiussore, quamuis non possit amplius agere, attamen potest ei actiones cedere, & non obstabit regula prohibens bis exigi, l. bo-

na fides, ff. de reg. iur. quæ exceptio non obstat cessionario, vt alias dixi, & tradit Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 74. num. 7.

- 4 E' contrariò nunc videndum, an ob imutationem qualitatis personæ, exceptiones, quæ non obstant cedenti, obstat cessionario, exemplum est de Christiano cessionario Iudæi, an is possit exigere vsuras Hebreis permissas, vt in Vrbe ex Summi Pontificis permissione, vbi sub certis modis huiusmodi vsuras exercent, atq; à Christianis inuitis exigunt, quod ex Apostolica etiã permissione sub Sixto Quinto seruari in Ducatu Subaudiæ testatur Thefaur. decis. 57. Nihilominus eiusmodi tolerantia prouenit ex eo, quod cum eiusmodi personæ sint extra gremium Ecclesiæ, eorumq; solus ex defectu fidei desperata sit, idcirco Ecclesia sollicita non est de eorum salute, cuius tanquam in casu desperata, donec ad fidem conuertantur, nullam curam habet Ricciull. de iur. person. extr. grem. Eccles. cap. 19. n. 5.
- 5 Hinc Iudæus ad Christianam fidem conuersus ex tunc vsuras inexactas exigere prohibetur, quinimò de stricto iure etiam exactas, quatenus vires superat, restitnere tenetur debitori certo, etsi debitores sint incerti, debet restituere Ecclesiæ vniuersali, & ad dispositionem Papæ, qui tamen solet, eas, aliquando in toto, vel in parte condonare, ne ex isto motiuo à fide auertatur, Azor. Instit. moral. lib. 8. cap. 12. de Iudæis, vers. decimo-septimo queritur.
- Si ergo Iudæi directi creditores, & cedentes, in quibus in statu Iudaico radicatum est ius, seu actio huiusmodi vsurarum, postquam effecti sunt Christiani illas exigere prohibentur, quinimò exactas de rigore restituere, multò magis dicendum est, quod Christiano in statu voluntario hanc illicitam, & peccaminosam acquisitionem facienti id permitendum non sit.
- 6 Præterea communiter receptum est, cessionarium, siuè donatarium vsurarij non posse tuta conscientia vsuras exigere, vel exactas retinere, etiam si titulo oneroso acquisierit, sciendo vsurariam qualitatem, quoniam est confouere peccatum, atque scienter accipere à non do-

mino rem alienam ad instar acquirentis à fure scienter bona furata, Less. de iustit. & iur. lib. 2. cap. 10. dub. 24. Lugo de iustit. iur. tit. de mutuis, & vsur. disp. 25. sect. 11. num. 213.

- 7 Accedit, quod si cessionarius Christianus Iudæi posset licite exigere, ita de facili sub nomine, & pallio Iudæorum posset huiusmodi Iudaicas vsuras exercere, fingendo scilicet mutuum à bancherio Iudæo fieri, & deinde huiusmodi cessionem effingere.
- 8 E' contrario tamen argui potest, quod Christianus soluendo pro Christiano vsuras debitas per illum Iudæo per actionem negotiorum gestorum, siuè de in rem verso possit vsuras solutas exigere iuxta text. in §. igitur 2. in tit. de oblig. que re contrah.

Occurrit huic motiuo Card. de Luca lib. de vsur. disc. 5. nu. 16. illud suffragari, quando Christianus cessionarius sincero animo, & ex motiuo charitatis id egisset in gratiam debitoris, vt eius vtile negotium gereret, eumque à grauiori onere subleuaret. Secus si negotium gessit principaliter in propriam vtilitatem, & locupletationem, & in odium, & graumen debitoris, vt ita transfuso credito in personam potentiorum adempta remaneat spes obtinendi ab ipso Hebræo condonationem aliquam.

- 9 Prout in simili redimens rem alienam ab hostibus, vel latronibus, an domino competat vendicatio etiam pretio non soluto, iuxta text. in l. in ciuile, C. de furt. Distinguitur, an ille tertius, penes quem huiusmodi bona reperirentur, illa à latronibus, seu alijs redemit pro inferiori pretio ex motiuo charitatis, bono animo, vt domino vtile negotium gereret, eique restitueret, ita impediendo ne ad alienas manus irrecuperabiliter pertranfaret ipso domino absente, & non valente tunc recuperare, & tali casu concedenda non sit vendicatio, nisi restituto eo, quod ipse redemptor erogauit, ne pro charitatis, & beneuolentiæ officio impensum damnum, & iacturam de proprio sentiat. Secus si huiusmodi circumstantia cesset, quoniam cessante bona fide restat d. l. in ciuile, Spada consi. 149. nu. 5. & seq. lib. 1.

10 Quæritur: an exceptio ne quis teneatur ultra, quam facere potest, vel deducto ne egeat sit merè personalis tam actiue, quam passiuè, vt actiue ex parte solum donatoris, & passiuè ex parte donaterij, ità vt contra cessionarium donatarij, neque possit obijci? *Ias. in l. Nefemnius, ff. de re iudic.* firmat, soli donatario posse obijci, & non alteri prætendenti causam ab eo onerosam, vel lucratiuam, & sic videtur (inquit *Ias.*) quod sit in potestate donatarij priuare hac exceptione donatorem, & facere, quod ipse donator ex sua liberalitate factus inops periclitetur, & repetit idem *Ias. num. 6. in 3. notab.* dicens, quod sicut hæc exceptio est personalis ex parte eius, cui competit, & sic actiue, vt non transeat ad hæredes, ità etiam sit personalis ex parte eius, contra quem competit, & sic passiuè, ità vt licet competat contra donatarium, tamen non competit contra habentem causam ab eo latè *Gait. de credit. in appendic. p. 3. ref. 2. à num. 45. per tot.*

Distinguunt alij in materia exceptionum personalium, quæ non actionem, sed cedentis personam tantum, seu vitiū respiciunt, an cessionario obstant? Prima distinctio est, attendendū esse, vtrum cessionarius vtilem suo nomine, vel directam nomine cedentis actionem exerceat; nam primo casu cedentis vitium, seu exceptio personalis cessionario non nocebit. In alio autem casu quæcumque exceptio personalis ei obstabit. Secunda distinctio est, quod cessionario agenti ex causa lucratiua obstabit exceptio personalis, non ex causa onerosa. Tertia distinctio est, exceptionem personale ob stare, si cessio ex causa voluntaria fit, secus si ex causa necessaria, quam distinctionem amplectitur, *Galler. de renunci. tom. 1. lib. 1. cas. 4. num. 66.* At *Olea tit. 6. quæst. 11. num. 38.* sequitur distinctionem inter cessionarium ex causa lucratiua, & onerosa; Vnde si filius, vel alius, qui non potest facere carcerare patrem, vel alterum, cui reuerentiam debet, vel cui non tenetur ultra, quam facere potest, si cedat actionem suam alteri, in quo deficiat qualitas reuerentiæ, vel consanguinitatis, poterit cessionarius ad capturam

procedere, si ex causa onerosa habuerit cessionem, secus si ex causa lucratiua, & hanc distinctionem sequitur *Cancer. 2. p. var. cap. 3. à nu. 98. Cutell. de donat. tract. 1. dist. 2. par. 10. num. 68.*

Turbat hanc distinctionem *text. in l. si maritus, ff. sol. matr.* vbi proponitur, dote mulieris publicata; Fiscum non posse, maritum, ultra quam facere possit, conuenire, vt in perniciem mulieris maritus puniatur, vt *Mafin. de confisc. qu. 3. 1. num. 45.* ergo idem videbitur dicendum in creditore mulieris, cui dos adjudicata fuerit, cum liceat arguere de contractibus ad delicta, & è contra *l. omnem, ff. de iudic.* Respondet *Olea num. 44.* creditorem ex causa onerosa longè differre à Fisco, nam Fiscus succedit vti hæres anomalous, *l. inter eos, S. vlt. ff. de fideiuss. ibi: Vt hæredes.* Idem in legatario mulieris, vt excludatur per virum conuentum ad restitutionem dotis per exceptionem, ne cõueniatur ultra quam facere potest, *Castill. de alim. cap. 37. §. 1. n. 12. Fótanell. de pact. nupt. clas. 7. gl. 3. p. 11. nu. 85.*

In delegatione censet *Olea num. 46.* debitorem delegatum non iuuari beneficio deducto non egeat. Sed ad instantiam cessionarij etiam ex causa onerosa non posse conueniri debitorem infolidū, si iuuetur beneficio deducto ne egeat ex traditis per *Vrsill. decis. 74. ad afflic. nu. 3. Tondut. de prauent. cap. 42. num. 8. par. 2.*

Pro donante ego verius censeo, ad instantiam eius, qui cessionem habuit à donatario etiam ex causa onerosa iuuari beneficio ne conueniatur, ultra quam facere potest ex *Ias. vbi sup. num. 6. in 3. notab. Reg. Marcian. disp. 57. num. 9.*

Ratio est, quia nedum personæ tribuitur hoc priuilegium, sed etiam causæ liberalitatis, & viget ratio ingratitudinis donatarij hoc modo soffocantis creditorem. Et Morales alio modo considerant obligationem in donante adimplendi promissionem, alio in alijs creditoribus, in donante agnoscunt violationem virtutis liberalitatis, in cæteris violationem iustitiæ.

Cessionario donatoris ex causa onerosa an competat beneficium prædictum, putà si post donationem alicui factam adiu-



adiudicata sint bona donatoris, & adiudicarius conueniatur similis est quæstio, prout controuertitur an competat creditoribus donatoris habentibus nomen hypothecatum, & legalem cessionem iurium? *Gait. de credit. in appendic. p. 3. ref. 2. à num. 45.*

Articulus dependet ab alio, vtrum creditor posterior ex causa onerosa præferatur donatario anteriori? Inter personales creditores citra dubium præferatur donatario. Inter hypothecarios viget iurgium, super his scripsi in *obs. 699. ad Praef. de Franch.* vbi me remitto.

### ARGUMENTVM.

Societatem officij contrahens cum officiali dante facultatem immutandi personam, sub cuius vitæ periculo societas currere debeat, si facultatem habens cedat societatem alteri, qui immutauit personam, vtrum societas dissoluatur morte cedentis habentis nudum nomen, vel cessionarij vtilitarij, & cessionarius valeat nominare personam, vel per procuratorem fieri possit mutatio?

### SVMMARIVM.

- 1 Societas officij dissoluitur morte cedentis non cessionarij vtilitarij.
- 2 Habens facultatem mutandi personam, sub cuius vitæ periculo societas currere debeat, an possit exercere per procuratorem?
- 3 Mandatum an debeat esse speciale?
- 4 Cessionarius an possit mutare personam uti procurator?
- 5 Societas officij dissoluitur morte confidentiarij.

### QVÆST. XLI.

1 **I**Nita societate officij inter Petrum, & officialem cum facultate attributa Petro nominandi, seù immutandi aliam personam, sub cuius vitæ periculo societas currere debeat. Petrus societatem cessit Francisco, seù fecit instrumentum recognitionis, declarando contractum spectare ad Franciscum, qui adimpleta formula præscripta per reformationem

Pauli V. personam mutauit. Sequuta fuit deindè mors cedentis; prætendit debitor locum factum esse lucro, quia societas dissolui dicitur, & etiam de consequenti etiam lucrum fieri per mortem cedentis, non cessionarij, cum in illo substantia remaneat, ac duret societas, vt per *Rotam post consil. 15. Farin. n. 90. Siph. dec. 1210. num. 1. Zacchias de societ. n. 270.* vbi quod societas officij vacat, vel dissoluitur per mortem cedentis, seù eius, sub cuius nomine inita est, non autem per illam cessionarij, seù vtilitarij.

2 E' contrario arguitur, quod sicut ipse cedens, in quo societas est substantiata dictam sibi attributam facultatem immutandi periculum vitæ potest exercere per procuratorem, ità eiusdem cedentis nomine id facere poterit cessionarius tãquam illius procurator in rem, & vtilitatem propriam, qualis in omnibus dicitur cessionarius habilis ad exercendum omnia, quæ exerceri possunt per cedentem, exceptis ijs, quæ sunt mere personalia, & alteri demandari non possunt *Surd. consil. 22. nu. 16. Reg. Latr. dec. 16. n. 4.*

3 Quidquid sit, an ad huiusmodi actum sufficiat mandatum generale, cum libera, vt volunt *Felic. de societ. cap. 35. nu. 22. Zacchias d. num. 435.* Vel requiratur speciale, vt incidenter, & sine autoritate dicit *Ridolphin. in eius prax. par. 1. cap. 2. n. 40.* Adhuc in cessionario dicitur adesse mādātū speciale, vt *Olea tit. 1. qu. 2. n. 37.*

4 Propterea non intrat quæstio; num societas possit alteri cedi inuito, socio, de qua *Olea tit. 1. quæst. 5.* Nam firma remanente substantia societatis in cedente, punctus consistit, an cessionarius exercere possit illam facultatem, quam cedentis simplex mandatarius, & procurator ad exercitium deducere possit, cū nulla videatur vrgere ratio prohibitiua, vt quod fieri potest per procuratorem voluntarium, fieri nequeat per cessionarium, qui mandatum magis efficax habere dicitur, ità *Card. de Luca lib. de societ. offic. disc. 7. qui nu. 4. ità ait credere fuisse iudicatum.*

5 Illud beneuerum est, quod societas finiatur per mortem cedentis, & non cessionarij, etiam quod cedens immediate

re-

recognouerit bonam fidem, declarando se nudum nomen habere, & totum commodum, & incommodum esse alterius, vt *Cardin. de Luca num. 4.* qui refert in his terminis in Tribunali A. C. disputasse in vna Romana pro Comite Marescotto. Cum enim requisitus esset ad dandas pecunias ad societatem officij cuidam officiali ad aliud munus postea translato, congruum autem reputaret non contrahere per se ipsum, supposuit personam cuiusdam eius famuli, seu confidentiarij, ad cuius fauorem societas iuxta fuit, qui immediatè recognouit bonam fidem declarando se nudum nomen habere, & utilitatem, & damnum spectare ad dictum Comitem, cum ob sequutam dicti fiduciarij mortem absque eo, quod aliquod motiuaretur plures anni decurrissent. Orta controuersia super fructibus à dictæ mortis tēpore citra decursis, an scilicet non soluti deberentur, & debitor, pro quo Iudex pronunciauit, fundabat suam intentionem in regula, qua societas dissolui dicitur per mortem cedentis, non cessionarij, & iustam determinationem inquit *Cardin. de Luca*, est debitor fuisset simulationis cōscijs, quia in officijs, & feudis, quæ emuntur in facie alterius, nil nomine alterius substantia tam ad effectum mutationis, quam alios in persona ementis residet, nec habet locū *text. in l. quamuis, C. si quis alt. vel sibi*, vbi plus valet, quod agitur, quam quod simulatè concipitur.

## ARGUMENTVM.

Exceptio compensationis competens contra cedentem, an possit opponi contra cessionarium? Distinguitur, si cedatur actio ante oppositam compensationem, vel non, & qualiter actio inutilis apud cedentem, sit utilis apud cessionarium. Indicatur varius sibi met *Gratianus*. Rationes recensentur vtriusq; opinionis, & commilitones, & *Authoris* discursus.

## S V M M A R I V M.

1 *Compensatio competens contra cedentem an possit opponi contra cessionarium prius non opposita?*

- 2 *Adducuntur rationes opinionis negantis.*
- 3 *Compensatio ante cessionem, vel ante interpellationem cessionarij opponenda.*
- 4 *Compensatio an fiat ipso iure, vel requirat ministerium hominis? & num. 10.*
- 5 *Opinio admittens compensationem etiam post denunciationem cessionis refertur.*
- 6 *Rationes pro sententia aiente.*
- 7 *Contracta hypotheca per cedentem post debitum in actione personali cum debitore cesso locum habet compensatio.*
- 8 *Quid si cedens contraxerit debitum cum debitore cesso post factam cessionem?*
- 9 *Authoris discursus.*
- 10 *Compensatio fit ipso iure.*

## Q V A E S T. XLII.

- 1 **E**Xceptio compensationis competens contra cedentem, an valeat opponi contra cessionarium? Distingunt alij. Aut ceditur actio ante oppositam exceptionem compensationis, & tunc liberè transit actio, & hoc casu actio inutilis apud cedentem, sit utilis apud cessionarium, quia cesset causa inutilitatis, quæ erat apud cedentem *l. fin. in princ. C. de iur. domin. impetr.* quod comprobat *Angel. consil. 259. per tot.* vbi quod ius compensandi antequam deducatur in actum, est in solo habitu, & potentia, quæ in actū deducta non afficit, nec afficit actionem cessam, nec inquinari potest in præiudicium cessionarij, & ita sequendo *Angelum* concludit *Surd. decis. 191. num. 14. & conf. 87. num. 29.* vbi quod compensatio, quamuis videatur fieri ipso iure, tamen id intelligatur, vt tunc inducatur, quando opponitur à Parte, & non ante. Aut antequam agat cessionarius contra debitorem cessum, & opponi poterit ita *Gratian. dist. 356.* & ita intelligit *decis. 53. Pres. de Franch. Dom. Reg. Latro decis. 24.* adducens rationem decisionis, qua fuit reiecta compensatio, quia tertius creditor prius petierat sibi satisfieri, quam de compensatione fuisset oppositum.
- 2 Ratio viua est, quia post cessionem, & subsequuta denunciatione, nullum adest debitum compensabile, quia non solubile cedenti, cum debitor cessus non potest amplius soluere cedenti hoc casu, & per

& per consequens nec compensare. Vnde facta cessione debitor debet esse cautus in præueniendo cessionarium, antequam cessio sibi sit notificata, ità *Gratian. n. 23.* quapropter pro debito cedentis non videtur posse opponi exceptionem compensationis contra cessionarium. Confert, quod fictio compensationis non debet operari in tertij præiudicium, *Salgad. in labyr. par. 2. cap. 28. nu. 25. & par. 2. cap. 3. num. 73. Consil. Roccus notab. 100. de decoct. mercat. tom. 2. Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. obs. 444.*

3 Compensationem itaque opponendam volunt grauissimi *Scribentes*, vel ante cessionem, vel saltem priusquam debitor cessus ad soluendum à cessionario interpelletur, vt per *Alber. Bald. Angel. & alios Reg. de Ponte conf. 95. num. 12. lib. 2. latissimè Cutell. de donat. tractat. 1. disc. 2. part. 10. num. 75. cum Sesse, Laderch. & alijs Beltram. ad Ludouis. decis. 121. vbi ità erit sensisse Pras. de Franch. decis. 636.* dum affirmat, debitorem cessum nomine dotis non posse opponere viro agenti compensationem ex persona mulieris dotantis, & retardare exactionem faciendam, quem sequitur *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gl. 1. par. 3. nu. 27.* sicut neque opponi posse contra mulierem ex persona patris, vel matris dotantis, & vidisse decisum, refert *Cautell. num. 76. Faber def. 3. C. de compensat.* qui vult compensationem non posse opponi cessionario, nisi ante cessionem cedenti obiecta fuerit compensatio, & produxerit effectum extinctionis actionis ante denunciationem cessionis, & *D. Reg. Latr. decis. 24.* ità inrelligit *decis. 53. Pras. de Franchis*, per quam fuit iudicatum non posse opponi exceptionem compensationis, quia tertius creditor prius petierat super nomine debitoris satisfieri, quam de compensatione fuisset oppositum, & propterea sicut non poterat soluere debitor, iuxta *l. 3. C. de nouat.* ità nec poterat compensare.

4 Præterea compensatio non fit ipso iure, sed mediante oppositione secundum *glos. in l. 4. ff. de compensat.* Vnde si debitor cessus nunquam opposuerit compensationem, sequitur, quod cessionarius actor si tempore actionis ab eo intentate

inueniat nomen debitoris existens, & non extinctum, consequenter rectè petet, super illo nomine cesso sibi satisfieri, & sicut ante solutionem factam potuisset creditor inhibere solutionem, ità poterit impedire, quod postea non compenset, cum solutio, & compensatio pari passu ambulent.

5 Contrarium, etiam sunt, qui volunt, scilicet compensationem posse opponi per debitorem contra cessionariū, etiam post denunciationem cessionis, vt *Dyn. in cap. si quis in ius, ff. de reg. iur. in 6. Iacob. de Aren. & Cin. in l. eius, C. de compensat. Theaur. decis. 224. Vrsill. decis. 74. n. 7. Costa de ration. rata quest. 61. nu. 2. Cancer. par. 2. var. cap. 6. num. 81. Theod. alleg. 69. Diana par. 3. num. 5. resol. 10. & alij, quos refert, & sequitur nouissimè *Episcop. de Afflict. controu. 40. 41. & 42. Gratian. discip. 948. num. 1. & reprobato Surd. iudicauit Rota decis. 124. post Merlin. de leg.**

6 Assignant rationem, quia cessionarius repræsentat cedentem, & ideò sicut si debitor cessus conuentus esset per cedentem, posset debitor opponere contra ipsum exceptionem compensationis, ità etiam contra cessionarium repræsentantem illum.

Altera ratio, quia compensatio fit ipso iure sine ministerio hominis, ad *textum in l. 4. & l. si ambo, ff. de compensat. l. si constat, C. eod. & S. in bona fidei, Instit. de act.* quibus iuribus post *Tyndar. de compensat.* probat *Scaccia de commerc. S. 2. glos. 5. nu. 424. Afflict. decis. 121. nu. 2. Gait. de credit. cap. 4. quest. 7. n. 356. ibi: Ego dico mihi met ipsi soluisse, ex Scaccia nu. 431. vers. ergo in casu.* Accedit, quod compensare idem est, quod soluere ad *text. in l. solutionis, ff. de solut. l. Iulianus ait, ff. de condit. & demonstr. Surd. decis. 117.* ergo soluendo primo creditori liberor à secundo, cui nomen meum cessum est, vel obligatum est, & sic soluendo mihi met ipsi creditori per compensationem dissoluitur obligatio nominis obligati etiam anteriori.

Estò oporteat, vt opponatur, cōpensatio, vt fiat iuxta *Tiraquell. in l. si vnquam, ver. reuertatur, num. 13. C. de reuoc. don. & alios.* Verumtamen lex mox operatur compensationem, quando ex aliquo actu, vel

vel expresso, vel tacito saltem præsumpto voluntas hominis compensare volentis deprehenditur, idè compensatio fit nedum extrajudicialiter, si quis declaret velle compensare ex *Gratian. disc. 728.* sed etenim præcisa declaratione formali, adest virtualis, & præsumpta voluntas, nam quilibet præsumitur, velle commodum, & vtilitatem suam, *l. soluendo. ff. de negot. gest.* vndè fit ipso iure, quia expedit compensare. Vtèrius, quia alias debitor damnum pateretur, dum vrgeretur ad solutionem, quando est creditor. Insuper fides fraudaretur, nam alias non credidisset, nisi sciens se satisfactum super eo, quod ipse suo debitori debebat. Ad hæc quamuis effectus compensationis non nisi homine opponente consumatur, tamen orta iam compensatione, siuè iure compensandi, quamuis illius vsus tantum, aut exercitium in voluntate hominis à lege repositum fuerit ad solam declarationem volentis compensare, statim effectus perficitur, *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disp. 38.* & retrahitur etiam ad præiudicium tertij, *Episc. Afflic. d. controu. 41. nu. 16.* qui respondet motiuo, quod compensatio fiat inter debitorem, & creditorem, non tamen respectu anterioris. Nam extracto debito per iuris ministerium ex illa radice compensationis, statim hypotheca sui creditoris euauit, *l. fin. C. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.*

7 Prout si Caius esset creditor in actione personali Titij sui creditoris, qui postea contraheret debitum hypothecarium cum Sempronio, nam Caius posset vti exceptione compensationis contra Sempronium creditorem hypothecarium, *Bar. in l. nomen, C. que res pign. oblig. poss.* & ibi *Alber. & Iacob. Butrig. Ep. de Afflic. nu. 13.*

8 E' contrariò, nullatenus alij tenent posse obijci compensationem cessionario, qui omnia bona cedentis obligata habebat, antequam debitor cessus acquireret obligationem ex contractu factò cum cedente post factam cessionem, & ius quæsitum cessionario, *Cancer. nu. 85. Noguero. alleg. 11. nu. 139. Anna alleg. 80.* post plures viriliter *Salgad. in labyr. p. 1. cap. 19. num. 34.*

9 Articulus an debitor possit cum se ipso compensare proprium debitum cum credito superuento in præiudicium creditorum anteriorum, quibus suum nomen iam hypothecatum erat? latè discutitur per *Præs. de Franch. decis. 53.* cum alijs fusè per *Giurb. obseruat. 106.* Vna opinio tenet simpliciter negatiuam iuxta *d. dec. de Franch.* Altera affirmatiua *D. Reg. Latro*, quam amplexatur *Card. de Luca de credit. disc. 40. num. 7.* cum moderatione bonæ fidei: secus ista cessante.

De stricto iure negatiua verior videtur, quoniam licet debitori integrum sit in statu bonæ fidei, & antequam accedat inhibitiõ legis, vel hominis soluere debitum proprio creditori, cum sufficiat distraxisse cum eo, cum quo contractum est, neque facta solutione omnis hypotheca soluat ad *text. in l. tamen, C. que res pign. oblig. poss.* Attamen id intelligitur, vbi accedat solutio vera per effectiuam restitutionem quantitatis, vel generis, quod erat in obligatione, nõ autem per solutionem fictam, seu intellectualem.

Verum ex eadem vulgata ratione commercij, & ne mundus litibus inuoluatur, ob quam in foro magis receptum est, denegari anterioribus auocationem pecuniæ bona fide consumptæ, & solutæ posteriori, etsi de stricto iure pariter secus dicendum esset, ita pari ratione pro regula recipienda videtur benignior opinio pro compensatione, iuxta secundam opinionem, de qua *R. Latro, & Rota dec. 183. §. 9. rec.* quæ circumfertur vti magistralis ita *Card. de Luca disc. 46. nu. 11.*

10 Præmittenda non est potissima difficultas in hac materia: vtrum compensatio fiat ipso iure, vel requirat ministerium hominis? *Azo in arbore, C. de compensat. n. 13.* antesignanus est opinionis, vt ministerio hominis fiat, & tenent *Ias. in §. bonæ fidei num. 77. Inst. de act. Surd. decis. 117. num. 5. & dec. 181. num. 5. Costa de retrotract. cap. 9. cas. 4. nu. 4. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. p. 6. nu. 60.* Azo arguit ex *text. in l. quod habeo, ff. de compensat.* vbi est in electione fideiussoris an velit compensare, vel non.

Subdit benè verum Azo posse ipso iure compensationem admitti ad euitandam

M

dam

dam pœnam, vel cursum vsurarum, ex text. in l. cum alter, ff. de compensat. & glos. in l. 4. verb. ipso iure, C. eod. Leotard. de vsur. quest. 84. à nu. 10. Rota apud Salgad. decis. 132. num. 11. Fontanell. à num. 60. Theodor. alleg. 69. num. 6. Qui generalem conclusionem inferunt, vt indistinctè cōpensatio ipso iure fiat, quoties damnum aliquod debitori resultaret, si compensatio ipso iure nō permetteretur *Casib. d. c. 40. à n. 12. Medic. de compensat. p. 1. q. 40.*

Contraria è diametro sententia indistinctè est, quod compensatio ipso iure fiat, ita antiquus *Glosator Martinus* relatus per glos. in l. si constat, C. de cōpensat. & amplexati sunt *Bar. in d. l. si verum*, *Tyndar. in tract. de compensat. inter tract. 10. quest. artic. 6. Scaccia num. 432. Fab. de coniectur. lib. 5. cap. 2. num. 6. Affib. 121. Reg. Latro decis. 25. Ciardin. lib. 1. controu. 6. nu. 20.* Pro qua opinione se offert text. in d. l. verum, ff. de compensat, vbi *Paulus* loquens de fideiussore inquit: *Eum ipso iure eo minus debere, quod ex compensatione reus retinere potest.* Rursus suadetur ex text. in l. postea quam, ff. eod. vbi: *Postea quam placuit inter omnes id, quod inuicem debetur, ipso iure compensari.* Idem probat text. in l. si constat, C. eod. vbi *Alexander Imperator* ita scripsit. *Si constat, pecuniam inuicem deberi ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur.* Hoc ipsum placuit *Iustiniano* in *S. in bona fidei Instit. de action. ex quibus, & alijs ita viriliter depugnat D. Rodoer. conf. 45. à n. 6.*

Communis distinctio est, quod si agitur ad impediendum cursum vsurarum fiat ipso iure, vt cæteris relatis firmatur per *Rotam* decis. 409. num. 21. p. 9. rec. vbi allegantur *Reg. de Ponte consil. 19. lib. 2. Fontanell. claus. 6. gl. 2. p. 6. nu. 61. Card. de Luca lib. de cambijs disc. 2. num. 2. pleno calamo Rota decis. 126. post tract. Merlin. de pign. num. 16. cum Reg. Latr. decis. 25. nu. 15. & Rota refellit Surdum decis. 117. ex Hodiern. in addit. reprobante Surdam* vt loquentem contra cōmunem nulla adhibenda distinctione, an vsuræ sint fauorabiles, vel odiosæ, & in contingentia videnda d. decis. 126.

## ARGUMENTVM.

Cedens pecuniam cum pacto, vt deficiente debitore à solutione possit creditor absq; vlla interpellatione à quibuscumq; etiam à seipso accipere ad cambium, & recambium per quascumque nundinas, & plateas vsque ad effectiuam solutionem, si deinde ad paucos dies cedat creditū in ampla forma, promittens manutenere debitore verum, & exigibilem, & non interueniant requisita, l. 3. C. de nouat. an currat cambium? Quid si declarauerit habere nudum nomen cedendo partitam? Facultas cambiandi cum seipso an transeat ad cessionarium?

## S V M M A R I V M.

- 1 Inito pacto, vt deficiente debitore à solutione, possit pecunia accipi ad cambium, si cedatur post paucos dies creditum, an currat cambium?
- 2 Quid si requisita l. 3. C. de nouat. non interueniant?
- 3 Resoluitur contra cessionarium, post cessionem in ampla forma factum.
- 4 Facultas cambiandi cum se ipso non porrigitur ad alium.
- 5 Cessio differt à recognitione bona fidei, & veritatis etiam cum cessione.

## Q V A E S T. XLII.

- 1 **C**redidit quis ducatos mille Sempronio, qui infra certum tempus promisit eos restituere, cum pacto vt deficiente à solutione possit mutuans pecuniam absq; aliqua interpellatione à quibuscumque etiam à se ipso accipere ad cambium, & recambium per quascumq; nundinas, plateas, & mundi partes, atq; ita continuare vsque ad effectiuam solutionem. Illinc ad paucos dies creditor cessit d. creditum vnà cum fructibus Francisco suo creditori, & transtulit omnia eius iura, *Nulla retento, &c. Ponens, &c. Ad habendum, &c. Constituens, &c.* Cōuenit manutenere debitorem cessum verum, & exigibilem cum amplissima iurij cessione nihil in se retinendo, solummodo

- modò contra debitorem cessum referuans sibi cedens in casu molestiæ regressum pro indemnitate, & cum præseruatione anteriorum iurium cessionario cõpetentium, & nouationis exclusione. Cedens, quia debitor cessus statutis terminis non satisfecit, vsus est facultate sibi concessa. Quæritur an debeantur cessionario fructus cambiorum vna cum sorte.
- 2 Ratio dubitandi est, quia non interueniunt requisita l. 3. C. de nouat. scilicet denunciationis cessionis, litis contestationis in cessionario, vel quia fuisset incepta solutio. Vndè adhuc res erat integra cum cessionario, & in hoc casu cedens assistit, & iura cessa ad cessionarij commodum prosequitur, & fouet.
- 3 Cõtrarium verius dicitur, quia cessio amplissimis verbis facta fuit nullo iure per cedentem retento cum clausula, *Ponens, &c.* & alijs prænaratis, quarum vigore actiones directæ remanserunt prorsus inutiles, & inefficaces penes cedentem, earumq; exercitium omninò trãslatum fuit in cessionarium, vt respondit, & latè probat *Surd. consil. 22. n. 34. Thesaur. decis. 201. num. 7. Barz. decis. 56. num. 39. Gratian. discept. 538. nu. 39. Rota decis. 44. par. 11. rec. num. 1.* & proindè cessauit pro summa cessa in alium translata facultas cambiandi, vt in *d. dec. 44.* vbi quod cedens post factam cessionem nullum ius habet in iure cesso, & consequenter cedens, nec nomine cessionarij cambio girare, vt per *Surd. consil. 22. n. 36. Mastrill. dec. 143. n. 12.*
- 4 Additur, quod facultas cambiandi cù se ipso restringitur ad personam, nec potest alteri cedi: potissimum si non habet aliquam potestatem cedendi, vt *Card. de Luca lib. de camb. disc. 18. num. 3.*
- 5 Difficultas esset, quando quis post datas pecunias sub prædicta forma ad cambium, post aliquos dies declararet se habere nudum nomen, seù omne commodum, & incommodum spectare ad aliũ, & huic omnia, & quæcumq; iura cesserit, instrumentum recognitionis bonæ fidei faciens, vtrum post cessionem præfatam cesset facultas cambiandi?
- Dicitur cõterum verius, in hoc casu non versari in terminis cedentis, & cessionarij, iuxtà *d. dec. 44. par. 11. rec.* ità vt

cambium ab initio substantiatum esset in creditore dante ad cambium, qui deindè illius dominium transtulisset in cessionarium; vt in casu dictæ decisionis, sed in casu diuerso, quoniam cedens propriam pecuniam non credidit, neque proprio nomine, & ad proprium commodum, sed ex tunc ab ipso initio alienum negotiũ simulato nomine, ità vt ob non prohibitam simulationem personæ actus ab initio substantiatum esset cum illo, ad cuius commodum, & de cuius pecunia initus est. Illa verò, quæ per modum loquendi, seù explicandi veritatem dicitur cessio, re vera non est cessio translatiua faciens operationem immutandi personam creditoris, & transferendi nominis cessi dominium ab vno in alterum, sed potius est recognitio veritatis, & bonæ fidei pro cautela domini pecuniæ, declarando id, quod ab initio gestum est, ad effectum scilicet ne tractu temporis ipforum negotiatorum hæredes, vel editores controuersiam mouere possint, hinc propterea *d. decis. 44. par. 11. rec.* penitus extranea est à casu nostro. Aliud enim est cedere, ac de nouo disponere, aliud verò declarare; quoniam qui declarat, nil facit de nouo, nec disponit, sed tantum quid iam ab initio factum sit, vel insit, aperit ad instar excipientis grana à spinis, iuxtà *text. in l. adeo, S. cum enim grana, ff. de acqu. rer. domin.* Secus in casu, quo mercator cedens verè, & realiter cambium contraxerit nomine proprio, ità suum esset nomen debitoris, quod deindè in toto, vel in parte alteri cesserit per viam formalis translationis, istud à se abdicando, & in alium transferendo, quia hoc casu cedens impeditur in gratiam cessionarij, ne in eius præiudicium aliquid faciat.

## A R G V M E N T V M.

Cessio an diuidatur in extinctiuam, & translatiuam; & detur cessio translatiua? Trãslatiua, & non extinctiua quibus sit prohibita. Qualiter sint promiscua verba translationis, & extinctionis, & secernantur vna ab altera, & recensentur verba significantia translationem, & cessionem.

## S V M M A R I V M .

- 1 Cessionis verbum negat extinctionem in stricta significatione .
- 2 Gabella debita ex cessione non debetur ex renunciatione, & extinctione .
- 3 Diuersas finis in utraque refertur .
- 4 Diuiditur cesso in extinctiuam, & translatiuam .
- 5 Ecclesia non potest facere cessionem translatiuam census .
- 6 Ad discernendam unam ab altera est metienda potestas cedentis, & an possit fieri translatiua .
- 7 Qualiter cognoscatur extinctiua .
- 8 Recensentur verba, & clausula vtriusque cessionis .
- 9 Questio tota facti, & voluntatis est, qualiter sint intelligenda verba .
- 10 Ad concordiam qualiter reduci possit utraque cesso .

## Q V A E S T . XLIII.

- 1 **C**Essio an diuidatur in extinctiuam, & translatiuam, in dubium redigi potest? Negandum enim videtur, quia extinctiua renunciatio à cessione differt, cum per illam ius simpliciter referatur; per hanc autem ius ceditur, & transfertur in cessionarium, *Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 4. à num. 2. Guttier. de gabell. quest. 63. num. 2.* ibi: *Et hac est vera, & realis differentia inter renunciantem, & cedentem, quod ille nullum ius transfert, hic verò ius suum cedit.*
- 2 Infert idem *Guttier.* quod si ex cessione debeatur gabella, non tamen debetur ex renunciatione, quia hæc nullum ius in alium transfert.
- 3 Differunt in fine renunciatio, & cesso: nam finis renunciationis est sola abdicatio, & priuatio iuris: cessionis verò finis est translatio iuris in alterum, & cesso vt effectum suum operetur, cessionarij etiam voluntatem exposcit *Galler. vbi supra Molfes. ad consuet. Neap. tit. de renunciat. cap. 6. à num. 1. Bottilier. de success. cap. 2. theor. 2.* Qui beneuenum tenent, duplicem esse renunciationem, aliam translatiuam, alteram extinctiuam, & quando

renunciatio fit cum iurium cessione, sit translatiua, & nihil à cessione differat.

- 4 In stricta, & propria significatione cõcedi potest, hæc nomina differre; tamen cesso ad renunciationem trahi solet, & è contra, vt doctissimè *Casanat. consil. 10. à num. 75.* quod ex coniecturis, & præsumptionibus aliquando cesso renunciationem inducit, aliquando renunciatio cessionis producit effectum, *Olea tit. 1. quest. 2. num. 26.* & admittit *Rota dec. 67. post Merlin. de pignor. num. 8.* ibi: *Nec subsistit, quod cesso facta à Men. cis S. Stephani ad fauorem Anna respectu fructuum sit translatiua; quia imò ex lectura instrumenti apparet, eam fuisse census extinctiuam, & comprobatur Rota in decis. 95. post Merlin. num. 5. Cardin. de Luca lib. de credit. disc. 48. num. 2.*
- 5 Ecclesia, vel Monasterium non potest sine beneplacito Apostolico per actum voluntarium cedere census, quia census inter stabilia computatur, *Rota decis. 81. post Cenc. de censib. nu. 9. & d. decis. 93. n. 7. post Merlin.* At potest retrocedere census, cum sit actus necessarius, *Cencius qu. 109. n. 9. & 10. Rota apud eundem det. 292.*
- 6 Vnde si non potest quis facere cessionem translatiuam, tunc metiendo actum à potestate, cesso resolucenda est in liberationem, & extinctionem, ita *Rota d. decis. 95. nu. 8. Card. de Luca lib. de credit. disc. 48. num. 3. & de censib. disc. 29. num. 4.* Similiter vbi cesso fieret debitori, vel hæredi soluenti, l. nulla, C. de solut. *Bart. & Castrens. in l. Modestinus, ff. eod. proprium enim debitum extinguens, nõ potest reportare iurium cessionum, Praj. de Francb. decis. 55. nu. 7.* per consequens cesso intelligitur extinctiue, ita *Rot. & Card. de Luca d. nu. 9. de credit. & de censib. disc. 29. nu. 5.*
- 7 Extinctiue præsumitur quoque facta cesso si præcesserit disdicta solutionem debiti censualis, cum in extinctione census præcedere solet disdicta, iuxta formam præscriptam in *Constitut. B. Pij V. vt in decis. 173. nu. 4. post Cenc. & decis. 176. num. 1.* in puncto *Rota decis. 67. post Merlin. num. 8. & 9.*
- 8 Verba *cessit, concessit, & transtulit* cum veram dominij translationem importent,



acquisitionem prius translatiuam, quam extinctiuam significant ita ad propositum, *D. Reg. Patr. decis. 16. num. 14. 34. & 45. laudatus per Rotam decis. 83. nu. 2. & 3. penès Merlin.*

Idem operari clausulam, ponens in locum suum, tradit idem *Reg. Latr. nu. 55.* Nec non clausulam constituti, quæ alias inutilis esset, vt aduertit *Cencius q. 103. n. 17. Rota d. dec. 83. post Merlin. n. 4. & 5.* Verba *retrouendit*, & *retrocessit*, quæ videntur importare veram census retrouentionem, & extinctionem, intelligenda sunt secundum subiectam materiam, & possunt operari extinctionem census in redemptione facta pro debitorem, vel hæredem, aut extraneum, qui in se censum accollasset, vel non fuisset sollicitus de cessione iurium, & de pacto de subintrando, sed solum de liberatione debitoris. Aliter in redemptione facta per extraneum soluentem de proprijs pecunijs ad effectum in specie reportandi iurium cessionem contra debitorem; quia nõ possunt intelligi de extinctione, seu de translatione, vt inseruiant menti contrahentium, quæ potius attendi debet, quam verborum formula, *Cenc. qu. 103. nu. 17. Amat. resol. 7. nu. 34. Reg. Latro nu. 33. & seq. latè Rota d. decis. 83. per tot.*

9 Quæstio facti, & voluntatis tota est, qualiter sint intelligenda verba, nam de verbis, & clausulis retrouentionem, seu retrocessionem importantibus non curatur, vbi constat de substantia voluntatis, sed clausulæ, & verba tanquam accessoria, & famulatiua non attenduntur. Potissimè quia vt plurimum sunt æquiuoca, vtrique actui congruè conuenientia, ex deductis per *Giurb. decis. 87. & Rotam d. decis. 83. vbi pro retrocessione translatiua capiuntur verba, redimere, retrouendere, & retrocedere. Cardin. de Luca de censib. disc. 29. num. 5.*

E' conuersò in alijs decisionibus post *Merlin.* non curatur de verbis: *Ponens, constituens, transferens, & similibus.*

10 Compatibilis quandoq; est cessio extinctiua cum translatiua in fauorem mutuantis ad dimittendum creditorem cū pacto de subintrando, & de reportando cessionem iurium, quia intelligitur de

cessione translatiua iurium, quoad hypothecam anteriorem pro sorte, non autè pro sorte, & fructibus, qui censu extincto exigi non possunt, vt *Amat. resol. 7. num. 32. Rota decis. 189. par. 12. rec. nu. 15.*

## ARGUMENTVM.

Cessionario non citato an possit creditor anterior hypothecarius directè agere contra debitorem vtili personali, & hypothecaria? Declaratur vtilis personalis, qualiter procedat ab hypotheca, & negatur chirographario. Occurritur dissidentibus, *Authoris* discursus, & sensus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditor anterior hypothecarius an possit absque citatione cessionarij agere contra nomen debitoris?
- 2 Doctrina Alberici, & Asseclarum alienum refertur.
- 3 Creditor hypothecarius comparatur cessionario.
- 4 Debitoris principalis citatio an omitti possit, si conuenitur nomen debitoris per creditorem.
- 5 Vtilis hypothecaria an cõpetat creditori.
- 6 Formula libelli contra nomen debitores.
- 7 Vtilis personalis an cõpetat chirographario?
- 8 Recensentur dissidentes, & refelluntur.
- 9 Authoris discursus, & sensus.

## Q V A E S T. XLIV.

1 **C**reditor anterior an possit virtute sui antecedentis crediti hypothecarij exigere à nomine sibi obligato, non obstante cessione eiusdem nominis facta à debitore in beneficium alterius creditoris posterioris?

Dubietas non cadit, quando creditor anterior velit instituire iudicium ordinarium vi anterioris hypothecæ pro auocatione nominis cessi citato cessionario pro adiudicatione sibi facienda vti anteriori, tunc enim nulla est difficultas, quin possit. Sed dubitatur, quando velit agere recta via contra debitorem sui debitoris absque citatione cessionarij.

2 Alber.

- 2 Alber. in rubr. C. quādo fisc. vel priu. n. 5. docuit posse creditorem, cui nomen fuit obligatum, reuocare cessionem eiusdem nominis factam creditori posteriori, agēdo recta via contra debitorem alij cessum, vt sibi soluat. Nec requiri libellū, aut litis contestationem, nec contra cessionarium, nec contra cedentem. *Qua resolutio* (inquit *Noguerol. alleg. 35. num.*) *notabilis est, & raro ad decisionem allegata, & ita refert obtinuisse, & pro hac re idem Noguerol. laudat Fontanellam, Castellum, Surdum. Tuscum, Giurbam, Pacificum, Scacciam, & alios, qui ita sepius iudicatum testantur, & in creditore habente nomen generaliter obligatum vtilis illud actionis exercitium sine excussione principalis debitoris, nec huius citatione concedunt* *Ciriaco. controu. 47. num. 1. per tot. Fab. in rationali ad l. si conuenerit, ff. de pignor. act. ibi: Sed tantum vt exemplo eius, qui nomen emit, cui actiones vtilis ex ipsius persona accomodata ex rescripto D. Pij etiam ei, cui nomen pignori datum, aqua vtilis actiones accomodari debent, & loquitur de vtili personali, vt lib. 8. coniect. cap. 16. Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 30. Cancer. par. 2. var. cap. 6. nu. 83. Expresse probari videtur hæc sententia, ex d. l. si conuenerit, vbi creditori, cui nomen debitoris in pignus datū fuit, actio, & exactio conceditur, & concurrentibus creditori, & debitori ad exigendum, potior sit causa creditoris, & de vtili personali, Merlin. num. 21. ex persona obligantis, & quia si in obligatione venit nomen, venit etiam actio competens obliganti quasi cessa.*
- 3 Iuuat *l. postquam, C. de hered. vel act. vendit.* vbi eadem actio cōceditur creditori aduersus debitorem nominis sibi pignorum, quæ competeret emptori, & *Noguerol. num. 4. & 9.* peculiaret ait nominis pignus, & diuersum à cæteris hypothecis rerum corporalium, nam earū virtute constituitur in eis ius quoddam reale, cuius ratione possunt creditores hypothecariam aduersus res corporales exercere, & ex pignore nominis transferatur in creditorem ius vtile, quod est veluti cessio debitoris, cuius virtute potest directè creditum exigere, concordan-
- tes, refert *Olea tit. 4. quæst. 4. n. 36. & seqq.*
- 4 Ratio primi assumpti est, quia cessionarius repræsentat cedentem, scū debitorem principalem, qui nec citandus est per creditorem anteriorem hypothecarium, quam sententiam docent *Iacob. Butrig. Odofred. Alber. & Nicol. de Matarrell.* quos refert, & sequitur *Cyn. in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.* ibidemque *Iacob. de Beluis. & de Aretio,* qui dicunt posse agi contra nomen debitoris obligatum, omisso debitore principali, *Rayner. in eadem l. nomen,* qui dicit ita tenere totum mundum, *Bar. ibidem, & in l. 3. C. de hered. vel act. vend. & in d. l. si conuenerit, & in l. grege, S. cū pignori, ff. de pignor.* Quibus in locis vult, actionem illam vtilem, de qua in *d. l. nomen* esse vtilem personalem, qua nomina possunt conueniri vtiliter à creditore creditoris, prout à primo creditore potuissent conueniri directè, & in *d. l. 3. in antiqua lectura* reijcit opinionem *glosæ,* quatenus actionem, hanc dixerat hypothecariam vtilem.
- 5 Nisi *glosa* intellexerit, quod sit actio personalis competens ratione hypothecæ, vt *Bar.* intelligit *glosam,* eandemque sententiam docet *glosa in d. l. si conuenerit,* quam sequitur *Angel. in l. à Dino Pio, S. sic quoque,* vbi etiam *Imol. & Alex. ff. de re iudic. Paul. de Castr. in d. l. si conuenerit,* vbi explicat, quomodo possit creditori competere etiam vtilis hypothecaria, scilicet in eum casum, quo etiam bona nominis debitoris essent obligata sub hypotheca. Tunc enim aduersus personam debitoris competeret vtilis personalis, & super eius bonis vtilis hypothecaria, quod & dixere *Bart. in d. S. cum pignori, Salic. in d. l. 3. & d. S. cum pignori,* vbi inquit, dari vtilem personalem contra debitorem debitoris, non ex proprio iure, sed ex iure ipsius debitoris.
- 6 Et *Specul. lib. 4. partic. 3. tit. de pignor. num. 10.* docet formam concipiendi libellum, dicens: *Debeo ergo narrare in libello formam obligationis, & postea proponere actionem, quæ directæ competeat debitori,* ibique etiam *Io: Andr., Io: Fab. in S. item Seruiana num. 37. Instit. de act. vers. dicit talis Actor.* vbi etiam formans libellum in hac vtili actione, nilum concludit in hæc

verba: *Quare pesit dictum Reum ad soluendum, & reddendum dicto Actori dictam summam per eum dicto suo debitori debitam.* Idem Speculator. tit. de procuratore, S. sequitur, expressim docet, non esse opus; litem agi contra debitorem principalem, Alex. 35. lib. 3. tit. de solut. resol. 29. num. 5. Gratian. discept. 509. per tot. & à num. 11. Nogueros. num. 4. & 8. vbi ait, ita sepius vidisse in praxi seruari.

7 Differre in hac utili personali hypothecarium à chirographario docet Cuiac. lib. 8. obseru. cap. 19. & in d. l. 3. nu. 3. operum, ibi: *Aget creditor cum debitore debitoris ex speciali nominis hypotheca, vel etiam ex generali, sub qua continentur nomina, l. nomen infra quæ res pign. oblig. poss. & idè rectè l. pen. C. de nouat. significat debitorem debitoris chirographarij non posse conueniri. Nam est aliud in hypothecario.* Et absque aliqua cessione posse creditorem agere hypothecaria utili, susè Præs. Merlin. controu. 60. num. 25. Capyc. dec. 78. num. 3. Montan. controu. 47. per tot. & n. 3. ponit formam libelli his verbis: *Peto per sententiam declarari Seium debitorem Caij in tanta summa illi debita, & illa ad mihi soluendam tantam summam per Caium mihi debitam, ita etiam vult Barbat. de assistent. glos. 10. nu. 55. Staiban. resol. 156. à nu. 12. & Durand. lib. 4. sui specul. par. 3. tit. de pignor. n. 14. dicit libellum fore inceptum, si ita concipiatur: *Peto à te decem, quæ debes debitori meo, ad quod propono actionem hypothecariam,* nam hypothecaria est actio in rem, nec datur, nisi contra possessorem, aut eum, qui dolo desijt possidere, hæc autem dirigitur contra debitorem, estque eadem, qua ille directè tenebatur creditori suo.*

8 Cæterum Cencius de censib. quæst. 67. à num. 59. asserit, quod ad hoc vt creditor census possit exigere redditus à debitore debitoris, non solum requiritur, vt nomen debitoris, seù alter census sit obligatus, sed etiam quod creditori fuerit assignatus, & cessus pro sua satisfactione, cum per hypothecam non acquirit titulum, neque possessionem, Fab. de err. pragmat. decad. 5. err. 10. latè Olea tit. 4. quæst. 4. num. 38. vbi in praxi verius dicit, creditorem aduersus debitorem no-

minis obligati utili personali actione directè agere non posse, nisi simul cum hypotheca nominis cedatur.

9 Quidquid sentiat Olea cum Fabro, & alijs, tenendum ego existimo, creditore recta via agere, posse contra debitorem cessum utili personali, & hypothecaria. Quæ opinio videtur probari ex d. l. postquam la 7. & l. 8. & 9. C. de hered. vel act. vend. vbi creditor hypothecarius comparatur emptori nominis, qui sicut recta via potest agere, ita & creditor cum hypotheca, & ex d. l. si conuenierit, vbi creditori conceditur facultas exigendi à debitore debitoris debitum, & Nogueros. num. 4. inquit, hypothecam nominis non esse eiusdem naturæ, ac aliæ, & quod est veluti cessio debitoris, cuius virtute potest creditum exigere recta via, ac si cessione haberet, & cõcordat Surd. cõfl. 4. n. 38.

Articulus plenissimè discussus fuit, & decifus per S. C. in causa inter D. Ducissam Alexani, & D. Regentem Mirobalum tunc Regium Cunsiliarium. Nam cum fuisset conuenta D. Ducissa per D. Annam Guarinam sororem, vt sibi assignaret portiones debitas super bonis communis patris, non obstante renunciatione per ipsam facta ad beneficium D. Marchionissæ Campiarum matris, quando fuit nuptui tradita dicti D. Regenti ob prætensum defectum causæ finalis, & alias causas. Instituit iudicium Ducissa contra ipsum tunc Dom. Cõsiliarium vti promissorem indemnitis in beneficiu dictæ Marchionissæ, petendo ex iuribus eiusdem Marchionissæ ipsi Ducissæ obligatæ in capitulis matrimonialibus initis cum dicto Duce Alexani sub hypotheca omnium bonorum, eiusque iura exercendo condemnari dictum Cõsiliarium ad sibi soluendum vti creditrici hypothecariæ dictæ Marchionissæ totum, quod ipsemet Cõsiliarius reficere foret obligatus eidem Marchionissæ in casu victoriæ dictæ Annæ eius vxoris.

Exceptit Dom. Cõsiliarius, nullam à Ducissa liquidam actionem haberi contra Marchionissam. Quin multæ allegabantur exceptiones, quibus negabat, ipsum teneri ad refectionem in beneficium dictæ Marchionissæ, vt proindè nul-

lo modo liceret Ducissæ, non condemnata prius Marchionissa præmaturè agere contra ipsum Consiliarium vti præsum nomen debitoris suæ debitoris. Præcipuè, quia Ducissa ipsum cõdemnari petierat in actione personali, quod nullo modo prætendebat licere contra nomen debitoris, non obtenta prius sententia contra principalem debitorem, ex *d.l. 3. de hered. act.* Quidquid esset, quando fuisset intentata actio hypothecaria, quæ negabatur intentata. Vndè Ducissa vti agens sine actione à limine iudicij veniebat excludenda.

E' contrariò replicabat Ducissa, quod ipsa habebat actionem contra matrem, cum hypotheca omnium bonorum ob promissionem factam in capitulis matrimonialibus, vt bona ab ipsa Ducissa in dotem data libera essent, & exempta à quouis onere. Nec posse etiam dubitari. Marchionissam, cum nuptui tradidit Annam, ab ea exegisse renunciationem omnium portionum ad ipsam spectantium, & in casu molestiæ stipulatam fuisse indemnitate à Dom. Consiliario eius viro. Vt proinde cum Ducissa super eisdem bonis esset conuenta ab Anna, fuisset ei concedendus regressus contra Marchionissam matrem, vt ea libera præstaret. Et vice versa eadem Marchionissa actionem esset habitura cõtra Dom. Consiliarium, vt ipsum indemnem redderet à molestia, quæ per contrauentionem Annæ renunciationi per ipsam factæ sibi esset inferenda, & proinde negari non posse, dicebat, quin ipsi vti creditrici hypothecariæ Marchionissæ matris licitum esse, deberet, agere contra ipsum Consiliarium vti debitorem suæ debitoris eadem actione vtili, qua ipse directò à Marchionissa conueniri poterat ex *d.l. nomen*. Ac idè non posse rejici libellum conceptum in actione personali.

Articulo acerrimè disputato ad relationè D. lo: Francisci Marciani tunc Regij Consiliarij fuit ordinatum, quod *Terminus datus cõrreret, separatim tamen ab alia causa inter D. Annam, & Ducissam*. Idque fuit decisum, non tantum licere creditori hypothecario agere vtili actione personali contra debitorem,

debitoris, non condemnato prius debitore principali, sed & istud licere, etiam si ipse contra eundem non haberet actionem liquidam, in qua re allegata fuit *def. 2. Fabri, C. quando Fisc. vel Princeps*, fuereq; expensa verba *text. in d.l. nomen*, ibi: *Vsq; ad id, quod sibi deberi à creditore eius probauerit, & consonant tradita per Merlin. d. quest. 30. lib. 2. à nu. 29. per tot.* vbi circa requisita actionis personalis, scilicèt, quod debitor debitoris fateatur debitum. Secunda, quod principalis debitor fuerit cõdemnatus. Tertio, quod fuerit excussa. Aduertit *Merlinus* non requiri formalem probationem circa primum, & secundum, & circa tertium excussionis hanc cessare in vtili *Saluiano*. & vtili personali, vel per clausulam constituti, vel obligationem Cameralem.

Creditori personali an cõpetat vtilis personalis? Affirmat *Montan. vbi sup.* At videtur deceptus, quia cum eo negotium gestum, nec per se ipsum est, nec per ministerium sui debitoris. Benè tamen si præcedat contra debitorem sententia, & deindè capiatur nomen in executionem iudicati, *l. à Diuo Pio, S. sic quoque, & S. sed vtrum, ff. de re iudic. idq; ex rescripto Dini Pij d. S. sed quoque*, ibi: *Posse enim nomen iure pignori capi Imperator noster rescripsit*. Vndè colligitur ante illud tempus non licuisse. Ideòque ratio cessat, quando creditor nomen habet à debitore suo sibi geueraliter, vel specialiter obligatum, quia tunc per illam pignoris obligationem debitor videtur illi cedere actiones, quas habebat contra suum nomen, & idè acquiritur ei vtilis actio, quam pro nomine contra illud posset exercere ad instar cessionarij, remanente apud debitore actione directæ, inefficaci tamè in cõcursu cessionarij.

Præsertim hodiè, quia in contractibus, & in obligatione bonorum solet apponi clausula, *Cedens, &c. Constituens, &c.* Ad instantiam etiam creditoris potest inhiberi debitori ne soluat suo creditori debitori denūciantis, vt in *d.l. nomen*, ibi: *Nisi ei, cui debuit soluit, nondum certior à te de obligatione sua factus, & ibi DD.*

## ARGUMENTVM.

Cessio an sit iusta, si quis pro annuis scutis 70. pro capitali ducatorum mille debitis cessit annuos redditus pro capitali ducatorum bis mille, quos debet consequi super Communitate, promittens exigibiles, cum pacto de retrocedendo quandocumque soluerit, cedens scutos mille? Laudatur *Rota Romana*.

## S V M M A R I V M.

- 1 **C**essio an sit iniusta si in excambium capitalis ducatorum mille quis cedat sortem duplicatam?
- 2 Pretium iustum dicitur, quo communiter attentis circumstantijs Iudex prudens arbitratur.
- 3 Cessio quanti estimari debet si fiat cum credito minoris quantitatis, melioris tamen qualitatis.
- 4 Cessio facta verò creditoris non subiacet dispositioni, l. per diuersas, Cod. mand.
- 5 Exigibilitate nominis promissa cessionarius non eximitur à diligentijs.

## Q V A E S T. XLV.

- 1 **P**ro annuis ducatis 70. pro eorum capitali ducatorum mille, in quibus erat Titius debitor cessit Caio suo creditori capitale ducatorum bis mille cum suis fructibus debitis à Communitate cuiusdam Terræ cum promissione exigibilitatis, & cum pacto de retrocedendo ad fauorem cedentis quandocumque voluerit soluere dictum capitale ducatorum mille. Ambigitur nunc de iustitia cessionis?
- 2 Pro iustitia punctualis videtur *dec. 44. Rota par. 11. res. num. 8. & seq. ibi: Non enim subsistit obiecta pretij iniustitia ex eo deducta, quod dimidia pars crediti Alemanni excederet summam scutorum mille per ipsum debitam Lotto.*  
Quandoquidem ad constituendum iustum pretium nominis cessi, non est habenda ratio solius debite quantitatis, sed eius ac personarum qualitas, & ceteræ omnes casus circumstantiæ considerari debent. Itaq;

*iustum illius pretium esse censetur, quo his omnibus attentè perpensis cõmuniter vendi posse vir bonus, seu prudens Iudex probabiliter arbitratur, l. 1. §. editiones in fin. vers. nam dies, ubi glos. in verb. summo, ff. de edend. l. circa legem in 1. resp. l. in quantitate, §. magna, vers. in diem relicta, ff. ad l. falcid. Nauar. in manual. cap. 17. num. 231. Mantie. de tac. lib. 2. tit. 12. num. 33.*

- 3 In casu proposito creditum contra Communitatem est minus fructiferum, quia moderati fuerunt census ad rationem ducatorum quinq; pro centenario, & super eis soluitur bonatenentia Terræ. Præterea sunt difficillimæ exactionis. E conuersò creditum contra cedentem est magis fructiferum, quia correspondio est ad rationem annuorum ducatorum septem, & Communitates deducta ad ipsorum beneficium bonatenentia vix soluunt ducatos quattuor annuos. Cedens eximitur à tot diligentijs pro crediti cessi exactione necessaria, quando oportebat promptam facere solutionem. Demum in casu affrancationis ex pacto de retrocedendo purgatur, & tollitur quælibet iniustitiæ suspicio. Quæ omnes circumstantiæ considerantur per *Rotam in d. dec. 44. num. 10. & 11. ibi: Quam attentis in præmissis circumstantijs tanti iuste potuisse in hac facti specie ab ipsis partibus estimari, quanti creditum Lotti licet minoris quantitatis, melioris tamen qualitatis Domini sunt arbitrati, iuxta theor. Cyn. in d. l. si per diuersas num. 3. ibique Bal. num. 28. vers. Vndè totum hoc Iudicis arbitrio moderandum est, Salic. dicens ibi esse communem sub num. 6. C. mandat. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 248.*
- 4 Neque vrget hoc casu dispositio l. per diuersas, C. mand. nam quando verò creditoti fit cessio cessat dispositio, vt habetur in ipso *tex. vers. ex his quascumque, vel creditor, & ibi glos. Cyn. Bar. & Bal. ibi Menoch. d. cas. 129. num. 11. lib. 3.*
- 5 Minus refert, quod cedens promiserit mantinere nomen cessum verum, & exigibilem. Quoniam id non eximit cessionarium omninò à diligentijs necessarijs pro euictione nominis cessi, ad *text. in l. si mandauero sibi, l. 2. §. interdum, ff. mand. Scaccia de camb. §. 2. gl. 5. num. 263. vers.*

*vers. ratio autem*. Minusque à cæteris incommodis supra relatis, quæ iustam præferunt causam diminutionis pretij *Cyriac. controu. 170. à nu. 16. Rota d. dec. 44. num. 12. & seq.* Propensius quia non fuit promissa perpetua exigibilitas, quam proinde satis est, exigibilem fuisse per tres, aut quattuor annos. Quinimò *Rota d. decif. 44.* iudicauit in casu fortiori, quo cedens accessit uti fideiussor, & principaliter, & insolidum debitori cesso.

### ARGUMENTVM.

Cesso annuo canone emphyteutico alicui pro certo pretio, vtrum emphyteuta possit se liberare offerendo idem pretium pro illa emphyteusi, quamuis irredimibili, vel duret irredimibilitas? Sub cessione iuris exigendi canonem an veniant alia iura directi dominij? Quamdiu duret exactio, & deuoluta emphyteusi ob culpam emphyteutæ qualiter consulatur cessionario pro exactione canonis, & quid si deuoluatur, quia finita sit emphyteusis, tanquam ad certum gradum, & certam generationem concessa?

### S V M M A R I V M.

- 1 Cesso iure exigendi canonem irredimibilem pro certo pretio an emphyteuta offerendo pretium se redimere valeat?
- 2 Cessionarius an possit exigere plus, quam soluit?
- 3 Pretium an faciat ad iustitiam, vel iniustitiam cessionis?
- 4 Author refert iudicatum pro emphyteuta.
- 5 Emphyteuta an habeat prælationem vendito directo dominio?
- 6 Cesso canone an veniant iura dominicalia.
- 7 Vna ratio pro opinione negante.
- 8 Deuoluta emphyteusi qualiter consulatur cessionario?

### Q V A E S T. XLVI.

1 **C**esso iure ex causa venditionis percipiendi annum canonem emphyteuticum inaffrancabilem pro certo pretio an possit emphyteuta se redimere pro eodem pretio, vel habeat ius retractus,

& prælationis? Dicendum videtur, quod possit se redimere, quia eatenus ante cessionem non poterat, quia erat inaffrancabilis, modo post cessionem cum certo pretio censetur affrancabilis per estimationem, & venditionem, vnde emphyteuta se potuit liberare.

- 2 Siue dixeris, quod cessionarius, seu emptor actionis non amplius à debitore cesso exigere potuit, quam pretium, quod re vera cedenti numerauit *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 3. p. S. 4. à num. 61. & differ. 109. S. 1. nu. 3. Acosta de priuil. credit. reg. 3. ampl. 1. à num. 8. qui dat alios Andreol. contr. 262. à num. 1.*

Vacillat bene verum hoc fundamentum, quia cedens potest etiam minimo pretio cedere, & idcirco non potest debitor se redimere eodem pretio soluto, quando creditum est certum, ita ex *Filliuccio, Bonacina, Centio, & alijs Noguero. alleg. 37. nu. 60. Salgad. in labyr. credit. 1. par. cap. 13. S. 2. nu. 49.* Mouetur, quia *lab Anastasio, & per diuersas, C. mand.* procedunt in cessionarijs, qui auaritia ducti alienarum litium redemptores efficiuntur, *Rodrig. de reddit. lib. 1. quest. 9. num. 26. ibi: Non enim hoc cedere debet commodo debitoris redditus, nec poterit debitor redimere a Caio eodem pretio, quo Caius per text. in l. per diuersas cum l. seq.*

Vnde emphyteuta non potest pretendere se eximi per solutionem eiusdem quantitatis, cum pretium conuentum non faciat ad iustitiam, vel iniustitiam cessionis, & non probet valorem cessionis, & cum cessionarius repræsentet cedentem, & succedat ad locum illius, utetur etiam illa prærogatiua inaffrancabilitatis canonis.

Comprobatur, quia vbi census minori pretio rectè, & iuste emitur, nulla exceptione repelli potest cessionarius, cum respectu cedentis securus etiam sit, ut plenissimè *Duard. de censib. S. 5. quest. 27. nu. 80. & qu. 13. per tot. Cencius de censib. qu. 108, à num. 20. vbi ex Io. Azor. resoluit, quod si quis census minori pretio emerit, non satisfecit, si debitor se redimere velit, offerendo pretium quod tertius expedit.*

- 3 Pariter quando illegitimo pretio census iam constitutus extra vexandi animum comparatur, quo casu cedenti ius esset di-

cere de læsione remedio, l. 2. C. de rescind. vend. non esset ius debitori cesso aliqua exceptione census venditionem ad iustum pretium reducere, *Noguerol. ubi sup. Olea tit. 6. quæst. 10. num. 61.*

- 4 Quæstionem hanc de cessione canonis perpetui Ego tetigi in *tract. de linea artic. 22. num. 46.* ubi pro affirmatiua opinione scripsi ad fauorem emphiteutæ, ex quo cesso fuit limitata quâritate, & possessori liceat uti iure offerendi aduersus cessionarium, & equidem ita fuit pluries iudicatum in S. C. & ipse vidi exempla, & ex notis facti nullam auctoritatem habui.
- 5 Addi potest, quod emphiteuta habet ius prælationis, si directus dominus vendat proprietatem, & directum dominiû, ve *Amédola in dec. 17. de Franch. Gratian. discept. 149. nu. 6. Cancer. var. lib. 1. cap. 11. n. 51. Consil. Roccus tom. 2. resp. 8. Castill. de vsufr. lib. 1. cap. 94. n. 44.* ita refert decisum *Camill. Salernit. in Consuet. de iur. congr. in fin. ut in mea obser. 17. in dec. Præs. de Fræch.*
- 6 Cesso iure emphiteutico non censetur cessum ius emphiteuticum, seu directum dominium, Vnde *Monter. decis. 35. n. 12.* firmat, alienato censu emphiteutico simpliciter, vel cum omni iure quomodolibet competenti in emphiteusi, sub hac generalitate nec censetur cessum ius declarandæ caducitatis, nisi etiam alienauerit bona emphiteutica.
- 7 Euidenter demonstratur per cessionem canonis emphiteutici non transferri directum dominium, nec iura laudemiorum, quia si concessio fuerit vsque ad certam generationem, vel vsque ad lineam emphiteutæ duratura, & limitata, nonne tunc extincta emphiteusi, & finita, extinguetur etiam ius percipiendi canonem, & vtile dominium consolidabitur cum directo ad beneficium tantummodo directi domini? Ergo distinctum est ius canonis à directi dominijs reseruatione, & sub cessione canonis non venit directum dominium.
- 8 Dices: posito, quod ex culpa emphiteutæ deuolueretur emphiteusis, vel ob non solutionem canonum, & ob deteriorationem, ita vt cessaret corresponso canonis, qualiter consulatur cessionario, vt continuetur solutio? Responde-

tur, posse iterum concedi alteri.

In simili si quis habeat vsufructum iuris percipiendi annum censum, si fiat redemptio census per debitorem censualem, & pecunia iterum collocetur in aliam emptionem, tunc nouus census siue minoris, siue maioris redditus sit, detrimentum, vel commodum cedit periculo, & commodo vsufructuarij, & finito vsufructu si quid commodi prouenit à pecunia in beneficium vsufructuarij cedit, ita contra *Duardum tenet Olea tit. 6. quæst. 6. nu. 23.* Ita pariter si ante nouam concessionem res fuerit penes proprietarium, tunc fructus loco canonis spectabunt ad cessionarium canonis, & proprietarius post deuolutionem pati poterit, emphiteusim manere apud cessionarium, attamen prima concessio fuerit limitata ad certum gradum, vel certam generationem, tunc durabit ius percipiendi canonem vsque ad illum gradum, & illam generationem, & non ultra.

#### ARGUMENTVM.

Cessio iurium, quamuis verbis generalibus concepta, debet tamen restringi ad iuralia qualia habebat cedens? Quid autem si res promissa fuisset libera, & exempta à canone, & seruitute, & deinde fuerit detecta grauata aliquo onere, an tali casu permissum sit cessionario agere de cessione, præsertim si scientiam habebat?

#### SVMMARIVM.

- 1 Cessio iurium generaliter concepta, an restringatur ad talia, qualia?
- 2 Maxime si dictum fuit iura competetia.
- 3 Quid si in cessione adiecta esset promissio libertatis ab omni onere?
- 4 Emens sciens rem oneri obnoxiam cū promissione venditoris, quod illa esset libera, an præsumatur velle emere cum tali onere?
- 5 Qui scienter rem oneri obnoxiam emit, emere censetur ius solum venditoris.

#### QVÆST. XLVII.

- 1 Cessio iurium verbis generalibus concepta, an restringi debeat ad iura





iura talia, qualia penès cedentē de tempore cessionis reperiebātur, & quid si res cessa promissa fuerit libera ab omni canone, & censu, & deindē reperiatu grauatā?

Nupsit Anna vna ex tribus filiabus Petri, quas pater reliquerat in dote scut. 1500. Francisco, & in partem dotis Andreas frater Annæ nomine istius promisit dicto Francisco pro medietate dotis scut. 750. illa soluere in tertia parte domus, & vineæ, quæ per Annam cum duabus alijs sororibus pro indiuiso possidebantur, vel in pecunia numerata ad electionem Francisci sponsi, qui casu, quo elegisset pecuniam, fuit inter partes conuentum, vt respectu dicti capitalis scutorum 750 idem Andreas interim solueret fructus ad rationem sex pro centenario, & è contra Franciscus maritus teneretur curare, quod Anna cederet, & renūciaret eidem Andræ iura sibi competentia super domo, & vinea. Elegit Franciscus satisfieri in pecunia, & Andreas obtinuit cessionem ad sui fauorem de portione domus, & vineæ, quas tam Anna, quàm Franciscus coniuges in actu cessionis promiserunt liberas, & exemptas ab omni onere census, canonis, & alterius seruitutis, & ad ipsos pleno iure utilis dominij, & possessionis spectare asseruerunt. Exindē reperta fuit domus grauatā annuo canone scutorum quattuor fauore Ecclesiæ, & vinea alio canone scut. 22. erga alterum. Andreas prætendit in debitum imputanda scuta soluta pro dictis canonibus, & non teneri ad solutionem dotis.

Pro coniugibus respondendū videtur, quia obligatio ipsorum erat solum de cedendo Andræ iura competentia super domo, & vinea, quæ promissio intelligitur de iuribus, talia qualia de tempore contractus reperiebantur, *l. mulier, ff. qui potior. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 10. num. 6. Alex. conf. 187. nu. 9. lib. 2. Speculat. in tit. de locat. §. neque aliena, quest. 58. Pras. de Franch. decis. 527. num. 2.*

- 2 Multo magis quando dictum fuit, iura competentia, quia dictum participium *competentia*, tanquam præsentis temporis restringit promissionem ad iura, quæ competeabant de tempore contractus,

*glos. in Clem. 1. verb. dignitatib. de præbend. Surd. conf. 135. num. 101.*

- 3 Promissio libertatis ab omni censu, & canone, & alia seruitute in instrumento cessionis intelligi debet de libertate ab oneribus, quæ per contrahentes medio tempore imponi fortasse potuissent, non autem à canone, & alio onere, quo grauatæ reperiebantur dictæ domus, & vinea, nam respectu illorum nulla legitur promissio, sed simpliciter facta obligatio cedendi iura competentia, quæ per cessionem iurium talium qualium sufficienter adimpleta fuit.
- 4 Certius si Andreas recipiens cessionē sciebat domum, & vineam subiectas esse oneribus canonis, stante enim scientia præsumitur tantum emere ius, quod cedens habebat cum accollatione onerū in cessionarium, iuxta *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. l. qui fundū sciens, C. de emet.*
- 5 Regulare est, quod emens scienter rem oneri alicui obnoxiam, ius solum venditoris emisse dicitur *glos. & Bald. in l. 1. C. si pign. pign. datum sit, Mangil. de emet. quest. 106. num. 19. Ludouif. decis. 90. num. 11.* Vndē tali casu de euictione minimè agere permittitur secundum *Castrenf. in l. emptorem, §. qui autem, nu. 3. ff. de act. empt. Mantic. decis. 109. latè Rota decis. 233. p. 1. rec.*

#### A R G V M E N T V M .

*Clausula cedens, &c.* an operetur translationem actionis personalis in emptorem pro pensionibus maturatis ratione fructuum perceptorum ante venditionem? Quid si dicat vëditor in cessione pro pensionibus; quas debet assequi. Latèq; differitur, quando cōpetant pensiones venditori, & quādo emptori etiam maturatę.

#### S V M M A R I V M .

- 1 *Clausula cedens &c. ponens &c. an operetur translationem actionis pro pensionibus ad fauorem emptoris?*
- 2 *Author scripsit in antilogiæ ad Gratian. discept. 20.*
- 3 *Pensiones maturatę ante venditionem, & maturandę post eam quando emptori competant.*

4 Di-

- 4 *Distinguitur inter pensiones.*  
 5 *Conuētio qualiter in dubio sit intelligēda.*

## Q V A E S T. XLVIII.

1 **C**lausula cedens, & ponens in locum suum in venditione per venditorē apposita, an operetur translationem actionis personalis contra conductorem, ad beneficium emptoris pro pensione maturanda pro fructibus perceptis ante venditionem? *Alex. consil. 68. lib. 5.* firmat requiri cessionem specialem imò indiuiduam, ibi: *Cedit omnia, & quacumque iura, & actiones tam reales, quam personales, & quomodolibet competentes in proprietate, & directo dominio contra heredes, & conductores dictæ terra pro annuo affectu.* Et *Costa de port. rata, quæst. 129. num. 10.* ita loquitur. *Ampliatu secundo etiam si in v̄ditiōne esset præinserta clausula cedens &c. quia non intelliguntur cessæ actiones personales, quæ ex se stant* *Curt. iun. consil. 45. lib. 1. nisi verba essent generalia* *Alex. consil. 45. lib. 5. opus est enim speciali reservatione ad fauorem emptoris, alias non potest quidquam prætere de respectu fructuum perceptorum, Caroc. de locat. tit. de success. quæst. 10. num. 18.*

2 In antilog. ad *Gratian. cap. 20. nu. 9.* ego distinctionem adhibui inter pensionem maturandam pro fructibus perceptis ante venditionem, & post venditionem, vt prima spectet ad venditorem, nō obstante dicta clausula. Posterior ad emptorem ex *Costa de port. rat. quæst. 129. nu. 3. Barbac. de diuis. fruct. par. 2. cap. 5.*

3 Pro decisione dubij, ad quem spectet aliquis terminus pensionis, videndum est, ad quem pertinerent fructus, quorū ratione ipsa pensio debita est, nam fructus percepti, dummodò sint separati à solo, adhuc si in fundo existant, spectant ad venditorem, vt *l. 2. C. de act. empt.* & ibi *Bal. Salic. & alij*, & proindè si de tempore, quo facta fuit venditio, fructus erant percepti, pensio eorum ratione debita spectabit ad venditorem, etiam si nōdum cesserit dies solutionis. Et è contra si nō erant percepti, perlinebit ad emptorem, licet cesserit dies destinatæ solutionis, imò etsi actualiter exacta fuisset per ven-

ditorem deberet emptori restitui, *Bar. in l. fin. S. fin. ff. de iur. fisci. Couar. var. cap. 15. nu. 3. Gratian. discep. 20. nu. 46. Costa d. qu. 129. n. 1. Pacion. de locat. cap. 36. nu. 58.*

4 Quatenus fructus percepti sunt pro parte, & pro parte non, tunc debebitur pensio vtriq; pro rata eorundem fructuū, & si fructus percipiuntur dietim, tunc pro rata temporis erit facienda diuisio, *Præs. de Franch. decis. 79.* & ab hac opinione non est recedendum, licet aliqui voluerint pensiones nō exactas reputandas esse pro fructibus pendentibus, & spectare propterea absolutè ad emptorem, vt signantur *Roman. consil. 10. Raudens. resol. 30. nu. 3.* Quidquid sit in *Fisco Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 4. num. 35.*

5 Secus si aliter in venditione fuerit cōuentum, cum venditor posset sibi reseruare pensionem, quæ de iure ad emptorem spectaret, & è contra aliquam cedere, quæ venditori competeret, sed verba debent esse clara, alias in dubio censerentur partes se conformasse cum iuris dispositionibus, & in specie, quod non sufficiat clausula cedens &c. ad huc venditor censeatur cessisse actionem personalem sibi competentem pro pensione debita ratione fructuum perceptorum, vt *Costa vbi sup. & Pacion. nu. 68.* Minusque sufficeret, dictum esse, emptorem debere consequi omnia mobilia, quia non comprehenditur pensio, *Surd. decis. 165. n. 24.* At si expressè dictum esset, debere emptorem assequi pensionem, nō poterit intelligi de futuris tantum, & sic ad debitas de iure ipsi emptori, sed de maturatis, & debitis ipsi venditori, *Surd. decis. 265. num. 22.* vbi allegat *l. Insulam*, & ibi *Bar. ff. locat.* & addit rationem, quia dispositio restringitur ad præsentia, non ad futura. Verum quoad auctoritatem *Bart.* notat per illum *textum*, quod pactum prædictū scilicet deberi pensiones emptori, intelligitur de debitis venditori. Sed *text.* loquitur in alia quæstione, videlicet, vbi venditor pro certa pensione locasset, & cōductor pro alia maiori sublocasset, & decidit, pactum intelligi de minori emptori debita, & non de maiori debita primo conductori, ita *Pacion. num. 68.*

## A R G V M E N T V M .

Sub cessione omnium iurium, & actionum an veniat ius patronatus, vel sub venditione, aut cessione hereditatis? Iuraque, & actiones an veniant sub obligatione, vel alienatione bonorum? Iura, & actiones qualiter sint tertiæ speciei nullam habentes vocem, vel nomen.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iura, & actiones si cedantur, an veniat ius patronatus.
- 2 Distinguitur inter cessionem hereditatis, & inter cessionem omnium iurium.
- 3 Refellitur D. Olea volens venire ius patronatus cum vniuersitate bonorum.
- 4 Sub obligatione bonorum veniunt iura, & actiones, non ius patronatus.
- 5 Nomina debitorum an censeatur cessa?
- 6 Mobilium, & immobilium appellatione, an veniant iura, & actiones?
- 7 Iura, & actiones qualiter sunt tertiæ speciei nullum habentes nomen.

## Q V A E S T. I L.

- 1 **I**Vs patronatus an veniat sub cessione omnium iurium, & actionum in comperto non est, Sub appellatione bonorum non venire ius patronatus, nisi addantur iura, & actiones, firmat *Viuian. de iure patr. par. 1. lib. 4. cap. 4. à nu. 16. Salgad. in labyr. credit. p. 3. cap. 5. num. 19. & 25. Rota decis. 104. par. 12. rec. num. 11.*
- 2 Distinguit alij inter venditionem hereditatis, quæ est ius vniuersale, & cessionem omnium bonorum, & iurium, quod hoc casu vniuersalitas resoluatur in singularitates, & in primo casu ius patronatus transeat cum hereditate vendita, ita *Marescott. var. lib. 2. cap. 53. nu. 9. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 46. Riccius decis. 116. num. 1. & 4. p. 4.*  
Præsertim si adita fuerit prius hereditas, & ex interuallo, vel postea cessa, nam per aditionem radicatum fuit ius patronatus, & non comprehenditur deindè in cessione, seù non transit cum vniuersitate iurium, & actionum, *Bald. consil. 1.*

*nu. 4. lib. 3. Seraph. decis. 725. nu. 1. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 11. & seqq.* Et post aditam hereditatem in illius cessione licet amplissimis verbis concepta ius patronatus non veniat, *Barbos. de offic. Episc. alleg. 71. num. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 25. Rota decis. 166. par. 11. recent. num. 2. & seqq.*

- 3 Vnde non videtur subsistere assertio, *Olea tit. 3. quest. 1. num. 26.* firmantis ius patronatus transire cum vniuersitate bonorum in emptorem, cessionarium, vel donatarium, ex *Labert. de iur. patron. 2. par. lib. 1. quest. 5. artic. 11. & seq. Barbos. d. alleg. 71. num. 2. & 33.* In donatione omnium bonorum, & iurium venire ius patronatus, *Seraph. decis. 725. & Rota in decis. 412. par. 2. rec. & in terminis donationis omnium iurium, decis. 1152. lib. 3. p. 3. diuers.*

Si locaretur hereditas non venit ius patronatus, quia hereditas si locatur, prius adita censetur, & sic remanet locatio rerum hereditariarum, vt in proposito venditionis, *Garz. d. cap. 9. p. 5. nu. 13. & 15.* & locatio, seù venditio resoluitur in suas singularitates, & ius patronatus de per se transferri non potest titulo venditionis, vel locationis, *Pacion. de locat. cap. 11. num. 44.*

- 4 Iura, & actiones tamen veniunt in obligatione bonorum, *l. grege, §. cum pignore, ff. de pignor. l. §. C. qua res pign. Nogus. de pignor. p. 2. membr. 3. nu. 5. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 29. n. 2.* probt etiam iura non modo præsentia, sed etiam futura, *l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. signific. Cyriac. contr. 238. num. 6. Merlin. num. 18.*

Secus est in alienatione, in qua agitur de magno præiudicio, & non veniunt, vt est *text. in l. heredem, cum glos. in verb. actiones suas, ff. mandat.* vbi deducitur, iura, & nomina futura non transire in emptorem hereditatis, & in *lea verò, ff. pro soc.* vbi quod in societate non veniunt nomina debitorum, *Merlin. num. 20.*

- 5 Ampliatur vt sub obligatione bonorum veniant nomina debitorum, & quæ ratur actio sine cessione debitoris, *l. quod procurator ex re 68. & ibi Bar. ff. de procur. Surd. cons. 4. num. 2. Burat. decis. 913.*

Ampliatur, vt sub obligatione bonorum

rum veniant omnes obligationes, hypothecæ, & iura accessoria ipsi obliganti contra bona debitoris ipsius obligantis, *Cyriac. controu. 108. Duran. decis. 40. n. 13.*

6 Diuersa est quæstio, an appellatione mobilium, & immobilium veniant iura, & actiones quando illa hypothecantur? *Affirmat Pinell. in rubr. C. de bon. matern. par. 1. num. 29.* nam si actiones sunt de rebus mobilibus veniunt appellatione mobilium, si de immobilibus appellatione immobilium, *Præs. de Franch. decis. 93. nu. 7. Anna singul. 5. gloss. in l. 1. C. si aduers. transaction. & quia hypotheca sit modici præiudicij.*

7 Actio de per se non est res mobilis, neque immobilis essentialiter, quia est res incorporalis, quæ neque tangi, nec palpari potest; & sunt, qui distinguant actiones ad tertiam quandam speciem, & isti huiusmodi tertiæ speciei nullam dant vocem, vel nomen, cum ergo voce, & nomine careant, vt in commercio esse possint, necesse est, vt accedant alicui ex duabus speciebus, & de illis participant, & ideo concedunt, quod mobilibus, & immobilibus comparentur, videndus, *Merlin. d. quæst. 29. & dec. 112. post Merlin. per tot. vbi ratione dictionis vniuersalis veniant iura, & actiones, certius si geminatum sit signum vniuersale, & videndus Reg. de Ponte cons. 115. nu. 3. & seqq. lib. 2. laudatus per Rotam.*

Iura, & actiones non veniunt appellatione mobilium, & stabilium, stante discretiuo modo loquendi, vt si quis donet mobilia, & stabilia, & iura, & actiones, quia discretiuè constituitur tertia species, *Bar. in l. Centurio num. 28. ff. de vulgat. Oldrad. cons. 219.*

### ARGUMENTVM.

Creditor ex duplici causa si possideat bona debitoris pro credito posteriori, & agat contra tertium possessorem pro anteriori an teneatur cedere iura contra se ipsum, & differat possessor à fideiussore? Quid autem si in pecunia satisfactus fuerit? Conrigit de his disceptari cum alio articulo, vtrum creditor opus habeat nouo libello pro nouis annualitatibus

decursis, si virtute sententiæ per solutionem de primis satisfactus sit? Discutiuntur decisiones *Fontanella.*

### S V M M A R I V M.

- 1 Creditor ex duplici credito de posteriore satisfactus an teneatur possessori cedere iura contra seipsum?
- 2 Cogitur creditor ad cedendum iura possessori, ergo indistinctè ad hæc cessio fit ex causa anerosa.
- 3 Cessionarius dum subingreditur in primū locum, ergo creditor cedit contra se ipsum.
- 4 Recensentur Dec. & alij affirmantes.
- 5 Idem pro fideiussore contra creditorem.
- 6 Differentia inter possessorem, & fideiussorem, & intercessionem.
- 7 Quid si possessor sit anterior creditori pro vno credito?
- 8 Possessor cessionis ratione an possit conuenire alios possessores in solidum?
- 9 Exceptione cedendarum quando possessor repellat creditorem.
- 10 Creditor satisfactus in pecunia pro vno credito, an possessor ei anterior iuuetur illa solutione pro alio credito anteriori?
- 11 Quid si adsit mala fides, & qualis.
- 12 Creditor qui obtinuit pro aliquibus annatis census, an pro nouis opus habeat nouo processu?
- 13 Opinio distinguens *Fontanellæ.*
- 14 Diuersa via discurrit *Author.*
- 15 Resolutio prima quæstionis.

### Q V A E S T. L.

- 1 **C**reditor ex duplici causa, si pro credito posteriori habuit in solutum à debitore quædam bona, & pro anteriori deindè agat contra tertium possessorem *Saluiano*, vel assistentia, vtrum facere debeat hoc casu possessori cessionem iurium etiam contra se ipsum ratione possessionis bonorum à debitore debitorum, & quid si in pecunia satisfactus fuerit de secundo credito?
- 2 *Dec. consil. 104.* per plura fundamenta consuluit, cessionem faciendam esse per creditorem etiam contra se ipsum; nam possessor habet intentionem fundatam in *in l. mulier, ff. qui pot.*, vbi statuitur, iura

iura esse cedenda à creditore etiam contra se possessori offerenti creditum, ergò generaliter intelligendum est etiam contra seipsum cedentem. Præterea cessio fit ex causa onerosa, consequenter debet procedere etiam contra ipsum cedentem, *arg. text. in l. si culpa, ff. de rei vendic. & si reportat cessionem iurium, debet plenam reportare.*

- 3 Rectius quia cessionarius soluendo ingreditur in locum cedentis, sed si creditor non recepisset bona insolventem, potuisset possessor exercere hypothecam aduersus quoscumque possessores, ita etiam dicendum videtur respectu possessoris cessionarij intratis in locum, & ius creditoris.
- 4 Opinionem Decij sequuti sunt Morott. *tract. de iur. offer. num. 5. Carocc. de Mat. quest. 20. Dom. Reg. de Pontic. consil. 82. nu. 27. lib. 1. Addit ad Dec. qui reprobatur Negusantiam in tract. de pignor. par. 5. membr. 3. num. 31. contrarium volentem, & tradit, quod ex ignorantia praxis Negusantius se intricet.*
- 5 Fideiussor si conueniatur à creditore, & huic ille offerat, quod debet debitor adhuc cessionem tenetur facere creditor contra se ipsum, si ex alia posteriori causa consequi debeat, in qua anteriorem tenetur facere fideiussorem, ita Negus. *ubi sup. num. 34. Morott. nu. 65. Carocc. de oblat. quest. 21. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 70. num. 15. & seqq.* dummodo creditum posterius sit hypothecarium, & vel aliud creditum non sit anterius credito, pro quo accessit fideiussor. Quia fideiussor, tempore quo fideiussit, habuit respectum ad omnia bona debitoris hypothecata creditor, & Cynus in l. 2. C. de fideiuss. format casum quando creditor prius accepit fideiussorem, & pignora, & deinde postea iterum cum debitore contraxit eadem recipiendo pignora, hoc casu si creditor conuenit fideiussorem, qui offerat creditum, pro quo intercessit, & petat cedi iura pignoris, non potest dicere creditor, quod offerat secundum creditum, & vult etiam *glos. in d. l. 2.*
- 6 Distinguendum verum enim verò erit inter possessorem, & fideiussorem, ut pro fideiussore vera sit conclusio, ut creditor debeat cedere etiam iura contra se ipsu

ex ratione allegata. Sed aliter in fideiussore, nam vterque scilicet creditor, & possessor suis debet se reualere hypothecis, cum possessor non emerit contemplatione cessionis faciendæ à creditore contemplatione onerum, quæ habebat debitor tempore contracti debiti cum creditore. *Bal. conf. 109. num. 1. lib. 3. Pref. de Franc. dec. 477. nu. 4. Costa de remed. subfid. rem. 36. num. 30. Giurb. dec. 87. nu. 6. Merlin. num. 8. D. Reg. Rouit. decis. 47. nu. 2. Amat. resol. 37. per tot. vbi notat Reg. de Ponte sibi met varium, & differentiam inter possessorem, & fideiussorem ego indicavi in obseruat. ad decis. 477. de Fræch. num. 7. nam possessori fit ex æquitate, & cessio fit cum præseruatiua, dummodo cessio non officiat cedenti, nec directè, nec indirectè, nec in concursu, ut alias dixi, cum hac mente possessor non censeatur acquisiuisse obligationem, ut sibi iura cederentur, sed fideiussor secus contemplatione scilicet beneficij cedendarum.*

- 7 Vndè subdit Merlin. num. 10. quod possessor conuentus quatenus esset anterior pro bonis à creditore possessis posset impetrare cessionem iurium à creditore etiam contra se, *Specul. tit. de renunc. num. 22. vers. sed pone, Io. Fab. in l. iubemus, C. ad Velleian.* Non autem è contra quando creditor super bonis haberet hypothecam aliam anteriorem, quia tunc non tenetur facere cessionem contra se, ita latè Merlin. n. 10. & si aliquantulum obscure loquatur, & clarius *Amat. d. resol. 37.*
- 8 Quando possessor reportat cessionem iurium contra bona debitoris obligata, non poterit conuenire alios possessores pro toto credito in cessione acquisito, sed agere debet dempta sua rata, quia fit locus diuisioni crediti inter compositores, ita *Specul. d. §. 1. per text. in l. cum possessor, ff. de censib.*
- 9 Creditori obstaret exceptio cedendarum actionum opposita per possessorem, si ille possessorem aliquem liberasset lite pendente, quia præsumitur liberatio dolose facta, *Reg. de Pont. nu. 12. Reg. Rouit. num. 3. & dixi d. obseruat. 477. num. 8.*
- 10 Difficultas esset, quando creditor ex duplici causa pro credito posteriori satisfactus fuisset in pecunia, & possessor esset

esset anterior in secundo credito ipsi creditori, vtrum solutio expressè facta per debitorem in causam secundi crediti cedere debeat in causam primi? Dicendum videtur, quod sic, quia non possit creditor ex duplici causa in præiudicium alterius creditoris intermedij solutionem referre ad posteriorem causam ad effectum experiendi creditum antè in alijs bonis in præiudicium intermedij, ratione circuitus, quod scilicet intermedius possit eidem obijcere, quod habet pecunias in manibus ad euitandum circuitum, *Ottobon. decis. 235. nu. 15. Card. de Luca de credit. disc. 43. num. 7.*

Fundare videtur hanc opinionem *Card. de Luca*, quia possessor ex credito suo anteriore auocare posset pecuniam solutam creditori in causam posterioris crediti, & sic intraret ratio inutilis circuitus, & quod creditor petit à possessore, intus, & in manibus habeat, sed aliter est quando posteriori creditori solutio fit in pecunia, nam hæc non est auocabilis per anteriorem creditorem, iuxta magistralem *dec. Afflicti. decis. 190. D. Reg. de Marin. rcf. 71. lib. 1. Salgad. in labyr. cred. p. 1. cap. 10.*

11 Procedere posset beneuerum opinio, si adfuisse mala fides, vel solutio facta non fuisset in statu debitoris valido ex deductis per *Fontanell. de pact. claus. 5. glos. 8. par. 7. num. 67. & seqq. Thesaur. lib. 2. quæst. for. 16. num. 3. Castill. tom. 4. controu. cap. 61. ex num. 78. & tom. 5. cap. 78.* Vel vbi æqualis sit diligètia scilicet possessoris, & creditoris, & solutio prouenerit ex debitoris gratificatione, vt *Fontanell. num. 20. Reg. de Marin. num. 9. Burratt. decis. 687. num. 2. Card. de Luca de credit. discept. 17. num. 96.* vt ita semel in facto nuperrimè habui.

12 Disceptari de pulchro articulo mihi contigit. Casus est. Quidam creditor censualis ex duplici credito pro multis annualitatibus decursis primi crediti nõ solutis se direxit iudicio assistentiæ contra tertium possessorem, qui cum succubisset ad reparandam executionem bonorum soluit annatas debitas, & cù possessor regressum habuisset contra venditorem pro recuperatione quantitatis solutæ, & adhiberet omnes exactas dili-

gentias acriter litigando virtute suarum hypothecarum ex emptione, pro quibus erat anterior creditori in alio credito; interim iste creditor pro secundo credito recepit in solutum quædam bona, & pro maturatis alijs annatis anterioris crediti, experitur contra possessorem eundem, prætendens executiuè procedere ex sententia effectuatâ pro primævis censibus, nec opus habere nouo processu, nec subire novos sumptus pro nouis annualitatibus, cum agat de eadem radicali causa crediti, & inter eandem personas, & præsertim cum sententia pro censibus habeat tractum successiuum, iuxta *decis. 603. Præs. de Franch.*

13 Verius tamen dicebatur, quod creditor instituere debeat nouum processum pro nouis pensionibus, quoties petuntur post compilatum processum, & causam terminatam, ita *Fontanell. decis. 127. n. 8.* ibi: *Indè inoleuit praxis in Senatu absoluerè reum ab obseruatione iudicij remittendo Actorem ad aliud iudicium quoad pensiones, quæ petuntur post denunciationem processus, vt quotidiana praticatur, & signanter in terminis ego vidi declarari.* Aliter quando nouæ annualitates peterentur ante compilationem processus, vt decisum testetur *Gizzarell. decis. 68.* vbi creditor quidam petierat in iudicio contractum rescindi ob tertias non solutas virtute pacti rescissorij in defectum solutionis per duas annatas continuas. Acciderat, quod compilato processu super rescissione debitor soluerat tertias decursas tempore litis motæ, & consequenter purgare moram, sed interim fuerunt decursæ aliæ, quæ etiam sufficiebant ad rescissionem. Instabat creditor ex tertijs lite pendente decursis ferri sententiam, & procedi ad rescissionem. Dicebat debitor, quod illud erat nouum iudicium, & habebat opus nouo libello, & formatione noui processus, quia rescissio fuerat petita ex defectu tertiarum debitarum tempore litis motæ, quæ fuerunt solutæ, & per consequens cessabat iudicium illud, si creditor ex alijs tertijs interim decursis prætendebat rescissionem, debebat nouum iudicium instituere, & audiri ipse debitor iuris ordine seruato per *text.*

in l. non potest, ff. de iudic. Fuit iudicatum, non esse opus nouo libello, neque nouo processu, sed posse debitorem condemnari ex eodem processu, & instantia facta per creditorem ratione tertiarum interim lite pendente decursarum.

Melius distinguit *Fontanell.* in decis. 126. nu. 31. & 32. quod aut opponuntur nouæ exceptiones alias non obiectæ, nec discussæ, & audiendus si reus conuentus, nec derelinquendus sit indefensus per text. in d. l. non potest, aut alia rejectæ fuerunt, & nequeunt iterum opponi.

14 Quidquid autem edisserat *Fontanell.* pleno calamo super articulo proposito, vtrum creditor pro nouis pensionibus opus habeat nouo processu, dico quoties creditor virtute sententiæ exegit census decursos, quia constitutus est in possessione exigendi, tunc in sui marisimo possessorio iudicio manutentionis continuare debet possessionem, seu quasi exigendi, & in dicto iudicio reiiciuntur exceptiones requirentes altiore indaginem, & à decreto de manutenendo non admittitur appellatio, *Rota decis. 20. par. 10. rec.* & de hac re, & commodo quasi possessionis exigendi, latè scripsi in *Gratian. discept. 113.*

15 Descendendo nunc ad resolutionem dubij, quando creditor recepit insolutum bona pro credito posteriori, dum possessor ratione suæ h' pothecæ anterioris potest euincere bona, in hoc casu credita ad inuicem, & hypothecæ sunt diuidendæ, & compensandæ, & bona cedere debent in extinctionem primi crediti, & creditori obstat etiam exceptio cedendarum actionum, vt ex *Merlin. num. 9. & 11.* vbi quod cedit contra seipsum.

#### ARGUMENTVM.

Cedi an possit ius petendi renouationem emphyteusis, vel locationis? Distinguitur ius petendi renouationem, & legata re emphyteutica an censeatur legatum, ius petendi renouationem sine specifica cessione?

#### SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi, vel locatione vsq; ad certas generationes finita potest fieri renouatio.*

- 2 *Quid in locatione ad modicum tempus?*
- 3 *Ius petendi renouationem an possit cedi?*
- 4 *Recensentur verba Gratiani.*
- 5 *Distinguitur inter ius petendi renouationem.*
- 6 *Gabriel. in consil. 84. lib. 2. declaratur.*
- 7 *Legata, vel donata re emphyteutica an censeatur relictum hoc ius?*
- 8 *Opinio Fulginei an sit vera?*

#### Q V A E S T. LI.

- 1 **C**edi an possit ius petendi renouationem emphyteusis, vel conductionis per emphyteutam, vel conductorem ad longum tempus? Pro intelligentia præmittitur, quod descendentes emphyteutæ, vel hæredes finita concessione emphyteusis possunt petere renouationem ex vulgata doctrina *Bar. in l. 1. §. permittitur, ff. de acqu. quotid. & astiu. quæ doctrina est communiter recepta. Clar. S. emphyteusis quæst. 43. Mare Scott. var. lib. 1. cap. 3. num. 1. Iulgin. de iur. emph. tit. de renou. quæst. 1. num. 1. & Gratian. discept. 88. vbi ego in animaduers.*
- 2 Doctrina *Bar.* procedit etiam in locatione ad longum tempus propter identitatem rationis, *Ludouif. decis. 45. num. 1.* post alios *Pacion. de locat. cap. 62. num. 37. & seq.* vbi aliud est in locatione ad modicum tempus, & non fuerint facta meliorameta per conductorem, ita vt huiusmodi conductor ad modicum tempus de sterili fertilem agrum reddiderit, & de inculto, cultum, de qua re videndus *Pacion. à num. 2.* si desint meliorationes præfata, cessat doctrina *Bar.* iuxta *Vela disfert. 13.* & vide, quæ scripsi in *obseru. 406. in Pras. de Fräch.* & in *Gratian. discept. 88.*
- 3 Ius petendi renouationem an sit mere personale, & cedi nequeat, modo quæritur, *Cald. de renou. emphyt. quæst. 13. nu. 1. & seq.* negat, posse cedi; idq; si celsio fiat extraneo, vel alteri remotiori, *Pereir. decis. 128. num. 4.* Id tamen procedit in proximior, qui ad petendam primo loco renouationem admittitur, vt ipse non posset in præiudicium sequentis in gradu alteri cedere, vt *Pacion. num. 106.*
- 4 Dubium est in vltimo conductore, an possit ius hoc petendi renouationem alteri relinquere in præiudicium proximiq.



mioris, & hæredis? Affirmant *Gabriel consil. 78. num. 1. & 12. lib. 2.* & cum eo transit *Gratian. d. cap. 88. num. 42. & 43. ibi: Adde tamen, quod licet renouandus sit in emphyteusim proximior emphyteute propter fauorem qui præstatur melior anti rem emphyteuticam l. congruit, & l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Nihilominus quando primus de re condecenter disposuit, & voluit alium renouari, tunc præferretur agnato, cum iniquum esset, quod agnatus admitteretur ad renouationem contra voluntatem defuncti, cui voluit præferri institutum legando illi eandem rem cum facultate petendi renouationem. Vnde non debet tunc considerari representatio defuncti vel agnati, qui habent voluntatem contrariam expressam defuncti. *Fab. in specie cons. 78. per tot. lib. 2. ubi dicit limitandam doctrinam Bar. in l. 1. §. permittitur de acq. pluuiæ. arc. & iterum comprobatur Gratian. cap. 813. num. 34.**

5 Distinguendum tamen est inter renouationem ex necessitate, & illam, quæ ex æquitate. Primam facit fauor, qui præstatur emphyteutæ, vel conductori, qui rem meliorem fecit, finito enim locationis tempore, debet ei fieri renouatio, vt *Castrenf. cons. 142. num. 1. lib. 2. Gratian. cap. 813.*

Et licet hanc conclusionem in dubiis renouauerit Rota in vna Romana domus 22. Aprilis 1644. coram Coccino dicendo, quod Domini noluerunt confirmare, proût non firmavit, *Bart. in l. quicumque la 2. num. 1. C. de omn. agr. desert. lib. 11. ibi tamen hoc non affirmat, cum sit nimis præiudicialis Dominis directis, & Ecclesijs, & tendat ad destructionem emphyteusis, de cuius naturæ est, vt res concessa melioretur, vt per *Gabriel consil. 84. num. 6. lib. 2.**

Tamen opinio pro renouatione probatur de iure ciuili per *text. in l. quicumque, C. de omn. agr. desert. lib. 11. iuxta Castrenf. in consil. 142. num. 1. lib. 2. & de iure Canonico probatur per textum in cap. ad aures de reb. Eccl. non alien. ubi habetur, posse Prælatorum terras, quæ de siluis extirpatæ sunt arabiles factæ, eis hæreditario iure concedere sub annuo censu tenendas, à quibus suo, vel*

parentum suorum labore constiterit, extirpatas esse, & licet *text.* loquatur per verbum, *possit*, quod est facultatiuum, tamen in hoc casu necessitatem importat *Castrenf. num. 2.*

Alterum ius petendi renouationem non est ratione meliorationum factarum, sed ex quadam æquitate, & congruentia renouandi successoribus, quod concessum fuit temporaliter antecessoribus, iuxta *text. in d. §. permittitur*, & ibi *Bar. 6* Loquitur itaque *Gabriel* de prima specie renouationis ex fauore, qui præstatur primo conductori, qui rem meliorem fecit, & ita etiam *Gratian.*

In casu quo consuluit *Gabriel* aderat legatum rei vna cum facultate petendi renouationem expressè relicta à testatore eidem legatario, & fundat totum ius legatarij in dicta facultate, non autem in legato rei, signum euidentis, quod sensit, hoc non iuuare, vbi non continet dictam facultatem.

7 Emphyteuticam rem si legauit emphyteuta, non censetur legare ius petendi renouationem, etiam si emphyteusis concessa sit ad renouationem, *Alex. consil. 91. num. 11. lib. 1. Pacion. ubi sup. num. 109.*

*Fulgin. de emphyt. tit. de renou. q. 1. nu. 39.* excitat hunc articulum, an legatarius, cui res emphyteutica legata est ab emphyteuta possit petere renouationem, si emphyteusis esset finienda morte ipsius? & distinguit, quod si emphyteusis sit hæreditaria, & possit singularis successor, si autè ex pacto, & prouidentia, & tunc secus.

8 Recedit tamen *Pacionus à Fulgineo* volens, ad hoc vt legatarius possit petere renouationem, opus habeat expressa cessione dictæ facultatis, quia *Gabriel* fundat totum ius legatarij in dicta facultate, non autem in legato rei, signum euidentis, quod sensit hoc non iuuare, vbi non continet dictam facultatem, nec pretendi possit, quod dum testator reliquit rem emphyteuticam, censetur reliquisse facultatem illam petendi renouationem, & allegat *Alexand. consil. 91. num. 11. lib. 1.* loquentem in casu fortiori, in quo concessio erat ad renouandum, & ius petendi renouationem non erat euentuale, sed necessarium.

## ARGUMENTVM.

Sine cessione iurium quando transeat hypotheca creditoris dimissi ad beneficium soluentis pro debitore, an vinculari debeat pecunia in Banco, vel penès tertium, aut requiratur expressa conuentio de subintrando in locum, & hypothecam creditoris, vel sufficiat in possessore soluente ratio præsumptæ intentionis subintrandi? Possessor soluens creditori an subintret ad effectum excipiendi tantum, vel etiam agendi latè discutitur? Expenditur *Montanus* negans conuentionem de subintrando æquipollere cessione contra *Baldum*. Cessio iurium facta per creditorem ad beneficium mutuantis ex interuallo post pecuniam debitori numeratam ex mutuo an valeat? Refertur decisio?

## S V M M A R I V M.

- 1 *Emptor soluens venditori pretium conuentum, quod deinde vertatur in extinctionem creditorum, an subingrediatur in locum ipsorum?*
- 2 *Pecunia mutua si conuertatur in emptionem rei, an mutuans sic potior in illa?*
- 3 *Emptor an debeat vinculare pecuniam in Banco, vel penès tertium, pro creditore venditoris dimittendo?*
- 4 *Emptor, vel possessor bonorum dimittens creditores, an possit se tueri ad effectum excipiendi, & agendi iuribus illorum sine cessione.*
- 5 *Pactum de subintrando an æquipolleat cessioni? Expenduntur Bal. & Montan.*
- 6 *Sensus Authoris.*
- 7 *Cessio iurium facta ex interuallo post numeratam liberè pecuniam mutuam debitori an valeat?*

## Q V A E S T. LII.

1 **S**ine cessione iurium quando transeat hypotheca creditoris dimissi ad beneficium soluentis pro debitore, multoties contingit controuerti, & plures constituantur conclusiones.

Emptor soluens liberè in manu ven-

ditoris, & absque villo pacto subintrandi, si venditor conuertat pretium receptum in extinctionem creditorum anteriorum, tunc quaeritur ius emptori ad effectum retinendi, *Gasp. Thef. lib. 2. quest. for. 36. nu. 3.* post alios *Arias de Mesa lib. 1. cap. 17. per tot. Rota post Merlin. de pign. dec. 93. nu. 13. Andreol. controu. 308. nu. 20.*

Beneuerum *glos. in l. si potioris, C. de bis, qui in prior. cred. loc. & Mantica. de tacit. lib. 16. tit. 19. num. 5. Caluin. de equit. lib. 1. cap. 16. per tot. Amat. resol. 7.* contrarium tenent *Cäcer. lib. 2. var. tit. de solut. quem refert, & sequitur Mantica lib. 11. tit. 26. num. 6.* coram quo iudicatum extitit.

Verior tamen est prima opinio, vt ego latè scripsi in *Gratian. d. disc. 269.* ex traditis per eundem *num. 34.* ibi: *Quando autem effemus in debitore soluente, & etiã cum pecunia emptoris satisfaciente creditoribus suis, non haberent locum ea, quæ supra dicta sunt de refectione, cum illa procedant in emptoribus, qui soluunt dicto creditori, Fulgos. in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.*

Admittenda est præfata sententia, vbi quis liberè mutuat pecuniam ad liberam dispositionem debitoris, qui ex eius libito, ac electione illam conuertat in extinctionem antiqui debiti, nam id non suffragatur datori pecuniæ, *Amat. resol. 7. num. 46.* nam hæc dimissio à casu, non autem prouidentia dantis pecuniam sequuta est, *D. Reg. de Pont. consil. 87. nu. 4. & 14. Gratian. disc. 269. num. 34. Rota post Merlin. de pign. decif. 93. Card. de Luca lib. de credit. disc. 2. num. 4. & seqq.*

2 Simile est de pecunia mutua data simpliciter, si ex electione debitoris conuertatur in emptionem alicuius rei, vel etiam refectionem, nulla resultat potioritas ad fauorem mutuantis in refectionem, vel redemptionem iuxta terminos, *l. interdum, ff. qui potior. & l. licet. C. eod.* Nam vt intret hæc potioritas, requiritur expressa conuentio, ac destinatio, quod scilicet pecunia ad hunc effectum data sit, ita vt nihil intersit, quod concurrat erogatio in refectionem, vel emptionem ex electione debitoris, *Merlin. lib. 3. de pignor. quest. 5. num. 64. Amat. num. 47.*

3 Nullibi autem in iure cautum est, vt pe-

pecunia per emptorem ita vinculari debeat in Banco, vel penes tertium, ut adimatur possibilitas erogandi in alios usus, sed admittitur probatio præsumptiua, seu adminiculatiua deducta ex breuitate temporis inter receptionem, & erogationem, & ex qualitate debitoris, quod verisimiliter aliunde pecuniam non habuerit in eam causam erogatam, ex deductis per *Merlin. d. quæst. 5. D. Præs. Merlin. contr. 26. num. 9. Præs. de Franch. decis. 97.* vbi ego in obseru. & non attenditur contraria possibilitas si desit vinculari datio pecuniæ, sed sufficiat conuentio, ut ad hunc effectum data sit pecunia, quamuis rigorosa cautela vinculari non adsit, *Cardin. de Luca disc. 1. n. 12.* posset tamen contingere casus, quod recipiens pecuniam non erogaret in causam conuentam, idè tutius erit vinculare in Banco, vel penes tertium.

Emptor, vel possessor rei hypothecatae soluens anterioribus potest se tueri à iure exceptionis, etiam si iura, & actiones sibi cedi non curauit, *Arias de Mesa d. cap. 17. per tet. Andreol. n. 12. Theaur. num. 2. Buratt. & Add. ad decis. 420.*

4 Tradit in hac specie *Card. de Luca disc. 2. num. 6.* quod vbi talis dimittens titulo emptionis, vel altero esset possessor bonorum, quæ hypothecis, & creditoribus alterius affecta esse, sciat, resultat præsumpta probatio animi, seu intentionis soluendi, ita ut cum iuribus dimissi creditoris possit se tueri, & cum hoc præsupposito loquantur iura in *l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & l. eum qui, ff. qui portor. & Mantic. lib. 11. tit. 29. num. 1. & 5. Mesa cap. 17. num. 1. Gratian. discept. 734. Merlin. lib. 4. quæst. 44. nu. 8. & Cardin. de Luca subiungit: Adeò ut ista præsumptio, quam lex in possessore inducit, vel subintelligit equipolleat conuentioni expressa credendi in istam causam animo subintrandi. Et quando de tempore, quod anterioris dimissio facta est, expressa conuentio inira non sit, neque dimittens possideat, tunc ipse efficitur creditor debitoris, pro quo soluit actione de in rem verso, vel negotiorum gestorum, vel actione personali. Vnde si postmodum ex intervallo contingat ipsum*

effici possessorem, non exindè prætendi poterit reassumptio iurium primi creditoris iam extinctorum, vel præsumptio dicti animi, qui de tempore dimissionis nec expressus, nec præsumptus aderat.

Dubitatio ex supradictis oritur, an possessor soluens anterioribus nedum ad effectum retinendi, verum etiam agendi subintret in locum anteriorum dimissorum, dum lex intelligat in possessore possessionis ratione animum subintrandi, ac si expressa adesset conuentio credendi in ipsam causam animo subintrandi iuxta ea, quæ tradit *Cardin. de Luca disc. 2. num. 6.*

Emptor si pretium soluat creditori ad finem subingrediendi, vel pretium soluat venditori, non expressa conuentione de soluendo creditoribus, & eis dimittendis ad finem subingrediendis certum est, quod iuuabitur iuribus eorum ad finem excipiendi. Ad finem autem agendi quando extraneus mutuatur debitori, ut soluat creditori, & subingrediat in locum primi, debet quoque pacisci de hypotheca, *l. Aristo, ff. qua res pign. vel oblig. poss. ibi: In ius pignoris succedere non posse, qui nil conuenit sibi de pignore.* Fit enim subingressio ex dispositione legis absque cessione, dummodò sit creditor cum hypotheca is, qui soluit, vel si non sit creditor cum hypotheca soluat, & paciscatur cum debitore de subingrediendo, & hypotheca, vel obtineat cessionem, ita *Montan. contr. 64.*

5 Contrarium videtur dicere *Bal. in d. l. Aristo in lectura antiqua sub num. 1. in vers. quod non possum ex mea persona, possum ex aliena persona, & ex iure cesso ab homine, vel à iure, & in fine dat cautelam, dicens: Fac apponi pactum, quod succedat in locum primi, & sufficit, ac si haberet ius cessum.* Igitur pactum, & cessio etsi inter se distinguantur, nihilominus æquiparantur, ergò quodlibet prædictorum ex se operatur subingressionem in locum creditoris.

Certa ab incertis separando, illud certum est, quod ad hoc ut emptor, vel possessor succedat in locum primi creditoris, dum soluit ex pretio rei debitoris, requiritur pactum expressum, quod iura

cedantur, vt in *d.l. Aristo*, ibi: *Etiam si ita contractum sit, vt antecedens dimitteretur, non aliter in ius pignoris succedat, nisi conuenerit, vt sibi eadem res obligata esset, Merlin.lib.4. quest.44.num.6.*

Tota itaque difficultas est, an pactum de subintrando operetur ad finem excipiendi, vel etiam agendi, quia nihil de hypotheca sit conuentum, scilicet de subintrando in hypothecas anteriorum? Quidquid inuoluat *Montanus*, dicendum videtur iuxta *Bal.in l. Aristo*, pactum de subintrando operari cessionem etiam ad finem agendi, nam pactum de subintrando cessionem aequipollet, ita *Card.de Luca disc.2.num.3.& 5.*

6 Cessante pacto de subintrando, & firmus in possessore solvente anterioribus, & tunc praesumptio animi, siue intentionis soluendi anterioribus, vt ita cum iuribus dimissorum creditorum possit se tueri possessor ad finem excipiendi, ego libens, & volens nolens concedo. Ad finem agendi nego iuxta ea, quae tradit *Card.de Luca d.disc.2.num.6.* ibi: *Ita vt ista praesumptio probatio, quam lex in possessore inducit, vel subintelligit, aequipollet conventionis expressae credendi in istam causam animo subintrandi.* Id enim salua reuerentia *Cardin. de Luca* non admitterem, argumento etiam a simili de credente pecuniam ad rem emendam, quia res empta non censetur hypothecata, si de ea non fuit conuentum.

7 Affinis est quaestio: an pactum, quod pecunia solvatur creditori, qui cedere habeat iura, fieri debeat tempore pecuniae mutuatae, vel sufficiat fieri post?

Mutuauit Petrus ducatos mille Paulo absque pacto, quod soluantur Ioanni creditori hypothecario Pauli cassis iuribus in beneficium sui: deinde pecunia existente in Banco depositata per mutuante per apocam Banci datam. Comparuit Petrus mutuans in M. C. V. petens pecuniam praedictam non liberari Ioanni creditori, nisi cassis iuribus per creditorem in beneficium ipsius mutuatoris, & decreto M. C. fuit prouisum, quod liberetur cassis iuribus, & cessio facta fuit. Dixere alij creditores cessionem nullam; quia pactum de soluenda

pecunia cum cessione iurium apponi debebat tempore pecuniae mutuatae, quod cum factum non fuerit, pecunia transiit libera in recipientem, & in locum primi creditoris non successit Petrus mutuans, *l. 1. iuncta glos. C. de his, qui in prim. credit. loc. succed. & l. si ventri, S. peruenisse, ff. de priuil. credit.* vbi fit distinctio, an ex interuallo solutio facta sit per debitorem creditori.

Contrarium suadet ex eo; nam catenus solutio creditori debet fieri statim per mutuatarium, quatenus si fiat ex interuallo, non potest iure constare de identitate pecuniae, an scilicet debitor soluerit pecuniam sibi datam ab eo, qui vult subingredi in locum creditoris, an vero suam propriam pecuniam soluerit, & ideò dicitur attendendum esse tempus solutionis, cum si non post aliquod interuallum soluerit debitor creditori, praesumetur soluisse pecuniam sibi datam ab eo, qui vult subingredi in locum creditoris, & si post aliquod interuallum soluerit, potuit aliam pecuniam acquirere, & ideò *Iurisconsultus* attendit interuallum temporis inter numerationem factam debitori, & a debitore creditori. Vnde non est de essentia subingressionis dominium pecuniae tempore solutionis factae creditori esse in posse eius, qui vult subingredi, dummodò constet identitas pecuniae, quae soluitur creditori, illius fuisse, qui vult subingredi: In casu proposito constabat ex libris Banci, quia pecunia per Bancum non fuerat numerata debitori, sed per mutuante data fuit apoca ad Bancum.

Præterea dicebatur, dato quod fuisset purum mutuum sine vinculo, ex interuallo potuit auuocari per mutuante, dum cogi potuit mutuatarium ad restitutionem, & consequenter supplendo Iudex factum debitoris decernere rectè potuit, vt fieret cessio de pecunia siue a cessionario obuenta directe soluta cedenti, siue mediante persona debitoris, ita per hæc defendit *Montan. controu. 64. per tot.* Qui tamen *num. 9.* refert contrarium iudicatum, scilicet cessionem non prodesse cessionario.

## ARGUMENTVM.

Frater debitor fratris an possit carcerari ad instantiam fratris, vel cessionarij ex causa onerosa fratris? Diuersæ adhibentur distinctiones quando frater ageret de euitanda personali districtione, & esset diues, vel de congrua alimentaria, aut de causa onerosa, vel lucratiua, aut sit æquè pauper creditor. Noua dubitatio vtrum frater creditor cedens cum cessionario possit liquidare instrumentum? Exceptio, *tu cessisti ius tuum*, an impediatur liquidationem instrumenti?

## S V M M A R I V M.

- 1 *Frater non potest carcerari ad instantiam fratris creditoris.*
- 2 *Distinguitur an frater debitor tractet de euitanda districtione personali, & quid si diues sit.*
- 3 *Quid si agatur de reseruatione congrue alimentaria.*
- 4 *Creditor frater si æquè pauper sit non tenetur ad alimenta.*
- 5 *Quid si tractetur de debito ex liberalitate, & concurrat ex utraque parte paupertas.*
- 6 *Fratri an competat exceptio ne carcerari valeat, vel deducto ne egeat contra cessionarium fratris?*
- 7 *Varie distinctiones adducuntur.*
- 8 *Frater cedens cum cessionario an possit liquidare instrumentum contra fratrem?*
- 9 *Exceptio, tu cessisti ius tuum, an impediatur liquidationem instrumenti?*

## Q V A E S T. LIII.

**F**Rater, qui nequit carcerari ad instantiam fratris cedentis, an possit ad instantiam cessionarij ex causa onerosa?

- 1 Conclusio communiter recepta est, non posse fratrem carcerari ad instantiam fratris, vt resoluunt *Theſaur. decis. 119. & 153. Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. num. 10. Olea tit. 6. quæst. 11. num. 41.* vbi hanc æquiore dicit, reiectis *Bacza, & Hering.* & iuxta primam conclusionem, *Giurb. decis. 45.* & alij, quos refert, & se-

quitur *Card. de Luca lib. de cred. disc. 121. num. 6.* vbi quod frater non conuenitur insoludum, sed beneficio deducto ne egeat, gaudet.

- 2 Rectius distingui potest, quod aut agitur ad effectum, ne frater detrudatur in carcerem, vel recurrat ad miserabile beneficium cessionis bonorum absq; tamen reseruatione congruæ alimentariæ, & tunc non impedita executione in bonis, quæ adsunt, agatur ad finem euitandi districtionem personalem, & non carceratur frater indistinctè, etiam quod frater sit æquè pauper, nam districtio personalis dicitur quædam luitio in corpore, ita *Cardin. de Luca nu. 9.* ob rationem charitatis, vel sanguinis.

Nisi frater esset pertinax, & diues, nam ratione huius circumstantiæ aliter dicitur ex *decis. 165.* post *Zacchiam de oblig. Camer.* vbi processum fuit contra fratrem etiam ad relaxationem censurarum, quæ important quid magis, quam carceratio ob illaque ationem animæ, quæ nobilior est corpore.

- 3 Aut agitur ad effectum congruæ alimentariæ, & tunc distinguitur, vel debitum prouenit ex causa onerosa, & correspectiua, vt etiam in dote loco portio- nis sorori debitæ in successione parentis, vel simili causa, & tunc decisio pendet à qualitate creditoris, & debitoris respectiue, vtrum scilicet intret ratio circuitus necnè, ob quam istud beneficium conceditur fratri, cui per fratrem idoneum debita sunt alimenta, quoniam circuitus inanis esset, eum insoludum conuenire, & exindè alimenta de proprio suppeditare, & consequenter huic beneficio locus est, ita iudicatum de anno 1669. & 1671. in Rota refert *Card. de Luca num. 17.*

- 4 Si creditor sit etiam pauper, ideòque non obligatus ad alimenta, cessabit absque dubio hoc beneficium, dum in pari causa potior esse debet conditio creditoris, nam charitas incipit à se ipso, *Castagn. in tract. deduct. ne egeat quæst. 1. fallent. 4.*

- 5 Aut agitur de debito ex beneuolentiâ, & liberalitate, & tunc indistinctè pro dicti beneficij competentia respon-

den

- dendum venit, dum ratio duplex concurrat, vna sanguinis, & altera gratitudinis, & obligationis, quam donatarius habet alendi donatorem, quamuis creditor esset æquè pauper, pro debitore potius respondendum videtur, nam tunc in oppositum res se habet, dum creditor tractat de lucro captando, debitor autem de damno vitando, ità *Card. de Luca num. 14. & seq.* vbi id restringit respectu viri, cui pro vxore per fratrem dos promissa sit, quia maritus fouet causam onerosam.
- 6 Deueniendo ad quæstionem, si frater cedat creditum suum contra fratrem alteri, an possit carcerari frater debitor ad instantiam cessionarij, in quo deficiat ratio fraternitatis? *Cancer. par. 2. var. cap. 3. à num. 98.* concedit in cessionario ex causa onerosa, & negat si ex causa lucratiua, *Cutell. de don. contempl. matrim. tract. 1. disc. 2. p. 10. num. 68.* idem tenet si pro debito vxoris adiudicetur creditori creditum vxoris contra virum, vt ad instantiam adiudicatarij ex causa onerosa carcerari possit maritus, licet non posset ad instantiam hæredum vxoris.
- De stricto iuris rigore veram esse hæc distinctionem agnoscit *Olea tit. 6. Miscellan. num. 46.* Attamen ait non sine dubio esse, ex traditis per *Vrsill. ad Afflict. decis. 74. num. 3. Tondut. de prauent. cap. 42. num. 8. p. 1.*
- 7 Coincidit altera difficultas, si frater peteret congruam alimentariam à fratre, & ageret pro alimentis excipiendo etiam non teneri, nisi deducto ne egeat, vtrum cessionarius cogatur defendere cedentem in causa conuentionis? *Faber lib. 12. coniect. cap. 10. per tot.* distinguit, an cessionarius agat nomine cedentis exercendo directas actiones, & affirmat. Secus si ageret vtilibus. Nisi cessio in fraudem esset, & idem volunt *Donell. lib. 18. comment. cap. 13. Cald. de empt. cap. 24. num. 29.*
- Aliter distinguit *Olea tit. 7. quest. 4.* vt cessionarius ex causa onerosa non teneatur defendere, vel ex causa necessaria, & cessio in fraudem facta non præsumitur *Baron. de citat. in addit. ad quest. 38. num. 68. tom. 2. Olea num. 23.*
- 8 Nuperrimè controuersum fuit: an liquidatio instrumenti via ritus per sororem cedentem vna cum cessionario extraneo ex causa onerosa possit fieri contra fratrem debitorem cessum? Ratio pro fratre est, quia ad instantiam fratris, vel sororis non potest liquidari via ritus contra fratrem ex ratione adducta, nam frater gaudet beneficio deducto ne egeat, & nequit carcerari ad instantiam fratris, ex *Giurb. decis. 45. & dixi in obs. 366. Pras. de Franch. in fine.*
- Melius dicitur, quia liquidatio instrumenti non potest fieri per cessionarium, vt *Galter. de liquid. instr. cap. p. 2. p. rubr. aduertat credit. ad person. suam num. 23. Montan. controu. 43. nu. 7.* quia iudicium prædictum est exorbitans à iure communi, & ritus *M. C. 166.* loquitur de creditore, qui propriè est, habens directas actiones, qualis est cedens, *Montan. vbi sup.* Vnde licet praxis seruet liquidationem fieri ad instantiam vtriusque, attenditur tamen persona cedentis, & illa sit potentior pro liquidatione facienda, *l. queritur, ff. de stat. homin. vbi mixtum denominatur ab extremo fortiori, & potentior trahit ad se debiliorem.*
- Adhæc potest esse fraus in cessione, quo casu locum habet beneficium ad fauorem fratris, & licet non præsumatur, nihilominus Iudex poterit inclinare ad opinionem mitiorem pro fratre, & ita nunc iudicatum fuit in *S. C.* vbi moderata fuit pronuntiatio liquidationis factæ in *M. C.* contra fratrem debitorem cessum. Argui posset in contrarium, quia in concursu cum cedente ratione vtilium præfertur cessionarius, ideò dici potest potentior causa. Accedit, quia cessio si fiat in ampla forma eam clausula ponens, &c. *constituens, &c. nihil sibi reseruans, &c.* actiones directæ remanet inutiles, & cedens materialiter se habet, vt dixi *quest. 31. num. 11.*
- 9 Exceptio tu cessisti ius tuum, seu cessionis factæ an impediatur liquidationem instrumenti ad instantiam cedentis, vel aliud iudicium executiuum, siue ordinarium per cedentem motum? Scripsi de hac re in *quest. 24. nu. 6. Galter. in d. rubr. aduent. credit. nu. 29.* firmat quod sic, cum non

non interfit cedentis stante cessione alteri facta, cui competit utilis actio, ex *glos. & Bar. in l. seruus, ff. de seru. export.*

Quæstio hæc dependet à difficiliore in hac materia, scilicet, an cedens post cessionem aliquid efficere possit in præiudicium cessionarij exigendo, confitendo, agendo, & transigendo, si non interuenerit vnum ex requisitis, *l. 3. C. de nouat. Olea tit. 8. quæst. 2. num. 12.* concludit posse cedentem agere post cessionem, & exceptionem factæ cessionis non obstare, si cessio facta sit ad commodum cedentis, nempe solutionis causa si non interuenerit vnum ex dictis requisitis, *l. 3. Duran. decis. 99. D. R. de Marin. ad Reuert. obser. 290.* in dicto casu potest exigere, prout agere in iudicio potest, *Noguerol. alleg. 14. à num. 142. D. Pres. Merlin. controu. 31. lib. 2. num. 9. & 38. Olea num. 15.*

Rectius dicitur, quod hæc quæstio dependeat ab illa, an debitor, qui aliunde quam ex tribus modis relatis in *d. l. 3.* scientiam habuit cessionis, vel obligationis nominis rectè soluat creditori suo? quia dum opponitur exceptio cessionis factæ, in necessarium antecedens præsupponitur scientia cessionis, & sufficere indistinctè volunt *Carleual. de iudic. lib. 3. disp. 26. à num. 8. Fachin. lib. 3. contr. 94. Cenc. de cens. quæst. 106. num. 35.* & alij, quos refert *Olea num. 17.* vbi contrariam amplexatur opinionem cum *Gait. Alex. 55. & alijs.*

Ego conciliandas opiniones existimo, aut cessio sit in ampla forma cum illis clausulis, *constituens &c. ponens &c.* quia tunc nihil sibi referuat cedens, & actiones proindè directæ remanent inutiles, inefficaces, & qualibet scientia sufficiat, & cedens agere nequit *Olea n. 17. & 29.*

Idem si testator legat alicui, quod Titius sibi debet, nam si hæres agat contra Titium, potest repelli doli mali exceptione, quia actio directa hæredi competens est inutilis, & inefficax, ex quo testator videtur, debitorem ab hærede liberasse, *l. si pecunia, ff. de leg. 1. Cald. de empt. & vendit. cap. 24. nu. 46. Olea nu. 17.*

Quando igitur penes cedentem remanserunt inutiles actiones, vel ob amplitudinem cessionis, vel per cessionem

ex necessitate, vt in hæredes rogato restituere, & in procuratore, qui actionem acquisiisset nomine Domini, nam per actionem mandati potest compelli ad cedendum, *l. possessio, S. & si possessio, ff. de acquiren. possess.* in his casibus potest opponi exceptio, *tu cessisti ius tuum*: Si autem cessio facta sit ad commodum cessionarij, quod est quando commodum est sibi remansurum, licet facta sit ex causa emptionis, & sic vertitur commodum etiam cedentis quantum ad pretium, sed non est curandum, tunc qualitercumque sciat cessionem debitor cessus, etiam nõ ab ipso cessionario per aliquem de modis in *d. l. 3.* tunc debitor non potest nocere cessionario, nec etiam per solutionem, quamuis remaneret in danno, nam sibi imputat debitor, postquam sciebat cessionem, ita *Paul. de Castr. l. facta si hæres, num. 4. ff. ad Trebell.* qui in fine ita loquitur. *Liga ista ad digitum, quia illuminant tibi intellectum circa istum passum, in quo Doctores confusissimè, & diffusissimè loquuntur, videre modo, qua quotidie veniunt in factu.* Vnde debitor impedit cedentem opponendo exceptionem cessionis alteri factæ, & docet *Bar. l. facta, S. si res, num. 3. ff. ad Trebell.* & ita resoluedum existimo, quidquid cum nonnullis velit *Olea.*

#### ARGUMENTVM.

Regale, quod habet Princeps tempore necessitatis, vt possit capere plaustra, & naues subditorum, & vti bonis eorum, explicatur, & an sit cessibile? Declarantur clausulæ concessionis facultatis, quam habent Barones in inuestituris? Vita militia an cedi possit absque Affensu? Similiter an actio pro paragio, & cessionarius sine assensu agere possit deuoluto feudo?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Regale iuris capiendi subditorum bona tempore necessitatis subditorum explicatur.
- 2 Cessibile an sit huiusmodi ius?
- 3 Differentiæ inter Regale Regis, & ius, quod habent Barones.

P

4 Vi-



- 4 Vita militia an sit cessibilis sint assensu?  
 5 Sine assensu accedi possit actio pro paragio?  
 6 Pro paragio que actio competat.

## Q V A E S T. LIV.

DE Regalibus est, quod Princeps ob utilitatem publicam possit necessitatis tempore capere plaustra, & naues subditorum, & uti bonis eorum soluta tamen mercede, & loerio, & necessitate publica urgente, si pecuniam non habet, capiet absque pretio, faciet deinde contribui à cæteris subditis, si ex redditibus Regijs non poterit satisfacere. Præterea quoties publica necessitas urget, cogit omnes subditos etiam non solitos locare, & capit omnia plaustra, naues, & animalia ad portandum lignamina galearum, cæteraque necessaria ad usum militiæ, & defensionis Regni, nedum intra Regnum, sed etiam extra, & id toties, quoties opus erit, & ad eundem finem potest uti cæteris rebus subditorum, ut incidere lignamina in nemoribus priuatorum ad conficiendas triremes, capere seruos alienos ad remigium, si voluntarios remiges non inueniat, vel bona propria non habeat ad dictos vsus necessaria, nec redditus Regni sufficiant, ita latè *Montan. tractat. de Regal. tit. & plaustrorum, & nauium præstationes, per tot. Qui num. 3. ait*, quod dum Rex soluit mercedem, & loerium, temperare debet hanc potestatem, ut capiat prius à solitis locare, & in defectum cogat cæteros.

Cedi non potest alteri hoc Regale capiendi naues, plaustra, & animalia non solita locari, quia in primo casu, quo urget publica necessitas, concurrat interesse populi, qui ad publicam utilitatem præstat, & per consequens eorundem met præstantium, non ad particularem eius, qui præstat. Quo fit ut clausula solita apponi in inuestituris cum iumentorum, plaustrorum, nauiumque præstationibus non transfert in Baronem concessionarium eandem potestatem cogendi, prout est penes Regem. Hinc Barones non cogent, nisi solitos locare, & tempore habili, quando vassallus non vacat proprijs negotijs, cogentur soliti locare,

& habiles iuxta personarum conditionem, & tempore habili, scilicet ut si aliquis solitus locare vacet hodie rebus suis, non poterit cogi à Barone locare hoc tempore, ita ex *Luca de Renna in l. 2. C. de constor. lib. 12. & Bal. in l. Præses, C. de seruit, Capiblanco de Baron. pragmat. 16. num. 19. & 20. & Montan. num. 2.* & quod soluatur stipendium intra feudum, prout est solitum inter ciues, extra feudum, prout soluit Rex, quando indiget, ut in *pragmat. 1. de salar. cor. qui mitt. pro seruit. Reg. Curia.*

Pariter quod soliti conducere alienas terras ad culturam semini cogantur conducere terras feudi sub eo tamen canone, prout consuetum est, conducere alienas terras, *Luc. de Peña in l. generali, C. decurfor. lib. 11. in l. quisquis, C. de metall. lib. 12.* Dummodò non fiat vassallorum peior conditio, ut si terræ feudales non essent ita fructuosæ, & vberes, & Baro vellet pensionem præstari solitam pro terris fertilibus, sed tantum habent Barones prælationem, ita decisum testatur *Capibl. nu. 20.* Est enim totum id conueniens rationi, ut vassallus absque suo dispendio locet potius domino, quam extero, idque si denegarent, ex malitia, & æmulatione denegarent, quibus obuiandum est, ut probat *Capibl. ubi sup.* Hæc igitur coactio vassallorum solitorum locare ad locandum Baronibus dominis suis operas personales, currus, & animalia eorum non est eadem coactio, quam fecit Rex subditis suis, quia illa est ad propriam utilitatem eorum. Hæc Regis est ad communem, & per consequens etiam præstantium.

Vita militia an cedi possit absque assensu apud *Nestrates* controuertitur, & requiri, tradit *Montan. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, nu. 138. circa fin. de prohib. feud. alien.* E' contrariò negant *Capan. de vita militia quest. 41. num. 5. & Bottilier. de success. tit. de vita militia quest. 114. per tot.* ex eo, quod nullum hodie præstetur seruitium per eum, cui debetur vita militia. An autem valeat ius vitæ militiæ, vel commoditas cedi, & ius cessum desinat morte cedentis, videndus *Bottilier.*

5 Similis est quæstio, an actio pro paraggio super feudo cedi possit sine assensu? *Præf. de Franch. dec. 119.* ait primis temporibus fuisse decisum affirmatiuè, quia actio cessa est personalis.

Contrarium tenet *Montan. ubi sup. num. 143. cum seqq.* scilicèt, quod necessarius sit assensus in cessione translatiua paragij super feudis, & explodit rationem ex aduerso adductam, & tenet, quod non sit actio simplex personalis, sed in rem scripta, quæ sequitur quemcumq; feudi possessorem, & ad petendum feudum ex causa obligationis.

6 An competat actio in rem scripta? *Præf. de Franch. num. 22.* affirmat, si non adsint alia bona hæredis, in quibus possit esse consultum, ita vt tertius possessor feudi teneatur in subsidium condemnato priùs hærede facta discussione bonorum paternorum audito tertio, possessore, *Theodor. allegat. 7. num. 7.* pleno calamo *Prat. discept. 48. lib. 1.* quæ actio in rem scripta competit super fructibus feudi ad consequendam simplicem tenuitatem, quæ est simplex, & allodialis, & non potest agi pro alienatione feudi, vt *Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 91. nu. 2.*

Difficultas est, quando esset deuolutum feudum ad Fiscum ob lineam finitam, an cessionarius pro paraggio sine assensu agere posset contra feudum? In isto casu deficiente assensu in cessione difficulter obtinere poterit cessionarius, ex traditis in *tract. de linea legali, tit. 7. de linea finita in feudis, num. 121. & seq.*

#### ARGUMENTVM.

Fideiussor cassis iuribus an possit repetere insolidum à confideiussore, vel quolibet eorum? Quæstio diuiditur in duas inspectiones, & expenditur *Ill. Episc. Borgia.* Reijcitur distinctio, an fideiussor agat vt merus tertius, vel vt fideiussor, & cessionarius. Possessor soluens creditori, an possit insolidum agere cassis iuribus contra aliquem ex possessoribus?

#### SVMMA RIVM.

1 Fideiussor integrum debitum soluens, an cassis iuribus solidum repetat à confideiussoribus?

2 Olea asserit cessionem faciendam esse dempta rata?

3 Cessio an possit fieri insolidum, si beneficio diuisionis non sit renunciatum?

4 Cessionem insolidum fieri posse per creditorem, Author sentit contra Olcam.

5 In duas inspectiones scinditur quæstio aduersus Episc. D. Borgiam.

6 Indicatur difficultas quæstionis.

7 Fideiussor si vti tertius cessionem reportauit, solidum repetit, aliud si vti fideiussor.

8 Reijcitur distinctio, & fideiussor agat dempta sua parte contra confideiussorem, si vnus sit.

9 Discursus Card. de Luca.

10 Quid si fideiussor agat contra vnum ex confideiussoribus?

11 Possessor an cassis iuribus repetat solidum ab alijs.

#### Q V A E S T. LV.

1 Fideiussor integrum debitum creditori soluens, & cessionem iurium reportans, an possit totum repetere à confideiussore, sicut potuisset cedens sæpè contingit in praxi dubitari.

Ne in æquiuoco versemur, huius dubij propositio supponit, creditorem insolidum actiones suas cedere debere, nam si pro rata cessæ essent, frustra quæreremus an insolidum agere posset. Insolidumque creditorem suas actiones cedere debere, cum cedere debeat ius, quale ipse habet post *Bar. in l. Modestinus, num. 10. ff. de solut. Amat. resolut. 37. nu. 42. & seq. Cancer. var. p. 2. cap. 5. nu. 32.*

2 Sic accipit beneuerū Olea *tit. 5. quæst. 5. num. 7.* vt non insolidum, prout à principio ius creditor habebat, cedere teneatur, ita vt pro ea parte, quæ ad soluentem spectabat actiones eis cedat, tantum insolidum pro cæteris portionibus, quæ ad alios debitores pertinent. Exemplificando sic. Finge tres esse fideiussores, vel correos, quorum vnus conuentus solidum, hoc est integra tercentum soluit, ei creditor credere tenebitur actionem non insolidum pro tercentum, sed dempta parte, quæ ad soluentem spectabat, hoc est insolidum pro biscentum, si certum satisfaciatur, si pro virili

rii cedere paratus sit, idest contra quemlibet ex alijs pro singulis centum. At ad id neminem allegat *Olea*.

- 3 Extendit *Heringius de fideiussor. p. 3. cap. 27. à num. 28. usque ad 37.* & si correi, vel fideiussores diuisionis beneficium haberent, quia cessione insolidum fieri posset, licet exactio, si de diuisionis beneficio opponeretur, pro virili tantum facienda esset, sequitur *Vunius in Encycloped. iur. p. 3. cap. 5. à num. 7.* & hanc doctrinam amplexatur *Olea*, quamuis alij cessionem insolidum fieri non posse doceant, si fideiussores, vel correi diuisionis beneficium haberent, quos sequitur *Dom. Reg. Latr. decis. 153. num. 17.*
- 4 Quidquid tamen existimet *Olea* circa cessionem faciendam fideiussori soluenti, quod creditor facere debeat cessionem dempta parte soluenti, & insolidum de residuo respectu actionis contra alium quemlibet ex fideiussoribus, ego video *Oleam* in hoc singularem, & tunc ille prætermisit hanc questionem, vtrum fideiussor possit cessionis iuribus repetere solidum etiam non dempta sua parte, prout acriter antiquitus longo tempore disceptatum in foro competitur, per consequens non habere notitiam huius controuersie.
- 5 Descendendo ad questionem, ego in *obseru. 55. ad Præs. de Franch. in duos scindi articulos, dixi, scilicet alium esse quando fideiussor cessionarius velit solidum repetere ab altero, si duo fideiusserint, aliud esse, si plures fideiusserint, & tunc valeat fideiussor agere insolidum contra quemlibet ex cæteris fideiussoribus, qui articuli toto cælo inter se differunt, etsi immerito me notet *Episc. Borgia lib. de inuestigat. iur. cap. 14. num. 9. prope finem, ibi: Luca autem ad Franch. in obseru. ad dec. 55. num. 4. & 5. hanc unicam questionem, ut duplicem ponit, & ita loquitur, ut quid sibi velit, non facile possit intelligi; nisi hoc solum quod referat Pacificum de Saluian. inspect. 3. cap. 7. num. 33.**
- 6 Fideiussor igitur si agat cessionis iuribus insolidum etiam non dempta sua parte, vtrum valeat obtinere? Obscuram esse rem, colligitur ex traditis per *Amat. resol. 37. num. 42. Cenc. de censibus quest. 71. & posse iudicauit Rota in collectis per*

*Farin. dec. 362. par. 1. & decis. 18. in editis post tract. Zacchia de societ. offic. num. 17.*

- 7 Alij volunt, quod si vnus ex fideiussoribus totum persoluit creditum, & pro toto plenam habuerit cessionem iurium à creditore, si non iure proprio, & tanquam fideiussor, sed vt cessionarius agat, totum exigere, tunc possit à confideiussore vno, vel pluribus, si is soluit vti tertius creditum reportatis iuribus ab eo, & actionibus, *Rota decis. 859. par. 4. diuers. Secus verò si soluisset tanquam fideiussor, ita distinguit Beltram. in addit. ad Ludouis. decis. 190. num. 3. Cenc. ubi s. p. Vnde ex hoc bonum erit soluenti impetrare cessionem iurium translatiuè, ex quo etiã aliud sequitur commodum, & creditum censuale acquiratur cum iuribus fructuum, *Buratt. dec. 645. num. 2.**
- 8 Recedunt alij ab hac distinctione, & volunt fideiussorem, contra confideiussore si vnus sit, dempta sua parte agere posse, & non insolidum indistinctè, siuè vti fideiussor, siuè yti merus tertius cessionem reportauerit, fideiussor etenim licet per cessionem repræsentet cedentem, & subingrediatur in locum illius, tamen non est eadem ratio creditoris cedentis, & fideiussoris cessionarij? creditor enim habet obligationem insolidum contra fideiussores, non sic ad inuicem confideiussores, reportata itaque cessione vnus ex fideiussoribus non potest agere aduersus alterum pro toto, cum is, qui conuenitur pro toto, possit opponere exceptionem frustra petis, quod restitutus es, & hæc exceptio, quæ est in continenti per se probata, admittitur in omni iudicio quantumuis executiuo, ac summario, imò quando soluisset confideiussor, tenetur alter qui exegit, cedere actiones acquisitas, & cessas à principali creditore, & à distinctione *Beltram.* discedunt *Fontanell. dec. 216. nu. 6. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 70. nu. 39. & 40. & voluit Præs. de Franch. dec. 55. nu. 16. & ibi ego in obseru. vbi quod Rota recessit ab illis dec. Farin. & Zacchia vt in dec. 17. penes eundem.*
- 9 In duplicem inspectionem in specie diuidit questionem, *Cardin. de Luca lib. de credii. disc. 95. num. 5. ibi: Ista verò que-*

quæstio, quam aliqui (confundendo casus) inuoluunt, plana hodie videtur, illam in duas inspectiones distinguenda. Primo scilicet, ubi iste correus, qui iure cesso agit tanquam tertius, ac representando personam cedentis, exercere intendit contra aliquem ex correis actionem insolidum pro toto debito absque detractioe propria virilis. Et secundo, ubi facta illa detractioe reliquum ab vno, vel aliquibus tantum exigere velit, qui offerant propriam virilem, instando, ut contra alios ad euitandum circuitum distributiue, & pro rata agatur.

In primo casu, Quamuis in stricta iuris censura procedendo cum illa ideali, seu intellectuali distinctione plurium personarum formalium in eadem persona materiali, nonnulli præsertim antiquiores affirmatiuam teneant, quasi quod cessionarius ita censeatur homo omnino diuersus à correo, seu confideiussore, representando personam creditoris cedentis, atq, apud Scholasticos cum summis apicibus procedere solitos ista fortè verior habeatur. In foro tamen communis omnino recepta est, ut scilicet, vel ex regula dolo facis, &c. vel ex inani circuitus prohibitione agere non possit ad totum, sed teneatur propriam virilem detrabere, ut cæteris relatis plenè habetur apud Cencium d. q. 71 post nu. 4. & firmavit pluries Rota apud Addit. ad Ludouis. decis. 190. & per Cencium atq; hoc iure viuatur.

10 In altera autem inspectione, in qua fideiussor circuitus exceptione non expectata, propriam detrahat virilem, pro reliquo autem nolit distributiue contra omnes agere, sed ab vno, vel aliquibus totum eligat recuperare. Et tunc assurant Rodrig. de ann. redd. lib. 2. quæst. 17. num. 14. Dom. Reg. Latr. decis. 32. num. 7.

Aduertit tamen Card. de Luca num. 7. licere solidum dempta virili ab vno ex reliquis repetere, si agat uti extraneus, his verbis: Et tunc pariter receptum est, ut id sibi liceat, neque intret obligatio diuisionis ex dicta ratione, quod non agat tanquam correus, vel confideiussor ex diuisionis beneficio à lege tributo, sed tanquam cessionarius representans personam cedentis. Quemadmodum enim si ipse principalis creditor ageret contra vnum insoli-

dum, siue alter extraneus cessionarius, ille, qui conuenitur, conquari non posset, ita vnus ex correis, vel confideiussoribus esse non debet deterioris conditionis, quam sit quilibet extraneus, ex deductis per Cenc. d. qu. 71. nu. 2. & 3. Olea d. tit. 5. Rota apud Ludouis. decis. 190. & in terminis plurium coobligatorum pro Communitate Rota dec. 24. num. 10. & seqq. post Merlin. de pign. Sed ego distinctionem plurium personarum formalium faciendam non esse, existimo, & absque dicta præscissione personarum posse fideiussorem uti cessionarium repetere solidum.

Aliter si aliquis soluendo non esset, quia damnum debet communicari omnibus, Olea num. 13. & 29. & refellit Fabrum lib. 11. coniect. cap. 14. & alios.

Distingunt aliqui inter correos, & confideiussores, ex Roncbegall. in l. reos. ff. de duob. reis num. 56. Contrarium tamen est verum etiam si de correis agatur, ut vnus cassis iuribus possit ab vno dempta sua virili ad totum agere, ex Bar. in l. Modestinus n. 10. ff. de solut. Felic. de censib. lib. 3. cap. 2. num. 26. Card. de Luca num. 8.

Si plures se obligent pro Comunitate, fideiussores censentur, qui se obligant, & principalis erit Communitas, ut Rota d. decis. 24. post Merlin. Card. de Luca n. 10.

Prætermittendum non erit, quod tradit idem de Luca num. 11. his verbis: Beneuerum quod in huiusmodi quæstione, (quam nimium frequenter disputaui) quod scilicet vnus ex fideiussoribus, vel correis, detracta propria virili contra vnum, vel aliquos tantum ad solidum agat, quandoque pro facti qualitate in praxi obtinui, seruari illam equitatem, quæ in precedentibus ad euitandos inanes circuitus insinuata habetur circa auocationem pecunie solutæ posteriori cum cautione de restituendo, &c. quod scilicet quamuis anterior non teneatur seruare ordinem, atque vltimum excutere, sed habeat electionem auocandi etiam ab intermedio, contra quem mandatum decernitur, attamen super sedetur in relaxatione, ut intermedius pulsatus cogat vltimum, qui sit pariter facilis, ac prompta executionis, atque ita vnus sequatur actus, vel effectus, cum potius ita suggerat equitas, per cuius exercitium primi creditoris

de-

*deterior conditio non efficiatur.*

Fortior stat ratio pro confideiussore conuento ad totum; quia posset accidere, vt is, qui postremo loco exigitur, melioris esset conditionis, dum secundus, qui solidum soluit agendo contra tertium, non inueniret illum idoneum, & damnum confideiussoris non idonei inter omnes erit communicandum, *Cancer. d. cap. 5. num. 32. & seq.* Nam ponit, quattuor esse fideiussores pro 400., soluit primus totum, quā dempta virili idest 100. à secundo recuperauit 300. secundus similiter demptis 100. quæ ad eum spectabant, à tertio 200. exegit. Tertius agit contra quartum, qui si soluendo esset, demptis suis 100. residua 100. ab eo haberet, sed si forte idoneus non esset, illorum 100. periculum suum esset; & alij idest primus, & secundus melioris essent conditionis, vadē res aliter se habebit.

**II** Quæ de confideiussoribus dicta sunt, non indistinctè in tertijs possessoribus procedunt, sed horum diuersa est causa. Et distinguendum est inter tertium possessorem, qui à debitore, & inter eum, qui à fideiussore causam habet; nam si à fideiussore hypothecam haberet conuentus hypothecaria, solidum creditori præstitisset, *Olea num. 19.* existimat, possessorem posse agere ad totum absque detractiōe rata. Si verò tertius possessor, qui soluit, à debitore rem emisisset, si cæsis iuribus aduersus alios possessores, qui à fideiussore alias hypothecas habuerunt, experiri intenderet, in obscuro res est, vtrum aliqua actio ei competeret? Videreturque negandum, quia si debitor ipse soluisset, nulla ei competeret actio aduersus possessores, & proindè nec ei, qui à debitore causam habet. Si autem possessor à fideiussore causam habeat, si se dirigeret cæsis iuribus contra possessorem, qui à debitore comparauit, petere posset solidum absque vllius ratæ detractiōe.

Quando tertij possessores diuersis temporibus hypothecas habuere, tunc periculum ad posteriorem emptorem spectabit. Ratio est, quia primis emptor posterioris emptoris hypothecam, obligatam habet, *Fontauell. decis. 4. de*

*part. nupt. gl. 18. par. 2. à nu. 54. Amat. resol. 37. à num. 24. vbi dat alios, sed videndus Olea ne ipsum transcribam de papyro in papyrum.*

### ARGUMENTVM.

Filio ducente vxorem, si pater vti principalis pro restitutione dotis se obligauerit vtrique promissa solutione dotis, an soli filio post mortem patris soluta, obligatio patris effectum habeat? An idem in fratre? Exceptio cedendarum an obstat mulieri dotem repetenti, si consenserit alienationi factæ per maritum suorum bonorum? Et plures obligati ad restitutionem dotium an insolidum teneantur fauore dotis?

### S V M M A R I V M.

- 1 *Si pater cuius filio pro restitutione dotis nurus obligetur, dote vtrique promissa solui, an soluta filio, ille teneatur, vel eius hæredes?*
- 2 *Aduersus mulierem laudatur text. in l. si cum dote, §. transgrediamur, ff. sol. matr.*
- 3 *In fratribus simili modo obligatis idem firmatur.*
- 4 *Obligatio causatiua dicitur, quatenus dos soluat vtrique.*
- 5 *Exceptio cedendarum an obstat mulieri dotem repetenti.*
- 6 *Specialitas dotis indicatur.*
- 7 *Distinguitur quando fauore dotis exceptio cesset.*
- 8 *Magis succurritur fideiussoribus, quam possessoribus.*
- 9 *Correi plures pro dote an teneatur insolidum.*

### Q V A E S T. LVI.

**I** Filio vxorem ducenti cum interuentu, & consensu patris cum vtrique dos esset promissa, in casu restitutionis dotis pro cautela vxoris accessit pater se obligans principaliter, & insolidum, patre paulò post defuncto relictis alijs filijs hæredibus vniuersalibus, relicta legitima filio vxorato, dos soluta fuit filio, cui post

- post aliquod temporis interuallum quædam bona propria alienanti vxor consensum præstitit cum renunciatione hypothecæ, & Regio assensu. Hinc facto casu restitutionis dotis ob mortem viri mulier suas direxit actiones contra alios filios, & hæredes patris, & tertios possessores ratione obligationis, & fideiussionis patris. Hæsitatur an rectè agat mulier?
- 1 Aduersus vxorem adducitur, quod promissa dote patri, & filio ad restitutionem se obligantibus, per solutionem factam vni sine alterius iussu, vel consensu, alter obligatus non remanet *textus est expressus in l. si cum dotem, S. transgrediamur, ff. sol. matrim. vbi communi ter scribentes Barbof. ibid. num. 7. Paschal. de patr. pot. par. 2. cap. 7. n. 89. & seq. Fötanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. p. 2. num. 73. Surd. decis. 47. D. Reg. Latio decis. 36.*
- 3 Argumento *d. text. in S. transgrediamur*, idem tenet *Cardin. de Luca lib. de dote disc. 86.* in casu, quo duos promissa soluenda esset duobus fratribus, & deinde soli viro erat soluta, quod alter frater obligatus non esset ad restitutionem, arguendo à fortiori, quia si id procedat in parte, qui de iure obligatus est, dotem quæ filio constituitur, a securare, multò magis recipiendum sit in fratre talem obligationem non habente, a securandi dotem fratri constitutam, nec tenetur pro fratre.
- 4 Ratio est, quia dicta obligatio sit causatiua propter dotem, quæ vtrique solui promissa est, idèdque obligationi prædictæ locus non est, dum impleta non fuit causa, seu conditio solutionis, & fortè obligatio non esset contracta, nisi cum præsupposito faciendæ solutionis etiam sibi fideiubenti, qui in eius actu de inuestimento sollicitus esse poterat.
- 5 Obstat etiam vxori exceptio cedendarum, quia cum in contractu matrimoniali, seu dotali negotium principaliter spectet ad virum, qui principalis debitoris personam gerit, alij verò dicuntur correi, & principales debitores respectu vxoris, & respectu mariti fideiussores se obligantes intuitu reuocationis, quam de facili ad bona mariti celsis iuribus obtinere possunt, Hinc proindè, vt mulier

- consensum accomodauerit alienationi bonorum per virum factæ, ità vt eorundem bonorum possessor aduersus ipsam mulierem se tueri possit, militat exceptio cedendarum ad beneficium hæredum patris, vel fratris obligati ad restitutionem dotium, vt post *Gynum, Bald. & alios antiquiores in l. iubemus, C. ad Velleian. Roman. consil. 472. nu. 1. Tuscus lit. E. conclus. 386. num. 9. Castil. tom. 7. controu. cap. 168. S. vnic. num. 22. Olea tit. 5. quæst. 3. nu. 10.*
- 6 Nec obstat, quod fauore dotis non obstat exceptio cedendarum, vt ex *Socin. Negus, & alijs Viscont. in cõclus. iur. verb. mulier, qua liberauit, Gratian. decis. 215. num. 13. Nouar. ad Francob. decis. 55. Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 75. Fõndus. qq. ciuil. par. 2. cap. 156. tom. 2.* Nisi tamen dolo, & fraude aliquos possessores liberaasset, vt si liberaret lite pendente, vt dixi *obseru. 477. ad Praef. de Franch. nu. 8.*
- 7 Quia specialitas dotis locum habet, flagitur aduersus tertios possessores bonorum mariti, non autem si aduersus correos, vel fideiussores mariti, vt contra *Socin. & alios Castill. & alij relati per Amat. resul. 37. num. 46. & 60. in fin. Olea vbi sup. Card. de Luca vbi sup.*
- 8 Assignat rationem differentie, *Bar. in d. l. iubemus, nu. 4.* quia magis succurritur fideiussori, qui intercessit contemplatione beneficij cedendarum, quam simplici possessori conuento hypothecaria, quoniam non acquisiuisse censetur hac mente possessionem, vt sibi iura cederetur, istud enim venit extra considerationem intellectus, vt scripsi *d. obser. 477. n. 7.*
- 9 Remanet alia quæstio, vtrum plures obligati pro restitutione dotis pro virili teneantur, vel insolidum ex priuilegio dotis?

Quælibet obligatio præsumitur diuisa, & illa insolidum non præsumitur, ità vt neque inducatur ex obligatione Camerali, sed expressè adiiciendum est, *l. reos, S. cum tabulis, ff. de duobus reis, Zach. de oblig. Camer. quæst. 32. num. 18.*

Doti restituendæ hoc priuilegium non tribuitur, vt obligati insolidum teneantur, sed sola quæstio est circa hæredes regulariter non nisi ad virilem obligatos, iuxta *text. in l. 2. C. de hæred. act. de qua*  
la-



latissimè *Rota decis.* 127. post *Merlin. de pignor. & decis.* 413 par. 9. rec.

9 *Mercurial. Merlin. stat contra Oleam.*

An hæc regula limitetur favore dotis, an sam præbet *text. in l. cum ab uno, ff. de leg. 2.* vtrum huius dispositio procedat favore dotis, vel potius ex voluntate testatoris? super quo *Doctores* satis certant, vt per *Sura. decis.* 90. *Gizzarell. decis.* 50. & ego latè scripsi in *obseru. ad Franch.* 558. vbi vide.

Regula est, quod quando obligatio à pluribus fit, non in solidū omnes afficiat, sed quemlibet pro rata, cum vt committatur stipulatio solidi requiritur expressio *l. 3. ff. de duob. reis, Gratian. discept.* 682. Dos an gaudeat priuilegio solidi, agitur penès *Afflic. decis.* 332. *Costam de port. rat. quest.* 21. qui negat cum *Barbos. in d. S. transgrediamur, Caualer. decis.* 466. At secus quando pater obligatur cum filio, vel pater consensit filio exigenti dotem, quia in solidum pater obligatur, vt latissimè *Merlin. de pignor. lib. 3. q. 49. à n. 38.*

#### ARGUMENTVM.

Cedens concurrens in parte sui crediti cū tertio, qui pro debitore soluit aliam partem, & cessionario an præferatur huic? Expenduntur *D. Reg. de Ponte, & Mercurial. Merlin.* cū addubitatione *Authoris.* Quod autem si creditor vendidit, & cessit partem crediti, an hic cessionarius præferatur cedenti? Dissident *Gaitus, Olea, & D. Reg. de Marin.* pro quo stant *D. Reg. de Ponte, & Mercurial. Merlinus.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Cedens partem crediti tertio pro debitore soluenti an præferatur cessionario?*
- 2 *Dom. Reg. de Ponte stat pro concursu.*
- 3 *Authoris addubitatio pro cedentis prælatio.*
- 4 *Cedens partem crediti ex causa venditionis an præferatur pro resta?*
- 5 *Gaitus probat concursum.*
- 6 *Ratiocinatio D. Reg. de Ponte pro cessionario.*
- 7 *Ponderatur decis. 580. D. Reg. Reuer. & ibi Reg. de Marin.*
- 8 *D. Olea taxat D. Reg. de Marin.*

#### QVÆST. VII.

**P**Rior in tempore an sit potior in cessione nominis debitoris? In explicanda hac dubitatione cōstituuntur duo casus.

1 Primus est, quando quis voluntariè soluit creditori, & is creditor cedit ius simpliciter contra debitorem pro parte soluti crediti, & ambo deindè agunt contra communem debitorem inter ipsum cedentem pro parte crediti, & cessionarium pro alia parte, an habeat locum regula, *qui prior in tempore, &c.*?

Secundus est respectu plurium, qui diuersis temporibus reportarunt cessionem nominis debitoris à creditore, si enim isti agant cōtra debitorem cessum, an locum habeat prælatio ex dicta regula, *qui prior, vtrumque casum amplexus est Reg. de Ponte decis.* 34. à num. 12.

2 In primo casu, quia cessio iurium non est facienda voluntariè soluenti, ità vt retorqueantur iura contra ipsum cedentem, cum talis cessio obtinetur ex æquitate sola, iuxta regulam, *quod tibi non nocet, & alteri prodest concedendum est, ad l. mulier, ff. qui potior. in pign. vt Soc. consil.* 206. *Des. consil.* 104. Cessat dicta regula *qui prior, &c.* Sed ambo habent ius æquale, & sic insimul concurrunt, quia pendeat ius cessionarij ex eodem fonte, nam vnica est obligatio repræsentans ipsum cedentem, ideò rationi conuenit, vt pro sua rata vnusquisque concurrat, & si fortè bona non sufficiant, diuisio fiat pro quantitate crediti ad æs, & libram argum. *l. quod autem, S. allegantur, ff. de don. int. vir. & vx.* Alias si cessionarius esset præferendus, cederet ad cedentis damnum, & cessio contra ipsum retorqueretur, quod tolerari nequit, quando solutio fit creditori nulla concurrente ipsius obligatione, vndè imputari debet ipsi cessionario, si redditur in damno, cū voluntariè solueret, & hunc casum esse indubitabilem, dixi *Reg. de Ponte num.* 23. & *seqq. Merlin. de pign. lib. 3. quest.* 11. n. 3.

3 Hic casus, quem indubitabilem asseruerant *Reg. de Ponte, & Merlinus* maximam habet addubitationem ex eo, quod ter-



tertio soluenti cessio secundum eisdem *Authores* fit ex æquitate, quo casu tenentur facere cessionem iurium talium qualium, dummodò directè, nec indirectè, vel in concursu retorqueantur contra ipsum, ex *Bar. in l. Aristo, nu. 1. ff. quæ res pign. oblig. poss. Olea tit. 4. quæst. 3. num. 20. Card. de Luca lib. de credit. disc. 3. num. 13.* ergo cedens veniret præferendus.

4 In secundo casu maior est difficultas, quando sunt plures, qui diuersis temporibus habent cessionem, vt vnus hodiè partis crediti, & cras alter. Et videtur locus esse regulæ, *qui prius*, nam per cessionem primus efficitur possessor, & melior semper reputetur causa possessoris, & quia primus fuit in acquirendo, primus debet esse in exigendo.

5 Contrarium arguitur ex eo, quod plures cessionarij omnes succedunt in ius idem non distinctum aduersus debitorem, & quilibet qui petit contra debitorem cessum, petit repræsentatiuè ex persona primi creditoris, hæc autem iura sunt æqualia, eadem, & non diuersa penès vnumque ex cessionarijs, vnde non videtur, quod sit ponenda aliqua differentia, quasi scilicèt meliora debeant esse, & potiora eà illius, qui primo acquisiuit, quam eius, qui postea, & secundo, & tertio loco, debitor enim principalis contra quem experiendum est, habet bona obligata omnibus creditoribus sui creditoris vigore cessionis illius, nam ponamus, quod creditor primus cedat partem putà Titio huius nominis debitoris, ratione partis Titius fuit effectus creditor, pars alia, quæ remanet penès cedentem, si deindè cedatur Mæuio, Mæuius est æqualis in tempore ipsi primo cessionario, quoniam successit in locum cedentis, qui erat æqualis pro parte remanente dicto Titio, cum vtriusque cōditio in tempore omninò par, & æqualis consideretur, & hanc sententiam tenet *Gait. de credit. cap. 4. num. 1842.*

6 Coeterum subtiliter considerat *Reg. de Ponte. nu. 25.* quod dupliciter potest considerari anterioritas, respectu principalis debitoris, & hæc sit æqualis, & vniformis vniuscuiusque ex cessionarijs, & altera sit acquisitionis ordinis, atq; exer-

citij respectu cedentis, in cuius persona residet omnis actio contra principalem debitorem, quia prælatio inter creditores non prouenit ex potestate dominij rei obligatæ, sed potestate conventionis, quæ inducit huiusmodi ordinem prælationis, iuxtà doctrinam *Bald. in l. hac adistali, §. his illud, num. 16. C. de 2. nupt.* ex conventionem autem id resultare dicitur, vt creditor quando cedit, secundo videtur cedere iura, quæ habet contra debitorem deducta tamen, & detracta prima cessione, ac iure alteri creditori concessio, & sic tacitè volitum, vt primus cessionarius præferatur.

7 Opinionem hanc amplectantur *Dom. Reg. Reuert. in dec. 580. & ibi R. de Marin. in obseru. vbi quod creditor vendens partem crediti, & deindè concurrat cedens in residuo, & cessionarius pro parte cessa, potior sit causa eius, qui habuit cessionem, vel causam à cessionario.*

8 *Olea tamen tit. 6. quæst. 8. num. 24.* expendendo mox laudatos *Regentes*, ita loquitur: *Periculosam esse decisionem Reuert. 180. quam nouissimè sequitur Anton. de Marin in obseru. ad eam, nempe quod vbi creditor censualis dimidiam, vel aliam partem census titulo venditionis cedit, & ipse, & cessionarius ad bona debitoris cessi, qui idoneus non est, concurrunt, cessionarij potior est causa, vel eius, qui à cessionario rursus habet causam, & cessionem. Quæ assertio simul, & distinctio, Anton. de Marin. inter eum, qui spontè vendit, & cedit partem crediti, vel census, & eum, qui solutionis causa cedere cogitur, vt ille pro parte census, quæ apud eum remansit, postponatur cessionario: hic verò cum eo pro rata concurrat, salua tanti viri pace secuta non est, & in utroque casu inspiciendum fore arbitror, an cedens euictioni maneat ascriptus, nam vbi de euictione, & securitate nominis cessi teneatur, cessionarius eo potior erit, sin autem non teneatur de euictione, & exigibilitate, æquale ius eorum erit, & pro rata concurrent.*

9 Quidquid velit *Olea. Ego supra quæst. 5.* solidam esse scripsi decisionem *Reg. Reuert. in casu, de quo disputatum fuit, scilicèt, de cessione partis crediti censualis ex ratione per me assignata d. quæst. 5. &*

Q

in.

*in obser. 260. ad Franchum*. Quando autem agitur de cessione quotæ simplici nominis debitoris, an cessionarius præferatur cedenti, iuxta opinionem *R. de Põte stat Merlin. de pign. lib. 4. qu. 11. n. 6. & 7.*

### ARGUMENTVM.

In cessione nominis debitoris an ob læsionem habeat locum remedium, *l. 2. C. de rescind. vend.* Quid autem in cessione iurium, & actionum, Distinguitur inter cessiones, & cessiones.

### S V M M A R I V M.

- 1 *In cessione nominis debitoris an locum habeat, l. 2. C. de rescind. vend.?*
- 2 *Confil. de Rosa pro affirmatiua opinione expenditur, nam per venditionem dicitur venditio, & ita in similibus?*
- 4 *Pro negatiua sententia stat text. in l. si nomen, C. de hæred. vel act. vend. & occurritur.*
- 5 *Resoluitur articulus.*
- 6 *Cessio ex pacto gratuito, an ob læsionem rescindatur?*
- 7 *Census an mixto pretio possit vendi?*

### Q V A E S T. LVIII.

- 1 **I**N cessione nominis debitoris, an locum habeat remedium, *l. 2. C. de rescind. vendit.* vt rescindi ob læsionem possit cessio, anceps quæstio videtur.
- 2 *Pro affirmatiua opinione stant Cagnol. in d. l. 2. num. 200. Giurb. decis. 117. num. 6. Conf. de Rosa consult. 47. num. 26.*
- 3 *Rectius, quia si agitur de cessione ex causa venditionis, tunc dicitur venditio nominis, l. fin. C. de præd. minor. gl. in l. apud Celsum, S. sed cum legitima, verb. pretio, ff. de dol. mal. except. Guttier. de gabell. qu. 60. num. 1. & 2. Olea tit. 1. quæst. 4. nu. 40. & seq. & in venditione ob læsionem militat remedium d. l. 2. Ità similiter permutationis erit contractus, si ex dicta causa cessio nominis facta fuerit, vel si ex causa dationis in solutum hæc causa vicem habet emptionis, & venditionis, & ob læsionem rescindetur cessio, licet alter sit in cessione facta ex causa libera-*

litatis, vel donationis, nam erit donatio, *Guttierrez. vbi sup. num. 1.* & in donatione non habet locum læsio; Vndè cum cessio fortiatur naturam contractus, cui accedit, & sit accessoria ad titulam, à quo dependet, si in principali contractu habet locum læsio, ità pariter dicendum erit in cessione, & qualiter locum habeat læsio tota iudicabitur iuxta naturam contractus, ex cuius causa fit cessio; quapropter si ex causa transactionis, erit transactio, vt *Olea num. 41.* & proinde eodem modo, quo transactio rescinditur, ob læsionem rescindetur cessio.

- 4 *Contrarium suadet l. si nomen, C. de hæred. vel act. vendit.* vbi cedens solum tenetur præstare nomen cessum, solummodò verum, & non exigibile, & inopia debitoris cessi ad cedentem non pertineat. Occurrit *de Rosa vbi supra num. 26.* respondendo, quod remedium *d. l. 2.* erat ignotum tempore *d. l. si nomen,* & nouitèr introductum sit tempore *Diocletiani.*
- 5 *Difficultatem hanc omiffam comperio per Oleam, ni fallor. Qui constituit circa inopiam debitoris cessi, an illa spectet ad cedentem, vel cessionarium, vulgatas distinctiones, scilicèt, vt præfens periculum, & inopia si cessionarius probabilem ignorantiam habuerit, ad cedentem pertineat, & succurratur cessionario, qui de damno vitando agit, Cencius de cens. quæst. 72. num. 23. Olea num. 5. & seq. quidquid sit in dote, nam maritus etiam si fuerit in culposa ignorantia, retrocessione nominis liberatur. Si cedens, vel vendens actionem inopiam sciuerit, de dolo tenebitur, & ad restitutionem pretij, & cedens non teneatur, si cessionarius sciuerit debitorem inopem, de quibus latè *Dom. Deg. de Marin. lib. 1. resolut. 42. Olea vbi sup. & Ego in obseru. 108. de Franch., & scripsi etiam supra.**

Vtrum ex læsione enormi, vel enormissima rescindi possit cessio iurium? indiuidualiter tangit, *Olea tit. 8. quæst. 1. num. 23.* vbi recurrendum esse, ait, ad titulum, ex quo cessæ fuerunt actiones: nam si ex venditione, permutatione, transactione, aliouè contractu correspondenti cedantur, dubium non esse, quin cessio iurium prætextu læsionis enormis,

mis, vel enormissimæ possit rescindi, vt in terminis *Menoch. consil.* 848. nu. 27. & 34. *Faber definit.* l. i. C. de rescind. vendit. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 7. glof. 2. p. 6. num. 59. & 60. *vers. idem postea, ibi: Idem postea in alia causa respectu cuiusdam cessionis, & renunciationis pro modico facta declarauit idem Senatus relatore egregio Senatore Ioseph Roca 14. Octobris 1619. in causa Antonij Soleta contra Franciscum Toralla, Actuarius Agramunt cum hoc motiuo, quia constabat mulierem renunciantem remansisse longè plus ultra dimidiam, & enormissimè læsam.*

6 Cessio autem si fuerit ex pacto gratuito veluti ex causa donationis, quæ ex pura, & mera liberalitate processit, tunc propter enormem læsionem non poterit rescindi remedio *d. l. 2. ita Faber definit.* 8. C. de rescind. vendit. *Castil. de tertijs cap.* 18. num. 74. *Morotius respons.* 28. nu. 3. & *Hermosilla in l. 56. gl. 4. n. 107. in fine ampliat, & si donatio esset correspectiua, si constat de animo donandi, & in facti contingentia videndi sunt Castil. & Hermosilla vbi supra D. Pras. Merlin. contr.* 100. tom. 2. nu. 67. *Barbos. vot.* 25. nu. 65. qui donationem ex enormissima læsione rescindi posse probat.

7 Diuersa res est, an census iam constitutus minori pretio possit distrahi? Nam alij volunt attendendam esse consuetudinem locorum, in quibus minori pretio cedi solent, vt *Noguerol. allegat.* 37. num. 77. vbi testis est de consuetudine plurium Regnorum, & alij, quos refert *Olea tit.* 6. quæst. 10. nu. 11. & seq. vbi distinguit inter censum securè collocatum, & censum incertum, vt ille minoris cedi non possit, huius verò cessio ratione difficilis exactionis, & periculi minori pretio facta consistat *Castro Paulo de iustit. & iur. disput.* 6. part. 2. §. 2. per totum, & in occurrentia casus consulendi sunt *Card. de Lug. resp. moral. lib.* 6. dub. 18. & alij, quos cumulat *Olea num.* 14. vbi supra, & seqq.

Passim dubitari contingit in cessionibus, quas maioratum possessores pretio accepto facere solent redditus Regij ipsius maioratus, vt cessionarius pro eorum vita redditus percipiat, quas cessiones impugnant ex modicitate, & in-

iustitia pretij, & contendunt pro nullis declarandas, & fructus excomputandos in sortem, & residuum restituendum, vel saltem cessiones ad legitimum, & iustum pretium reducendas, & eadem quæstio est circa annuos vitalitios cessos.

Remedio dictæ l. 2. dictas cessiones rescindendas esse tenent *Salzedo, & Auedanus de cens.* quos recenset *Olea num.* 3, qui dicta quæst. 10. latissimè discurret omninò videndus, ne transcribam per ipsum tradita, *Noguerol. alleg.* 18. n. 67. D. *Amaya in l. unic. num.* 16. C. vt nemi. lic. in empt.

## A R G V M E N T V M.

Cessio qualiter distinguatur à delegatione, quam difficulter agnoscantur, ostenditur cum diuersitate effectuum, argumenta excludentia delegationem recensentur, & laudatur D. *Hodierna*.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio qualiter à delegatione distinguatur.
- 2 Difficultas agnoscedi discrimen ostenditur.
- 3 Debitor cessus per delegationem nullam habet exceptionem contra creditorem.
- 4 Inter cessionem, & delegationem differentia.
- 5 Requisitum potissimum delegationis.
- 6 Promissio soluendi fit per stipulationem in delegatione.
- 7 Stipulatio an suppleatur per solutionem censuum.
- 8 Expenditur doctrina Bartoli.
- 9 Recensentur requisita delegationis iuxta Rotam Rom. & alios.
- 10 Argumenta excludentia delegationem cumulantur.

## Q V A E S T. LIX.

1 Cessio qualiter à delegatione distinguatur, res obscura est, & *Olea tit.* 7. quæst. 3. num. 27. ita scribit: *Et quamuis in hoc articulo aliquantulum calamum extendere possem, tamen quia plene à plerisque disputatum video, in eo scribere supersedeo.* Et difficulter agnosci potest differentia, nam delegare pro cedere, sumitur in l. i. C. contr. act. tut. vbi *Gothofred.* idem *Olea tit.* 1. quæst. 2. num. 12.

- 2 Molestia agnoscendi discrimen inter cessionem, & delegationem manibus contractatur ex his, quæ tradit *Cancer. p. 2. var. cap. 6. num. 84.* vbi quod si debitor cessionario simpliciter soluere promississet, cum ex eo debitor ius excipiendi, & compensandi non amittit, quia promissa intelligitur facta de soluendo cessionario, ita tamen vt possit ei opponi, quidquid cedenti obijci posset. Cui opinioni fauere videtur *Gasp. Thesaur. quest. for. 111. lib. 3.* vbi decisum refert, debitorem, qui de mandato creditoris sui alteri soluere promissit, posse se aliqua legitima exceptione tueri, si vera delegatio non interuenit.
- 3 Et tamen verum est, quod debitor cessus, qui cessionario absque protestatione soluere promissit, nulla potest se exceptione defendere, quia promittendo simpliciter solutionem, remisisse censetur exceptionem *textus est in l. si quis delegauerit, ff. de nouat. Cyriac. controu. 214. n. 6.* latè *D. Pres. Merlin. controu. 91. lib. 1. per tot. Leotard. de usur. quest. 71. num. 30. & quest. 94. à nu. 77.* qui loquitur de exceptione reali, merus, & usuræ, quas remissas probat, & de compensationis exceptione *Thesaur. decis. 221. num. 3.*
- Inter cessionem, & delegationem hanc differentiam eleganter expendit *Fab. lib. 12. coniect. cap. 11. per tot. ibi: At si exceptionem sibi competentem ignorauit debitor, cum cessionis expressim consensit, non est æquum, vt eodem iure censeatur, quo si facta esset delegatio.* Et facta delegatione, nec scientiam ab ignorantia distinguendam ait *Faber*, nec ignorantiam probabilem ab improbabili, sed omni modo tuendus erit is, cui delegatio facta est, vt nulla exceptione repelli possit.
- 4 Inter differentias elegans est discrimen inter cessionem, & delegationem, nam cessio nominis non solum ignorante, sed inuito debitore cesso fieri potest, *Guzman. de euiet. quest. 35. num. 5.* Delegatio autem non nisi consentiente, & promittente debitore, *l. 1. C. de nouat. Galler. de renunc. tom. 1. lib. 1. cap. 4. nu. 18.*
- 5 Potissimum requirit delegatio, vt debitor cessus, seu delegatus expressè spondeat, & se efficaciter obliget creditori delegantis, quod ei in locum primi debitoris statuto tempore soluet, *text. est in l. delegare la 7. ff. de nouat. Ludouif. decis. 217. num. 3. Buratt. decis. 486. nu. 11. Rpt. decis. 392. nu. 28. par. 5. rec.* vbi in fortioribus terminis, quo contrahentes vsi fuerant verbis; *Assignauerunt, delegauerunt, Mansus consult. 19. num. 9.*
- 6 Imò nec satis esse, quod huiusmodi promissio fiat à debitore delegato simpliciter, & nudo pacto, sed oportere ius simul; quod promissio sit stipulatione vallata, vt est *text. ad literam in l. 1. C. de nouat. ibi: Delegatio debiti nisi consentiente, & stipulante, promittente debitore iure per fici non potest, Bar. in l. delegare la 1. nu. 2. ff. de nouat. Afflic. decis. 353. Scaccia de commerc. §. 3. glos. 5. nu. 281. Turr. de cambijs disp. 2. quest. 8. num. 41. & seqq. reprobandis Ferrett. in consil. 129.* contrarium tenentem, cuius opinio fortè seruetur, vbi seruetur ius Canonicum, non ciuile *Hodiern. ad Surd. decis. 164. n. 4.* Vel inter mercatores, qui sequi solent æquitatem, & inter eos nulla est differentia inter stipulationem, & pactum nudum, *Mansus nu. 13.* Neque requiritur, quod delegatus suam promissionem emitat in eodem instanti cessionis, *Alber. in d. l. delegare, num. 1. Soc. in l. singularia, ff. si cert. pet. n. 17. ibi: Tertia conclusio sit, quando Campsor circa stipulationem, Buratt. decis. 749. n. 20. Merlin. lib. 5. de pign. q. 12. nu. 9.*
- 7 Promissio debitoris delegari mediante stipulatione suppleri nequit per solutionem reddituum, *Merlin. de pign. lib. 5. quest. 11. num. 9. Cancer. par. 2. var. cap. 6. nu. 80. ibi: Nec obstat Ioanni, quod incapere soluere partem debiti, Mansus num. 15.*
- 8 Id inter delegationem, & cessionem docet *Bar. in l. si donaturus, §. si quis indebitum, ff. de condit. caus. data,* quod agens ex delegatione agit ex obligatione, & promissione sibi facta per debitorem delegatum, non autem ex prima obligatione delegantis, prout in simplici cessione, ita *Mansus num. 15.*
- 9 Requisita delegationis recenset *Rota decis. 150. post Merlin. de pign. nu. 2.* verba sunt: *Nulla enim potest in hac cessione ponderari delegatio, dum eius requisita non interfuerunt. Formalis scilicet stipulatio*

*Jatio inter debitorem cessum, & cessionarium, nec cedentis mandatum directum debitoribus cessis, ut cessionario persolueret juxta dispositionem text. in l. 1. C. de nouat. & in l. 3. §. quod si, ff. eod. ut aduertit Alex. in consil. 173. num. 3. lib. 7. Gabriel. consil. 155. num. 14. & comm. conelus. de nouat. nu. 22. & 26. Nec vlla legitur facta venditio, nec datio insolutum verbis expressis, qualia requiruntur ante cessionem, ut illa dicatur intercessisse, prout aduertit Surd. consil. 145. num. 10. Paris. consil. 59. num. 10. lib. 1. Cartar. decis. 19. num. 2.*

Necessaria in delegatione tria requisita ponit *Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 12. num. 9.* Primum, quod cessus debitor sit verè debitor delegantis. Secundum, quod cessus debitor promittat soluere ei, cui facta est delegatio de mandato delegantis. Et tertium, quod creditor principalis delegatum acceptet debitorem, *l. 1. & 3. C. de nouat.* At primum rejicit *Hodier. decis. 187. num.*

10 Delegationem excludentia argumenta sunt, promissio manutentionis exigibilitatis debitoris cessi; quia in delegatione periculum totum rejicitur in creditorem, *l. si mandans, §. ab ipse, ff. mandan.* Item reseruatio dominij donec fuerit facta solutio, *Merlin. nu. 13.* Item iudiciū motum per cedentem contra debitorem cessū, & videre est penès *Merlin.*

Illuminatè edisserit de hac re *Hodiern. ad Surd. decis. 187. num. 4.* qui adducit quinque requisita delegationis, & post illa recensita, tradit, pacta contraria esse, veluti quod delegans teneatur bonum facere nomen debitoris delegati. Vel quod ipse delegans non sit liberatus, nisi actuali solutione sequuta, vel quod sint salua iura, & hypothecæ contra delegantem; quia tunc potius dicatur cessio, quam delegatio, comprobatur *Hodiernum* laudando *Noguerol. alleg. 36. num. 12.* Qui requirit, ut debitor delegans liberetur. At vide omninò *Hodiern.*

### ARGUMENTVM.

Cedens nomen debitoris sua conditione, vel in diem, & promittens illud exigibile, si ante purificatam conditionem, vel

diem inopia superuenerit debitoris, an cessionarius regressum habeat contra cedentem? Quid autem, si non totaliter redditus fuerit impotens debitor cessus. Arguitur à venditione conditionali, in qua specie notatur *Larrea per D. Reg. de Marin.*

### S V M M A R I V M.

- 1 Cedens sub conditione nomen debitoris, & promittens exigibile, an teneatur si ante conditionis euentum debitoris inopia superuenerit?
- 2 Res vendita sub conditione perit venditori ea pendente.
- 3 Quid si debitor non redditus sit in totum impotens, vel res vendita facta sit deterior?
- 4 Distinguitur inter deteriorationem.
- 5 Quid si cessio facta sit ad diem, & ante diem inopia superuenerit?
- 6 Periculum an sit venditoris, quoties in mora emptor non fuerit?
- 7 Inter peremptionem totalem, & deteriorationem discrimen.
- 8 Explicatio Fabriana text. in l. necessario, §. sanè, ff. de peric. & comod. rei vend.
- 9 Limitatio Feliciani in cessione conditionali.
- 10 Quid si nomen sub conditione cessum exigibile non fuerit promissum.

### Q V A E S T. LX.

- 1 **C**Edens ex causa dationis in solutum, aut venditione, vel alio titulo nomen debitoris post mortem ipsius cedentis, & promittens exigibile, si inopia debitoris superueniat post cessionem ante obitum cedentis, an periculum sit eiusdem cedentis? Pro cessionario respondendum videtur ex *text. l. promittendo, §. si à debitore, ff. de iur. dot.* ibi: *Si à debitore mulieris sub conditione dos promittatur, & postea antequam maritus petere possit, debitor soluendo esse desiderit, magis periculum ad mulierem pertinere placet. Nec enim proderit, maritum nomen consequutum eo tempore, quo exigere non potuerit. Quod si iam tunc debitor, cum sub conditione promitteret, soluendo non fuerit, periculum viri esset, quod sciens tale nomen sequu-*

*sequutus videatur, quale initio obligationis fuerit, ita in specie firmat Felician. de cens. tom. 2. lib. 2. cap. 1. nu. 16. post Barbosa. in l. estimatis, num. 10. ff. sol. matrim. Consil. Rosa consult. 47. nu. 20. rationem assignant, quia sit contra omnem æquitatem, ut periculum cessionarius subeat, quādo ad solutionem debitorem cessum vrgere non potuit.*

- 2 Præterea facit *text. in l. necessario, S. sanè, ff. de peric. & com. rei vendit.* vbi pendente conditione si res vendita pereat, perit periculo venditoris, *Gomez. var. tit. de empt. & vendit. num. 32. vers. item prædicta, D. R. de Marin. lib. 2. var. resol. 239.* Ratio est, nam quando est purificata conditio, emptio habetur, ac si contracta esset in præteritum, & ac si putè contractus fuisset initus, ita notabiliter *Gregor. Lopez in l. 26. tit. 5. par. 5. Reg. de Marin. ubi sup.* Proinde habetur, ac si tempore cessionis debitor cessus fuisset impotens.
- 3 Difficultas esset, quando debitor cessus pendente conditione deterioris conditionis effectus fuisset in aliqua parte, nempe inexigibilis, non tamen in totum; Et dubitandi argumentum præstat idem *text. in d. S. sanè, ibi: Sanè si res extat, licet deterior effecta, potest dici, damnum esse emptoris, & cum hac distinctione illum text. intelligit gl. in l. penult. in verbo suspenderit, C. de peric. & comm. rei vendit. & ibi Salyc. num. 2. Paul. de Castr. in l. 1. uum. 1. C. de peric. & comm. rei vendit.* sub illis verbis: *Aut loquimur de periculo deteriorationis, & tunc venditio perficitur, postquam res extat, licet deteriorata, ideò pertinet ad emptorem, ut teneatur ad integrum pretium, licet deterior res facta sit, ut hæc habetur in d. l. necessario.*
- 4 Benè verum id procedit cum declaratione, ut aliter sit quando pendente conditione deterioratio sequuta adeò excessiua esset, ut ex ea læsio oriretur; emptori enim succurritur, nam quamvis inspecto tempore contractus (quod in materia læsionis attendendum est, iuxta communem *Scholam Scribentium in l. 2. C. de rescind. vendit.*) non possit considerari læsio, attamen quia executio contractus ad tempus futurum differtur, tunc ad finem cognoscendi, an læsio subin-

tret, non dies initi contractus, sed executionis illius, & sic purificatæ conditionis erit attendenda, *Cancer. var. resol. par. 2. tit. de minor. num. 274. & alij, quos refert Larrea decis. 69. num. 10. & seqq.* vbi in puncto principali elegantem disputat quæstionem, quam in facto habuit de illo, qui rem pro certo prætio vendiderat, non tamen emptori tradendam, nec ab eo pretium soluendum, nisi post venditoris mortem, nam cum post initum contractum rei venditæ valor nimis excreuisset, adeò ut venditor ipse læsionem in pretio pateretur, cum dubitatum esset, an contractus esset rescindendus? Affirmatiuè respondit, non alia principaliori, & efficaciori ratione, nisi quia contractus executio in futurum protracta esset.

- 5 Dubitatio succrescit, quando quis cederet creditum post aliquem diem maturandum, & tempore cessionis non posset cessionarius vrgere debitorem cessum ad solutionem, quia dies solutionis non venerit; & ante diem inopia debitoris superuenerit? Pro eodem cessionario videtur dicendum, ut possit habere contradentem regressum ex æquitate considerata in *text. in d. S. sanè, quia non sit æquum, ut periculum subeat cessionarius, quando ad solutionem vrgere non potuit debitorem, ex illis verbis: Nec enim proderit maritum nomen consequutum eo tempore, quo exigere non potuit, & in hanc opinionem videtur inclinare Larrea, ut ratione protractæ executionis contractus, tunc damnum sit venditoris, dum emptor non est in mora, quo minus res ipsi tradatur, quasi ex hoc velit Larrea inferre, quod dum in casu suo pro emptorem non stabat, quo minus rei emptæ dominium assequeretur, sed per venditorem, qui voluit eius mortem expectari, quod periculum medij temporis emptoris esse non poterat, & sic nec etiam commodum.*
- 6 Ducitur quoque *Larrea ex l. 12. & l. quod si 14. ff. de peric. & commod. rei vend.* quibus cauetur, rei venditæ periculum emptoris non esse, sed venditoris omnino, quando emptor non est in mora, quo minus ipsi tradatur.

7 Nihilominus distinguendum erit inter peremptionem totalem rei venditæ, & inter deteriorationem, & diminutionem illius, seu decrementum, aut incrementum, ante diem, vel conditionem. Quia si ante moram emptoris, vel ante diem, & conditionem casus peremptionis euenerit, res tunc venditori perit, si vetò contigerit diminutio, decrementum, vel augmentum, in hoc casu deterioratio cedit damno emptoris, nec consideratur, quod desit mora emptoris in assequutione rei emptæ, cum à principio ita est conuentum, vt non fiat traditio, nisi purificata conditione, vel cum dies præscriptus aduenerit, nam cum contractus sit perfectus, & res non aliter sic perempta, statuit I. G. in d. l. necessariò, vt periculum, seu diminutio sit emptoris, nisi deterioratio totam rem absorbeat, vt dixit Greg. Lopez in l. 26. tit. 5. p. 5. pro hæc verba: *Rei vendita sub conditione damnorum, & lucrum pendente conditione pertinet ad emptorem, nisi deterioratio totam rem absorbeat, ita fuscè Reg. de Marin. ubi sup. improbando Larream* In quo casu videtur rescindi posse contractum ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. ob læsionem vt supra dixi.

8 Silentio prætereundem non est, quod Faber in rational. ad d. tex. in l. necessariò tradit Iurifconsultum non constanter rescindere periculum emptori, sed dubitatiuè ex verbo fortè, vt dixi in obseru. 24. in Pras. de Franch.

9 Limitat Felician. d. num. 16. si pendente conditione nomen, & ius annui redditus sit traditum, quia tunc inopia superueniens post cessionem sit emptoris, vel cessionarij, ex Couar. pract. cap. 6. num. 6. qui alios congerit.

10 Potest dici, si cessio, sit conditionalis, vel in diem, esto, quod nomen non sit promissum exigibile, posito quod tempore cessionis debet esse exigibile, & idoneum, vt alias dixi in obser. 108. Pras. de Franch. quando conditio purificatur, quia tunc censetur nomen cessum, idè si non sit idoneum, quod teneatur cedens, si ex causa onerosa facta sit cessio, & succurratur cessionario.

## ARGUMENTVM.

Cessio in corporalibus an possit præscindi à traditione, dum vim habet illius? Elegans quæstio deseruiens ad sciendum: an cedens ex causa donationis teneatur de euictione, & facere uomen cessum verum? Expenduntur casus, in quibus præscindi intelligatur, & de euictione teneri valeat. Ex duobus cessionarijs si primus sit sub conditione, secundus purè, an potior sit secundus? Rota Romana decisio ad trutinam reuocatur. Quid autem si quis sibi reseruet annualitatem vita sua durante, & postmodum vedat absque reseruatione nomen debitoris censuale, quæ cessio sit potior? Mulier cedens nomen debitoris ex causa donationis an iuuetur Velleiano? Adducitur formula cessionis nominis debitoris ex causa donationis nuperrimè habitæ.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio in corporalibus an præscindatur à traditione?
- 2 Cedens ex causa donationis ius, quod habet censetur donare.
- 3 Donatio si incipiat à promissione an teneatur donator de euictione?
- 4 Cessio subsequuta post pactum de cedendo à promissione incipit.
- 5 Cessio nominis debitoris an à promissione incipiat post obitum cedentis facta?
- 6 Constitutum post mortem collatum non operatur translationem possessionis.
- 7 Ex duobus cessionarijs si primus sit sub conditione, alter purè: an secundus præferatur? Et num. 14.
- 8 Rota Romana pro primo iudicauit.
- 9 Addubitatio Authoris contra decisionem.
- 10 Cessione post mortem cedentis facta cū reseruatione annualitatum vita durante, si purè deinde fiat alteri cessio primus est potior.
- 11 Aliud est cedere post mortem, aliud reseruare annualitatem vita durante.
- 12 Cedens creditum à se exactum tenetur ad tantundem.
- 13 Mulier cedens nominis debitoris, an iuuetur Velleiano?
- 24 Recens formula cessionis adducitur.

QVAE.



## Q V A E S T. LXI.

- C**essio an possit præscindi à traditione incorporalibus elegans quaestio est, utilis ad plures effectus, quorum primus est, utrum cedens nomen debitoris ex causa donationis, & pacto gratuito de euictione teneatur, & facere verum debitorem cessum? Ratio dubitandi est, quia donatio quoties incipit à traditione, tunc donans de euictione non tenetur, sed tantum quando à promissione, *Mangil. de euict. quest. 68. & 69. Monter. decis. 13. num. 27. Cancer. var. par. 3. cap. 4. num. 22. D. Reg. de Marin. ad Reuert. decis. 433. num. 2.* Quod autem de donatione traditur, idem de cessione ex causa donationis dicitur, quia cessio ex causa donationis est donatio, ut in specie euictionis, *Olea tit. 7. quest. 92. num. 19. in fin. & num. 20.* ubi scribit, non inuenire discriminis rationem inter donationem rei corporalis, & cessionem, & propterea idem in donatione, quod in cessione tenendum existimatur. Sed cessio nominis debitoris habet vim traditionis, cum idem operetur circa incorporalia, quod traditio in rebus corporalibus, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 12. Cencius de censib. quest. 42. nu. 9. D. Reg. de Ponte decis. 34. num. 22. Olea tit. 1. quest. 4.* Ergo dum cessio habet vim traditionis non potest præscindi à traditione, & semper quod fit ex causa donationis, à traditione incipit, & per consequens cedens ex titulo gratuito de euictione non tenetur. Vnde regulariter primus cessionarius nominis debitoris præfertur secundo ratione traditionis, iuxta *l. quoties, C. de rei vendit. Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 107. & Ego in obseru. 75. in Praef. de Fräch.*
- 2** Confirmatur ex ijs, quæ in terminis tradunt *Guzman. de euict. quest. 35. n. 31. Odd. ad l. 3. C. de nouat. quest. 7. vers. quero decimotertio,* scilicet, quod cessa actione titulo gratuito nullum periculum ad cedentem spectet, quia ius tantum, quod habebat, cessisse intelligatur, *l. qui tabernas, ff. de contrab. empt. Olea num. 20.* Indistincte igitur verum erit, quod cedens nomen debitoris ex causa lucratiua non

teneatur de euictione, quod coincidit cum asserto, quod non teneatur facere verum nomen debitoris, & in hoc erit differentia inter cessionem ex titulo oneroso, & gratuito, nam primo casu cedens tenetur facere verum, iuxta *l. nomen, ff. de her. vel act. vend. aliter in secundo casu, quia non tenebitur.*

- 3** Suffragatur, nam quamuis sit in quaestione, an donans de euictione teneatur etiam, quod donatio à promissione incipiat, ut ex vtraque parte *Doctores* cumulat *Guzman. quest. 25. num. 31.* ubi in stricta iuris ratione, & disputando veriore firmat opinionem pro donante. Bene verum magis receptam ait in foro opinionem contrariam. Nihilominus in cessione ex pacto gratuito securè videtur posse dici, ad nihilum teneri cedentem, dum cessio ipsamet uti habens vim traditionis in incorporalibus, non præscinditur à traditione, & consequens donatio, & cessio nominis semper à traditione incipit.

- 4** Dari nomen possunt casus, in quibus cessio à promissione incipiat, & secundum distinctionem allatam cedens de euictione tenebitur; & esse poterit, quando fit pactum de cedendo, & postea subsequatur cessio, nam cessio inchoare dicitur à promissione, quemadmodum similiter donatio incipit à promissione, si præcedat pactum de donando. At in hoc casu pactum de cedendo non est cessio, ut latè *Guzman. quest. 35. num. 83. Olea tit. 1. quest. 6. num. 37.*

- 5** Aliter potest figurari casus, quando fit cessio sub conditione, ut puta post mortem, vel simili conditione, nam ante euentum conditionis cessio non poterit operari traditionem, cum per conditionem suspendatur principalis dispositio *textus est in l. qui absentis, §. 1. ff. de acqu. poss. ibi: Neque aliter accipientis fiunt, quam conditio extiterit, l. cedere diem, ff. de verb. signif. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 3. uum. 18.*

- 6** Hinc constitutum post mortem collatum ante purificatam conditionem nihil operari, nec possessionem aliquam transferre posse verè, vel fictè, aut inducere priusquam donator decedat, docet *Celsus*

- sus Hugo conf. 53. num. 6. & Oldrad. consil. 139. docente ante conditionis euentum non adesse obligationem aliquam, Dec. consil. 247. in 1. dub. Fontanell. ubi sup. n. 18. & scripsi in obs. 213. in Pras. de Franch.*
- 7 Hæsitatur in cessione facta duobus prius Titio sub conditione, deindè Sempronio purè, vtrum Sempronius præferatur ratione traditionis sibi prius factæ? Pro opinione affirmatiua arguitur, quia idem donatione rei corporalis deciditur per *text. in l. quoties, C. de rei vendit.* vbi secundus donatarius præfertur primo, cui res non fuit tradita, sed prius secundo donatario. Ergo idem in duobus cessionarijs dicetur, si cessione facta sit prius sub conditione Titio, & postmodum purè Sempronio.
- 8 In casu proposito *Rota* penès *Farin. p. 2. decis. 769. num. 6.* iudicauit priorem cessionem conditionalem posteriori puræ esse præferendam, quia in contractibus conditionalibus retrotractioni sit locus, quoties conditio casualis, vel mixta fuerit, & decisionem refert, & sequitur *Oleatit. 6. quæst. 8. num. 29.*
- 9 Concedo retrotractionem in conditione mixta, vel casuali quoties sumus in hypotheca, in qua locum non habet *d. l. quoties, C. de rei vendit.*, sed primus creditor licet conditionalis præfertur secundo creditori puro conditione purificata, vt latè *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 22. per tot.* At in donatione diuersa erit res, dum non transfertur possessio, nisi sequuta morte, vel conditione, & si non manet res in eodem statu, sed sit alteri ius quæsitum, non fit retrotractio, *Amat. resolut. 26. nu. 7. & 11. Reg. Reuert. decis. 451. & scripsi latè in obser. 213. in Pras. de Franch. num. 4.*
- 10 Contingit nunc disceptari, si quis reseruata sibi annualitate vita durante cesserit post mortem suam nomen debitoris censuale, & deindè alteri purè cesserit absque vlla reseruatione, vtrum potior sit secundus cessionarius. Respondi præferendum primum, quia per reseruationem vsusfructus translata fuit possessio nominis in primum cessionarium, ex *text. in l. quisquis, C. de donat. Fontanell. claus. 4. gl. 3. num. 17.*
- 11 Diuersa res erit inter duos cessionarios, quorum primus est cessionarius ex causa donationis nominis debitoris censualis post mortem cedentis, & secundus reportauit purè, & sine conditione cessionem, quia secundus consequitur dominium, & possessionem, quam habebat cedens, & consequitur statim fructus census, & retrotractio cessare videtur purificata conditione tam respectu acquisitionis fructuum præteritorum, qui spectarunt pendente conditione ad secundum, & quoad alios effectus, nec datur retrotractio in præiudicium iuris quæsitum secundo, *Costa de retrotract. cap. 8. cas. 19. num. 19. Merlin. d. quæst. 21. n. 58.* Proindè suspecta videtur *decis. 769. penès Farin. ubi sup.*
- 12 Si quis creditum a se exactum, vel quod alteri iam cesserat, vel ius, quod sciebat ad se non pertinere, cesserit, ad interesse cum eo agi poterit, quod in alienatione rei alienæ scienter donatæ similiter obseruatur *Oleatit. 7. quæst. 2. nu. 20.*
- 13 Mulier cedendo ex causa donationis aliquod nomen debitoris si non incipiat à traditione, iuuabitur *Velleiano*, sicut iuuatur, quando donatio à promissione incipit *Pras. de Franchis decis. 279. nu. 3. & 16. Consil. Marciauus consil. 12. num. 10. latè Reg. de Marin. lib. 2. ref. 238. nu. 12. & Ego in obseru. 279. in Pras. de Franch.*
- 14 Nouiter de mense Aprilis 1671. sub hac formola donatum fuit ad beneficium D. Cardin. Spinolæ creditum 23. m. scutorum his verbis subiunctis: *Seu alterius verioris summae, tale, quale, & quantum, & cedens non teneatur neque iudicialiter, neque extraiudicialiter ad aliquam iustificationem dicti crediti. Neque ad exhibitionem quarumuis scripturarum tametsi necessariarum pro executione donationis, minusque teneatur manutenere; quod dictum creditum sit verum, seu credita sint vera bona exigibilia, ac summa instrumenti, neque ad exhibitionem apochæ, litteræ cambij, aut alterius scripturæ, nec mandata, & brachium vt supra obtenta fuerint, vel sint valida, ritè, vel rectè facta, & obtenta, ac subsistentes, vel subsistentia. sed tantum teneri voluit dictum creditum, & iura ab ipso non fuisse exacta ex dato, &*

*facto proprio non autem suorum Authorū.*

Hac formula sibi benè consulere donatores existimo, ac ex propria liberalitate pœnam, vel molestiam patiantur. E' cōtrariò donatarios ante donationem de iuribus cedendis se ipsos instrui, ac iura, & scripturas opportunas, & necessarias indicari facere, vel habere.

Factum ne donans teneatur si creditum à suis Authoribus fuerit exactum, sed à se tantum iuri consonum est, quia etiam quando donatio incipit à promissione tunc donans, neque tenetur de euictione ob hypothecas ignoratas *Mãgil. de euct. quest. 69. num. 45.*

Benè verum hæc formula in contingencia facti cumulabatur cum præsumptionibus, & coniecturis alijs solutionis, de quibus *Presf. de Franch. decis. 361.* vbi *Ego in obsf.*

#### ARGUMENTVM.

Conuentio de obtinenda cessione à creditore anteriore an excludat cessionem legalem? Quando prouisio hominis facit cessare illam legis. Renunciatio, & cessio iuribus paragij competentis in bonis paternis ob promissionem dotis ad fauorem fratris facta, an resoluitur non soluta dote? Cedi an sine assensu possit actio pro paragio super feudis?

#### SVMMARIVM.

- 1 Conuentio de obtinendo cessionem an excludat cessionem legalem?
- 2 Prouisio hominis an excludat prouisionem legis?
- 3 Prouisio à iure communi descendens non excluditur per conuentionalem.
- 4 Expressa prouisio non faciat cessare tacitam, si hæc est compatibilis.
- 5 Tacita hypotheca pro dote non excluditur per expressam.
- 6 Refutatio feudi in proximè successurum cum assensu non mutat antiquum in nouum.
- 7 Tacita hypotheca pro locatore non excluditur per conuentionalem.
- 8 Filia creditrix pro paragio si ob promissionem dotis renunciauerit ad fauorem fratris successioni, & iuribus super bonis pater-

nis, an deindè possit illa cedere extraneo soluenti dotem?

- 9 Cessio corresponsiua ad promissionem dotis resoluitur non soluta dote.
- 10 Actio pro paragio competens sorori super feudis contra fratrem primogenitum an possit cedi sine assensu?
- 11 Discursus super huiusmodi actione pro paragio competente.

#### Q V A E S T. LXII.

- 1 **C**onventionalis prouisio de obtinendo cessionem iurium ad beneficium, putà emptoris an excludat subingressionem legalem concurrentibus requisitis, nempe conuentione, vt soluat pecunia creditori anteriori ad finem subintrandi in locum dimissi creditoris, si re vera pecunia deuenit ad eum, ità vt non reportata cessione conuenta possessor, vel extraneus qui credidit cum hac conuentione iuuetur iuribus anterioribus dimissi creditoris?
- 2 Ratio dubitandi est; quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, *l. fin. & ibi Bald. C. de pact. conuent. l. pen. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. vbi conuenit conductor inuecta pignori esse, & Labeo dicit, quod dum deindè locator mercedis nomine fideiussorem accepit, satisfactum ei videtur, & ideò illata pignori esse desisset, Tusc. litt. P. conclus. 951.*
- 3 Contrarium verius puto, quia præcedens conclusio plures limitationes recipit, inter alias, quando prouisio à iure communi descendit, non à speciali, vel extraordinario, *l. 4. §. si ex conuentione, ff. de re iudic. Tusc. vbi supra num. 29.*
- 4 Præterea prouisio hominis non facit cessare prouisionem legis, si cum ista est compatibilis illa, neque aduersatur, sed est famulatiua, seu corroboratiua ad maiorem firmitatem inducta ideòque illa hominis, quæ facta est in augmentum non debet operari diminutionem, vt ex *glos. in l. fin. C. de pact. conuent. Boer. decis. 33. Reg. Latr. decis. 36. num. 10.*
- 5 Conducunt ea, quæ tradit *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. par. 2. num. 15. & seqq.* vt scilicet expressa hominis, & con-

- conventionalis prouisio non faciat cessare tacitam à lege inductam, nec per expressam censeatur renunciatum tacitæ, si ista est in aliquo casu utilior expressa, *Fab. C. de rei uxor. act. def. 3.* Vnde si maritus pro restitutione dotis obligauerit omnia mobilia, & stabilia, in hac expressa hypotheca, licet non veniant nomina debitorum, cum hæc constituent tertiam speciem, l. à *Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic.* & proinde in vim expressæ nequeat mulier agere aduersus nomina debitorum, nihilominus tunc utilius sit agere tacita, quæ etiam illa comprehendit, & per tacitam poterit, quod non poterat per expressam, ita ex *glos. in l. fin. C. de pact. conuent. Bal. Nouell. de dote par. 6. priuil. 68.* vbi per *d. glosam* dicit, sibi contigisse de casu adducto disputare, & refert fuisse declaratum quod sic, & sequitur *Alexicōs. 58. n. 3. lib. 7. Surd. de alim. tit. 2. q. 42. nu. 41. Fontanell. nu. 18.*
- 6 Conferunt tradita per *Reg. Latr. consult. 140. num. 37. & 40.* vbi si quis refutet feudum in personam proximè successuri, & sibi voluerit consulere de impetratione assensus, apponendo clausulam, *saluo assensu impetrando*, etsi obtinuerit assensum, tamen feudum non dicitur nouum, sed antiquum, & iuuatur tacito assensu legis permittentis refutationem in proximè successurum; dum pinguior est prouisio legis in huiusmodi casu.
- 7 Nec obstat *text. in d. l. pen.* Quia in locatione etiam si de aliqua hypotheca expressa sibi consuluerit locator, adhuc tacita non cessat, *Bald. in l. certi iuris, nu. 17. Clocat. Gratian. discept. 117. n. 11. & ibi ago Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 77. nu. 98. Pacion. de locat. cap. 40. nu. 158.* vbi laudat *textum in l. item liberaretur in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.*
- 8 Filia creditrix in certa quantitate sibi legata à parte pro paragio sibi competente in bonis paternis, & maternis, si ob promissionem dotis etiam in maiori summa in capitulis matrimonialibus per fratrem sibi factam, renunciauerit successionebus, & omnibus iuribus competentibus pro paragijs, & omni alia ratione, vtrum valeat deinde cedere iura sui crediti ad fauorem extranei soluentis sibi

quantitatem dotis, & possit iuari cessionarius iuribus primæuis competentibus cedenti attentata iuris censura, & Constitutionibus Regni.

Arguitur aduersus extraneum, quod cum filia semel cesserit sua iura fratri ad beneficium ipsius, nequiverint rursus cedi, quia actio semel cessa rursus cedi non possit, *Cyriac. contr. 157. num. 14.* Et cessio fieri debebat, cum clausula, *reseruatua iurium pendente solutione dotis.*

9 Coeterum motiuo facile occurritur, quia cessio ad beneficium sororis, & fratris est correspondens ad promissionem dotis. Imò expressè post implementum solutionis, qua non sequuta, nequit dici facta cessio, dum frater ex sua parte non impleuit, vt iudicauit *Rota Roman. decis. 158. post Merlin. de pign. num. 9. & 10. ibi: Nec demum obstare visa fuit renunciatio à patre recepta in ipsa dotis constitutione; cum enim in eodem dotis instrumento incontinenti stipulata fuerit renunciatio, hæc correspondens censetur ad dotem promissam, Bal. in l. petens, C. de pact. num. 49. vbi etiam Bologn. num. 28. Sic. sen. conf. 273. num. 4. lib. 2. Corn. consil. 303. num. 2. lib. 3. Anchar. consil. 434. num. 3. Menoch. consil. 650. num. 11. Beccius consil. 92. num. 2. Consequenter resoluta ob dotem non solutam, que eius mentione sibi fuerat à patre promissa, Aymon. conf. 270.*

10 Remanet inspicere, quale ius competit feminis ad feuda pro paragio ad sciendam, an sit feudalis, & in cessione requiratur assensus.

Nulla iure feudali cautum est, feminam feudatarij filiam, vel sororem ex feudo dotandam esse, *Curt. iun. conf. 21. n. 12. Arthmon. Pistor. lib. 3. qq. iur. quæst. 37. num. 1. Rosenthal. de feud. cap. 7. concl. 47. num. 1.* Ideoque feudi corpus affectum non remanet, neque actio realis quaeritur, sed tantum actio personalis, per quam ex fructibus feudi cogendus est feudatarius ad huiusmodi dotem constituendam, *Pistor. d. q. 37. Rosenthal. num. 6.*

11 Esse tamen quandam actionem personalem in rem scriptam exercibilem quoque contra tertium in subsidium facta excussione, eo quia debitum prouenit non occasione personæ dotantis, sed ipsius feudi,

di, quod prepterea persequi posse censet, *Pistor. n. 9.* At non placet *Rosenthal. nu. 8.*

Per *Constitut. Regni in aliquibus sub tit. de success. Comit. & Baron.* alteratum est ius commune feudorum, nam in *d. Constitutione* paragium censetur debitum, adeò vt foemina petat paragium conditione ex lege, nempe ob dictam *Constitutionem*, *Afflic. decis. 162. Reg. Rouit. pragm. 25. de feud. Reg. Marcian. disput. 76. num. 8. Amat. consil. 42. Staiban. resol. 102.*

Vndè propterea paragium esse onus feudi, plerique dicere solent relati per *Marcian. num. 8. Amat. resol. 2. num. 43. Staib. num. 4.*

Verum in hoc sistendum est: quoniam veriùs est pro eo non competere hypothecariam, vel aliam actionem realem, vt *Afflic. & Reg. Rouit. num. 64. Roccus resp. 78. num. 13. Giurb. obs. 28. num. 30. Reg. Tappia decis. 48. Marcian. disput. 76. num. 10.*

Dicitur tamen onus feudi improprie, quia nempe actio personalis pro huiusmodi paragio competens est quandoque exercibilis contra tertium feudi possessorem, tanquam ad debitum occasione feudi, & sic cum feudum sit ocaasio debiti, propterea dicitur onus feudi, non quod illius corpus aliquo reali onere affectum sit, igitur contra successorem feudi vniuersalem, tanquam habentem qualitatem hæreditariam datur actio personalis ad factum, vel per tenutam in feudo, vel per coactionem ad illud vendendum, sed contra successores particulares datur actio tantum super fructibus feudi, ac in subsidium, vt quoad fructus nõ negat *Rouit. num. 71. Giurb. Reg. Marcian. & alij.*

Apud quos etiam habetur, tertios possessores plurium feudorum non insolitum, sed pro virili conueniri posse, neque ad ratam feudis conuenientem. Siquidem paragium foeminae exclusæ à successione non debetur ex solis feudaliibus, sed ex integro patrimonio feudali, & allodialium per æs, & libram eodem modo, quo in soluendis feudatarij debitoris fit concursus inter hæredem paganicum, & militarem. In qua diuisione facienda non attenditur valor feudorum in fructu, sed in proprietate at-

recto tempore mortis feudatarij, de cuius successione agitur.

Soror autem pro paragio an præferenda sit creditoribus fratris hypothecarijs anterioribus, & priuilegiatis? Hæsitandi ratio est, quia nulla competit hypotheca. Nihilominus quia bona paterna sibi in radice affecta sunt. Ideò competere videtur beneficium separationis bonorum, seu quædam actio personalis in rem scripta, vndè præferenda veniet quibuscumque fratris, vel alterius descendens creditoribus hypothecarijs, & priuilegiatis, iuxta *Afflic. decis. 162. D. R. Tappia decis. 48. Thor. in supplem. verb. filia pro dote, Card. de Luca de dote disc. 4. n. 11.*

Et quamuis super feudis non intret beneficium separationis bonorum, vndè propterea hæredis creditores cum assensu vincant simplices creditores sine assensu defuncti. Attamen fauore filiarum venientium pro paragio intrat quædam actio rei persecutoria redolens speciem dominij, seu rei vendicationis, qua mediante quæcumque hypothecæ contractæ per hæredem vincantur, in filijs enim lex magis iure dominij, quam crediti in bonis paternis defert legitimam, & respectiuè paragium, vel vitam militam. Alter in alijs creditoribus, vt idem *Card. de Luca lib. de credit. disc. 17. nu. 4.* Si demum actio sit feudalis, vel burgensatica, & ex gratia Regno concessa cedi possit sine assensu, dixi supra q. 52. & in obseru. 41. 75. & 599. *Pres. de Frank.*

## ARGUMENTVM.

Monialis professã an possit cedere annuam vitalitiam subuentionem? Laudatur *Sacra Rota Romana*, præstationes inexactæ per Monialem post huius mortem, an possint per Monasterium cedi? edifferitur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Monialis an possit cedere vitalitiam subuentionem, quæ reputatur pars dotis?*
- 2 *Cessio videtur contra votum paupertatis.*
- 3 *Monialem malè utentem Monasterium impedire potest.*
- 4 *Monasterium patitur interesse ex cessione.*

- 5 Rota Rom. pro negatiua opinione iudicauit.
- 6 Distinguitur inter cessionem iuris, & substantia, & cessionem fructuum.
- 7 Donatori inopi effecto an possit cedere Monialis?
- 8 Pro præstationibus inexactis an Monasteriũ post mortem Monialis possit agere?

## Q V A E S T. LXIII.

- 1 **M**onialis professa an possit cedere annuam vitalitiam præstationem, seu subuentionem, quæ pro communi stylo pro eius extraordinarijs vsibus sibi constituta fuerit, dubitatur per Scribètes.  
Pro opinione negatiua arguitur, quia ista vitalitia subuentio constituta Moniali dicitur dos, seu eius pars, & proinde mulier non potest facere deteriorem conditionem suæ dotis.
- 2 Præterea nam etiam ubi assignatio fiat præcisè pro vsu alicuius particularis Religiosi, vel Monialis cum prohibitione, quod Monasterio non acquiratur, neque se ingerat, atque dispositio validè apponenda sit, & ex consuetudine Ecclesiæ tolerata seruari debeat. Adhuc tamen ad euitandam incompatibilitatem ne religiosus professus contra votum paupertatis dicatur habere aliquid proprium, lex præsupponit dominium in Religione, vel Monasterio cum obligatione permitendi Religioso vsum, & administrationem non quidem per speciem vsusfructus, prout iuris est, cum illius quoque religiosus sit incapax, sed per quamdam speciem, seu imaginem commoditatis, ut est nudi facti, ideò ut substantiam non percutiat.
- 3 Quinimò si religiosus malè vtatur, ipsa Religio, seu Monasterium impedire potest, imò disposita retractare, ut Rota coram Bichio decis. 508. repetita in decis. 253. p. 11. rec. & consequenter nulla in ipso Religioso potestas residet cedendi, remittendi, vel retrodonandi.
- 4 Adhæc dum hæc vitalitia subuentio dicitur dos, seu dotis pars, Monasterium habet interesse, cum per illam eximatur ab expensis, & oneribus, quæ in infirmitate, vel in vestiario, siue in alijs vsibus

- de necessitate, vel de congruentia Moniali suppeditare oporteret.
- 5 Atque descendendo ad magis speciale adducuntur ea, quæ indiuidualiter tradit Rota in decis. 100. par. 13. rec. nu. 6. & 7. ibi; Respectu verò scutorum 702., ut asseritur, solutionem à Liuia sorori Liuia Moniali ex causa legati annuorum scutorum 40. ipsi à Catalano relictis, & debiti à fratribus de Bussis remouetur, ex quo Liuia illa persoluit, & cessionem reportauit à sola Moniali; quæ non poterat iura cedere in præiudicium Monasterij, cui legatum, ipsi relictum, delatum fuerat, ut ex dispositione tex. in cap. de Monachis 16. qu. 1. in cap. de lapsis 19. qu. 6. in cap. in presentia de probat. & cap. cum ad Monasterium de statu Monach. alijsque pluribus relatis respondit Rota in Romana censuum 27. May 1652. coram 60. me. Bichio S. 1.  
Et licet Monialis sit capax retentionis annuæ præstationis pro suis necessitatibus absque participatione Monasterij; Hoc tamen procedit, quando ita concessa, seu relicta fuit, ut concedens, vel relinquens noluerit illam in Monasterium transferri, sed omninò cedere in Monialis vsum, & eodem Monialis accipientis fuerit intentio. Secus quando de tali voluntate non constat, hoc enim casu acquiritur Monasterio, ut bene probat Sanch. in præcept. Decal. lib. 7. cap. 22. num. 16. quem refert, & sequitur Barbosa de potest. Episc. alleg. 103. num. 10.
  - 6 Vndè distinguendum videtur. Aut agitur de remittendo, & cedendo ius percipiendi annuas præstationes in futurum, & hoc ius in substantia, & in radice, & non possit, quia dicatur pars dotis. Et religiosus sit incapax huius iuris per votum paupertatis, & lex præsupponat dominium in Monasterio, & commoditas sit penès monialem? Aut de fructibus debitis, & illi cedi poterint Sanch. lib. 7. decalog. cap. 22. nu. 15. dum de facto ex tolerata Ecclesiæ consuetudine Monasterium non impedit huiusmodi præstationem, ubi ille non sit illicitus Bichius dec. 508. repet. decis. 293. par. 11. rec. Card. de Luca lib. de regular. disc. 56.
  - 7 Donatori, qui se ad hanc subuentionem obligauerat, si conditionem suam deteriorasset, ita ut non posset se decen-

ter sustentare, tunc Monialis recogno-  
scendo veritatem, & bonam fidem, &  
exercitium virtutis gratitudinis, dictam  
præstationem remitteret, & ipsa aliter se  
possit subuenire, vel ex honestis labore-  
rijs, vel ex bonis aliundè obuentis, se-  
cus esse probat *Card. de Luca num. 16.*

- 8 Imò si decederet Monialis relictis præ-  
stationibus inexactis ex iusto, & honesto  
motiuo charitatis erga coniunctos in  
hac voluntate vsque ad obitum perseue-  
rans, fructus decursi non exigendi erunt  
per Monasterium, iuxta eundem *Card.  
de Luca num. 16.*

### ARGUMENTVM.

Cessa hæreditate alicui per cedentem, qui  
reperiatur grauatus per fideicommissum  
in casu mortis, si deindè cedens in Mo-  
nasterio incapaci profiteatur, an substi-  
tutus succedet professione sequuta non  
expectata morte naturali? Testamen-  
tum an confirmetur per huiuscemodi  
mortem civilem? Quid autem si alienata  
fuiſſet res aliqua fideicommissi, an emptor,  
vel cessionarius non possit molestari vi-  
uente professio? Discutitur opinio *Fusa-  
rij* contra receptiorem opinionem, quæ  
dura ostenditur. Si cedatur spes fidei-  
commissi conditionalis, quod purificetur  
post professionem in Monasterio incapaci,  
an cessio valeat? An filij ingressi  
Monasterium incapax faciant deficere  
conditionem fideicommissi, si decesserit  
sine filijs, si grauatus cesserit hæredita-  
tem? Demum an Monasterium habeat  
loco filij fauore tertij cessionarij?

### S V M M A R I V M.

- 1 Professione grauati in Monasterio inca-  
paci bonorum sequuta, substitutus in casu  
mortis, an possit molestare cessionarium  
hæreditatis?
- 2 Substitutus post mortem an admittatur  
emissa professione grauati?
- 3 Testamentum ac recipiat perfectionem à  
professione testatoris?
- 4 *Affecte Salicet.* contra substitutum re-  
censentur.
- 5 Mors civilis professionis non operatur

*effectus, quos mors naturalis.*

- 6 *Fularius decertat contra substitutum.*
- 7 *Monasterium substitutum post mortem  
alicuius succedit grauato professio.*
- 8 *Cessionarius hæreditatis, vel emptor an  
possit molestari viuente cedente, aut ven-  
ditore professio?*
- 9 *Indicantur fructus questionis.*
- 10 *Quid si hæres grauatus alienasset vnã  
rem?*
- 11 *Substitutio an caducetur ob præceden-  
tiam substituti grauato professio?*
- 12 *Diuersitas inter perfectionem testamenti  
à professione testatoris, & perfectionem  
substitutionis?*
- 13 *Intermedium commodum inter profes-  
sionem, & mortem naturalem, ad quem spectet?*
- 14 *Successurus in fideicommissio si cedat spem,  
& deindè profiteatur, & purificatur substi-  
tutio, an succedat cessionarius?*
- 15 *Filius ingressus religionem incapax an  
faciat deficere conditionem fideicommissi,  
si decesserit sine liberis?*
- 16 *Quid cessa per grauatum hæreditate,  
vel alienatis bonis?*
- 17 *Hæres grauatus sub conditione, si dece-  
serit sine liberis si cesserit hæreditatem, &  
deindè professus decedat in religione capa-  
ci, an substitutio purificetur?*

### Q V A E S T. LXIV.

1 **C**ESSA hæreditate alicui per hæredem  
reperitum grauatum fideicommissio  
post mortem, si cedens exindè professus  
fuerit in Religione incapaci bonorum,  
an substitutus statim admittatur emissa  
professione, vel expectanda sit mors na-  
turalis cedentis, quinimò præcedente  
substituto ante cedentem caducetur  
substitutio?

- 2 In plures scinditur inspectiones hæc  
quæstio. Prima est, dato non adfit ces-  
sio hæreditatis, & hæres grauatus sit post  
mortem, an scilicèt post professionem  
in Religione incapaci succedat substitui-  
tus? Alij volunt, non expectandam mor-  
tem naturalem, & sufficere hanc civilem  
per professionem, vt substitutus admit-  
tatur, ita *Bar. in l. cum pater, S. hæredita-  
tem,* & ibi *Bald. num. 3. ff. de leg. 2. post alios  
Honded. consil. 62. lib. 1. Peregr. de fideicom.  
art.*



- art. 28. num. 63. vbi hanc opinionem receptionem, & in practica seruari ait Pras. de Franch. decis. 14. n. 7. vbi Ego in obseru. nu. 4. ex recentioribus Sesse decis. Arag. 44. Gaspar. Thesaur. lib. 2. quæst. for. 36. Thoro verb. mulier hæres par. 3. compend. Staib. resol. 97. n. 20. D. Reg. de Marin. ad Reuert. obs. 492. Marotta discept. 19. nu. 37. Card. de Luca de testam. disc. 63. nu. 7. D. R. Latr. consul. 63. num. 27. & 30. cum seqq.*
- 3 Vndè si quis faciat testamentum, & deindè ingrediatur Religionem, tunc emissã professione admittitur hæres non expectata morte naturali, & legata debentur *Bart. & communiter Doctores in l. 1. ff. de testam. idem Bart. in Auth. si qua mulier, nu. 10. C. de sacros. Eccles. post alios Fusar. de substit. quæst. 430. num. 6. Card. de Luca de testam. disc. 35. & lib. de Regular. disc. 1. num. 116. & disc. 62. nu. 4. vbi quod testamentũ recipit perfectionem à morte ciuili, quoties contrarium cautum non sit. Ergo sicuti succedit hæres institutus emissã professione in Monasterio incapaci, ità similiter substitutus admittetur.*
- 4 Extrema altera opinio est, quod immò substitutus non admittatur, nisi post mortem naturalem Monachi ingressi Religionem incapacem, & quod bona remanere intèrim debeant, vel apud hæredem scriptum, vel legitimum professi, ità *Salsc. in l. 1. col. 4. C. de hered. instit. Imola in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2. Roman. singul. 434. Vasq. de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 171. vbi dicit hanc esse communem opinionem Modernorum, Alex. 35. de substit. par. 4. cap. 6. n. 6. Fusar. consil. 88. & 95. & de substit. d. quæst. 430. nu. 16. vbi dicit hanc veriorem D. R. de Marin. lib. 1. ref. 166. Castill. lib. 3. contr. cap. 12. D. Pras. Merlin. lib. 1. contr. 60. nu. 14. Molfes. ad consuet. Neap. par. 1. tit. de bon. num. 6.*
- 5 Mouentur, quia dispositio de morte hæredis grauati intelligenda sit de naturali, *l. ex ea parte, §. insulam, ff. de verb. oblig. glos. in cap. placuit, & cap. suscepit de rescript. in 6. Præsertim quando mors ciuilis non producit effectus omnes, quos mors naturalis Cyn. Bald. & alij in l. Deo nobis, C. de Episc. & Cleric. Bar. & alij in d. §. insulam, vbi Iason dicit communem opinionem. Atqui alius est effectus mor-*
- tis naturalis, alius mortis ciuilis, nam tardius potest conueniri grauatus pro fideicommissio, & fructus medij temporis erunt hæredum grauati. Prætereà substitutus potest præmori grauato, & resul-  
tabit caducitas.*
- 6 Vtramque opinionem, & rationibus, & autoritatibus munitam inquit *Fusar. num. 20. Ceterum existimat postremam opinionem veriorem ob effectum caducitatis, & facilius quis ingrediatur religionem, vt monachus ante ingressum possit haberet solatium, quod hæredes sui fruuntur illis bonis, quibus ipse fruere-  
tur, si religionem non ingrederetur.*
- Quidquid sentiat *Fusar. Ego primam opinionem receptiorem agnosco, dum idem Fusar. num. 16. refert se patrocinate contra substitutum succubuisse, & pro substitutio iudicatum, pro quo tenet Cancer. par. 1. var. cap. 24. num. 31. Censul. ad Peregr. art. 28. vers.*
- 7 Sine dubio si fuisset substitutum Monasterium, quod non potest præmori, & caducitas euenire, prout substituto loco pio, vel Vniuersitate sustentabiliorem opinionem esse tradit *Fusar. d. num. 16.*
- 8 Altera inspectio est, quando hæres cesserit hæreditatem alicui, vtrum substitutus emissã professione in Monasterio incapaci admittatur? Dicendum videtur, quod non, prout in simili quando agitur contra emptorem bonorum ab hærede grauato, non possunt ab eo vendicari bona, nisi morte naturali Monachi sequuta, *Bal. consil. 280. lib. 2. Decian. consil. 31. nu. 23. lib. 4. Peregrin. de iur. fisc. tit. de deportat. nu. 21. & de fideicom. art. 28. nu. 93. in fin. vbi dicit, ità fuisse iudicatum Fusar. vbi: Limitatur prima opinio pro substituto, quando professus antea vendidisset, & alienasset bona, nam emptor durante vita illius non posset molestari, vt tenent Bald. Peregrin. & alij citati supr. num. 10. qui in his terminis loquuntur, & ità ego tenui in cõsil. 88. n. 15. addo R. de Marin. ad Reuert. vbi supra, & scripsi d. obseruat. 14. nu. 4.*
- Rationem assignat *Fusar. consil. 88. num. 10. quia professionis factum operatur expropriationem, & abdicationem bonorum, quæ tunc à professo possidebantur, non autem ad præiudicium ter-*

tij, vt ità obtinuisse ait *Peregrin. d. art. 28. uum. 63. in fine*. Et nimis durum esse inquit *Fufar.*, quod cum grauatus possit alienare bona sua vita durante, valeat postmodum molestari emptor, quod post factam alienationem ingrediendo religionem hæres grauatus, esset in sua libertate facere alienationem statim reuocabilem, quæ ex iuris dispositione est irreuocabilis.

9 Dices Mortuus, & non mortuus censetur hæres grauatus professus in Monasterio incapaci. Mortuus si condiderit testamentum, quia istud perfectionem recipiet iu professione, & hæres scriptus adibit hæreditatem ex testamento, vt supra dictum est; Cæterum non mortuus, quia substitutus non succedet quasi vita durante Monachi, ità similiter dicetur mortuus, etiam quod hæres grauatus professus testamentum non fecerit, quia succederet emissa professione in Monasterio incapaci hæres ab intestato, & è contrario non succedet substitutus, vt possit vindicare bona fideicommissaria ab emptore, vel cessionario hæreditatis. Vnde hæc opinio pro emptore, vel cessionario concordare videtur cum illa, qua dicitur, substitutum non admittendum, nisi post mortem naturalem Monachi ingressi religionem incapacem, & quod bona remanere debeant interim, vel apud hæredem scriptum, vel legitimum professi, quam tenent *Salic. & alij* relati per *Fufar. d. q. 430. n. 16.*

10 Augetur difficultas, quando hæres tantummodò alienasset vnã rem, vel aliquas fideicommissi, & deinde profiteretur in religione incapaci, quid dicendum, an emptor possit molestari viuente Monaco professo? Ratio dubitandi est, quia aut non posset, & tunc si admitteretur substitutus morte naturalis non expectata quoad bona non alienata, substitutus admitteretur quoad ista, & non admitteretur quoad alienata, & sic admitteretur, & non admitteretur, quod aut implicaret, vel saltem esset absurdum.

11 Succrescit etiam dubitatio in casu, quo ante professionem essent bona alienata, vtrum præcedente substituto viuente Monacho caducaretur substitutio?

*Salyc. Imol. Crot. & alij*, ideò tenent contra substitutum, vt non sit admittendus vita naturali Monachi durate, quia mors ciuilis professionis non operetur eundem effectum, quem mors naturalis, cum possit præmori substitutus, & caducari substitutio, quæ opinio *Salic. & affeclorum* non est recepta in foro, iuxta *Præs. de Franch. & alios*.

Pro emptore bonorum expressè tenet *Fufar. d. consl. 88.* vt nequeat molestari vita grauati durante, quia habet beneficium, quod substitutus possit mori ante professum. Qua opinione posita quid erit dicendum, si tantum aliqua res alienata essent, & non omnes, vtrum possit succedere substitutus quoad res, quas possidebat Monachus tempore professionis, & quoad alienatas non posset, quia si ità respenderetur, tunc substitutio purificaretur per professionem, & caducaretur fortè per præcedentiam substituti viuente professo, quod contradictionem inuolueret. Rectius igitur indistinctè dicendum videtur, quod substitutus non admittatur vita professi durante siuè ad alienata, siuè ad non alienata, quia mors ciuilis non operetur eundem effectus, quos naturalis, dum substitutus potest præmori, & substitutio caducari, & hæc opinio fauorabilis est Religioni, cum facilius quis alliciatur ad ingressum, nam potest ingressus habere solatium, quod hæredes sui habeant bona ob caducationem substitutionis, & præcedentiã substituti viuente Monacho.

12 Habet nihilominus suam duritiem præfata opinio, quia testamentum professi perfectionem recipit ex professione, & morte ciuili, & non substitutio, & tamen hæres institutus potest præmori, & caducari testamentum.

Nisi dixeris ex diuersis non fieri illationem, & diuersum esse casum testamenti per ingressum ante professionem in Monasterio incapaci conditi recipientis confirmationem ex professione, à casu substitutionis, nam primo casu cum Monasterium tanquam incapax non possit possidere, neque Monachus, qui se expropriauit, possidere debet hæres scriptus iuxta voluntatem testatoris, sed

in

in casu substitutionis abest mens professi, cum agatur de ipsius grauamine, & solatium recipiat ex caducatione fideicommissi, & successione sui hæredis, ita  
*Fusar. num. 15.*

13 Quando intermedium cōmodum inter professionem, & mortem naturalem cedit priuato extraneo, cui proficens dum adhuc esset in sæculo eius bona, & iura cessisset, seù legasset, vbi sequitur ingressus in Religionem incapacem in communi agit *Card. de Luca lib. de success. discurs. 66.*

Si hæres grauatus cogitando ingressum in religionem legasset bona fideicommissaria, tunc pro legatario videtur stare voluntas ingressi, idemque si non cogitando, si sciens testamentum, non testamentum reuocauerit, seù legatum, iste autem casus ferè est metaphisicus, & vix contingibilis.

14 Dubitari contingit, an proximè successurus in fideicommissio, vel alio iure possit ante professionem in religionem incapaci hanc spem cedere alteri personæ capaci? Respondetur negatiuè. quia volens profiteri in huiusmodi religionibus potest quidem in personam capacem ante professionem transferre nedum bona, & iura in proprietate, sed etiam iura personalia, & vitalitia duratura ad eius vitam naturalem ex deductis per *Reg. de Ponte cons. 15. lib. 2. & iuxta casum Card. de Luca lib. de testam. disc. 36.* Secus autem vbi agitur de iuribus quærendis, & in spe, pro quibus assequendis requiritur existentia, & capacitas de tempore, quo illa aperiuntur, ad eò vt extrema sint habilia, cum cessionarius dicatur procurator cedentis, eiusque personam repræsentet *Card. de Luca d. disc. 36. & lib. de Regular. disc. 63. num. 5.*

Limitatur, quando fideicommissum, vel ius de futuro transmitteretur ad hæredes, quia vocati, & substituti adhuc essent hæredes, tunc tenet celsio, cum non agatur de præiudicio hæredis grauati, sed solum de præiudicio hæredum fideicommissarij cedentis, *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 363. ff. ad Trebell. Fusar. quæst. 514. num. 18.*

15 Affinis est quæstio vtrum filij ingressi

religionem incapacem bonorum faciant deficere conditionem fideicommissi si sine filijs decesserit?

Si in vniuersum, & in particulari religio sit incapax, tunc non facere deficere, scribunt *Bart. in l. filius familias, §. cum qui, ff. de leg. 1. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 8. num. 28. Crass. §. fideicommissum, quæst. 32. num. 3. Alex. 35. de substit. par. 4. cap. 7. num. 66. Boer. decis. 354.* Ratio est, quia professus in religione mortuo est similis. Et in tacita conditione à lege subintellecta, idem censet *Bal. in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. Monach. consil. 388.* & alij relati per *Fusar. quæst. 28. num. 5.*

Contrarium in conditione expressa tenent alij volentes conditionem fideicommissi deficere, licet filij sint ingressi religionem incapacem, quia verba naturaliter sumi debeant, & in conditionibus implendis mors ciuilis non æquiparetur morti naturali, *Decian. consil. 31. lib. 5. nu. 21. Odd. de compendio par. 6. quæst. 2. art. 5. nu. 8.* qui dicit primam opinionem communiter reprobari, alios refert *Fusar. nu. 6.* Qui beneuerum existimat non esse recedendum à prima opinione, tanquam communiter recepta. Ità vt substitutus admittatur statim non expectata morte naturali.

Filij insuccessibiles quando faciant deficere conditionem, si sine filijs. Distinguit *Bart. in d. l. filius familias, §. cum quis, num. 2. & 3. ff. de leg. 1.* inter incapacitatem resultantem à lege, qualem exemplificant in religiosis religionis incapacis etiam in communi, & alteram resultantem à voluntate testatoris exhæredantis putà filios, vel ipsiusmet filij voluntate. Vt primo casu superexistentia naturalis, & de facto non sufficiat, sed talis filius incapax, seù insuccessibilis habeatur pro naturaliter mortuo, ac si in rerum natura non existeret, secus in secundo, vt sola existentia de facto sufficiat, licet non succedat, ita *Crass. d. §. fideicommissum, quæst. 32. nu. 3. Fusar. d. quæst. 428. nu. 1. Card. de Luca de fideicommiss. disc. 65. n. 3.* vbi dissidentes refert *Anchar. consil. 396.* in prima scilicet parte distinctionis, cuius opinionem veriore dicunt *Decian. consil. 31. num. 16. & 21. lib. 5. ex pro-*

fello *Giouagn. confil. 89. lib. 1.* cui opinioni licet obiter adhærere videtur *Rota decis. 151. num. 2. p. 3. rec.*

Idem *Cardin. de Luca num. 6.* recenset *Rotam decis. 313. p. 10. rec. num. 15. & 17.* explicitè firmantem, idem filios naturaliter mortuos, vel religiosos de religione incapaci, aduertit autem *Cardin. de Luca* decisione id potius incidenter dici. Et in religiosis posse dari etiam casum capacitatis ex assumptione ad Episcopatum, vel transitu ad religionem capacè, seù ex Apostolica dispensatione, quæ capacitas sapit aliquid de euentualitate.

Contra substitutos magis stringit decisio *Carill. 266.* repetita apud *Manzum consult. 80.* vt sufficiat existentia harum personarum ad impediendam purificationem substitutionis.

16 Retenta opinione, quod substitutus statim admittatur, id intelligit *Intrigliol. de substit. cent. 3. quest. 51. num. 19.* respectu bonorum possessorum tempore ingressus, non autem respectu bonorum alienatorum, vnde si hæres grauatus cessisset nomen hæreditarium, & deindè obijisset cum filijs professis in Monasterio incapaci in vniuersum, tunc cessionarius non posset molestari, & sequitur *Decian. confil. 31. num. 23. lib. 5.* At *Fusar. d. quest. 438. num. 10.* aduertit *Intrigliolum* se confundere, nam *Bald., Peregr. & alij*, quos allegat, loquuntur, cum grauatur quis, si decesserit, & ille ingreditur Monasterium incapax, & dicunt casum fideicommissi non euenisse quoad bona alienata.

17 Pulchrior est dubitatio, an Monasterium habeatur loco filij ad exclusionem substituti in casu mortis hæredis sine filijs nedum ad fauorem suum, verum etiã commodum tertij cessionarij, cui ingreditur Monasterium hæres grauatus iura cesserit? *Card. de Luca de fideicommiss. dist. 66. num. 10.* negatiuè resoluit ex *Giouang. conf. 55. lib. 1.*

#### ARGUMENTVM.

An cessibilis sit prælatio competens venditori pro pretio ratione specialis hypothecæ? Refellitur *D. Staibanus* negans:

Prælatio venditoris an anteponatur doti? Expenditur *Afflictus*. Quid demum sit dicendum de concursu inter mutuan-tes ad rem emendam, rescindendam, & conseruandam, & dotem edisseritur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Prælatio venditoris pro pretio in re vendita ratione specialis hypothecæ an sit cessibilis?
- 2 Hypothecæ distinguitur à prælatione in ratione cessionis.
- 3 Priuilegium dotis an sit maius illo venditoris.
- 4 Resoluitur questio, an cedi possit prælatio venditoris?
- 5 Prælatio venditoris an sit maior illa mutuantis ad rem emendam?
- 6 Mulier pro dote an præferatur mutuantis?
- 7 Litera text. in §. his cõsequens, Authent. de qualit. dotis, stat pro muliere.
- 8 Ratio naturalis, & legalis suffragatur mutuantis.
- 9 Refellitur *Staibanus* negans cessibilitatem prælationis venditoris.

#### Q V A E S T. LXV.

- 1 Prælatio competens venditori super re vendita cum speciali hypothecæ pro pretio an sit cessibilis, & transeat cum cessione omnium iurium, ita vt venditoris cessionarius præferatur omnibus hypothecarijs creditoribus anterioribus nouiter dubitari vidi; Et ex *Freccia, Tirraquell., & Gratian. discept. 149. nu. 11. & seqq.* expressè negat *Staib. resolut. 81. num. 2. in obseru.*
- 2 Comprobatur dubitatio, quia distinguenda est hypothecæ à prælatione illius, veluti in causa dotis dicitur priuilegium prælationis, & antelationis hypothecæ non transire in extraneos hæredes, nec cedi posse, sed transit sola simplex hypothecæ absque prælatione, vt ex *Rota Rom. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 133. num. 1.*
- 3 Confirmatur, nam si priuilegium prælationis competens mulieri est maius, & distinguitur prælatio ab hypothecæ. Ergo debet etiam à fortiori distingui in venditore, & eius cessionario, quod etc-

etenim mulier præferatur venditori, volunt *Specul. in tit. de solut. & oblig. num. 45. Caphal. consil. 131. per tot. lib. 1. verba Speculatoris sunt: Quid si vendiat fundum Titio, & tradidi, & conueni, quod esset mihi specialiter obligatus, habebat uxorem, cui erant pro dote bona obligata, nunquid sum ei præferendus in fundo? Et videtur, quod sic, C. de pign. l. quamuis, C. qui potior. in pign. hab. l. licet, ff. de priuil. credit. Argumentum contra de tribus procuratoribus, S. pen. & S. in tribus instit. de rer. diuis. S. vendita, C. qui pot. in pign. hab. Auth. item si quid, C. de iur. dot. l. in rebus. Dic quod præferatur alijs creditoribus, non uxori, ut in prædicta l. licet, & notatur in eo, ex cuius pecunia res empta est, ff. qui pot. in pign. hab. l. interdum, C. eod. l. fin. S. 1. & post *Specul.* hanc opinionem tenet *Afflic. decis. 306. num. 4.**

4 Verius autem dicendum erit, quod hypotheca venditoris cum prælatione sit cessibilis, & cum cessione omnium iurium transeat ad hæredes, & extraneum, quia idem traditur in priuilegio, & prælatione eius, qui mutuauit ad rem emendam, de quo in *l. licet, C. qui potior. Amat. resol. 3. Acosta de priuil. credit. reg. 2. ampl. 5. Carneual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disputat. 28. per totam*, nam quod factum, & mutuo, aut venditioni cohæret, transfertur in cessionarium cum ipsa actione, *Olea tit. 6. quæst. 2. num. 17. D. Præf. Merlin. lib. 2. contr. 50. num. 29.*

5 Præterea maior est prælatio venditoris super re vendita, quam mutuantis cum pacto expresso, vt ex pecunijs mutuaris aliqua res ematur cum hypotheca super illa re; nam cum tempore traditionis rei suæ venditor potuerit apponere illud onus, & illas condiciones, quod, & quas voluerit. Infertur, quod cum res illa, non sit acquisita, nec effecta debitoris liberè, nec absolutè, sed demum cum illo onere hypothecæ pro solutione pretij eiusdem, non solum præferatur alijs anterioribus creditoribus priuatis, sed etiam doti anteriori ex supradicta ratione, & aliter est in terminis dictæ *l. licet* in specie quæstionis in re empta ex pecunijs in id expressè mutuaris cum speciali hypotheca, nam hæc si posterior

fit doti, illa præcedenti non præiudicat; quia non fuit constituta ad instantiam Domini eiusdem rei; sed mutuantis nullum ius habentis, nec dominium in re emenda; Sed in casu venditionis cum speciali hypotheca pro pretio pactum celebratur inter venditorem dominum, rei, & emptorem antequam dominium transferatur in emptorem, & sic tempore, quo res erat venditoris, qui potuit tempore traditionis rei suæ illud onus apponere in sui fauorem, vt cum eo transiret in emptorem, cæterosque eiusdem rei possessores; donec pretium soluatur, nec ex eo præiudicium considerabile fit creditoribus anterioribus, neque doti præcedenti, cum in hac re sic vendita, & in venditione isto onere affecta nullum antea, nec creditores, nec mulier ius haberent.

6 Verum est, quod mulier præfertur creditori mutuantis ad emptionem, ex *S. his consequens, Auth. de qualitate dotis, Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 2. part. 9. num. 28.* qui tamen pro venditore contra mulierem probat cum *Negusan., Gutierrez, Vrsill. ad Affl. & alijs n. 18. & seqq.* & iudicatum refert in suo Senatu *nu. 33.*

7 Scimus, quod attenda litera *text. in d. S. his consequens*, ac etiam attento calculo *Doctorum* magis recipiatur opinio, quod mulier pro dote præferatur mutuantibus ad rem reficiendam, seu conseruandam, vt ob dictum *text.* tenet *D. Præf. Merlin. cõtrou. 26. lib. 1. num. 3. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 31. Medic. examin. 11. à n. 22. Reg. de Pont. decis. 34. nu. 6. Rat. dec. 328. n. 22. part. 5. recet. Burat. dec. 223. n. 2.*

8 Nihilominus etiam pro mutuantibus ad rem reficiendam, vel emendam iuxta terminos *text. in d. l. licet*, contra dotem firmant *Gratian. discept. 616. n. 16.* & relati per *Amat. resol. 3. num. 23. Reg. Latr. consult. 117. nu. 41. & 42. Ferentill. ad Burratt. decis. 62. nu. 9.* ob rationem probabiliorem, nedum legalem, sed etiam naturalem, quod alias bona in debitoris patrimonio non adessent, vel non fuissent conseruata, nec videtur, quod esse debeat melioris conditionis creditor, quam sit dominus in re sua, in qua vincit quamcumque hypothecam quantum vis pri-

uilegiatam, & fauorabilem, & tamen dominus reficere tenetur melioramenta necessaria, ac etiam vtilia possessori etiā malæ fidei; maiori ratione præferri debeant mutuantibus ad refectiōem, vel emptionem, & hanc opinionem veriore probat *Card. de Luca de dote discurs. 166. num. 57. & seqq.* stante motiuo maioris utilitatis ipsius mulieris, quorum nisi constituitur ista potioritas, non de facili reperientur mutuatores, idque in damnū crediti dotalis. Absque dubio si adiiciatur pacium hypothecæ acquirendæ mutuantibus in præambula hora, vel momento acquisitionis rei emendæ, quæ prius affecta sit ipsi creditori, vnde propterea quando transit in dominium debitoris, iam impressa sit dicta hypotheca, cum qua res ita affecta debitori acquiratur. Igitur si id fieri potest per mutuantem ad rem emendam, multò magis fieri poterit per venditorem in re propria, quæ prælatio non conceditur ex priuilegio venditori, sed quia potest in re propria legē ad sui libitum apponere.

9 Erroneum erit nunc assertum *Staibani*, quia *Tiraquell.*, *Freccia*, & *Gratian.* non loquuntur de prælatione venditoris ratione specialis hypothecæ, quod dicta prælatio non sit cessibilis, sed loquuntur de prælatione, quam habent Domini, & Barones in emptione fructuum, quando coloni, vel vassalli alijs vendunt, idque toto cœlo distat à prælatione, de qua loquitur *Staibanus*.

#### ARGUMENTVM.

Cedere an possit venditor ius consequendi vsuras recompensatiuas ex æquitate, l. *curabit*, C. de act. empt. & argui possit ab vsuris dotalibus ex æquitate debitis marito propter sustentationem onerum matrimonij? Expenduntur *D. Card. de Luca cum decisionibus Rotæ Roman.*, *Cancer.*, *Leotard.*, & *alij*, & recensentur opiniones pariformiter distinguentes inter antedictas vsuras, cum opinione *Authoris* negantis argumentationem ab vsuris dotalibus ad vsuras venditori debitas.

#### SVMMARIVM.

1 Cedi an possint in futurum vsuræ com-

*pensatiuæ venditori debita?*

- 2 Ab vsuris dotalibus ad vsuras ex æquitate, l. *curabit*, C. de act. empt. an arguatur?
- 3 Opinio *D. Card. de Luca* cum decisionibus *Rotæ Rom.*
- 4 *Vsuræ dotalis an cedi possint?*
- 5 *Distinctiones plures in specie vsurarum dotalium.*
- 6 *Rotæ Romanæ decisiones de vsuris ex d. l. curabit iuxta easdem distinctiones intelligit D. Card. de Luca.*
- 7 *Cancerij resolutio de fructibus ex d. l. curabit.*
- 8 *Leotardi opinio pro cessionario veditoris.*
- 9 *Author negat argumentationem ab vsuris dotalibus ad illas per emptorem debitas.*

#### QVÆST. LXVI.

1 Cedere an possit venditor ius consequendi fructus recompensatiuos ex æquitate, l. *curabit*, C. de act. empt. sibi debitos re tradita emptori ob pretium non solutum?

2 Argumentum pro parte negatiua præstat; quod de vsuris dotalibus dicitur ex æquitate debitis marito non recepta dote ob supportationem onerum matrimonij, seu ob alimenta, quæ præstat vxori matrimonio durante, quia conclusio procedit fauore ipsius viri, non autem tertij, qui esset viri cessionarius, cum hoc priuilegium sit personale non cessibile, *Bald. de rubr. C. de vsur. num. 5. Dec. consil. 571. num. 1. Gratian. discept. 143. num. 9.* vbi *Ego in obs. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 15. num. 34. Seraph. dec. 123. Boss. in dote cap. fm. 65. Olea tit. 6. q. 2. num. 40. plenè Rota decis. 182. par. 4. rec. tom. 2. Card. de Luca de dote disc. 123. num. 10. & disc. 161. num. 37.* Quod autem pari passu ambulent dictæ vsuræ recompensatiuæ ex æquitate debita, & sint affines, & *Doctores* ab vna specie ad aliam arguunt propter identitatem rationis, quæ in eis militat *Gabriel consil. 145. num. 12. lib. 2. Rol. à Valle consil. 65. num. 4. lib. 4. Paul. de Castr. in l. Iulianus, S. ex vendito, ff. de act. empt. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. par. 6. num. 16. 44. & 49.*

3 Vnde in puncto *Card. de Luca lib. de dote disc. 161. num. 37.* ab vsuris dotalibus

ar-

arguit ad vsuras huiuscemodi ex æquitate *d. l. curabit*, ut sicut illæ non sint cessibiles, ita nec istæ, his verbis: *Quod etiam in fructibus recompensationis debitis ex æquitate, l. curabit, ut scilicet debeantur venditori, vel eius heredibus, non autem tertio cessionario dixit Rota in Romana pecuniaria 8. Iunij 1646. coram Verospio decis. 258. num. 3. par. 11. rec. & decis. 129. num. 92. par. 12. rec.* Verba huius decisionis sunt: *Respectu enim dispositionis d. l. curabit, illa applicari non potest, quia ut in ultima decisione responsum fuit, æquitas d. legis fauet soli domino rei vendita, eiusque heredibus, qualis non erat Alphonsina, non autem Tertio, siue creditor sit, siue alias causam habeat à Domino, ut dixit Rota Romana fructuum census 16. Nouembris coram R. P. D. meo Verospio confirmata 1. Februarij 1649. coram eodẽ, §. neq. suffragatur.*

4 Responderi poterit, plures negare id, quod de vsuris dotalibus traditur, ut cessibiles non sint, & firmant posse cedi, ut volunt *Salic. in Auth. ad hac num. 12. C. de vsur. Paris. consil. 64. num. 5. lib. 4. Sesse decis. 68. nu. 24. plures cumulat Boss. cap. 20. num. 65. Merlin. de pign. lib. 3. quæst. 80. à num. 16.* qui hanc plenè tuetur, & contraria soluit.

5 Distinguit cum *Leotardo, Card. de Luca d. disc. 161. num. 37.* Aut cessio est principaliter circa ipsas vsuras, vel fructus, quia nempe tertius ex titulo oneroso, vel etiam lucratiuo quæserit illud ius, siue commoditatem percipiendi dictos fructus ad instar cessionis, quam pensionarius facere posset de commoditate pensionis Ecclesiasticæ, ac feudatarius de commoditate fructuum feudi, & tunc non videtur dubitandum, ut etiam tertius licitè tanquam nudus viri procurator in rem propriam dictos fructus, siue vsuras percipere possit, dum ita considerantur non tanquam accessoriæ ex pecuniæ dilata solutione resultantes, sed tanquam fors, seu iura principaliter in contractum deducta, durante tamen iure viri, eodem modo, quo statuitur de cessionario pensionis, ut in specie post *Rodrig. de ann. redd. lib. 3. quæst. 7. nu. 59. Leotard. quæst. 29. num. 19.* Nisi contractus ita sit conceptus, quod fraudem vsurarum con-

tineat, quia scilicet pretium pro dicto iure solutum remaneat saluum, ac repetibile, dicto iure, vel commoditate cessante, cum tunc in effectu esset, assequi vsuras ex retardatione pecuniæ per huiusmodi tertium viro mutuata, quod percuteret ius, vel interesse viri, non autem debitoris dotis, & fructuum dotalium addo *Cancer. par. 3. var. cap. 7. de pact. nu. 46.* & ita iudicatum refert.

Aut verò cessio est circa sortem, quia scilicet vir ipsum nomen debitoris dotis tertio cesserit cum dicto iure percipiendi vsuras, & tunc si agimus de tempore, quo cessantibus matrimonij oneribus, neque ipsi viro vsuræ deberentur, & cessat omnis difficultas, quia nequit consistere maius ius in cessionario, quam in eius authore.

Si verò de tempore, quo principalis conclusio locum sibi vendicaret, & vsuræ deberentur, & tunc si cessio facta sit in solam gratiam viri, eiusque commodum, & utilitatem principaliter respiciat, non videtur pariter de iure cessionarij dubitandum, quia in effectu eas exigere poterit ut viri procurator. Utputa vir est tertij debitor in aliqua summa legitimos fructus, vel vsuras producente, si loco istius crediti fructiferi vir cedat dicto eius creditori suum creditum fructiferum à dotante consequendum, tunc nulla videtur subesse ratio prohibitionis, quoniam neque cedens, neque cessus sunt in damno, minusque cessionarius est in lucro. Item vir, qui sit tertij debitor pecuniarius dat suo creditori in pignus nomen debitoris dotale cū iure vsurarum, utiq; neque videtur huiusmodi cessionario deneganda facultas exigendi à dotante vsuras, dum istarum exactio respicit principale commodum viri, qui per ipsarum imputationem in sortem, ita per diminutas solutiones liberationem à proprio debito consequitur, ut latè probat *Leotard. ex nu. 22. Olea tit. 6. q. 2. nu. 40. & seq.*

Vbi verò cessum est tertio simpliciter nomen debitoris tanquam creditum pecuniarium loco æquivalentis debiti, vel ex alia causa, ita ut cessionarius aliam non gerat personam, quam creditoris pecuniarij, & vir cedens exierit de scena, &

tunc



tunc recipienda sit limitatio denegans tertio vsuras, ità *Card. de Luca d. nu. 37.*

- 6 Ità similiter intelligendas venire allegatas decisiones in terminis *d. l. curabit*, vsuras tertio denegantes, tradit *Card. de Luca d. disc. 151. num. 37.*
- 7 Tangit quæstionem de fructibus vigore *d. l. curabit*, *Cancer. par. 3. var. cap. 7. de pact. num. 45.* vbi quod si Petrus vendidit Ioanni fundum pretio centum ducatorum, cum dictum pretium Ioannes nunquam solueret Petro, licet ei fundus statim fuisset traditus, Petrus cessit Francisco omnia eius iura sibi competentia aduersus Ioannem pro exigendis centum ducatis, & eorum interesse, num licitum erit de Francisco Petri cessionario vsuras exigere: nedum quæ cucurrerunt tempore cessionarij, verum etiam cedentis? Respondet, partem affirmatiuam esse claram, cum cessio facta est ex causa onerosa ad notata in terminis per *Paris. cõsil. 64. & 75. nu. 17. & 18. lib. 4. Roman. consil. 135. Bertazol. claus. 29. glos. 11. n. 1. Couar. lib. 3. var. cap. 4. ad finem, Afflict. dec. 306. & ibi Vrsill. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 21. Vela sc. cõsult. 8. n. 6. p. 1. Rodriq. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. n. 59.* Vbi idem tenet si cessio fieret ex causa voluntaria, & n. 87.
- 8 Ius exigendi vsuras pro modo, & ratione fructuum in cessionarium transire, & eodem iure vti, quo venditor cedens circa vsuras vti potest ex *Afflict. vbi sup. Cagnol. in l. curabit, n. 44. Leotard. de vsur. quæst. 41. nu. 33.* Rationem assignat, quia nihil interfit emptoris, cui soluet istiusmodi vsuras venditori scilicet, vel ei cui facta est cessio, & soluens cessionario iussu venditoris huic soluere intelligitur, & ità censuisse Senatium de anno 1642. se referente testatur *Leotardus d. num. 33.*
- 9 Simpliciter, & indistinctè *Ego* censeo, cessionatio venditoris competere fructus compensatiuos ex *d. l. curabit*, prout ipsi cedenti, quia cum omnes concedant fructus spectare, & transire ad hæredes venditoris, proinde infertur etiam transire ad cessionarium, nam quod est transmissibile ad hæredes, est cessibile, ità ex *l. ex pluribus, ff. de admin. tot. Faber de error. pragmat. decad. 30. err. 1. Molfes. ad Cõsuet. Neap. par. 5. quæst. 10. num. 3. Larrea alle-*

*gat. 120. num. 6. Olea tit. 3. quæst. 8. num. 4. & in puncto firmat D. Presf. Merlin. cent. 2. contr. 50. num. 29. & seq.*

Neque conturbat, quod de vsuris dotalibus traditur, quod illæ cedi nequeant, ex quibus argumentum procedat ad vsuræ ex *d. l. curabit* locum habent in omnibus contractibus correspondentijs, vnde etiam procedit ad fauorem mariti sustinentis onera matrimonij, *Cancer. var. p. 3. cap. 7. de pact. nu. 28. Leotard. quæst. 28. num. 3. 13. & seqq. & quæst. 91.*

Peccare argumeatum veriùs putò, quia vsuræ dotales, quamuis debeantur marito, non tamen debentur matrimonio constante, si maritus non sustineat onera matrimonij, vel matrimonio soluto, neque si per mortem vxoris extent liberi, etiam quod filij reputentur inter onera matrimonij, *Leotard. quæst. 30. nu. 1. seqq. scripsi latè in c. 264. Gratian. n. 1. & 2. Gait. de credit. cap. 4. q. 8. n. 1034. & seqq.*

Affertum denique *Cancerij d. num. 54.* quod vsuræ mercantiles non debentur cessionario mercatoris, prout neque debeantur mercatori, si desierit negotiari ex *Rodriq. do ann. reddit. lib. 3. quæst. 4. num. 32.* non facit ad rem, quia interesse in his casibus non iustificatur, cum non concurrant requisita pro iustificatione illius, neque debeatur, nisi ratione lucri cessantis, quia scilicet creditor negotiatus fuisset, & lucratus fuisset tantam summam. Aliter enim est, in fructibus recompensationis ex *d. l. curabit*, qui semper debentur, etiam si non concurrant aliqua requisita, quia non licet emptoræ retinere rem, & pretium.

#### ARGUMENTVM.

Debitor pecuniarius dotanti si marito fuerit cessus, an citra denunciationem teneatur ad vsuras restauratiuas in recompensam onerum matrimonij? Expenduntur iura in debitore cesso Fisco, & *Leotardus, Olea, & D. Cardin. de Luca, Author* demum distinguit.

#### SVMMA RIVM.

- 1 Debitor dotantis cessus marito an absq; denunciatione teneatur ad vsuras cessionario?

- 2 *Marito debentur usura compensatiue onerum matrimonij.*
- 3 *Creditor cedendo an faciat conditionem debitoris deteriores?*
- 4 *Scientia cessionis debitoris cessi an requiratur?*
- 5 *Debitor cessus Fisco soluit usuras maiores, quas non præstabat cedenti.*
- 6 *Debitor non soluendo creditori an teneatur ad damnum emergens, quod petitur illi cum suo creditore?*
- 7 *Leotardum tenentem contra debitorem cessum marito impugnatur Olea.*
- 8 *Intellectus l. Fisco, ff. de usuris.*
- 9 *Mora debitoris an debeat esse immediata*
- 10 *Discursus D. Cardin. de Luca, & qua sit praxis Curie Romane.*
- 11 *Distinctio Authoris inter cessionem, & cessionem.*

## Q V A E S T. LXVII.

- 1 **D**ebitor pecuniarius dotantis, si marito fuerit cessus, an teneatur ad usuras in restitutionem damni emergentis, quod cessionarius patitur ratione retardatæ dotis, & quando minores usuras solueret cedenti, post cessionem maiores debeat cessionario soluere, & si nihil de usuris conuentum sit cum cedente, teneatur ad illas, quæ iuxta consuetudinem, vel statutum, aut de iure debentur marito? exactius de hac re differendum nunc erit, etsi eam tetigi supra *quest. 26. num. 5.*
- 2 Certum siquidem est, marito ferenti onera matrimonij deberi à dotante usuras viro, qui ita damnum sentit ob moram sui debitoris in recompensam onerum matrimonij, vt aduertit *Leotard. de usur. quest. 29. n. 4. & 7. & quest. 90. num. 60. Merlin. de pignor. lib. 3. quest. 51. nu. 82. Rota decis. 527. n. 1. p. 5. rec.* vbi firmatur, quod si debitor cessus agnoscendo bonam fidem soluat viro usuras; eas non repetit, vel si pignus fructiferum dederit, non possit fructuum imputationem prætere, iuxta *conf. 128. Bar. lib. 1.* quia ita videtur se habuisse pro interpellato.
- 3 Difficultas est, an citra denunciacionem, & interpellationem viri ad usuras debitor teneatur, vel citra cedentis de-

nunciacionem? Negandum videtur, quia non possit creditor cedendo debitorem pro dote facere illius conditionem deteriores, *Gabriel. consil. 151. num. 7. lib. 1. Pacific. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. nu. 56.*

- 4 Præterea denunciacione opus est, vt debitor sciat, quod mutato creditore ipse subiectus est usuris, ita vt excitetur ad solutionem, quam aliàs bona fide negligere potuit, quia sciebat eius debitum erga cedentem non esse usurarium, soluturus fortè, si sciisset.
- 5 Argui potest contrarium ex *l. fisco, & l. cum quidem, §. debitores, ff. de usur.* in quibus iuribus si is, qui minores semissibus usuras præstabat, fisci debitor esse cæperit, postquam ad fiscum transiit, semisses præstat usuras.
- 6 Stringit, quia ex hac cessione non fit debitoris conditio deterior, dum ex quo non soluit dotanti debitum, tenetur creditori in id, quod interest ratione damni, quod ipse patitur propter usuras, quas soluit ratione retardatæ solutionis dotis, iuxta *l. licet, C. de sentent. que pro eo, quod interest*, sufficit enim quod creditor dotans patiatur damnum, vt ei sit restaurandum, iuxta *Ruin. consil. 104. nu. 6. lib. 4. & aliorum, quos refert Leotard. quest. 75. num. 10.* qui hanc opinionem defendit, & veriore probare nititur, & illam amplexatur *Frankius var. lib. 2. resol. 10. n. 113.*
- 7 Cæterum expressè *Leotardum* impugnatur *Olea tit. 6. quest. 2. à nu. 49.* vbi occurrit iuribus contrarijs, respondens, quod speciali priuilegio sit indultum Fisco, vnde alij præter Fiscum eo iure potiri non debeant.
- 8 Aliter ego respondeo, quod in dictis iuribus priuilegio sit locus, ex quo inter nomina debitorum relatum est nomen, vt in *d. l. fisco*, vbi *glos.* exemplificat his verbis: *Fiscus succedit creditori Titij, qui Titius ad usuras modicas tenebatur, ex tunc incipient deberi fiscales, idest semisses, ex quo Fiscus conuenit in iudicio Titium debitorem, priuilegijs autem alijs, vt in hypotheca, & alijs ex tunc utitur Fiscus, ex quo nomen Titij receptum inter nomina debitorum Fisci; & declarat Peregrin. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 7. num. 3.* Aliter est pro Fisco in debitoribus suis, qui etiam ci-

tra

tra interpellationem si non soluunt, ipso iure, & ipso facto in mora sunt, cum illius fauore contrahatur mora irregularis.

9 Ad rationem in contrarium adductā, scilicet, quod dotans patiatur damnum in retardatione solutionis dotis, ideòque debitor ad illud damnum emergens teneatur, respondetur, non sufficere, quod creditor passus sit damnum in solutione vsurarum marito suo creditori, nisi accedat probatio specialis, quod mora debitoris fuerit causa præcise, & immediata damni ob incertitudinem, seu possibilitatem, an creditor pecuniam à debitore moroso suo debitore tempore non solutam in istam, vel aliam causam erogaturus esse nec ne, iuxta opinionem, quæ tribuitur *Moledan. decis. 203. alias decis. 2. sub tit. de vsuris*, quem sequitur *Rota, & Curia Roman. apud Coccin. decis. 498. & 304. nu. 28. par. 9. rec. Cyriac. controu. 252. num. 62. Hodiern. controuers. 17.*

10 Scio *D. Card. de Luca* replicare huic responsioni, quod satis habeatur intentio creditoris extinguendi creditum ex cessione, & voluntas destinandi illam pecuniam in extinctionem debiti dotis vsurarij, & fructiferi, dum in effectu cessit viro, ideòque videtur sentire, non esse necessariam denunciationem. Replicatio equidem ingeniosa, sed salua reuerentia tanto purpurato debita, ego non illi acquiesco; Nam per cessionem liberatur creditor cedens, ac amplius non patitur damnum vsurarum, iuxta eundemmet *Eminentissimum Authorem* firman-tem, quod culpa in non denunciando sit mariti, & proindè se liberet dotans cedens ab interesse futuro.

Plausibilis itaque opinio videtur, vt sit necessaria denuntiatio, vt debitor cessus ad damnum vsurarum dotalium teneatur, & hanc sententiam practicari in Curia Romana, refert *D. de Luca nu. 35.* ad hoc vt sciat se passurum damnum, & per solutionem euadere illud valeat.

11 Sustentabilis esset opinio *Leotardi* aduersus *Oleam*, quando dotans cederet suum nomen pro soluendo, & non pro soluto, & in cessione simplici, quia hoc casu non liberatur cedens per mandatum ad exigendum, & tunc vtrumq; ha-

betur requisitum pro refectione damni emergentis, quod pateretur cedens in solutione vsurarum dotalium, nempe damnum solutionis realis interesse dotalis, & intentio, & voluntas extinguendi debitum dotis vsurarium citra aliquam denunciationem. Neque obstaret illud etiam facta simplici cessione solutionis causa, imputaretur culpa marito cessionario in non denunciando ratione suscepti mandati ad exigendum, quia hæc culpa imputaretur ad finem, vt stante ipso negligentia non teneatur cedens, si debitor cessus efficiatur non soluendo, non ad hunc finem, vt debitor cessus non teneatur ad vsuras dotales post cessionem simplicem decurrendas, quod censetur voluisse dicere *D. de Luca nu. 34. ibi: Dico posset, vt data mora in debitore cesso erga dotantem, teneri debeat ad interesse à die assignationis in dotem etiam ante denunciationem, quoties versamur in casu, quo ante exactionem, non obstante dicta cessione dotans teneatur viro ad vsuras, vt proximè infra, quasi quod vigeat eadem ratio restorationis damni emergentis, quod sufficit à creditore pati, vt sit restaurandum, iuxta sententiam *Ruin. consil. 104. num. 6. lib. 4. nu. 10. & seq.* Qui *Em. de Luca* postmodum non exemplificat casum, in quo non obstante cessione dotans teneatur viro ad vsuras. Quinimò sibi videtur contradicere quando *nu. 36.* ita loquitur: *Sed quando etiam diuersa sententia tenenda esset, quam omninò improbabilem credo, vt scilicet tertius ante interpellationem non teneatur ad vsuras, tunc damnum esset viri, non aueem dotantis, etiam si non versaremur in terminis delegationis, ac cessionis pro soluto, sed in simplicibus terminis cessionis, quæ censetur facta pro soluendo, licet enim cedens per hanc non liberetur, cum importet nudum mandatum ad exigendum, attamen cessionarius ex huiusmodi mandati susceptione videtur se obligasse ad diligentias, sine quibus contra cedentem agere non potest, vt in sua materia, idcirco sibi imputet, cur hanc diligentiam interpellationis saltem non adhibuerit, subobscura equidem locutio, dum primo loco admittit citra denunciationem deberi in aliquo casu post**

post cessionem per debitorem cessum interesse compensatum marito, si cedens, post assignationem pateretur damnum, & deinde firmat cedentem, siue per cessionem pro soluendo, siue pro soluto non amplius passurum damnum.

## ARGUMENTVM.

Promittens correspondere censum, vel cedere nomen debitoris, ante electionem non transfert periculum nominis. Promissio de cedendo si fiat vni, & deinde alteri cessio fiat, quis præferatur? Assensus super pacto de cedendo an roborret cessionem factam sine assensu?

## S V M M A R I V M.

- 1 Promittens alternatiuè solutionem census, vel cedere nomen ante electionem non transfert periculum nominis.
- 2 Pactum de cedendo si fiat vni, & deinde alteri cessio, quis præferatur?
- 3 Quid sit pro obseruantia pacti adesset hypotheca bonorum?
- 4 Assensus super pacto de cedendo an roborret cessionem subsequenter?
- 5 Quid omiſſa nominatione persona?
- 6 Cessionario sciente pactum factum de cedendo alteri, an cessio valeat?

## Q V A E S T. LXVIII.

- 1 **P**romittens pro aliquo debito correspondere annum censum, vel cedere creditum censuale contra aliquem, ante electionem ipse periculum nominis subit; nam creditor, prius quam elegerit promittens non potest agere contra debitorem, cuius promissa est cessio *Felician. de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16.* Et si vna ex rebus alternatiuis promissis perit, promissoris est periculum *Gratian. discept. 164. n. 15. D. Rosa consul. 47. nu. 37.*

Præterea promittens de cedendo aliquod nomen non transfert dominium, nec exercitium illius ante cessionem *Mensch. consil. 92. nu. 6. Ludouif. decis. 72. Rosa n. 40.* Promissio etenim de cedendo differt à cessione, *Dec. cons. 502. Guzm. de euict. 35. nu. 83. Olea tit. 1. quæst. 6. n. 37.*

& Act. Quæst. LXVIII. Probatur ex *l. Modestinus, ff. de solut. vbi agitur de cessione facta virtute pacti de cedendo, quæ necessaria non esset, si promissio esset eiusdem effectus, ac cessio, & condemnatus ad cedendum præcisè cõpellitur cedere etiam per capturam personæ, Giurb. obseru. 109. num. 17. & scripsi in obseru. 310. Præs. de Franch.*

- 2 Promissio de cedendo si fiat vni, & postea cessio fiat alteri, an præferatur posterior? exemplificatur, vt si quis recipiat mutuo aliquam summam, & promittat restituere tali die, vel cedere nomen debitoris cum specificatione illius, si deinde ex causa emptionis cedat idem nomen, an cessionarius iste præferatur primo, cui promissa est cessio? Respondendum videtur pro cessionario, prout in simili si promissa est venditio vni, & postmodum venditio fiat alteri, postremus præfertur, *Addit. ad Gammam decis. 374. Monter. decis. 47. num. 22. Guttier. de tutel. par. cap. 5. nu. 66. Olea tit. 1. quæst. 6. nu. 34.* Eò fortiùs in cessione, quæ in incorporalibus loco traditionis habetur.
- 3 Contrarium argui potest, quando pro obseruantia promissionis de cedendo adesset hypotheca bonorum, quia tunc præferendus esset primus, dum ipsum nomen est obligatum, & præsertim si iuratum esset pactum de cedendo, *Cancer. par. 2. var. cap. 8. à num. 110. vsque ad 123. Olea vbi sup. num. 72.*
- 4 Assensus super pacto de cedendo roborat sequentem cessionem absque alio assensu, vbi requiritur assensus, prout interpositus super pacto de vendendo feudo firmat sequentem venditionem, *Camerar. in repet. cap. Imperialem litt. 8. car. 5. Afflic. in Constit. Constitutionem Diuæ memoriæ, num. 30. & dixi obseru. 75. num. 16. Præs. de Franch.*
- 5 Extenditur doctrina *Camerarij*, etiam si assensus interponatur super pacto de cedendo, absque nominatione personæ *Montan. de regal. offic. fol. 171. & 185. D. Reg. Galeot. resp. fisci. 12. cap. 5. num. 136. & dixi d. obs. 75. num. 16.*
- 6 Promissa cessione vni, si deinde fiat alteri cessio, si cessionarius sciebat promissionem, videtur anteferendus primus promissarius, prout in venditione pluribus

T

bus

bus facta dicitur, *Paul. de Castr. in l. si cum venderer, nu. 6. ff. de pignor. act. Costa de fact. scient. & ignor. dist. 67. n. 3. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 30. nu. 25.*

### ARGUMENTVM.

Cedere an possit procurator cum libera? Refertur decisio S.R. Concilij? Edifferitur fusé de facultate cedendi quando procurator habeat cum pulchra decisione *Rota* an valeat censum extinguere, si habeat facultatem cedendi, & recipiendi depositum.

### SVMMARIVM.

- 1 Cedere an possit habens mandatum cum libera?
- 2 Speciale mandatum requiritur ad cedendum, & num. 5.
- 3 Huiusmodi procurator potest anticipare exigere.
- 4 Cedere non posse talem procuratorem ad utilitatem suã per S.C. nuper fuit decisum.
- 5 Cedere nequit, nec habens mandatum ad transigendum.
- 6 Cedere nec valet liti.
- 7 Procurator exigens à fideiussore, potest dictionem cedere contra debitore principalẽ.
- 8 Cedere potest extraneo soluẽti pro debitore.
- 9 Habens potestatem cedendi exigendi, & percipiendi deposita non potest extinguere censum.
- 10 Donare an possit habens mandatum cum libera.

### QVAEST. LXIX.

1 **C**edere an possit habens mandatum generale cum libera ad exigendũ etiam census maturandos, vel creditur maturanda? Quæstionem hanc nouiter tangit *D. Altimar. in tract. de nullit. to. 2. rubr. 11. quest. 25. à num. 22.* vbi inquit an habens potestatem exigendi fructus maturandos ab aliquo Arrendamento, possit cedere fructus maturandos per aliquod tempus recepta pecunia, & valore illorum, si talem valorem conuertat non in vsum Domini, sed sui, vel alterius, licet habeat mandatum generale cum

libera nulla penitus exclusa tanquam alter ego, & vulgariter dicitur, à *carta biãca?*

2 Pro negatiua opinione arguit, quia ad cedendum, & alienandum requiritur speciale mandatum, nec sufficit cum libera, *l. procurator, C. de procur. Nouar. in rubr. prag. de procur. nu. 53.*

3 Et quamuis ex dictis clausulis possit quis alienare, & exigere anticipate, *Gratian. discept. 127. num. 33.* tamen nulliter alienat, si cum dolo, & non ad commodũ principalis alienat, *l. creditor, S. Lucius, ff. mandat. Rota post Cenc. de censib. decis. 190.*

4 Imò habens liberam bonorum administrationem, quamuis possit dici, quod habeat alienandi potestatem, *l. procurator cui, ff. de procur.* Tamen id intelligitur, quatenus exigit vtilitas illius, cuius sunt negotia, nam procuratores cum libera administratione non ideò dantur, vt patrimonium minuant, sed vt augeant, minuitur autem per alienationes sola excepta permutatione, quæ facit, vt nihil videatur abesse à Domino, qui vice permutat, dominij tantundem accipit, *l. sed quod, ff. de leg. 2. d. l. procurator, cui Faber in Rational. super Pandect. in l. procurator tutorum, ff. de procur. & ita iudicatum refert in S.C. Altim. vbi sup. num. 25.* in causa vertente inter DD. Troianum Marullo Ducem Ciuitatis Asculi, cum Iosepho Amodeo, & Francisco Guerriero relata per meritissimum tunc Iudicem M.C.D. Carolum Brancaccium in Aula R. Consil. D. Scipionis de Martino cum interuentu Spectabilis Præsidis. Nam cum fuisset facta venditio, & cessio à procuratore cum libera fuit habita pro inualida cessio, & fuit factum sequestrum die 8. Iunij 1679. licet fuisset datus terminus in causa, & ordinatum præstari cautionem respectu prætenforum per dictum D. Troianum impugnantem cessionem.

5 Descendendo tamen ad rem magis in terminis in confirmationem adducitur, quod Procurator cum libera administratione cedere non potest, *Iacob. de Aren. de cession. iur. rubr. 3. à num. 34. Bertazol. claus. 27. glos. 1. num. 6. Golin. de procurat. par. 2. cap. 4. num. 25.* Quod ampliat *Riccus num. 3. var. resol. 163. num. 4.* quamuis procurator haberet mandatum ad transig-

figendum, *Olea tit. 2. quæst. 6. num. 25.* vbi nisi habeat speciale mandatum, *Odd. in l. 3. C. de nouat. quæst. 1. Galler. de renunc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 97.*

6 Neque talis procurator liti cedere valet, *Virgil. de legitim. person. cap. 16. nu. 30. ex Borrello in summa tit. 66. de procurat. num. 196. Olea d. num. 25.*

7 Procurator beneuerum ad exigendum constitutus cedere potest actionem sine speciali mandato contra principalem debitorem, si à fideiussore exigat, *Odd. vbi supra vers. Quæro decimoquarto, vers. quintus est, Olea tit. 5. quæst. 3. nu. 19.* nam mandatum extenditur ad connexa, & ad ea sine quibus commodè non potest expediri mandatum, *Merlin. decis. 17. n. 13.*

8 Idem cenfeo si procurator cederet extraneo soluenti pro debitore cedentis, quia nihil interest, an exigat à tertio, & cedat actionem, quia commodiùs expeditur mandatum, *Card. de Luca lib. de credit. disc. 84. nu. 5. & 6. lib. de camb. disc. 14. nu. 8. & 9.* & creditor solutionem extranei admittere cogitur, si ad sui damnū solutio non tendit, *Olea tit. 4. q. 3. nu. 20.*

9 Facultate procuratori concessa exigendi fructus, cedendi iura, recipiendi deposita, aliaque peragendi, quæ ipsemet constituens facere posset etiam addita clausula, cum libera, non censetur concessa facultas censum extinguendi, & sortem principalem recuperandi, *Rota decis. 188. post Cencium de censib. Merlin. decis. 462. & par. 13. rec. decis. 27. num. 10. & 13.* vbi quod clausula, cum libera, licet præbeat facultatem procuratori ea omnia expediendi, quæ facere posset idem principalis, semper tamen restringitur ad contenta in mandato, non ad ea, super quibus constituens non habuit intentionem concedendi mandatum, *Barbos. de clausul. claus. 35. nu. 2. Buratt. decis. 661. num. 1.*

10 Prætermittendum non erit, quod firmitat *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 110. nu. 89.* de procuratore generali cum libera, scilicet vt possit ea, quæ Dominus in his etiam quæ speciale mandatum requirunt, ex *Dec. consil. 407. n. 7. Thesaur. quæst. for. 1. num. 11. lib. 4.* vbi quod etiam possit remittere hypothecam in præiudicium Domini, ex *text. in l. ficut, S. si procurator,*

*ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. solu.* At contrarium verius, vt post alios *Tuscus lit. P. conclus. 937.* & poterit solitas donationes modicas facere, & *textus* contrarius intelligendus de procuratore in rem propriam.

## A R G V M E N T V M.

Cedente socio fundaci, vel tabernæ, ratam suam socio, an creditores cedentis possent agere hypothecaria, vel *Saluiano* super rata cessâ? Distinguuntur merces à fundaco, vel taberna, qualiter fundacus sit indiuiduus, & merces diuiduæ, & cessio an sit abstentiuâ, vel translatiuâ? Difficultas probationis identitatis mercium an impediât exercitium hypothecæ? Agitur de intellectu *textus in l. cum taberna, ff. de pign.* quando intrent termini *d. textus.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Cedente socio fundaci suam ratam socio, an creditor hypothecarius cedentis agat super illa rata *Saluiano*?
- 2 Emptor à socio conueniri potest à creditore hypothecario venditoris.
- 3 Difficultas probationis identitatis mercium fundaci an impediât creditorem.
- 4 Corpus vniuersitatis fundaci est obnoxium hypothecæ.
- 5 Termini *textus in l. cum taberna, ff. de pign. explicantur.*
- 6 Fundacus constituit ius vniuersale, & incorporeum:
- 7 Cessio rata facta per socium dicitur abstentiuâ ad excludendum creditorem cedentis.
- 8 Merces à fundaco qualiter distinguantur.

## Q V A E S T. LXX.

1 **S**ocietate inita inter plures mercatores fundicarios alicuius fundaci cum omnibus mercibus, si deindè vnus recessit à societate pretio recepto, seu cessit partem suam, vtrum ad instantiam creditorum illius possint socij molestari, & pulsari hypothecaria, vel *Saluiano*?

2 Affirmandum videtur, quia vbi agitur de re corporali, vt sunt domus, prædia,

T 2 & alia

- & alia huiusmodi, tunc si socius emet à consocio eius portionem, reputatur tanquam tertius, & extraneus emptor, illaque portio retinet priores hypothecas exercibiles contra quemcumque tertium, quoniam licet possidens rem pro communi cum altero dicatur eam possidere totam, & insolidum; nihilominus id intelligitur pro eius portione habitualiter diuisibili, & stante credito cum hypotheca, & possessione Rei conuerti intrat *Saluianum*.
- 3 Neque obstat defectus probationis identitatis mercium in fundaco existentium, quod scilicet nequeat probari, esse easdem merces extantes de tempore, quo fundacus pro eius quota possessus fuerat per debitorem. Imò quod ex aliquo, & præsertim longo intervallo attempta natura, seu qualitate mercium, probata remaneat negatiua. Quoniam id rectè procedit, quando merces singulariter, ac de per se venditæ fuissent, cum in eis tunc non intret subrogatio. Quinimò ex recepto vsu fundaco in equitate, seu ratione commercij, neque ad ipsamet merces singulariter distractas exercibiles, & hypotheca contra tertium bonæ fidei emptorem, *Bald. in l. adhuc, C. de iur. dot. Gizzarell. decis. 62. D. Reg. Lacro decis. 24. num. 12. Gannauer. decis. 5. Rota decis. 107. num. 6. post Merlin. de pignor.*
- 4 Secus autem ubi agitur de vniuersitate fundaci, s. ù tabernæ, quoniam tunc attèditur ipsum corpus vniuersale, quod semper est vnum, & idem, neque per variationem mercium variatur, sed intrat subrogatio nouarum loco antiquarum, iuxta terminos *l. cum taberna, ff. de pignor. Gratian. discept. 897. nu. 16. Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 44. Merlin. decis. 224. n. 8. & 9. Caualer. decis. 259. num. 3.*
- 5 Termini *textus in d. l. cum taberna* intrant, quando penès emptores continuaret eadem taberna, quæ suam primæuam naturam retineret, atque vniuersitatem de se constitueret. Secus ubi illæ merces, quæ prius tabernam, & corpus vniuersale constituebant, ab altero emptæ sunt, qui alias maiorem tabernam habebat, in quam illas immiserat, tunc enim primum corpus, vti vniuersitas extincta, vel suppressa dicitur, atque effectum membrum, seu pars alterius corporis, ita *Card. de Luca lib. de credit. disc. 10. num. 26.*
- 6 Difficultas est in huiusmodi iuribus mercimoniorum, quoniam ipsius iuris vniuersalitas non consistit in ipsis mercibus materialibus, sed in ipso iure incorporali, seu intellectu, vt iura incorporalia dicuntur indiuidua, quæ resident penès quemlibet insolidum, ad eò vt alijs negligentibus suum ius exercere, illud in vno tantum sit considerabile, vnde propterea resultat, quod licet iuris patronatus translatio fieri non possit de vno in alterum sine consensu Ordinarij, rectè tamen fieri potest in cõpatronum, quoniam non est alienare ius suum, illudque in alterum transferre, qui ex iure alienantis illud de nouo acquirere dicitur, sed solum ille, qui alienat, dicitur se tollere de medio. Atque hinc sequitur, quod ille, cui fit alienatio ex beneficio iuris nõ decrescendi tãquã per remotionem obstaculi obtinet totum iure suo.
- 7 Hinc sequitur, quod pretium solutum per socium consocio dicitur præmium illius voluntarij recessus à participatione iuris indiuidui communis, & ne alter, qui insolidum dominus remanet, locupletetur de alieno, non autem vt dicatur durare idem ius eius, qui se sustulit de medio, cum verò alienatio isto casu non importet formalem translationem sui iuris in alterum, sed potius negationem sui ipsius, & sic magis cessionem, seu renunciationem extinctiuam, vel absentiuam, quam translatiuam.
- 8 Distinguuntur enim merces à fundaco mercium, nam merces sunt materiales, & singulares, fundacus autem vniuersalis, & intellectualis, & incorporeus, illæ diuisibiles, iste indiuiduus, illæ infructiferæ, iste fructiferus, & consideratur tanquam vniuersitas, illæ constituunt fundacum, seu mercimonium, tanquam vniuersitatem, & ratione iuramenti huiusmodi fundacus reputatur fructiferus, ita vt deduci possit in locationem pro annua pensione, vt de taberna *D. Card. de Luca lib. de usuris disc. 15. & 16.*



## ARGUMENTVM.

Cessionarius qualiter dicatur recipiens litteras cambij, explicatur. Et cum maiori rigore procedatur pro negligentia in exigendo contra recipientem litteras cambij, quam cum alijs cessionarijs. Concluditur quod sit quæstio potius facti, quam iuris, Iudicis, & Mercatorum arbitrio iudicanda negligentia recipientis in exigendo, & quando imputanda mora, & quando non. Expenduntur *Pragmatica de litteris cambijs*, & an, sit diuersa praxis inter Ciuitates, Neapolis, & alias Regni. Et pro *textus* litterarum post acceptationem an decoctione sequuta sit necessarius?

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionarius, qualiter dicatur recipiens litteras cambij.
- 2 Maiori cum rigore proceditur contra recipientem litteras, quam contra alios cessionarios.
- 3 Quæstio facti est, regulada arbitrio Iudicum, & Mercatorum negligentia in exigendo.
- 4 Mora non imputatur recipienti litteras, si scribens non sit creditor Campsoris cui diriguntur.
- 5 Mora recipientis litteras, quot modis consideretur.
- 6 Praxis Regni.
- 7 Pro *textus* litterarum pro regressu contra Scribentem secuta decoctione acceptantis, an sit necessarius?
- 8 Pragmaticæ de litteris cambij an seruentur solum in Ciuitate?
- 9 Decoctio Scribentis quando cedat damno acceptantis.

## Q V A E S T. LXXI.

- 1 Cessionarius, dicitur recipiens litteras cambij, susceptæ enim censentur pro soluendo, non pro soluto, seu sub conditione, quatenus solutio sequatur, & non alias, vnde recipiens litteras non aliter habere potest regressum contra cedentem, seu datorem litterarum, nisi factis diligentijs, latè *Fontanell. decis. 124.*

& seq. *Merlin. decis. 639. num. 7. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 42. nu. 5. & ad R. Reuert. obseru. 430. nu. 2.* Adeo vt si accipiens litteras negligens fuerit in exactione nominis, ex qua debitor effectus fuit non soluendo, scriptor liberetur, quia periculum nominis ad eum pertinet, cuius culpa deterius factum est, *Hodiern. ad Surd. decis. 187. Carleual. de iudic. tit. 1. disp. 6. à num. 27.* qui in contrarium refert *Marescottom*, & alias *Rota Rom. decisiones*, & docere debet susceptor litterarum, se impleuisse partes mandatarij, *Merlin. decis. 639. D. Cardin. de Luca de cambijs disc. 26. num. 6.*

- 2 Maiori autem cum rigore proceditur contra recipientem litteras cambij, quam contra alios cessionarios simplicis cessionis factæ pro soluendo, ratione communis vsus, ac negotiationis, & publici commercij ita exigente, attentis etiam in idem aliquorum Principatuum rigorosis legibus particularibus desuper editis non in ratione auctoritativa non egrediente limites, & potestatem legislatoris, sed in ratione interpretatiua, ita *D. Card. de Luca nu. 9. & 11. ex D. Reg. Rouit. prag. 2. de cess. bon. & alijs.*

- 3 Quæstio non est iuris, sed facti, certam regulam generalem, siue vniformem decisionem non recipiens, sed decidenda, iuxta *Fontanell. decis. 125. nu. 17. & Oleam tit. 7. quæst. 3. num. 39.* pro Iudicis prudentis arbitrio regulando ex facti qualitate, & singulorum casuum particularibus circumstantijs, quæ solent esse diffformes ob locorum diuersos vsus, nec non personarum, & temporum qualitatem, quibus attentis iuxta generalem regulam, quam in arbitrarijs, & coniecturalibus habemus vnum, & idem temporis spacium in vno casu erit modicum, in alio verò erit magnum, importans negligentiam notabilem, potissimè attendendo maximam differentiam militantem inter casum litterarum cambij, & alterum simplicis assignamenti, quam debitor faciat suo creditori de aliquibus, vel nominibus debitorum, adeo vt clarus error videatur tractare hos terminos litterarum cambij inter negotiatores cum alijs terminis generalibus simplicis cessionis, vel

- vel assignationis, quæ sequatur inter priuatos creditores, & debitores. Potissimum attendendo an scribens, vel cedens verisimiliter exegisset, & se reintegrasset, si fuisset certioratus, *Card. de Luca num. 12. & Gizzius in obs. ad Reg. Latr. decis. 20. num. 12. & Thor. par. 2. compend. verb. periculum decoctionis*, loquuntur in eo, qui litteras cambij accepit, & resoluunt, moram in exigendo ei nocere, si longa sit, & talis, vt ex ea constituatur in culpa, *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 80. nu. 6. Dom. Roccus resp. 8. à nu. 6. tom. 1. Olea tit. 7. quest. 3. num. 39.* At rectius dic, esse iudicio mercatorum iudicatum, vt *Buratt. decis. 490. nu. 8.* & apud eundem ponderatur, moram 27. dierum non esse notabilem, quia concurrebat qualitas militaris in debitore, ita non facilis conuentionis, & cum eodem præsupposito moræ non notabilis, vel alias excusabilis proceditur *decis. 49. & 50. post Pacific. de Saluian. & decis. 260. par. 10. rec. Card. de Luca n. 4.*
- 4 Negligentia non est imputabilis suscipienti litteras, si mercator ad quem litteræ directæ sunt, non esset debitor scribentis, dum nullum sibi ingerit præiudicium, *Merlin. lib. 4. de pignor. q. 150. n. 62.*
- 5 Mora pluribus modis considerari potest, primo in non præsentando litteras mercatori, ad quem directæ sunt, & ulterius recipiens finiuit labi tempus considerabile, & scribens erat creditor mercatoris, tunc si mora est valde considerabilis, de negligentia tenetur scribenti, *Fontanell. decis. 124. num. 9. & seq. Merlin. nu. 65. Roccus resp. 3. tom. 1. scripsi obseru. 303. num. 7. in decis. Pras. de Franch.*
- Diligentiæ pariter sunt faciendæ contra illum, qui litteras acceptauit, quo non factò, non potest rediri ad scribentem, ita *Fontanell. & Gizz. & tenetur remittere pretextum, Nouar. lib. 1. quest. for. 53. & scripsi d. num. 7.*
- 6 De iure Regni maturato vsu, creditor protextum facere tenetur post quattuor dies, ex *pragm. 6. S. 4. de litt. camb.* alias non habet regressum contra scribentem, & duplici modo fiunt, nempè *ad vsu*, & *à vista* primo modo maturant infra Regnum post dies octo, & extra Regnum post dies 15. nisi alius terminis sit limi-

tatus, vt dixi latè *num. 8. d. obseru. 303.* vbi quod *pragmatica* præscriptiua termini non comprehendit Clericos, ex *Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 232. Cardin. de Luca lib. de cambijs disc. 22. num. 7.*

- 7 *Pragmaticas* disponentes, vt recipientes litteras teneantur infra quattuor, vel respectiue octo dies post acceptationem, seu maturatum acceptationis terminum facere debitas, & consuetas protestationes, sine quibus regressus competere non potest contra Scribentem, intelligit *Card. de Luca* non procedere, si responsalis minister, cui litteræ erant directæ, per diem antequam vsus illarum, maturaret, detectus fuisset, decoctum, ac latitantem esse, vnde sumus extra casum *Pragmaticarum*, quæ pro fundamento principali habent negligentiam adiecti, cum hæc adesse non dicatur, quando notorium est diligentiam non fuisse profuturam, vt per *Rotam Genuens. decis. 91. num. 27.* Decoctus enim assimilatur mortuo, atque ita notoria effecta est insufficientia ad litteras implendas, & solutiones faciendas.

- 8 Præterea *pragmaticæ* loquuntur de termino currere debente in Ciuitate Neapolis, & mercatores hic residentes circa litteras, quæ ab intra, vel extra Regnum respectiue eis diriguntur, vt liquet ex eius verbis, ibi: *E l'uso de pagamenti s'intende in questo modo, cioè, per lettere, che vengono di Regno otto giorni, Roma, Fiorenza, &c. quindecim giorni, vnde remanet omissus casus litterarum, quæ ab hac Ciuitate ad alias partes eiusdem Regni diriguntur.*

- 9 Decoctio Scribentis quando contingit post acceptationem litterarum, sed ante maturatum vsu an cedat damno acceptantis; Adest *decis. 303. Pras. de Franch.* pro affirmatiua opinione iuxta *Casarum quest. peregrin. 41. Dom. Reg. Latro consult. 42. & decis. 190.* sed vide, quæ scripsi in *d. obs. 303. per tot.*

#### ARGUMENTVM.

Ius prælationis nouo inquilino competens veteri ex Statuto, vel Consuetudine an sit cessibile, vel transeat ad hæredem, vel so-

focium, deinde admissum, aut subconductorem? *Tiraquellus* pro cessibilitate sentiens declaratur; Addubitationes *Authoris* contra *Pacionum*, & alios. An reuiuiscat conductio si conductor emerit cum pacto de retrouendendo, & sequatur reemptio? Ius expellendi conductorem competens/locatori pro superueniente necessitate vsus proprii an sit cessibile? *P. Molina* notatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 **I**us prælationis competens inquilino contra nouum conductorem ex statuto an sit cessibile.
- 2 An transeat ad heredem huiusmodi ius?
- 3 Per admissionem in socium an transferatur?
- 4 Renunciari an valeat dictum ius.
- 5 An reuiuiscat conductio, si conductor emerit cum pacto de retrouendendo, & sequatur retrouenditio?
- 6 *Tiraquellum* pro cessibilitate sentientem declarat *Rota Rom.*
- 7 In subconductorem an transeat dictum ius prælationis?
- 8 Ius expellendi conductorem competens locatori pro necessitate sui vsus an sit cessibile?
- 9 Refellit *P. Molin.* affirmans.

## Q V A E S T. LXXII.

- 1 **I**us prælationis competens ex Statuto, vel Consuetudine inquilinis, ut præferantur nouis colonis, an cedi possit? Dic esse personale, & propterea cedi non potest, prout est regulare in iuribus competentibus ex aliqua dispositione particulari contra regulas iuris communis, ita *Surd. consil. 205. num. 20.* & de dicto iure competente inquilinis in Vrbe ex decreto *Camerali*, *Rota decis. 546. nu. 2. p. 2. rec. Merlin. decis. 386. num. 1.*
- 2 Comprobatur, quia nec transit ad hæredes, *Bar. in l. verum, num. 1. ff. pro soc. Imola in l. maritum, ff. sol. matrimon. Surd. conf. 103. num. 14. Pacion. de locat. cap. 20. num. 87.* Sed contrarium *Ego* dicerem, quia hæres est eadem persona, id quando conductio transit ad heredem, quia tempus conductionis non expirauit.
- 3 Mediante cessione sicut non potest di-

ctum ius transferri, ita nec poterit per viam communicationis assumendo alium in socium, imò nec voluisse communicare tale ius, qui alium in socium assumpserit, *Ludouf. decis. 115. nu. 1. Pacion. nu. 88.*

- 4 Renunciari potest tamen dictum ius; vt quotidie practicari in Vrbe tradit *Pacion. nu. 89.* vbi quod renunciatum censeatur à conducente cum pactis in antecedenti conductione, si inter ea aderat talis renunciatio.

Cœterum non censeatur renunciatum ex eo, quod conductor promiserit finita locatione domum expeditam, & vacuam restituere, quia adhuc intelligitur iuxta dispositionem statuti, quatenus velit Dominus pro se retinere, non autem alijs locare, *Puteus dec. 161. lib. 1. Rota post Zachiam de oblig. Camer. decis. 90. num. 10.*

- 5 Si conductor emerit rem conductam cum pacto de retrouendendo, & deinde venditor redemerit durante primo conductionis tempore, tunc refurgit ius inquilinatus, & habet locum prælatio, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 73. Pacion. nu. 101.*
- 6 Argui posset in contrarium pro cessibilitate iuris prælationis competentis ex dispositione particulari inquilino, ex *Tiraquell. de retract. lignag. §. 22. glos. 30. num. 30.* vbi expressè id firmat pro conductore, & colono.

At *Rota* in Romana Inquilinatus. 1. Iunij 1598. coram *Lacellotto* relata per *Merlin. decis. 386.* respondet, *Tiraquellum* non loqui de iure Inquilinatus personali, sed de pertinente colonis partiaris, vel alijs conductoribus ex dispositione iuris communis, ita *Pacion. nu. 87.*

- 7 Vltius posset argui ex eo, quod ius conductionis potest cedi, & sic mediante cessione potest, qui eam reportat effici conductor, *Rota Ianuen. decis. 14. num. 25. Gratian. discept. 547. num. 53.* vbi quando sublocatur cum cessione omnium iurium, *Pacion. cap. 32. nu. 29.* Ergo mediante cessione conductionis poterit cedi vna cum re conducta ius inquilinatus faciunt tradita per *Oleam tit. 3. quæst. 2. nu. 29. & 30.* At obstat, quia nec transit ad heredem, ergo fortius nec in subconductorem.
- 8 Personalissima pariter est, & incessibilis

bilis facultas competens locatori expellendi conductorem in casu superucientis necessitatis, nam hæc facultas transferri non potest in alium, prout neque potest vsus rei, *Surd. consil. 103. num. 12. vers. sed quia*, *Barbos. in cap. propter scribentem, nu. 26. de locat. & conduct.* *Gratian. discept. 117. nu. 19.* vbi Ego scripsi, & *Pacion. cap. 56. nu. 24.* & dubitatiuè licet *Scapuccin. de singul. success. lim. 5.* *Giurb. decis. 31. & 59.* *Cancer. par. 1. var. cap. 24. nu. 2.* *Olea vbi sup. num. 25. cap. 26.*

Intellige in successore singulari in casibus, in quibus tenetur stare locationi, in quibus terminis loquitur *Surd. nu. 10.* & firmatur per *Valasc. de iur. emphit. q. 22. nu. 20.* Secus autem in hærede, quia iste cum representet personam locatoris, eiusdem iuris esse debet, vt censuit in specie, *Magon. decis. Lucens. 75. num. 4.* *Mart. Medic. exam. 28. num. 26.* vbi etiam vltterius declarat, limitationem non procedere, si filius, aut pater locatoris sit eius successor quamuis singularis, cum facultas expellendi conductorem extendatur, vt procedat etiam propter horum necessitatem, *Pacion. num. 26.*

Erit tamen metienda necessitas à persona defuncti, non autem ipsius hæredis, vt videlicet competat istud ius expellendi, si defunctus domo indigniffet ille, sed indigeat aliqua particulari causa hæres, prout subdeclarat *Molin. disp. 499. nu. 7.*

- 9 Quatenus tamen idem *Molin.* addit, posse etiam successorem particularem expellere conductorem, si totum ius suum etiam expellendi in eum transfulerit, hæc opinio non caret difficultate, imò oppositum est verius, quia hoc ius cedi nequit ex *Surd. conf. 103.* *Cancer. var. par. 1. cap. 14. nu. 21.* *Pacion. nu. 27.*

#### ARGUMENTVM.

An filia, vel soror possit cedere dotem deperdita prima dote absque culpa sua, vel dotantis ius cogendi patrem, vel fratrem ad constituendam nouam dotem? Similiter an filius consumpta legitima per patrem assignata an cedere valeat legitimam iterum petendi? Edifferitur fusè in materia redotationis, quando ei sit locus. Expen-

duntur *Noalis D. Card. de Luca, & alij.*

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cessibile an sit ius filia, vel sororis petendi nouam dotem prima deperdita?
- 2 Filia, vel soror ex necessitate dotata est redotanda dote prima deperdita.
- 3 Differentia constituitur inter filiam, & sororem.
- 4 Culpa lata filia dos deperdita non est rursus danda.
- 5 Requisita pro noua dote constituenda.
- 6 Ius huiusmodi an transmittatur ad hæredes?
- 7 Quid si vidua implorasset officium Iudicis pro redotatione, an possit cedere hoc ius?
- 8 Dom. Card. de Luca sensus.
- 9 Andreola contrarium tenet.
- 10 Legitima consumpta an possit iterum peti, vel cedi ius petendi.

#### Q V A E S T. LXXIII.

- 1 Cessibile an sit ius petendi nouam dotis constitutionem competens filia, vel sorori prima dote deperdita ex mero casu, vel absque aliqua dotantis culpa?
- 2 Supponendum est, quod filia, vel soror dotata ex necessitate si dotem amiserit absque aliqua sua culpa, vel etiam dotantis, & ex mero casu, tunc est redotanda ad *text. in Auth. quod locum, C. de collat. Barbos. in l. 1. p. 4. num. 190. ff. sol. matr. Mangil. de euiet. cap. 74. nu. 50. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. p. 1. n. 69. Giurb. dec. 5. nu. 39. Gratian. discept. 65. n. 7.* & ibi Ego in *discept. 446. nu. 1. & 689. nu. 19. Pratus obs. 99. num. 6. Card. de Luca lib. de dot. disc. 4. num. 6. & disc. 142. num. 27.*
- 3 Differentiam nullam constituendam esse, tradit *Gratian. d. cap. 65.* inter patrem, & fratrem dotantem de bonis paternis, *Mangil. cap. 74. num. 11. Andreol. controu. 332. nu. 6.* Extenditur, si pro parte dos sit deperdita, *Alciat., Gratian., Michalor.,* & alijs, quos cumulo in *cap. 65. Gratian. nu. 5.* vbi aliter si frater ex liberalitate dotat.
- 4 Consumptione dotis sequuta dolo, vel culpa mulieris cesset huiusmodi ius redotatoris, *Boer. decis. 131. num. 5. Pratus vbi*

*ubi sup. Boss. de dote cap. 4. n. 218. D. Card. de Luca disc. 142. num. 28. vbi intelligit de culpa, non autem leui, & leuissima, Giurb. decis. 5. num. 39.*

5 Intelligit præterea *Card. de Luca* nisi substantia patris sit diminuta, quia tunc ad rationem præsentis status noua dos danda sit, *Mangil. n. 18. Gratian. cap. 446. num. 3. & cap. 792. nu. 2.* Vterius, nisi mulier habeat aliunde, quia cum hoc sit auxilium subsidiarium gratia miserationis concessum non conuenit aliundè prouisæ, cum cesset misratio.

Rursus procedit in casu noui matrimonij contrahendi, durante siquidem matrimonio, cuius occasione constituta est prima dos post matrimonium deperdita est viri, nisi hic ad onera matrimonij impotens, *Giurb. decis. 5. & 6. Boss. nu. 212.* seu durante primo matrimonio potius actio est ad alimenta, vt *Giurb. ibid.*

Huiusmodi officij Iudicis imploratio eatenus locum habet, quatenus ipsa dum matrimonium dissolutum est, alias nuptias contrahere vellet, & viduitatem pati nollet, quoniam dos non datur sine matrimonio, à quo illa nomen, & essentiam respicit. Ideòque mulieri, quæ dotem amisit in statu viduitatis existenti, donec aliud matrimonium contrahere velit, aliud ius non competit, nisi ad alimenta, pro quibus officium Iudicis implorare potest, *Giurb. decis. 5. & 6.*

6 Mulier si in statu viduitatis decessit, ad eius hæredes nihil transmittit, quia Iudicis officium pro dote constituenda non transmittitur ad hæredes, *Noal. de transmiss. cap. 19. num. 18.*

7 Difficultas est, quando mulier in statu viduitatis petiisset dotem, & iudicium inchoasset, seu officium Iudicis implorasset pro noua dotis constitutione, an deindè cedere posset? Dicendum videtur, quod sic, nam Iudicis officium pro dote cõstituenda ad hæredes transmittitur, si ipsa viuente inchoatum est iudiciũ, *Ruin. conf. 131. lib. 4. Noal. d. cap. 19. nu. 20.* quas refert *Card. de Luca d. disc. 4. nu. 20.*

8 Intelligit *Card. de Luca*, vt debeatur dos quatenus sequutum esset matrimonium, quia sola petitio nullius sit operationis, sed deseruiat solum ad cogendũ

dotare debentem, vt paret dotem, eamque promptam habeat pro matrimonio contrahendo, & sub illius conditione, quæ non purificata nihil remanet ad hæredes transmissibile, quia nullum ius acquisitum sit, ex quo nõ datur dos sine matrimonio,

9 At *Androol. controu. 332. num. 12. ex Gratian. discept. 689.* firmat, quod filia, vel soror etiam quod vellet stare in viduitate, potest petere nouam dotem, & etiam post celebratum secundum matrimonium, vt dixi in *cap. 65. Gratian.* Facit, quia dos datur loco legitimæ, quæ semel tradita, si amittatur, est reficienda à patre, vt hanc rationem assignat *Baeza de non melior. dot. rat. fil.*

10 An autem filius, qui in vita patris legitimam consumptam deperdidit, eam iterum petere valeat? Negant *Menoch. de arbitr. cas. 181. nu. 56. Peregr. de fideic. art. 36. num. 43. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 30. n. 4. Mechel. de fratr. par. 3. cap. 32. nu. 22.* Sed contrarium *Cancer. par. 1. var. cap. 3. de legit. nu. 30.* quem retuli in *cap. 65. Gratian. num. 6. & videndus Fontanell. vbi sup. à num. 70. vsq; ad 77.*

### ARGUMENTVM.

Dos à patre, vel alio constituta si per virum exacta non fuerit, & sit locus restitutioni dotis: an sit in electione viri, vel eius hæredum cedere actiones contrahentes, vel dotem soluere? Ponderantur verba *text. in l. si socer, §. Lucius Titius, ff. sol. matr.* Distinguitur inter patrem, & fratrem ex necessitate, vel liberalitate dotantem, & extraneum. Quando autem adsit culpa viri in exigendo vtrum sit necesse, vt dotans sit defectus facultatibus, ad hoc vt teneatur maritus? Reijciuntur *Olea, & alij.*

### S V M M A R I V M.

- 1 Dos à patre, vel alio constituta, si per virum non sit exacta, an liberetur maritus actionis cedendo?
- 2 Expenduntur verba *text. in l. si socer, §. Lucius Titius, ff. sol. matr.*
- 3 Quod si adsit culpa viri in exigendo?
- 4 Frater quãdo censeatur extraneus dotans.

- 5 *Quæstio facti est, an adsit culpa in exigendo, & qualiter iudicanda.*  
 6 *Si dotans sit idoneus, & adsit culpa, an possint cedi actiones? Recensentur affirmantes.*  
 7 *Negant D. Card. Luca.*  
 8 *Declaratur idoneitas.*  
 9 *Maritus de qua culpa teneatur? Reijciunt Olea, & alij.*

## Q V A E S T. LXXIV.

- 1 **D**Os si à patre, vel alio constituta si per virum non fuerit exacta, & sit locus restitutioni dotis, vel in casu diuortij ex culpa viri, vel in casu soluti matrimonij vtrum sufficiat cedere actiones contra dotantes?  
 2 *Quæstio hæc tractatur per DD. in l. si socer 45. §. Lucius Titius, ff. sol. matr. vbi text. agit de casu diuortij sequenti culpa viri cum muliere, cuius dos per patrem constituta, adhuc exacta non erat, & alternatiuè disponit. Quid necesse habebit maritus, aut exactam dotem, aut actiones ei prestare. Hinc proinde disputant DD., cuius sit electio an viri, vel mulieris? Et Petrus de Bellapert. dicit esse mulieris. Sed in contrarium stat cõmunis opinio, vt electio sit viri, soluere dotem, vel cedere actionem, vt ibidem firmat Bald. ante nu. 1. Alex. nu. 3. Angel. n. 1. & Imola nu. 10.*  
 3 *Omnes tamen isti procedunt cum præsupposito, quod vir dici non possit in culpa, eique imputari nequeat, cur non exegerit, stante quod agebatur de dote constituta per patrem, quem vrgere non debebat, contrarium è conuerso sentientes, vbi exactio eius culpæ tribui posset, quod explicitè aduertit, Paul. de Castr. in d. §. Lucius Titius, nu. 9. in fin. vbi quod tunc liberatur cedendo actiones, atque sua est electio, quando ei imputari non potest, cur non exegerit, si verò potest imputari, tunc non liberatur cedendo, sed erit debitor dotis, qualem semper indistinctè Rota tenuit, iuxta D. Card. de Luca lib. de dote disc. 71. num. 9.*  
 4 *Quoties agitur de dote ab extraneo constituta ex liberalitate idem est, quod traditur de dote constituta à patre, cum non possit imputari viro, cur eum non,*

*vrserit ex text. in l. si extraneus, ff. de iur. dot. vbi hic dotans patri assimilatur, Pres. de Franch. decis. 424. num. 7. vbi Ego in obseru. & relati per Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 1. p. 2. nu. 77.*

- 5 *Cõterum Card. de Luca nu. 4. tam in casu patris, quàm fratris, vel alterius dotantis ex liberalitate sentit esse potiùs facti quæstionem, quam iuris decidendâ ex particularibus circumstantijs, an vir excusatione dignus reperiatur, necnè, quia si maritus vti legalis administrator dotis obligatus ad exactiõnem in culpa fuerit lata, vel leui, tunc ipse teneatur ad solutionem dotis, vt inferius dicitur.*  
*Dos autem si constituta fuit per fratrem ex necessitate, tanquam hæredem patris, & tunc maritus non excusatur, & ipse cogitur in casu negligentie dotem soluere, ita Bald. in d. l. si extraneus, Medic. decis. Senens. 36. nu. 23. Pres. de Franch. vbi sup. Fontanell. claus. 6. glos. 1. par. 2. nu. 65. & 77. Fab. C. de iur. dot. def. 9. Et si generaliter de dotante, qui non sit pater, semper sentijt, Rota decis. 114. nu. 16. p. 7. & decis. 203. nu. 6. post Zacchianz de oblig. Camer. decis. 63. n. 7. post Merlin. de pignor.*  
 6 *Punctus cõsistit, vtrum quãdo idoneus sit dotans, & maritus fuerit negligens in exigendo, in hoc caso maritus, vel eius hæredes liberentur cedendo actiones?*  
*Ratio dubitandi est, quia text. in d. l. si extraneus, loquitur contra virum, quoties agatur de debitore extraneo, qui facultatibus sit defectus, atque ita etiam exemplificat glos. in positione casus, vnde propterea eatenus vir ad dotem inexactam soluendam teneatur, quatenus dotantis cõditio immutata sit, secus autem si ipse, vel eius hæres sit idoneus, quia tunc sufficit viri hæredibus cedere mulieri actiones, ita Medic. exam. 36. nu. 17. Andreol. controu. 136. n. 15. Altograd. consil. 31. num. 2. lib. 1. quasi quod ratio dicti rigoris legalis consistat, ne mulier indotata remaneat.*  
 7 *Verum istam traditionem refellit Card. de Luca num. 8. siquidem licet textus in d. l. si extraneus ponat casum, in quo extraneus dotans defectus esset facultatibus, ita vt quæstio sit de omnimodò periculo, non indè tamen per neesse resul-*

tare videtur argumentum à contrario sensu, quod si vir neglexit, ac fuit in culpa exigendi, non debeat teneri, quamvis dotans non esset defectus, quoniam nullus ex senioribus nostris hoc dixit. E' contra *Bal. & Bal. Nouell. p. 8. priuil. 24.* & alij allegati simpliciter dixerunt, vt excepto casu patris, vel dotantis ex liberalitate, vir ad restitutionem dotis teneatur, & *Medices* incidenter potiùs referendo tenorem *textus*, ità loquitur, cum ipse se referat ad casum positum in *decif. 59.* cuius præcipuus punctus consistebat in cessante culpa viri, atque *Altogradus* aliam non adducit rationem, vel auctoritatem, nisi illà *Medices vbi sup.* magisq; stringere videtur auctoritas *Andreol.* qui pariter parum digestè loqui videtur.

8 Præsertim maritus, vel eius hæres nequibit eligere, si non sit prompta dotantis, vel non æqualis sit vtriusque exactio qualis erat casus *Altograd. d. consil. 31.* vbi de hærede existente cum bonis hæreditarijs in eodem loco, quo casu videtur intrare æquitatiua ratio euitandi inanes circuitus, dum mulieri promptè, & æquè benè consultum est contra dotantem; sicuti contra virum. Aliter si dotans a libi domicilium contrahat, & ratione difficultatis exigendi non sit ità consultum mulieri, nam ità de facili saltèm de facto remanebit indotata, idèoque intrare videtur illa ratio, ob quam datur hæc actio mulieri contra virum ratione negligentia, quæ mulieri attulit præiudicium.

9 Formiter edisserit *Olea tit. 5. quæst. 12. num. 22.* qualis negligentia esse debeat mariti in exigendo nomina dotalia, vt ipse teneatur: Nullum attigisse hunc articulum ait, existimat autem non quamcumq; negligentiam nocere marito, nec quamlibet leuem culpam, sed considerabilem negligentiam, præcipuè cum debitores semper benignè, & salua honestate conueniri oporteat, *l. si benè. ff. de usur.*

De lata culpa teneri maritum solummodò, censet *Gratian. discept. 125. nu. 20.* At *Ego* ibi *nu. 6.* scripsi de leui culpa virum teneri cum *Campeg. de dot. par. 2. cap. 67. num. 1. Bossio de dote cap. 11. nu. 121. & cap. 19. nu. 140. Cardin. de Luca disc. 71. & 163.* vbi quod si negligentia sit talis, quæ

potiùs socordia dici valeat, lata vel leuis culpæ gradum attingens, tunc non videtur, quæ legalis, vel humana ratio exposcere debeat, cur mulier sub legali viri administratione diù viuens, atque de suis iuribus tempore habili sub viri fiducia non sollicita, ità debeat ab ipsa lege elusa remanere, & ratio altera est, quia exactio dotis est in gratiam eiusdem viri, vndè tenetur de suo facere expensas in exactione nominis dotis, *Cancer. p. 1. cap. 9. de dote nu. 151.*

## ARGUMENTVM.

Cedenti suo iuri, & à lite recedenti super beneficio, vel re spirituali an possit aliquid dari, vel promitti citra labem Simonia? Ità similitèt dari, vel promitti, vt quis cedat liti super nullitate professionis, & ad euitadam simoniam requisita, vt quis licitè possit se redimere à vexatione facti, & requisita recensentur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cedenti iuri suo, & liti super beneficio an possit aliquid dari, vel promitti citra labem Simonia?
- 2 Cedenti nullitati promissionis an aliquid possit dari?
- 3 Conuentio quando non est simoniaca.
- 4 Resignanti, ad hoc vt cedat liti super nullitate resignationis, an possit solui pensio?
- 5 Secundogenitus an possit allicere muneribus primogenitum ad statum religiosum?
- 6 Conuentio alia est super cessione liti, alia super re spirituali.
- 7 Cessio sine auctoritate Superioris an valeat?
- 8 Periculosa demonstratur cessio sine requisitis recensitis.

## Q V A E S T. LXXV.

1 CEDenti suo iuri, & à lite recedenti an ex iudicio Episcopi, seu Arbitrorum, seu aliàs per transactionem bona fide, & sincerè citra fraudem possit per eum, cui remanet beneficium dari, vel promitti aliquid temporale citra labem simonia? Per *text. in cap. nisi essent*



*de prabend.* permitti videtur, attamen iuxta veram, ac receptam dicti canonis interpretationem intelligitur, vbi daretur, vel promitteretur aliquid temporale, puta pecunia, vel alia res, seu annua præstatio vitalitia recompensatiua commodi, quod dimittens saltém in parte cum iusta æstimatione incerti euentus litis obtinere possit eum obligatione collitigantis, seu alterius pro eo se obliganti merè temporali in persona, & bonis proprijs absque tamen aliquo beneficij ipsius grauamine. Non tamen imponi potest pensio super beneficio absq; Apostolica authoritate, *Lamber. de iure patr. lib.3. quest.9. art.9. Dunozett. decis. 982. nu.9.* vbi in specie ità distinguendo respondetur ad *text. in d. cap. nisi, D. Card. de Luca lib. de benefc. disc. 79. num. 3. & 4. Laym. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 10. cap. ult. num. 59.* vbi quod per viam transactionis Prælati arbitrio potest promitti aliquid temporale cedenti iuri suo ob bonum pacis, quod est temporale, & non habeatur, nisi cedendo iuri, nec in transactione habetur ratio iuris spiritualis, sed commoditatis temporalis, quod est permissum per *text. in d. cap. nisi essent.*

2 Conuentio neque est simoniaca si frater manens in statu religioso pro cedendo liti nullitatis professionis aliquid acciperet, vel aliquam promissionem ad effectum, vt deserendo litem perseueraret in statu regulari. Nam quamuis conuentio, vel datio rei temporalis ad hoc, vt quis habitum monasticum, vel statum religiosum habeat, dicitur simoniaca, vt in *cap. veniens de simon. Bal. Castrens. Salic. & alij in l. fin. C. de transact. Nauar. consil. 85. lib. 5. de simon. Suar. de relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 17. num. 5. & 6.*

3 Procedit enim, quando ex pacto, vel conuentione voluntaria datur res temporalis, quæ alias debita non sit ob finem assequendi rem spiritualem. Secus autem vbi iam debitum erat, quoniam pactum, vel implementum, quod est debitum, atque iuri consonat, non inducit simoniam, *Tondut. quest. ciuil. 96. tom. 11. Dec. consil. 118. nu. 5. Buratt. decis. 444. n. 2.*

Ac etiam quia intrat simonia, vbi datur res temporalis ad finem assequendi

rem spiritualem, quæ sit principalis in intentione. Secus autem vbi alius sit finis eius, qui dat, vel promittit.

4 Si resignatarius beneficij, intuitu resignationis Apostolica authoritate legitime se obligat soluere resignanti annuam pensionem, vel aliam summam, negat autem obligationem implere ob litem ab eodem resignante motam super nullitate resignationis, à qua consequutiue ipsa resignatio corrumpitur, resignans verò pacificando renunciat, & cedit liti, & ità obstaculum tollat, siue impedimentum, ob quod iustè debitor negabat debiti solutionem, tunc si pensionis solutio fiat, vel promittatur, nullum malum fieri dicitur, vel inferatur, & nequaquam est simoniacus.

5 Si filius secundogenitus possessoris alicuius maioratus, vel Principatus curet cum muneribus, vel oblationibus pinguium prouisionum, alijsque artificijs etiam dolosis inducere fratrem primogenitum, vt assumat ordines sacros, vel ingrediatur religionem, ibique profiteatur, ad effectum, vt ità se inhabilet ad successionem maioratus, vel Principatus, seu feudi, in quo propterea secundogenitus efficiatur primus, non exinde poterit dici, quod ità committatur simonia dando rem temporalem, vel promittendo pro spirituali, quoniam nihil datur, vel promittitur pro spiritualitate, quam nihil interest datoris, vel promissoris obtinere, sed datur ad dictum effectum temporalem, pro cuius assequutione allicitur quis ad assumendum statum spiritualem tanquam medium, ideòque attendendum est id, ob quod principaliter alia res temporalis datur, vel promittitur, quamuis spiritualitas ità incidenter admixta sit, *Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 16. Rota decis. 28. p. 4. rec. tom. 2. D. Card. de Luca lib. de regular. disc. 48.*

6 Hinc habemus quod, aliud est conuentio super ipso iure, vel alia re spirituali principaliter in contractum deducta. Et aliud est conuentio supra ipsa renunciatione litis tanquam per remotionem obstaculi, iuxta *decis. 15. de renunc. in antiquum concordantibus* apud Garziam de benef. par. 11. cap. 3. §. 3. num. 253. *Suar. lib. 1. tom. 4. de simonia cap. 5. num. 5.* vbi quod con-

conuentio sub obligatione non litigandi nõ dicitur percutere ius spirituale, quod vni detur, alteri tollatur, quoniam quilibet remanet in suo statu, solumque est species suspensionis armorum, quodque interim res remanent in suo statu, in quo reperiuntur, atque eatenus in litibus, quæ fiunt super beneficijs Ecclesiasticis cum aliqua circumspectione in hac materia proceditur, quatenus subsit ratio fraudis, quæ simoniæ fieri posset, vt ita ille, qui agnoscit alterius ius in beneficio, illud mediante pecunia obtineat, & sic vbi res spiritualis est principaliter in lite, adeo vt ob eius affecutionem bona temporalia dantur, vel promittantur, non autem vbi conuentio est principaliter super re temporalis hinc indè, ita *Cardin. de Luca num. 10. & 11.*

7 Cessio facta absque authoritate Superioris an valeat? Affirmant *Abb. in cap. nisi, num. 5. de renunc. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 2. num. 8. Rota decis. 177. nu. 20. par. 11.* Cessio debet fieri post ius quæsitum ex prouisione Apostolica, vel Ordinarij, & possessionem liberè captam, quia tunc nullatenus potest dici commissæ simonia, eo minùs quatenus emanasset ad vexationes, quas prouisus, & possessor de facto habere potuisset à cedente, *Sanch. resp. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 9. Buratt. decis. 307. num. 5.* quidquid sit in alijs casibus, quia periculosum esset, sub prætextu redimendi vexationes euitare simoniam absque beneplacito Apostolica, ita *Rota vbi sup. nu. 24. & 25. & seqq.* vbi fortiùs si Prælati publico bono pacis approbasset cessionem ad componendas inimicitias, *Bonacin. de simon. disp. 1. quæst. 1. S. 1. num. 11.*

8 *Riccus in praxi for. Eccles. decis. 226.* tradit, quod potest Iudex ex officio prouidere, vt vna pars cedat liti super spiritualibus, ac pro bono pacis recipiat expensas ab alia parte, & sic præcedente ipsius Iudicis decreto, alias non sufficit fieri id inter partes absque dicto decreto, quia id posset continere simoniam, ex *Abb. in cap. cum quidem de pact. nec non ait,* requiri, quod præsentatus habeat ius in re per confirmationem, vel institutionem, quia poterit, tunc dari aliquid ad-

uersario, & *Felin. & alij in cap. dilectus in l. 1. de simon.* concludunt, quod non est licitum in spiritualibus redimere vexationem, nisi vexatio sit omninò de facto, & redimens habeat plenum ius, & non debeat dubitare de iure suo, quia si dubitat, committit simoniam, & ille qui recipit propter vexationem facti turpiter accipit, & tenetur restituere.

Quando quis habet litteras Apostolicas super prouisione vacantis beneficij, & dum petit illarum exequutionem coram Exequutore, alius iniuste eum prouidendum vexat expensis, vexatus licitè potest dando pecuniam, se ab iniusta vexatione redimere, nempe restituendo vexanti expensas factas, ita *Viuian. lib. 12. de iur. patr. cap. 12. num. 15.*

Nihilominus circa hoc est plurimum inuigilandum, vt dicitur penes *Buratt. dec. 307.* quia materia redimendi vexationem est nimis periculosa sine beneplacito Apostolico. In illis casibus, in quibus liquido constat, huiusmodi redemptionis vexationem licitè fieri posse, ad illam nihilominus non nisi de consensu Episcopi deveniendum est. Quare gloriosæ memoriæ S. Carolus Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis, ne redimendæ vexationis specie in causis beneficiorum simoniacæ pactiones intercedant, nemini licere, id voluit, nec in casibus quidem iure permissis pecuniam dare, vel quidquam pacisci, aut transigere, nisi Episcopi consensus accesserit, cuius partes erunt perspicere diligenter, an subsit aliqua fraus, vt latè comprobatur *Pyrr. Corrad. in prax. benefc. lib. 4. cap. 5. num. 59. & 60.*

Demum dicitur, quod non licet dare pecuniam pro iure quærendo, sed vt quæsitum retineat, & redimet vexationem de facto, *Abb. in cap. Mattheus num. 5. de simon.* An cum authoritate Superioris? videnda *glos. in cap. dilectus de simon.*

#### ARGUMENTVM.

Cessionarius executiuè exigens, si cessio sit nulla an executiuè restituet? Articulum excitat *Dom. Card. de Luca.* In simili fideiussor executiuè exactus, executiuè con-

contra principalem agat? Cessionario an competat via executiua competens principali creditori? Reijciuntur negantes, & distinguentes si agatur nomine creditoris, vel proprio nomine, & quid si præuentum sit de nullitate cessionis.

## S V M M A R I V M .

- 1 Cessionarius executiue exigens si nulla sit cessio an executiue restituet?
- 2 Fideiussor executiue exactus executiue restituit.
- 3 Resolutio Dom. Card. de Luca.
- 4 Nullitas an consistat in iure, vel habeat mixturam facti, distinguitur.
- 5 Cessionario competit eadem via executiua cedenti competens reiectis dissidentibus, & Fabro distinguente.
- 6 Quid in cessionario census Bullaris, & quæ praxis in Regno.
- 7 Quid si præuentum sit super nullitate cessionis, an cessionarius agat via executiua?

## Q V A E S T. LXXVI.

- 1 Cessionarius si executiue aliquid exigit, & nulla sit cessio utrum etiam executiue cogendus sit ac restituendum exactum? Resoluendum videtur, quod sic ex regula, quod quisque iuris in alium statuerit eodem iure utatur, l. 1. ff. quod quisque iur. Tuscus in litt. Q. conclus. 49. D. Card. de Luca lib. de dote disc. 58. nu. 3.
- 2 In simili fideiussor executiue exactus, executiue exigit, Bar. in l. fin. in C. de usur. rei iudic. Hering. de fideiuss. cap. 26. num. 8. Rota decis. 395. par. 5. rec. & decis. 221. num. 4. par. 6. D. de Luca ibid. num. 3.
- 3 Contrarium tamen verius videtur, quia propositio supra tradita locum haberet in simplici procuratore, & exactore, non proprio, sed alieno nomine, atque ad commodum principalis, ideòque cum nullam habeat retinendi causam, merè calumniosa videtur quæcumque exceptio, vel appellatio. Secus autem ubi recuperatio facta est ad commodum, seu utilitatem propriam, & ex iure, quod licet alias alienum, effectum erat proprium, vnde propterea resolutio huius domini, seu acquisitionis, ita ut cessionarius pro-

curator in rem propriam resoluta isto titulo efficiatur simplex procurator in rem alienam, implicitum enim habere videtur punctum petitorij super rescissione, vel annulatione cessionarij, ita concludit Card. de Luca nu. 4.

- 4 Sine dubio ordinariè procedendum erit, si nullitas habeat mixturam facti, quia ordinariè dandus est terminus in causa etiam ex Iudicis officio, Præs. de Franch. decis. 628. D. Reg. Rouit. in pragm. 7. de ord. iudic. Aliud si esset merus articulus iuris, quo casu deceditur res sine termino, D. Reg. Sanfelice. decis. 17. vt per text. in cap. sepè de appell. D. Reg. de Marin. lib. 2. resol. 231. Consiliar. D. Petra rit. 69. num. 13. D. Reg. Latr. decis. 189. nu. 3.
- Bencuerum si pars aduersa velit terminum, quia velit probare in facto, in hoc casu inspiciendum est, an sit rationale illud, quod vult probare R. Rouit. nu. 12. vt dixi in appendic. ad obseru. 628. Præs. de Franch.

- 5 Pro pleniori intelligentia materiæ supponendum est, quod cessionarius potest executiue agere, sicut cedens, vt veriorum dicunt D. Mesa lib. 1. var. cap. 21. à nu. 1. Merlin. decis. 309. Cancer. par. 1. var. cap. 17. nu. 40. Olea tit. 6. quæst. 5. nu. 3. Explexis Præs. de Franch. & ibi Amendal., Thor., Giurb., & alijs, & reiecta distinctione, Fabr. C. de oblig. & suc. def. 1. & C. de hered. vel act. vendit. def. 10. negantis ius executium in cessionario agente proprio nomine, & concedentis in agente nomine principalis. Coeterum competit via executiua instrumento cohærens, iuxta Oleam num. 5. & seqq. & Fisci speciale esse, vt eius cessionarius utatur via executiua, prout in conductoribus gabellarum, & in fideiussore solvente Fisco pro principali debitore.

- 6 Extendit Olea num. 6. vt ad instantiam cessionarij, qui cessionem obtinuit à creditore Bullari possit exequi etiam contra tertium possessorem iuxta formam Bullæ, quia lex priuilegiauit contractum, & eius executionem, & non sit priuilegium personale, sed reale, ideòque non militet doctrina Baldi in cap. 1. §. si quis vero, num. 3. tit. de pac. firm. vbi vult, quod facultas faciendi aliquid propria au-

authoritate, licet possit in alium transferri, tamen quando competeret contra regulas iuris communis, putâ privilegio, vel statuto non potest cedi. At in Regno cōtra tertium non practicatur via executiua, nisi tertius possessor incēperit soluere.

7 Adeò verum est, cessionario executiue agere licere, vt etsi super nullitate cessionis in via ordinaria lis pendeat, id impedimento non sit, quominus cessionarius aduersus debitorem cessum executionē petat, *Giurb. decis. 100. num. 1. Guzmán. de euit. quæst. 32. n. 36. Barbof. de penson. par. 1. quæst. 1. nu. 6. Olea n. 14. Giurba ampliãt, etiã si sententia contra instrumentum prolata esset, dummodò ab ea appellatum fuerit, & sequitur Olea. Id tamen ego intelligo si sententia per inferiores Iudices prolata sit, à quibus appellari potest, non si per Supremos Magistratus, à quibus nequit appellari, vt idem *Giurba, & habetur ex Pras. de Franch. decis. 191.**

## ARGUMENTVM.

Cessibile an sit ius reuocandæ donationis ob ingratitudinem? Vel reuocetur donatio ipso iure? Pulchrior quæstio an reuocata censeatur per secundam donationem? Adducitur decisio in tertia instantia negans, primarum sententiarum moderatiua. Resolutio *Authoris*. Agitur de iure declarandæ caducitatis an cessum censeatur cesso canone, vel alienata re emphyteutica, an subsistat opinio *Olea*? Demum an ius reuocandæ donationis ob ingratitudinem ad hæredes transeat?

## S V M M A R I V M.

- 1 Donatio an reuocetur ipso iure ob ingratitudinem? & quæ actio competat?
- 2 Donatarius an teneatur restituere fructus?
- 3 Tertius possessor rei donatæ an possit conueniri.
- 4 Per secundam donationem an censeatur cessum ius reuocandi donationem? Referatur decisio *aiens*.
- 5 Ius declarandæ caducitatis Domino directo competens an cedi possit?
- 6 Donationes à principio validæ expressè sunt reuocandæ.

- 7 In donationibus causa mortis, inter virum, & uxorem, & legatis aliter statuitur?
- 8 Refertur decisio.
- 9 Alienata re emphyteutica post incursum caducitatem an censeatur cessum ius declarandæ caducitatis?
- 10 Senatus *Cathalonie* in tertia instantia se retractauit.
- 11 Ius reuocandæ donationis ob ingratitudinem an transeat ad hæredes.
- 12 Limitationes congeruntur.
- 13 Conquistus voluntatis reuocandi donationes an extrajudiciales sufficiant?
- 14 Discursus, & resolutio *Authoris*.

## Q V A E S T. LXXVII.

- 1 Cessibile an sit ius reuocandæ donationis inter viuos ob ingratitudinem donatarij? contingit quandoque dubitari. Pro intelligentia præmittitur, quod donatio inter viuos propter ingratitudinem donatarij non reuocatur ipso iure, prout voluere *Ripa in l. fin. C. de reuoc. donat. & Andr. de Angulo de meliorat. l. 1. glos. 12. nu. 12.* Nam contrarium verius esse probat *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 28. nu. 16. ex Charthar. decis. Genuæ 75. à nu. 15.* vbi quod nec reuocatur ipso iure per ingratitudinem, nec competit rei vindicatio, sed tantum actio personalis, vt declarat *glos. in d. l. fin. & Tiraquell. in repet. l. si unquã, verb. reuertatur, m. 327.*
- 2 Hinc reuocata donatione non tenetur donatarius restituere fructus antea perceptos, quia donatio valida est à principio, ac donatarius bona fide percepit fructus vsque ad litis contestationem, super reuocatione donationis, quæ non censeatur ipso iure reuocata, ita *Guttier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 10. nu. 7. Faber C. de reuocat. don. def. 15.*
- 3 Facit *text. in l. his solis, C. de reuocat. don.* vbi si donatarius ante ingratitudinẽ, & ante motam litem super reuocatione donationis rem donatam alienauerit, vel donando, vel vendendo, aut in dotendo, aut alias, non poterit à tertio reuocari, *Fontanell. vbi sup. num. 14.*
- 4 Hæsitatur, an per secundam donationem, quando reuocari potest prima ob ingratitudinem, reuocata illa censeatur?

Videtur affirmandum per *l. cum maritus, la 2. C. de donat. inter vir, & uxor. l. cum hic status, S. qui quasdam, ff. eod. & l. si ex toto, ff. de leg. 1.* in quibus habetur, donationem, quæ reuocari potest, censi reuocatam ex impignoratione rerum contentarum in donatione, & per hæc iura, quod ob ingratitudinem censetur reuocata donatio per secundam donationem, censet *Roman. consil. 284. & Rip. ubi sup. & ita declarasse Senatum* refert *Fontanell. d. claus. 4. glos. 9. par. 5. num. 192.* vbi tradit expressissimè declarasse *Senatum* censuisse patrem primam donationem per eum filia factam reuocasse propter ingratitudinem contra cum commissam ex eo, quod secundam donationem de eisdem rebus alteri filio postea fecisset.

5 Conuenit quæstio, an ius declarandæ caducitatis competens Domino directo cedi possit. In quo articulo *Olea tit. 4. quæst. 7. num. 26.* firmat, quod si dominus vendat, vel cedat censum, non veniat, nec in cessione iurium ius caducitatis præteritum, nisi nominatim exprimat. Aliud esse tamen ait, si Dominus non venderet censum emphyteuticum, sed ipsa bona emphyteutica, quia in necessariam consequentiam videtur, cessisse, & transtulisse in emptorem ius declarandæ caducitatis *Barbos. in collect. cap. patuit de locat.* Ergo similiter per secundam donationem censetur reuocata prima donatio ob ingratitudinem primi donatarij, siue cessum ius reuocandæ donationis propter ingratitudinem.

6 Cæterum *Romanum, Rham, Angulum,* & alios deceptos esse, probat *Fontanell. d. glos. 9. par. 5. num. 193.* nam iura in contrarium allegata procedunt in donationibus, quæ à principio sunt inualidæ, & aliquid aliud expectant ad confirmationem, vt mortem donantis, veluti donationes causa mortis, inter virum, & uxorem, & legata, nam per aliam donationem, alienationem, censentur reuocata. Aliter est in donationibus à principio validis, quia necessarius est expressus actus reuocationis, ita *glos. in l. fin. S. Lucius Titius var. perfectam, ff. de donat. Fab. C. de reuoc. donat. def. 11.*

7 Conducit doctrina *Peregrin. de iur.*

*Fisc. lib. 2. tit. de ingrat. circa defunctos num. 7.* vbi reddens rationem, quare ob ingratitudines commissas in vita testatoris relicta ipso iure reuocentur, non sic si mortuo testatore, dicit idè, quia testatore adhuc viuento relicta non receperant suam confirmationem, idcirco facilius ex præsumpta contraria voluntate reuocantur, post mortem verò testatoris, quia iam suam confirmationem receperunt, non sic esse.

8 Idem *Fontanell. d. glos. par. 5. n. 196.* cõprobat ex simili decisione *Senatus* in causa pupillorù *Descallars* contra *Alemandum Tord.* vbi agebatur, nunquid per secundam donationem filijs secundi matrimonij factum, de quibus per matrem fuerat in primis nuptijs facta donatio, censeretur prior reuocata vigore facultatis, quam ad id mater habebat, & an secundæ esset standum, nec nè? Et fuit resolutum quod non, sed quod priori erat standum, quia non constabat de reuocatione.

9 Vndè suspectam habeo conclusionem *Olea* de re emphyteutica alienata post incursum caducitatem, vt per alienationem censetur declarata caducitas, nam requiritur expressa declaratio, prout nõ facta expressa declaratione dictum ius non transit ad hæredes, vt dicitur infra.

10 Et contra decisionem *Senatus Catalonia*, qua per secundam alienationem censetur cessum ius reuocationis ob ingratitudinem supplicasse tradit *Fontanell. num. 196.* & in supplicatione in tertia instantia decisum fuit secundam donationem non habuisse vim reuocationis primæ, quantumuis reuocandi potestatem ex ingratitudine donator habuisset, ita *Fontanell. claus. 4. gl. 28. nu. 34.*

11 Apud omnes pariter est in confesso, ne hanc donationis reuocationem licitam esse hæredibus donatoris, vt probat manifestissimè *l. fin. C. de reuoc. donat. & cap. fin. extr. de donat. Guido Pap. decis. 213.* vbi etiam *Addentes Hermosill. in l. 10. glos. 8. à num. 1. tit. 4. p. 5. Barbos. in collect. cap. fin. de donat. & lib. 3. vot. 126. nu. 109. Costa de fact. scient. & ignor. dist. 53. num. 14. Olea tit. 4. quæst. 7. num. 25.*

Ratio est, quia cum id consistat in de-

cla-

claratione animi, id hæres efficere non potest, *l. si ita legatum, S. illi si volet, ff. de leg. 1. l. unum ex familia, S. roro, ff. de leg. 2. glos. communiter recepta in l. inter artifices, S. si Stichum, ff. de verb. ff. signif. Canc. par. 3. cap. 21. num. 259.*

claratione animi, ita neque in extraneum transferuntur absque huiusmodi conquestu, & declaratione.

## ARGUMENTVM.

Cessio per viam emptionis, vel donationis hæreditatis an referatur ad tempus delatæ hæreditatis, ac si cessionarius ex tunc successisset, & teneatur cedens ad debita à se contracta ante cessionem, & soluere cessionario, quod cedens ipse debebat defuncto, & consequi à cessionario, quod consequi debebat à defuncto? Similiter quid de cessionario omnium bonorum, & iurium maternorum? Cessionarius, & donatarius hæreditatis an teneatur ultra vires hæreditatis cessæ non confecto inventario? Demum quid de donatario omnium bonorum, iurium paternorum, vel maternorum edisseritur.

## S V M M A R I V M .

- 12 Transfit tamen ad hæredes, si quærela per donatorem viventem instituta fuerit, ita *Ranchin. in addit. ad Guid. Pap. Fontanell. claus. 7. glos. 2. par. 10. nu. 45.* Item si donator mortuus fuerit sciens ingratitudinem, & si sciuit, repentina tamen morte obiit, taliter quod non potuerit reuocare, & auditus fuerit dicere, quod volebat reuocare donationem, ita *Fontanell. d. claus. 4. glos. 28. nu. 35.*
- 13 Si donator conquestus fuerit de ingratitudine, tunc hæredem posse reuocationem perficere tradunt, *Ranchin. & Matthæus ad Guid. Pap. decis. 214.* An conquestus debeant esse iudiciales, in dubium vertitur! Affirmatiua opinio arguitur, ex *d. l. fin. C. de reuoc. don.* ibi: *Ex his tantummodò causis, si fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbata, & tenet Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 93. num. 40. par. 2.* Sed id esse communiter reprobatur, firmat *Fontanell. claus. 4. glos. 28. num. 36.* Dummodò cum conquestibus concurrat declaratio voluntatis, quod volebat facere reuocationem, alias primum sine secundo non sufficeret *Ripa in d. l. fin. quæst. 68. C. de reuoc. don.* & opinionem Ludouici reprobat *Surd. de alim. tit. 1. qu. 45. num. 14.*
- 14 Quando itaque *Senatus Cathalonie* variavit in articulo, vtrum per secundam donationem censeatur cessum ius reuocandæ primæ donationis ob ingratitudinem, rectius erit distinguere. Aut donans conquestus est de ingratitudine, & extrajudicialiter declarauit animum suum reuocandi, & tunc per postremam donationem intelligitur cessum ius donationis reuocandæ, & ita similiter si directus Dominus post caducitatem incursum rei emphiteuticæ declarauit incursum emphiteutæ in caducitatem, & velle priuare illum, quia tunc per alienationem rei cessum ius censeatur. Secus si desit hæc declaratio animi, dum sicut iura præfata non transeunt ad hæredem sine de-

- 1 Emptor hæreditatis an teneatur soluere debita per venditorem contracta?
- 2 Emptor soluendo an seruandus sit indēnis?
- 3 Cessio, & emptio refertur ad statum delatæ hæreditatis.
- 4 Venditor si creditor sit defuncti recuperat ab emptore creditum.
- 5 Actio extincta per aditionem reuiuiscit per venditionem.
- 6 Emptor consequitur à venditore, quod iste debebat defuncto.
- 7 Quid de donatario hæreditatis?
- 8 In donatario omnium bonorum paternorum, vel maternorum idem resoluitur.
- 9 Donatarius hæreditatis an teneatur facere inventarium?
- 10 Quid de donatario omnium bonorum.

## Q V A E S T. LXXVIII.

- 1 Cessionarius hæreditatis an teneatur soluere debita contracta per donantem ante delatam hæreditatem cum hypotheca, & si soluerit an possit recuperare à cedente? Sine difficultate iuxta primam partem dicitur, quod gesta per hæredem antequam cessionem faceret, profunt creditoribus, cum qui-

- bus contraxit cedens, in eorum etenim præiudicium nihil facere potuit, vt *D. Card. de Luca lib. de censib. disc. 18. nu. 3.*
- 2 Punctus consistit, vtrum cessionarius indemnis seruari debeat per cedentem, & solum repetere valeat à cedente? Tenendum videtur quod non, vel quia donans non teneatur de euictione, vel quando teneretur, si euictio sequatur pro debitis per donatorem contractis, attamen cessare videtur euictio in cessione hæreditatis, si euincantur singula bona, & corpora hæreditatis, *l. 1. C. de euict. Mangil. de euict. qu. 51. num. 25.*
- 3 In cessione per viam emptionis, hæreditatis res est in comperto, emptorem posse repetere solum pro debitis a venditore contractis, quia cessio hæreditatis refertur ad eum statum, in quo erant bona de tempore delatæ hæreditatis, perinde ac si ex tunc in ea successisset iuxta terminos *text. in l. 2. & l. cum debitori, ff. de hærea, vel act. vendit. ita Card. de Luca vbi sup.*
- 4 Hinc si cedens creditor sit hæreditatis, emptorem possit conuenire, sicut extraneum quemlibet hæredem potuisset *d. l. 2. Mantio, de tacit. lib. 4. tit. 10. à nu. 16. Schifordeg. lib. 3. tract. 3. qu. 3. Olea tit. 3. qu. 9. nu. 20. nisi aliter constet.*
- 5 Obligatio autem, quæ per hæreditatis aditionem confusa est iuxta *l. Stichum §. aditio ff. de solut. facta venditione, ad venditoris fauorem quando creditor existit, renascitur, quoniam in hoc emptor hæreditatis locum hæredis tenet, l. 2. §. cum quis debitori suo, ff. eod. et si obligatio regulariter extincta non reuiuiscat, l. qui res, §. aream, ff. de solut. Mangil. de euict. quest. 51. à nu. 19.*
- 6 E' contra, si emptor hæreditatis aliquid à defuncto consequi debeat, recuperat à venditore totum id, quod venditor defuncto debebat, *Capon. de pact. qu. 18. à nu. 8. Mangil. & Olea vbi sup.*
- 7 In donatario hæreditatis idem quod de emptore sentit *D. de Luca*, militat eadem ratio, quia cessio refertur ad statum delatæ hæreditatis, ac si ex tunc successisset donatarius. Et si distinguendum videatur inter cedentem ex causa onerosa, & lucratiua, nam primo casu pro-
- cedit conclusio, quod contra seipsum cedere censeatur *Merlin. de pignor. lib. 4. q. 196. lib. 3.* Sed in contrarium facit, quod conductor gabellæ si cedat ius conductionis, etiam contra se cessisse, intelligitur, ius exigendi gabellam, *Olea tit. 5. qu. 2. nu. 24. vbi aliud scribit in Fisco.*
- 8 Idem quod de cessionario, & donatario hæreditatis, de donatario omnium bonorum, & iurium paternorum, vel maternorum tradit *D. de Luca d. num. 3.* vt scilicet dicta donatio referatur ad tempus, quo delata fuere dicta iura, nisi aliter de mente donantis arguatur.
- 9 Donatarius hæreditatis, si nec cedens, nec ipse cessionarius confecerit inuentarium, an teneatur ad solutionem debitorum ultra vires hæreditatis? Affirmant *Crauet. conf. 129. num. 5. Carocc. dec. 125. nu. 10. Cancer. var. par. 1. cap. 8. num. 73. & par. 2. cap. 7. nu. 129. Antonell. de tempor. legal. lib. 4. cap. 39. nu. 15. Giurb. obseru. 104. num. 20. & D. Card. de Luca lib. de donat. disc. 44. num. 4.*
- 10 Difficultas est in donatario omnium bonorum, an is teneatur ultra vires bonorum donatorum non confecto inuentario? Ratio dubitandi est, quia donatarius omnium bonorum non dicitur hæres saltem propriè, sed successor bonorum, quia hæreditas non datur ex contractu, licet quandoque ad dictum effectum pro hærede habeatur, ita volunt *Crauet. conf. 139. num. 5. par. 1. Vrsill. dec. 237. num. 7. Balthas. Tomas. in tract. var. tom. 1. tract. de inuentar. tit. 15. num. 91. & 104. Cancer. par. 1. cap. 8. num. 73. & par. 3. cap. 7. num. 128. Amat. resol. 58. num. 3. Hodiern. controu. 15. nu. 8.*
- Contrarium volunt alij, scilicet donatarium omnium bonorum non confecto per eum inuentario teneri persolvere debita donatoris ultra vires bonorum donatorum, *D. de Luca lib. de donat. disc. 44. nu. 2. Rota dec. 31. nu. 13 part. 11. rec.* quia licet donatarius ad inuentarij confectio- nem non ardeatur præcisè, adstringitur tamen causatiuè ad effectum ne scilicet, vt ex eo dignosci valeat status hæreditatis, seu donationis, alioquin concurrentibus alienationibus semper vrget mala fides, & præsumptio subtractionis, oc-



cultationis, & alienationis aliorum bonorum, donec ab ipso, seu ab eo causam habentibus doceatur de contrario *D. de Luca, & Rota d. decis. 31. num. 12.* Licet omissionem inventarij in donatario vniuersali solum operari, quod ipse non possit repellere creditores donatoris ex proprijs iuribus, quæ habet contra donatorem, non autem quod creditores possint agere contra eum directè contra personam, & bona propria, declarat idem *D. de Luca disc. 45. num. 18.*

Inuentarium confectum à cedente an proffit cessionario, & è contra factum à cessionario proffit cedenti, & quid si cedens non teneatur facere inuentarium, uti Ecclesia, dicam alibi, & scribit *Olea tit. 6. quæst. 3. à num. 11.*

### ARGUMENTVM.

**Cedens genero pro interesse dotis annum canonem, si deindè vendat directum dominium cum pensionibus decursis, an censeatur cedere ius luendi, vel etiam ius exigendi pensiones maturatas, & non exactas, & non obstat impignoratio? Agitur latè quando non obstat exceptio, tu cessisti ius tuum, & emptori ementi rem affectam solutioni, census, vtrum suffragetur præscriptio census?**

### S V M M A R I V M.

- 1 *Cesso canone pro interesse debiti, & postmodum vendito directo dominio cum pensionibus an veniat ius luendi?*
- 2 *Exceptio, tu cessisti ius tuum, an sit permissa?*
- 3 *Cessionarius pensionem si non exegit, an possit exigere directus Dominus?*
- 4 *Si opponatur de iure tertij an replicetur de extinctione.*
- 5 *In dubio an sit extinctum, an adhuc replicatio valeat?*
- 6 *Ius tertij nequit allegari per eum, cuius non interest, & exemplificatur.*
- 7 *Possessor solum opponit de iure tertij, non alius.*
- 8 *Ementi rem affectam solutioni census an proffit census præscriptio, vel vendenti.*

### Q V A E S T. LXXIX.

**I** Cedens genero pro interesse dotis ducatorum mille annuum canonem ducatorum 50. si deindè vendidit directum dominium Petro cum omnibus pensionibus venditis, an emptor emisse censeatur ius luendi canonem, vel potius possit agere contra emphyteutam pro pensionibus omnibus decursis, & non solutis? In contingenti casu emptor in vim emptionis egit contra vtilem dominum, vt recognosceret ipsum in dominum, & solueret pensiones censuum debitas.

Difficultatem faciebat, quod præsupposito, quod census erat impignoratus tempore venditionis factæ, in ea non potuit venire, nisi ius illud, quod venditor tunc habebat, *l. qui tabernas, ff. de contrah. empt. Gomez. var. tom. 2. cap. 2. de empt. nu. 12.* quod cum non esset, nisi ius luendi, hoc ius tantum videtur venditum, & ex consequenti videbatur dicendum, quod emptor non poterat facere aliud, quam redimere canonem, & redemptione facta pensiones recuperare, alias plus esset dicendum translatum fuisse in emptorem, quem venditor haberet contra *reg. l. nemo plus iuris, ff. de regul.*

Secundo obstat emptori prædicta impignoratio, & cessio facta genero, quæ impedit, nedum quod ipse emptor, sed etiam quod ipse venditor, si non vendidisset, non posset censum exigere, quia per illam cessionem omne ius cedentis translatum fuit, *l. si auia, vbi DD. G. de iur. delib. Barzius decis. 25. num. 4.*

2 Et quamuis opponatur, hanc esse oppositionem de iure tertij, quæ regulariter non est permissa, *l. loci corpus, S. competit, vbi Bar. ff. si seruit. vindic.* Verùm quia in totum ius agentis excludit, & emphyteutæ debitoris multum interest, poterit opponi iuxta *Theaur. dec. 4.* & in terminis *Barbosa in l. si alienam, nu. 62. ff. sol. matrim. Chartar. decis. Genue 128.* vbi dicit, rectè posse opponi agenti, *Amice tu cessisti ius tuum alteri:* nec id esse opponere de iure tertij, sed de defectu iuris agendi, & de carentia actionis.

3 Tandem opponebatur de præscriptione,

ne, dum gener cessionarius pensionum ultra annos triginta non curauit exigere canonem, unde res quoad debitorem libera manebit ab isto onere, *l. scut, C. de prescript. 30. ann. Gabriel. consil. 144. n. 1. lib. 2.*

Pro emptore allegatur è contrario, quod ille contractus initus inter focerum, & generum erat pignoris, ideòque dominium remansit penes directum dominum, *l. pignus, ff. de pignor. act.* idque est, adeò verum, vt creditor in pignore dicatur procurator veri domini, & huius imaginem gerat, & pro isto possideat, *l. cum notissimi, §. sed illud, C. de prescript. 30. vel 40. annor.* Ex consequenti quando focer vendidit, cum omni iure, quod habebat, transfudit sine dubio dominium, & pensionem in emptorem, quæ habebat, quia omnis venditor censetur transferre in emptorem omne ius, quod habet in re vendita per *d. l. qui tabernas.* Et falsum sit, venditum solummodò ius luèdi.

4 Beneuerum est, quod obstat impignorationi, sed impedimentum prædictum non obstat, quia præscriptum fuit dictum ius, quo casu licet replicare de præscriptione, ad tradita per *Thesaur. decis. 4. ad finem*, vbi loquens de vno ex tribus hæredibus, qui solus petebat hæreditatem, cui fuit oppositum de iure tertij, nempe aliorum cohæredum, concedit hæredi agenti replicationem, quod ius illorum fuerat extinctum, quia non adiuerant hæreditatem infra legitimum tempus, additur, *Barbos. vbi sup. nu. 62.*

5 Idque non solum procedit, vbi clarè docet actor esse extinctum, sed etiam quando potest esse, quod sit extinctum, *Cancer. par. 3. var. cap. 22. de iur. accresc. n. 208.*

6 Præterea quando sua non interest, non potest quis opponere de iure tertij; Hoc casu nihil interest, cum non possit debitor euadere solutionem vni, aut alteri faciendam, sufficit, quod reus releuetur à periculo soluendi bis per cautionem, vt docet *Bar. in l. 2. ff. de except. rei iudic.*

7 Vtèrius solum possessor alicuius rei opponere potest de iure tertij, non alius iuxta *Andream de Georg. allegat. 25. n. 22.* emphytheuta debitor non possidet.

8 Punctus consistit, vtrum possessor non soluendo per spacium longissimi tempo-

ris præscripserit liberationem in sui fauorem, vel in fauorem emptoris? Dicendum videtur, quod præscriptio operetur solum in fauorem præscribentis aduersus eum, contra quem præscribitur, non contra præscribentem in fauorem tertij, cum quo nihil fuit actum, *Pres. de Franch. decis. 169. num. 9.*

Verius tamen est, præscriptionem prodesse impignoranti, & in fauorem emptoris commodum cedere per *textum in l. emptori, ff. de hered. & act. vend.* Et quando quis emit rem affectam aliquo onere, si creditor differt per longum tempus illud exigere, id emptori prodest, qui consequitur liberationem rei obligatæ absque eo, quod debeat aliquid venditori rescire, *textus est in l. in arbitrio, C. de act. & obligat.* vt per hæc latè *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 9. par. 15. à num. 43. vsque ad 70.* vbi scribit, quod res videbatur clara pro emptore, non potuisse tamen illum post infinitas de hac re cum egregijs Senatoribus habitas disputationes obtinere declarationem, mouente, & quasi impellente, & cogente *Senatu* partes ad concordiam, & quod *Senatui* semper videbatur durum, velle emptorem exigere pensiones sine solutione quantitatis impignorationis, & partes se concordarunt.

#### ARGUMENTVM.

Cedens iura sua an possit eadem alteri cedere? Mutuans pecuniam cum pacto dimittendi anteriorem creditorem, & acquirendi hypothecas illius, si deinde absque vinculo det cedulam Bancariam, an recedere censeatur à pacto? Præsertim si debitor describat in sui facie pecuniam. Intra quot dies potest dici, quod eadem pecunia mutuata peruenerit ad creditorem dimissum. Cedens non censetur cedere contra seipsum. Requisita subingressionis legalis recensetur, & an hæc suffragetur si mutuans conuenerit de expressa cessione? Cessio legalis qualiter sit potentior ea, quæ per scripturam, soror pro paragio an præferatur creditoribus fratris cum assensu, & debeat illud etiam deuoluto feudo?

Actio-

**Actioe feudali sine assensu cessa, qualiter ius pignoris uiuat in feudis?**

## S V M M A R I V M.

- 1 *Proponitur casus.*
- 2 *Cedens iura sua uni, nequit alteri cedere.*
- 3 *Dans pecuniam sine vinculo debitori, an recedat à conuentione de dimittendo creditorem anteriorem?*
- 4 *Quid si adhuc debitor describat fidem crediti in sui facie?*
- 5 *Pactum de cedendo facta solutione non impedit cessionem ad fauorem tertij soluētis.*
- 6 *Cessio corresponsiua ad solutionem dotis resoluitur ea non soluta.*
- 7 *Cessio non potest fieri debitori.*
- 8 *Cedens non intelligitur cedere contra seipsum.*
- 9 *Dans cedulam Bancariam sine vinculo relatiuè ad conuentionem vinculi censetur dare vinculatam.*
- 10 *Rigorosa est cautela vinculi in solutione pecunia.*
- 11 *Debitor tenetur vi pacti dimittere creditorem anteriorem.*
- 12 *Requisita subingressio legis, & tacita cessionis recensentur, & in fine.*
- 13 *Intra quot dies dici valeat, quod eadē pecunia mutuata soluta sit creditori dimisso.*
- 14 *Cessio legalis est potentior ea, qua per scripturam.*
- 15 *Scientia creditoris dimissi conuentionis inter debitorem, & mutuantem an sit necessaria? & in fine.*
- 16 *Promissio de cedendo non tollit cessionem legalem.*
- 17 *Paragium super feudo soluendum est ab agnato, & an per Fiscum?*
- 18 *Soror pro paragio praesertur creditoribus fratris cum assensu.*
- 19 *Soror an agat contra tertios possessores?*
- 20 *Cedentis sine assensu ius qualiter uiuat in feudis?*

## Q V A E S T. LXXX.

**L** Vcidam facillè demonstratur, esse iustitiam petitionis heredum Laurentij Inurea, Nicolai Odone, & Catherinæ Adurno, instando graduari creditores anteriores, & potiores patrimonij Ducis

Sicignani de anno 1578. ex iuribus Dianæ Caracciolæ Marchionissæ Briensis, uti cessionarios Lucretiæ de Summa prorata eorum crediti duc. 13. m. capitalis, cum tertijs, seu interesse, quod adumbrari non possit probamus ex oppositis pro concreditoribus eiusdem patrimonij, quibus breuissimè respondendo, ex annexa facti, & iuris serie demonstratur cessionariorum potioritas.

**I** In anno 1678. moriendo Iacobus Caracciolus senior Dux Sicignani pater Barnabæ Caraccioli, hæredem vniuersalem plurimum feudorum scripsit in eius testamento aperto sub die 2. Februarij 1578. dictum Barnabam eius primogenitum, legatis duc. 15. m. pro portione singulis filijs, & ducatis 10. m. expressè pro dotibus singulis trium eius filiarum, inter quas erat Diana Caracciola, postmodum Marchionissa Briensis, soluendis tempore earum nuptiarum, declarando in dicta quantitate includi paragium, & portiones ad eas spectantes, ut ex dicto testamento.

Dictus Dux Barnabas hæres nuptui tradidit dictam Dianam eius sororem die 9. Nouembris 1590. Io: Baptistæ Caracciolo Marchioni Briensis promittendo pro dote in capitulis dicto die stipulatis ducatos 35. m. scilicet ducatos bis mille Corredalium, & restantes ducatos 33. m. de contanti in pluribus ratis satisfaciendis, scilicet duc. 16. mil. cum duc. 2. m. Corredalium statim sequuto matrimonio, & restantes ducatos 17. m. infra quatuor annos, singulis annis ratam, declarando inter dictos ducatos 35. m. promissos esse comprehensum etiam legatum paternum duc. 10. mil. relictum pro dotibus, & paragio.

Per duos dies ante stipulationem dictorum capitulorum, quod fuit die 7. dicti mensis Nouembris 1590. cum debuisset dictus Dux primam adimplere dotiū solutionem duc. 16. m. promissorum, coactus fuit habere à Lucretia de Summa duc. 13. m. faciendo pro eis venditionem annuorum introituum in forma, cum expressa conditione, & pacto illos soluendi Dianæ Caracciolæ eius forori, ad finem obtinendi cessionem, & acquirendi iura,

&

& hypothecas feudales, & priuilegiatas dictæ Dianæ competentes, præcipuè pro dicto legato paterno, vt ex instrumento, accessit etiam obligatio in solidum Ippolitæ Caracciolæ matris dicti Ducis, & Dianæ Caracciolæ pro maiori cautela dictæ Lucretiæ de Summa, ratificando promissionem, & obligationem factam, per dictum Ducem eius filium, cum iisdem conditionibus, & pactis de verbo ad verbum per Notarium ipsi Ippolitæ declaratis, vt ex dicto instrumêto legitur.

Eodem tempore stipulationis instrumenti fuit tradita à dicta Lucretia de Summa apoca Banci Olgiati effectiua dictorum ducatorum 13.m. vt tam dictus Dux, & Ippolita eius mater declarauerunt in instrumento, quam apocam in eius faciem descripsit in Banco dictus Dux infra biduum, vt ex partita Banci, & eiusdem Banci bilancio, & quamuis in dicta apoca non fuit adhibita illa rigorosa cautela, vt essent in Banco vinculati pro solutione dictarum dotium, & cessione iurium dictæ Dianæ Caracciolæ, prout erat expressum in instrumento, attamen in prædicta apoca expressè se remiserunt instrumento, & cum effectu iisdem duc. 13.m. statim infra triduum fuerunt per dictum Ducem soluti dictæ Dianæ Caracciolæ eius forori pro dictis dotibus, prout erat conuentum.

In anno postmodum 1591. die 5. Martij à Procuratore Laurentij Inuria, Nicolai Odone, & Catherinæ Adurno Genuæ residentium fuerunt dati in emptionem dicto Duci Sicignani duc. 23.m. vinculati pro soluendo eius creditoribus, & inter alios ad finem soluendi dictos ducatos 13.m. dictæ Lucretiæ de Summa, cum pacto obtinendi cessionem omnium eius iurium anteriorum, & hypothecarum contra dictum Ducem, vt ex instrumento cum obligatione eiusdem Ippolitæ Caracciolæ in eodem instrumento, cū qua conditione fuerunt duc. 23.mil. soluti dicto Duci Sicignani per Bancum Citarellæ, & Rinaldi, & per ipsum Ducem, eodem etiam Banco soluti duc. 13.mil. dictæ Lucretiæ de Summa, quæ fecit iurium cessionem, vt apparet in calce dictæ Apocæ Banci, & ex fide cessionis cum

Regio assensu super dicto instrumento, & cessione.

Ex hoc supponunt concreditores patrimonij, olim Ducis Sicignani, dictos Inuream, & socios nō acquisiuisse iura, & hypothecas quon. Dianæ Caracciolæ Marchionissæ Briensis per intermediam personam Lucretiæ de Summa. Tria opponendo.

2 Primo, quod tempore, quo fuit dotata dicta Diana à Duce eius fratre, iam fecerat amplam, & generalem renunciationem in beneficium eiusdem Ducis omnium successionum, iurium, & in forma solita, idcòque postmodum eadem iura transferri non poterant dictæ Lucretiæ de Summa, & proindè nec à dicta Lucretia de Summa in beneficium dicti Inurei, & sociorum. Nam cedens iura sua, vni, non potest eadem alteri cedere, *Bal. conf. 216. lib. 2. Olea de cession. iur. tit. 6. qu. 8. num. 11.*

3 Secundo dicunt, quod etsi fuerit pactum inter dictum Ducem Barnabam, & dictam Lucretiam de Summa in instrumento venditionis annuorum introituum, quod capitale ducat. 13.m. solueretur dictæ Dianæ Caracciolæ Marchionissæ Briensis ad finem acquirendi eius iura, & hypothecas, fuit recessum à tali conuentione, quoniam ex apoca solutionis factæ à dicta Lucretia de Summa dicto Duci non apparet expressum vinculum, aut conditio pacti, quod ab eodem Duce esset soluenda pecunia dictæ Dianæ Caracciolæ, vt cederet eius iura dictæ Lucretiæ de Summa, prout dicta pecunia cum effectu fuit soluta à dicto Duce dictæ Dianæ Caracciolæ eius forori nulla facta mentione dictæ conditionis, nec facta mentione, esse pecuniam dictæ Lucretiæ de Summa ab ea solutam, ad finem acquirendi dicta iura Dianæ Caracciolæ, iuxta conuentionem, & proindè præsumi, fuisse à Lucretia de Summa tacite remissam dictam conditionem acquirendi dicta iura, & eò magis esse præsumendum, fuisse tacite recessum à dicta conditione, dum vice dictæ conditionis, inspicitur in instrumêto obligationis inter dictam Lucretiam de Summa, & dictum Ducem Barnabam accessisse obligatio-

gationem in solidum Ippolitæ Caracciolæ eius matris in beneficium dictæ Lucretiæ de Summa .

4 Tertio validiorem dictam coniecturam apparere dicunt, recedendi à dicta conuentione, seu pacto subingrediendi iura dictæ Dianæ Caracciolæ, & magis patefieri, dum dictus Dux Barnabas descripsit liberos in Banco in eius faciem dictos ducatos 13. m. ei peruentos à dicta Lucretia de Summa, per quam descriptionem in Banco acquisiuit dominium dictæ pecuniæ, eam postmodum soluendo dictæ Dianæ Caracciolæ eius forori, uti propriam pro dotibus, nil exprimendo de dicto pacto habito cum dicta Lucretia de Summa subingrediendi eius iura, idèdque non posse amplius dictam solutionem operari iurium translationem in beneficium dictæ Lucretiæ de Summa, nec etiam subingressionem legalem; cum deficiant talis subingressionis requisita, *Montan. contron. 92. & dixi quest. 52.*

5 Sed singulis prædictis oppositionibus distinctè respondendo, illas omninò facile diluimus, & quoad primam, quod cum iam cessisset dicta Diana Caracciola eius iura legati, seu paragij dicto Duci eius fratri dotanti in capitulis matrimonialibus, nequiverat postmodum eadem eius iura cedere dictæ Lucretiæ de Summa, cum eadem cessio duobus fieri minimè possit; dicimus recedendum esse ex facto, quod in dictis capitulis matrimonialibus interueniendo tam dictus Dux dotans, quam Marchio Briensis sponsus, quilibet eorum per capita separata promisit, quod ad vnumquemque spectabat, nam primo Dux dotans ex parte sua promisit quantitatem dotium, designando tempus solutionis, & expedita dicta promissione dotantis, è contra dictus Marchio Briensis futurus sponsus incepit eius promissionem; dicendo. *Item, il detto Signor Marchese prometto al tempo se li sodisfaranno li detti doc. 16. m. in contanti, e se l'assegnarà detto Corredo d'altri docati 2000. per la prima paga, e se li farà cautela di mutuo per li restanti docati 17. m. di quelli sodisfare nel modo predetto all'hora cautelare.*

Ex quibus verbis apparet dictum Marchionem Briensis se promisisse, renunciationem expressè tunc, cum fuerit sequuta, & satisfacta prima solutio dotium de contanti, & adimpletis alijs cautionibus conuentis pro reliqua summa soluenda, ex quo oritur alia iuris dispositio pro nobis incussa, quod tunc renunciatio, siue cessio de futuro habetur pro facta à fœminis dotatis contracto matrimonio, quando nil aliud remanet agendum, prout decisum refert, *D. Pras. Merlin. cap. 4. controu. lib. 1. num. 13. & 17. post disputatum articulum, dissidentes opiniones concordat nouissimè citatus Olea d. tract. tit. 1. qu. 6. n. 46. post Cancer. par. 3. cap. 6. num. 125.*

Ideòq; cum in casu nostro ex forma ipsiusmet instrumenti erat prius adimplendum per Ducem Barnabam dotantem, soluendo primam ratam dotium promissarum in termino conuento, non poterat haberi pro facta dicta renunciatio, seu cessio, dum tenebatur adimplere prius dotans ex parte sua, ut idem *D. Pras. Merlin. ibid. num. 18.*

6 Solutione dotium, quia renunciatio fuit correspondenti ad proximam solutionem, resoluitur, & remanet nulla, prout in puncto probat *Pras. de Amato conf. 42. nu. 6. 7. & 8. & habetur in decis. 147. impressa post tractatum Merlin. de pignori- bus nu. 2. itaq; quousque non erat adimpletum per dictum Ducem, non poterat haberi pro facta renunciatio in eius beneficium, & dum erat in suspenso dicta renunciatio, superuenit conuentio dicti Ducis, cui dicta Lucretia de Summa acquirendi dicta iura Dianæ Caracciolæ satisfactæ ex pecunia dictæ Lucretiæ de Summa, quia quousq; non adimpletur promissua ad perfectionem actus, talis actus remanet in suspenso l. 2. vbi gl. ff. de in diem addict. & ibi Castrensis, & alij DD. Tiraquell. in l. si unquam, in verb. recusando, C. de reuocandis donat. nu. 293.*

7 Dicimus etiam: dictum Ducem uti hæredem vniuersalem eius patris fuisse obligatum soluere dictos ducatos decem mille legatos dictæ Dianæ pro dote, idèd in eius beneficium nil poterat operari promissa cessio, cum debitori non fiat

fiat celsio : vulgata *l.nullum, C. de solutionib.* respectu translationis iurium, sed tantum operabitur liberationem, & extinctionem crediti: ex multis probat *Casanate consil. 10. num. 4.* & si in celsione exprimeretur fieri ad finem agendi, *Peregrin. in tractat. de fideicommiss. art. 52. num. 34. & citato consil. 10. Casanate num. 76.* & etiam volente creditore erit inefficax celsio pro debitore ex multis adductis per *Oleam tit. 4. quest. 1. num. 4.*

8 Observandum est, denique dictam celsionem non potuisse operari in exclusionem ipsiusmet Dianæ cedentis, pro eius iuribus potioribus ad consequendam quantitatem ei promissam pro eius legato, nam regulariter non præsumitur celsisse contra se ipsum in perniciem eius crediti dotium exigendarum, prout probat *Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 158. num. 3. & 4. Merlin. in tract. de pignoribus lib. 4. tit. 2. quest. 69. num. 8. & 9.*

9 Secunda oppositio ex facti observatione facile diluitur supponit enim aduersarius, quod dum in apoca duc. 13. m. facta per Lucretiam de Summa, non fuit repetita conditio appositae in instrumento soluendi Dianæ Caracciolæ ad finem acquirendi eius iura, præsumendum est tacite recessum fuisse à dicta conditione, eo magis dum in eius locum accessit obligatio insolidum Ippolitæ Caracciolæ matris dicti Ducis Barnabæ in beneficium dictæ Lucretiæ de Summa de qua obligatione nil erat tractatum in instrumeto.

Sed quam futilis præsumptio. Primo, quia in instrumento, non fuit conuentum, quod pecunia expressa remaneret vinculata in Banco, sed tantum dicitur, *fuisse in eodem Banco relaxatos, ut pro quavis causa non amouendos, nisi pro illis soluendis; prout dicitur Illustr. Dux soluere promissit, dicto Domino Marchioni pro causa supradicta, & sic dicitur Dux se obligauit solum soluere dictæ Dianæ Caracciolæ eius sorori, ut ab ipsa cederentur iura Lucretiæ de Summa, & quamuis in apoca non fuit expressa per extensum conditio, attamen dum fuit in totum relatiua ad instrumentum continens dictam conditionem, habetur, ac si fuisset expressa talis conditio, etiam in apoca*

prædicta relatiua: dictum enim fuit in dicta apoca (*sin come più ampiamente appare per cautele stipulate per Notaro, alle quali s'habbia relatione*) dicit enim *Bart. quod paria sunt, aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, vulgat. l. asse toto, ff. de heredibus instituendis, & l. ait prætor, S. 1. de re iudicata, vbi Bart. & DD. citati per Barbof. in tract. axiomat. iuris axioma 261. per totum latè, nec noua obligatio insolidum facta per dictam Ippolitam Caracciolam matrem dicti Ducis fuit in vicem dictæ conditionis conuenite, & aduersarius supponit, ad finem recedendi à dicta conuenta conditione in instrumento, sed per dictam nouam obligationem dictæ Ippolitæ fuit expressè confirmatæ eadem conditio in instrumento contenta, soluendi pecuniam dictæ Dianæ Caracciolæ ad finem acquirendi eius iura, dum in dicta noua obligatione dictæ Ippolitæ enunciatur à Notario (*audito tenore ipsius, & per me sibi lecto, & diuulgata pro pleniori intelligentia*) & sic continuando dicit (*pro pretio supradicto duc. 13. m. iam receptorum, ut supra, & cum omnibus illis pactis, clausulis, cautelis, & conditionibus in supradicto instrumento apposis, & descriptis, qua habeantur hic pro repilogatis*) ex quo certius inspicitur, Ippolitam Caracciolam in dicto nouo instrumento eius obligationis insolidum confirmasse eandem cautelam, & condiciones appositas in beneficium Lucretiæ de Summa in primo instrumento dicti Ducis, acquirendi iura dictæ Dianæ Caracciolæ in beneficium dictæ Lucretiæ de Summa, quæ dedit eius pecuniam ad finem prædictum.*

10 Nec, ab homine sani iudicij, præsumi potest, fuisse nouatum, & recessum à dicta conditione iam contenta in dicto instrumento ex eo, quia in apoca nil erat explicatum de illa, dum tempore dicti instrumenti, iam erat tradita apoca prædicta per Lucretiam de Summa, prout confessus fuit dictus Dux, directa Banco Olgiati, prout etiam confessus fuit dicta Ippolita eius mater, & statim ex dicta apoca recepta, sub die 7. Nouembris in instrumento, descripta fuit in Banco pecunia in faciem dicti Ducis, sub die 9. eius-

eiufdem mensis, vt ex bilancio Banci, nam si contrahentium intentio erat recedendi à dicta conuentione, poterant eodem actu in instrumento nullam explicare conditionem, proinde inutilis omninò remanet prædicta aduersarij ponderatio in facto, ac etiam in iure, dum sufficit probare pecuniam peruenisse creditori ad finem prædictum, quauis non vinculatam, vt in sequenti oppositionis resolutione demonstrabimus, nil curando de tam rigorosa cautela vinculandi pecuniam in Banco, vt aduertit *Dom. Card. de Luca tract. de debit. & credit. disc. 1. nu. 12.* & alios citat *D. Carolus de Luca in nouissimo tractat. de cessione iurium quæst. 52. nu. 3.*

11 Tertia eliditur oppositio, in qua ex aduerso supponitur: quod per descriptionem in Banco, in faciem dicti Ducis Barnabæ Caraccioli pecuniæ ei solutæ à dicta Lucretia de Summa, sit translatum illius dominium ad dictum Ducem, & proinde euauerunt vincula, & conditiones, nec spes remansit subingressio legis in iuribus Dianæ Caracciolæ: virtute vulgatæ, *l. Aristo, ff. quæ res pignori obligari possunt.* Nam respondemus: quod quamuis dictæ conditiones vti non suspensiuæ, non impediunt pecuniæ dominij translationem, attamen semper remanet onus, & obligatio efficax adimplendi conditiones, & vincula apposita in apoca, vel instrumento, prout in simili specie, post maximas, & multiplices discussiones *septies per sententias S.C.* refert declaratum, & statutum in anno 1624. & 1625. *Reg. Rouitus* omninò reuidentus in *decis. 35. à num. 12. vsq; ad finem,* & sic continuè obseruari in S.C. testatur *Reg. Capyc. Latr. decis. 17. nu. 3.*

12 Ideò ex hoc non impeditur, vt aduersarius supponit, subingressio legis, si dictæ legis requisita concurrunt, quæ effectiue post *Glos.* ad tria reduci probat ex communi sententia latè *R.S. Conf. d. Carleual. in tract. de iudic. tom. 2. disput. 35. à nu. 12.* & iam omnia, etiam quatuor demonstrantur in casu nostro, dum primò, & secundum requisitum habemus ex facto, fuisse à Lucretia de Summa solutam pecuniam præcedentè pacto, quod illa

solueretur Dianæ Caracciolæ creditrici, ad finem acquirendi eius iura, & hypothecas, etiam pro legato paterno, prout satis apertè in instrumento. Tertium requisitum solutionis factæ dictæ Dianæ Caracciolæ creditrici, etiam adimpletū inspicitur, nam apoca ducat. 13. m. à dicta Lucretia de Summa fuit tradita dicto Duci Barnabæ sub eodem die 7. Nouembris, quo fuit instrumentum stipulatum, & sub die decimo eiufdem mensis fuit in Banco descripta in faciem eiufdem Ducis, qui sub die 13. soluit dictæ Dianæ Caracciolæ creditrici, vt apparet ex bilancio Banci.

13 Qua solutione, sic celeriter facta infra tres dies, euidenter probatur, fuisse eandem pecuniam Lucretiæ de Summa in executionem pacti acquirendi iura, vt in proprio casu *Franchis dec. 97. num. 4. & 5. cum seqq. D. Reg. Galeota controu. 49. nu. 15. tom. 1.* quamuis esset solutio infra dies octo, *D. Ioseph de Vela disert. iuris 38. nu. 51.* & post *Consiliar. de Mesa nouissimè Olea de cessione iurium tit. 4. qu. 1. nu. 18.* nec deficit quartum requisitum in specie nostra, scilicet obligatio eiufdem pignoris, vt legitur in instrumento, ex verbis, ibi: *Facta cessione omnium eius iurium, & actionum, ac anteriorum, & priorum hypothecarum ei competentium, & competitutarum contra ipsum Ducem, & alios quoscumque, & super eorum bonis, etiam feudalibus, & titulatis quocumque titulo presentibus, & futuris, tam ratione paraggy, quam legitima dictæ Domine Marchionissæ, ac legati eidem facta per quondam Iacobum Caracciolum communem Patrem, prout ex instrumento,* ex quibus nimis profusis verbis in vanum in æquiuocis laborasse in hoc motiuo doctum aduersarium, demonstratur, nec decisio ex *controu. 64. Montani* citata ab aduersario ad rem facit, in qua non fuit ab initio, conuentum de acquirendis iuribus creditoris, imò potius nostra iura confirmat, dū in nostro contractu fuit conuentum de pecunia soluenda pro subingressione iurium, & hypothecarum Dianæ Caracciolæ creditricis.

14 Hinc nil remanet dubitandum, dictam Lucretiam de Summa per cessionem per effe-

Y



- effectum iuris, sc̄u per subingressionem legalem, concurrentibus omnibus requisitis, acquisiuisse iura, & actiones dictæ Dianæ Caracciolæ Marchionissæ Brien- sis, deficiente cessione per scripturam, vt nouissimè distinguit *Olea citat. tit. 1. qu. 3. nu. 1. & 2.* quæ cessio legalis potentior est cessione per scripturam, *Antonius Faber in eius Cod. lib. 8. tit. 9. definit. 2. 3. & 4. Franchis dec. 97. nn. 2. cum sequent. & alij per Consil. Carleual. citat. disput. 35. nu. 12. tom. 2.* & per dictam legalem subingressionem efficacius redigantur, & transferuntur iura creditoris, & iudicari potest de ea, tanquam de procuratore in rem propriam, vt post *Consil. Carleual. loco citato, Anton. de Amatore resolut. 7. nu. 21. & DD. in d. l. Aristo.*
- 15 Nec in dicto casu ad finem acquirendi iura, opus est scientia creditoris pacti conuenti, succedendi in eius iura, nam ei nihil refert, dum eius creditum soluitur, vt ita communiter per *Doctores* probatur, vt post *Anton. Fabrum, Oleam, & alios Andreolus controu. 348. nu. 15. & 16. & Franchis citata dec. 97. & latissimè per Consil. Theodorum, Consil. Arias de Mesa, & alios citatos per Oleam cit. tit. 4. qu. 1. nu. 20. 21. & 22.* nec dicta scientia creditoris numeratur inter requisita, *d. l. Aristo, & l. 1. C. de ijs, qui in proprium creditorum loco, vt ex Bart. & DD. obseruat dict. Consil. Carleual. d. disput. 35. nu. 12.*
- 16 Inutile denique esset opponere, quod electa à dicta Lucretia de Summa cessione iurium per scripturam, minimè possit iuari eadem Lucretia in subsidium, ex subingressionem legali: regula *l. fin. C. de pactis conuentional. tam s. per dote, vbi Glos. cum l. & habet 15. S. cum ouis 3. ff. precario, cum concordantibus disponentibus, quod prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, quoniam dicta regula declaratur, & limitatur, nisi prouisio hominis sit eadem cum prouisione legis, & dirigatur ad eundem finem, prout habetur ex *l. in alio loco 1. ff. de eo quod certo loco, & l. si se non obtulit 4. S. ex conuentione 4. vers. sed si pignora ff. de re iudicata, qua allegantur vti notabiles per Modestinum Pistorium quaest. iuris part. 1. q. 47. nu. 57. præcipuè si prouisio, aut sub-**

sidium legis sit de iure communi, & non de iure speciali, prout ibidem citatus *Pistorius nu. 60. ex multis probando, & Episcopus Barbosa in tract. de axiomat. iuris, axioma 195. circa finem*, cum conuentio faciendi cessionem per scripturam fuerit ad maiorem cautelam, non potest esse in diminutionem cautelæ, prout obseruat *Gratian. discept. forens. cap. 376. nu. 3. cum seqq. nec præsumitur tacitè renunciatum per vnicum actum beneficio legis: regula l. si vnus, S. ante omnia, ff. de pactis, l. si Dominus, ff. de seruit. urban. prædiorum, & l. ex pluribus de solut. cum similibus.*

- 17 Denique opponit aduersarius, quod data pro vera subingressionem, nec Regius Assensus super ea producitur, nec verisimiliter expeditum fuisse præsumitur, dum non aderat iurium cessione expressa per scripturam, super qua erat Regius Assensus obtinendus, proinde non esse dictos Inurea, & socios declarandos creditores super feudis ex iuribus dictæ Dianæ Caracciolæ, non producto Regio Assensu in fauorem dictæ Lucretiæ de Summa, quamuis eiusdem Lucretiæ sing. cessionarij cum Regio Assensu. Sed non difficultati occurrendo, ne prima facie articulo summis labijs degustato opposito animum turbet: Aduertimus, creditum dictæ Dianæ Caracciolæ, pro quo graduari instatur, esse ex causa paragij, & portionis ad eandem Dianam spectantis in omnibus bonis feudalibus Iacobi Caraccioli eius patris, etiam iuxta legatum à patre factum, quod paragium vti onus intrinsecum feudi habebatur ab ipso Duce Barnaba eius fratre, vti hæredes in feudalibus communis patris, *l. fern. in cap. 1. nu. 3. tit. an Agnatus, & in cap. 1. S. quid ergo, tit. de inuestit. de re aliena facta, & in, Constit. Regni, si quis post litem, pro cuius paragij solutione, fuit contractum debitum cum dicta Lucretia de Summa expressè ad finem soluendi dictæ Dianæ, eiusque iura paragij acquirendi, hoc itaq; debitum pro dicta causa paragij, de iure feudorum soluendum est ab Agnato successore in feudo, imò etiam à Domino directo, si feudum esset deuolutum, antequam solueretur ab ultimo successore, prout in puncto docuit *l. fern.**

*in cap. 1. §. quod ergo nu. 6. tit. de inuestitur. rei aliena facta, Camer. in cap. Imperialem fol. 13. lit. F. & concludit à ter. lit. T. Reg. de Ponte decis. 4. num. 28. Montanus in d. cap. Imperialem nu. 226. conf. de Anna conf. 75. num. 17. & 18.*

18 Concludit *Præs. de Amato reuidendus conf. 42. nu. 27. ubi nu. 28.* sororem, aut filiam præferri cæteris creditoribus cum Regio Assensu pro paragio, & sic decisum refert per S. C. iunctis aulis in fine: similem decisionem iisdem terminis per S. C. adducit *Conf. Theodorus alleg. 7. in fine, & dari actionem in subsidium super feudo tradunt Anna, & Anellus de Amato locis citatis. Cumia in cap. volentes, verbo antiquis, nu. 469. Intrigliolus de feudis, centur. 1. qu. 57. num. 37. & 43.* de qua communi doctrina non fuit dubitatum, decocto patrimonio fratris possessoris feudi, prout in casu nostro, ubi habemus graduacionem, & concursum creditorum cum Regio Assensu eiusdem Ducis Sicignani Barnabæ Caraccioli paragij dictæ Dianæ debitoris; in cuius patrimonio distractis, iam alijs feudis Baluani, & S. Gregorij per creditores, remanet ad presens feudum Sicignani, absque alijs bonis.

19 Disputatum solum fuit: si soror, aut filia eandem haberet prælationem pro paragio contra tertios possessores in feudis alienatis, in quo articulo non potuit obtinere pro tertio possessore, *Reg. Rouitus, uti aduocatus, proprias allegationes inferendo in eius comment. super prægm. 24. de feudis à nu. 63.* cuius motiua discutit *D. Reg. Tappia, afferendo decisionem contra Rouitum, per quam fuit condemnatus tertius possessor feudi ad fauorem sororis pro paragio, ut Dom. Reg. Tappia in eius decis. S. C. 48. in fine, ubi sub nu. 12. & 13. asserit ex Afflicto, & Anna, sororem pro paragio habere tacitam hypothecam super feudo. Nec contra dictam doctrinam Ifernæ aliquis ausus fuit negare, quando feuda sunt in patrimonio fratris debitoris, cuius patrimonium sit decoctum, limitatur solum fauore tertij possessoris, quando alienatis feudis, remanent alia bona penes fratrem, cum debeat in subsidium tantum actio prædicta paragij contra tertios possessores,*

quorum opinionem in casu prædicto fauore tertij possessoris dispungit, *Consil. Prat. discept. forens. lib. 1. cap. 48. à num. 28. cum sequent.* sed in casu nostro, dum feudum permanet adhuc in patrimonio debitoris, nil remanet dubitandum: summa illa ratione ponderata à DD. ne alias concreditores locupletentur eum aliena iactura; haberent enim feudum liberum ab onere paragij, quo non soluto, nec acquiri, aut venire poterat in patrimonio debitoris, quod nec bona fides; aut æquitas permittit: vulgata, *l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti, & satis ad propositum verba, l. si cum mulier 51. ff. de donat. inter virum, & uxorem, ibi; Facta autem locupletior intelligitur, quæ ere alieno suo interuentu viri liberata est, quod potuisset adhuc debere, si vir pecuniam non exoluisset; quæ æquitas, etiam in decisione causarum feudalium locum habere, Camer. fol. 21. à lit. H. vsque ad lit. M. Baldus in cap. 1. §. penult. col. penult. tit. de his qui feudum dare possunt.*

20 Nec pro dicto credito paragij agimus iure formato tangente corpus, aut substantiam feudi, sed cum feudum distrahatur ad instantiam concreditorum cum Regio Assensu, agere intendimus, vtendo tantum actione ex persona Dianæ Caracciolæ, quamuis in eius cessione, aut subingressione legali, non adsit Assensus Regius, quia vt fatetur *Franciscus de Amicis in eius repetit. feudali. fol. 76. col. 1. circa medium: nam si actio feudalis cedi non potest sine assensu, saltem cessum intelligitur ius distrahendi, ut Baldus notat in l. insolutum, cum l. sequenti, si à creditore, in primo notabili, C. de action. & oblig. & hoc non potest habere difficultatem, postquam ius debiti viuit in pignore, & super feudis, viuit etiam ius cedentis, non adhuc resolutum, neque extinctum, & sic obtinuisse in Regia Camera in ardua causa testatur, fol. 71. col. 1. circa finem, & hoc ad finem exigendi pro credito paragij dictæ Dianæ Caracciolæ pecuniam perueniendam ex fructibus feudi locati decretis S. C. vel ex pretio venditionis feudi faciendæ iisdem decretis, cum fructus non sufficiant ad creditum dicti paragij, vt obseruat *Reg. Galeota lib. 1. controu. cap. 28.**

nu.32. vsq; ad nu.37. tradendo regulam sub nu.36. & notat nouissimè Dom. D. Carolus de Luca ad decis. 75. Præsid. de Franchis, præcipuè nu.8. exercetur enim actio personalis, ad finem consequendi pecuniam, non autem acquirendi ius formatum super feudo, vt in similibus proprijs verbis, Reg. de Pont. tit. de Assensu Regio, S.3. nu.32. in principio, imò quia paragium est onus feudi non deficit opinio, quod pro paragio feudum benè dari insolutum possit: prout dicit *Intrigliolus citata centuria 1. de feudis qu. 51. nu. 217. & 218.* & incumbit, etiam ementi feudum, vt ex pretio dimittatur creditor ex iuribus paragij eius pecunia soluti, *D.R. de Marinis lib.2. quotid. cap. 61. nu. 7. & 8.* vbi loquitur de casu subingressiois, aut cessionis effectu legis, nam postmodum à nu.9. cum seqq. loquendo de cessione expressa per scripturam ponderat clausulam solitam (*constituendi procuratorem in rem propriam*) prout in casu nostro fuit apposita postmodum in cessione iurium facta per dictam Lucretiam de Summa in beneficium dictorum Inurea, & sociorum cum Regio Assensu. Et hæc sub censura. Die 15. Februarij 1682.

Hactenus *D. Hieronymus Valdetarius* ex primis primus Sacri Consilij Aduocatus me recensito contra creditores patrimonij Ducis Sicignani pro cessionarijs dictæ Lucretiæ de Summa.

De subingressione legali plura scripsi in *obseru. 97. Præsid. de Franchis*, vbi tria requisita congeffi, scilicèt, Primum, vt ad sit pactum de dimittendo creditorem; Secundum, sit pactum de subingrediendo pro dante pecuniam iu hypothecas creditoris dimittendi; Tertium, vt ex pecunia illa creditor sit dimissus.

An autem requiratur scientia creditoris dimissi, negatiuam firmari sententiam. Quæ secuta est, quando agitur aduersus creditores intermedios, vel etiam dimisso æquales, vt *Card. de Luca lib. de credit. disc. 4. nu. 16.* Quidquid sit, quando ageretur de præiudicio creditoris dimissi in concurrente in eo. De his vide *sup. qu. 62. & obs. 97.*

## ARGUMENTVM.

Verbum *cedere* an iungantur cum *datiuo*, & *ablatiuo*, vel *accusatiuo* an differat? Cessio promissa intra certum tempus an possit fieri post illud? Ex pacto de cedendo qualiter quis agat? Quid sit *cedere* ius bonum, melius, & optimum. Conclusio libelli in utili, vel directa actione qualiter differat, & differentiæ effectus. Cessionarius, an propriè dicatur creditor debitoris?

## S V M M A R I V M.

- 1 *Cedere* verbum an iungatur cum *datiuo*, & *ablatiuo*, vel *accusatiuo* quantum differat.
- 2 *Stipulatus* de cedendo nequit petere ius *uti cessum*.
- 3 *Cessio* potest fieri post tempus, si promissa sit intra certum tempus.
- 4 *Obligatio* de cedendo est incerta.
- 5 *Cedere* ius bonum, melius, & optimum quid sit.
- 6 *Utilis actio* est propria cessionarij, directa aliena.
- 7 *Libellus* de directa, vel utili assignatur.
- 8 *Differentiæ* vtriusque formæ.
- 9 *Cessionarius* an dicatur propriè creditor?

## Q V A E S T. LXXXI.

- 1 **C**essio vtrum sit extinctiua, vel translatiua, qualiter dignoscatur, distinguunt *Nostrates*. Aut verbum *cedere* iungitur cum *datiuo*, vel *ablatiuo* casu. Aut cum *accusatiuo*. Vbi *accusatiuo*, significat transferre, & cessionem translatiuam. Vbi cum *datiuo*, vel *ablatiuo*, & accipitur pro renunciare, & pro cessione extinctiua, ita *Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 4. nu. 1. Rota in Auximana dotium 26. Maij 1655. coram Bichio D. Card. de Luca lib. de fideicommiss. disc. 172. nu. 3.*
- 2 Promissio de cedendo non est cessio iuxta alias per me dicta, nec transfert ius *Bertazol. clausul. 27. glos. 9. in fin.* & dispositio loquens de cessione non habet locum in promissione de cedendo, *Gallerat. vbi sup. nu. 5.* Nisi causa promissionis sit

- fit perpetua, *Ruin.conf.145.num.5. & col. fu.lib.1. Vndè l.per diuersas, C.mandat. locum* habet etiam in promissione, *Gallerat.n.25.* Stipulatus de cedendo aliquid ius non potest petere illud ius uti celsū, sed ut cedatur, patet *ex l. Modestinus, ff. de solut. vbi non valet cessio contra cor- reum facta post solutionem, nisi præce- ferit pactum de cedendo, nam si pactum de cedendo haberetur pro cessione, fru- strā quæreretur de validitate cessionis factæ post solutionem, Gallerat. vbi sup.*
- 3 Colligitur etiam *ex d. l. Modestinus,* quod si cessio fieri debeat intra certum tempus, tunc potest fieri post illud tem- pus, si præcesserit pactum de cedendo, *Bart. in d. l. Modestinus, Gallerat. nu. 25.*
- 4 Obligatio de cedendo est incerta, quia factū est de se incertum, vndè inest obli- gatio de interesse, *Gallerat. d. nu. 25.*
- 5 Interdum quis promittit cedere ius bonum, aliquando melius, quandoque optimum, ut *glos. in d. l. 1. C. quando, & quare pars lib. 10. & Bart. ibi: Cedere ius bonum, est ex quo tantum oritur exceptio. Melius ex quo petitio est Iudicis officio. Optimum quando ceditur actio efficax, Bertazol. claus. 27. glos. 6. n. 1. Galler. n. 25.*
- 6 Per cessionem transfertur utilis actio, non propria, quæ directā dicitur, & quia habens directas, non habet vtilis, & ne- mo transfert ius, quod non habet, utilis à lege conceditur, *Gallerat. nu. 48.*
- 7 Cessionarius an teneatur declarare, vtrum agat utili, vel directā; ut instrui possit reus? *Affirmat Gallerat. nu. 72. vbi tamen quod in dubio intentare videtur vtilis, Olea tit. 6. qu. 1. nu. 19. Securè si pe- tuerit condemnari sibi proprio nomine. Exercitium directæ actionis potest quis intentare, simul & vtilem ex persona sua. Directa est aliena, utilis propria est; Exa- ctio semper est propria, & commodum litis est proprium, quocumque modo cō- cipiatur libellus, nam licet procurator in rem suam agat procuratorio nomine, id verum est in narratione, sed in conclu- sione debet dicere: Peto condemnari mihi dicto nomine ad dandum, & soluendum mihi pro mea utilitate, Gallerat. num. 76. Guzm. autem, & alij, quos Olea nu. 17. re- soluunt, quod si cessionarius procurato-*

rio nomine petat condemnari debitorē, tunc intentet vtilis, si suo nomine, & si- bi obligatum dicat debitorem, vtilibus agere dicatur.

- 8 Magna est differentia, an quis agat di- rectā, vel utili; Nam si intentat vtilem, potest quodcumque docere de cessione. Secus si directā *Galler. nu. 74.* Inten- tans vtilem nequit repelli, si cedens sit excommunicatus. Aliter si directā *Abb. in cap. licet de offic. deleg. Olea tit. 6. qu. 11. nu. 48. & 52. cum Gallerat., Mesa, & alijs, & si num. 48. referat, volentes indistinctè non obstat exceptionem excommunica- tionis. Eadem distinctio procedit, si pe- tatur compromissum, nam si intentetur utilis, petitio locum non habet, Afflic. dec. 74. Galler. nu. 74. Sed Olea tit. 6. qu. 11. nu. 47. vult, cessionarium ex causa onero- sa non compelli ad compromittendum.*
- 9 Cessionarius an dicatur propriè cre- ditor debitoris cessi. Et Statutum lo- quens de creditore intelligatur de ces- sionario *Affirmatur Gallerat. num. 48. & Olea tit. 6. qu. 4. nu. 17. cum Maranta, Ber- tazol., & alijs, quia licet non sit directus, tamen sit utilis creditor. Nec obstat, quod cessionarius non potest liquidare instrumentum via ritus. Quia ritus M. C. 166. loquitur debitore, & creditore no- minatis in instrumento, & sic interpeta- tur de creditore habente directas actio- nes ex verbis, & mente instrumenti, & sic de creditore, & eius hærede, pro quo sti- pulatus est defunctus; Præterea præsen- tatio instrumenti est strictè intelligenda uti pœnalis, & est accusatio ad pœnam contentam in d. ritu, *Montan. controu. 43. nu. 8. & 10. Obstat tamen, quia actio vti- lis est propria cessionarij, directā aliena, ut supradictum est. At dic, quod sit utilis creditor.**

#### ARGUMENTVM.

Cedere ius luendi censum, an sine sollemp- nitatibus valeant minor, Ecclesia, Vni- uersitas, & similes personæ, & etiam cen- sum imponere pro extinguendo censum ad grauiorem, æqualem, aut minorem vsuram sine sollempnitatibus? Pactum, ne cedi possit ius luendi, an valeat, quid

fi

fi addatur, nisi ipsi census Domino? Pactum denique, ut debitor ad requisitionem creditoris cedere teneatur ius luendi, an subsistat? *D. Reg. Marcian. aiens an merito improbetur?*

## S V M M A R I V M.

- 1 Cedere ius luendi an possit minor sine solemnitatibus?
- 2 Cessio iurium utrum valeat fieri per minorem sine decreto?
- 3 Pupillus potest delegare debitorem suo creditori.
- 4 Minor nedum non patitur damnum, sed lucrum ex cessione iuris luendi.
- 5 Thoro per Oleam haud recte recensetur.
- 6 Resolutio Authoris.
- 7 Minor an sine decreto possit constituere nouum censum pro extinguendo antiquo.
- 8 Opinio Salgadi, & distinctio Authoris?
- 9 Pactum, ne ius luendi cedi, valeat nisi domino censui, an subsistat?
- 10 Pactum, ut debitor ad requisitionem creditoris cedere debeat ius luendi, an teneat.
- 11 D. Reg. Marcianus an iure improbetur per Oleam?

## Q V A E S T. LXXXII.

1 **C**edere ius luendi censum, an possit minor, vel Ecclesia sine solemnitatibus? contigibilis praesertim nostris temporibus est quaestio, nam frequens est cessio iuris luendi censum, & supponitur valide fuisse constitutum censum per minorem, vel Ecclesiam debitum, siue cum solemnitatibus, siue per parentes minoris, aut cum, cuius sunt haeredes minor vel Ecclesia.

Pro negatiua opinione argumentum praestant, *l. sed si pecunia, §. si ius, ff. de reb. cor. l. si ad resoluendam, C. de praed. minor. in quibus iuribus ad alienationem rerum minoris praetoris decretum expresse desideratur, aliterque alienatio, vel cessio per minorem facta, aut curatorem non subsistit.*

- 2 Praeterea cum virtute pacti de redimendo in contractu census minor, & Ecclesia habeant actionem pro compellendo creditorem census ad retrouenden-

dum, actio per minorem, vel Ecclesiam cedi nequit sine decreto, vel assensu, *Ripa in l. 1. §. fuit quaesitum, ff. ad Trebell. nu. ult. Galler. de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. num. 97. Facit Roman. conf. 386. num. 4. qui tradit in cessione iurium Iudicis decretum accedere debere, licet per eum minor a solutione alicuius oneris liberetur, & Ceual. commun. contra commun. qu. 56. id firmat siue actio ad mobilia, siue ad immobilia competat.*

- 3 His tamen non obstantibus contrarium videtur dicendum, per textum in *l. potest pupillus, ff. de author. & consens. tut. vbi habetur, posse pupillum nullo interueniente decreto tutore auctore debitorem creditori suo delegare, & sic actionem cedere, ut ibi notat Accurf.*
- 4 Vt etiam quia nullum patitur detrimentum minor, vel Ecclesia cedendo ius luendi, cum nihil interfit, an soluat vni, vel alteri, dum non potest effugere solutionem.

Ad haec libertas redimendi censum, nullo pacto coarctari potest, ita ut nec valeat pactum in constitutione census, ut cedi nequeat ius luendi uti grauosum, & quodammodo impediens redemptionem, ut post alios *Duard. de censib. §. 5. qu. 50. Olea tit. 3. qu. 5. nu. 44. & facultas cedendi tolli nequit iuxta Mastrill. ad Petr. Greg. Pap. Bulla Nicolai qu. 9. nu. 40. nam cedendo ius illud redimendi posset lucrum aliquod consequi, ratione cuius minores vsuras solueret, ut saepe contingit, ita *Duard. vbi sup.**

- 5 Ius luendi cedi posse probat *Olea tit. 3. qu. 2. nu. 45. ex Gratian. Giurba, Farinac. & alijs, & signanter ex decis. 16. D. Reg. Latr. & demum ex Thoro in 3. p. compend. verb. cessio iuris luendi, subiungitque his verbis. Vbi in controuersiam adducit, an pupillus sine solemnitatibus hoc ius luendi, & redimendi censum cedere possit, qui affirmatiue resoluit. At accurate Ego legens Thor. is nihil tradit de hac quaestione.*

- 6 Omnem moui lapidem pro cooperiendone aliquam particularem doctrinam, & non inueni, & arguendo de similibus ad similia, necnon quia cessione iuris luendi facta solent debitores cedentes de nouo se obligare ad correspondendum cessionario

nario ad solutionem annui redditus, & recognitionis instrumentum facere. At-  
tinet quæstio vtrum venditio annui cen-  
sus pro extinctioe alterius ad maiorem  
rationem, seu grauiorem, seu æquæ, aut  
minus grauem valeat fieri ab Ecclesia,  
vel Vniuersitate, seu minore, absque  
sollemnitatibus *Gratian. discept. 45. n. 14.*  
ita loquitur: *Vndè si Ecclesia faciat cen-*  
*sum ad septem pro extinguendo censum ad*  
*octo, seu decem, licet census sit nullus absq;*  
*debitis sollemnitatibus, tamen restituenda*  
*est pecunia, quia non fuit factus census ex*  
*causa necessitatis. Hactenus Gratian.*

7 Distinguit *Cencius de censib. quæst. 15.*  
*num. 32.* inter censum nouiter impositum  
super bonis Ecclesiæ pro extinguendo  
alio censu eiusdem quantitatis tam re-  
spectu sortis, quam reddituum, & inter  
censum impositum pro extinctioe alte-  
rius census iam impositi maioris quanti-  
tatis tam in sorte, quam in vsuris; Vt in  
primo casu necessarium sit nouum de-  
cretum, seu nouus assensus ex eo, quod  
licet bona minoris possint pro ære ali-  
nari, tamen cum creditores censuum nõ  
possint pro redemptione instare, non de-  
bet permitti alienatio sine decreto. In  
secundo autem casu non sit necessaria  
facultas Regia, ex *Rudrig. de ann. reddit.*  
*lib. 1. quæst. 54. num. 31. Gratian. num. 47.*

8 At *Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 17.*  
*num. 21.* declarat, vt primus casus non  
procedat, si secundus creditor mutuat  
ad finem extinguendi primum censum  
æqualem in sorte, & in redditibus cum  
pacto subingrediendi in locum illius.

Inferri igitur potest, quod possint mi-  
nores, & similes personæ ius luendi ce-  
dere, & se obligare ad minorem, & le-  
uiorem vsuram sine sollemnitatis, an verò  
ad æqualem probabiliter dici poterit,  
quod sic, quia forte expedientius sit nouum  
creditorum habere, qui sibi molestus, &  
rixosus non sit, & quamuis cedator ius  
luendi respectu antiqui creditoris, sa-  
lum remanet cedenti respectu noui cre-  
ditoris.

9 Pactum absolutè conceptum, vt non  
liceat alteri cedere ius redimendi cen-  
sum, quamuis non valeat, iuxta *Duar-*  
*dum, & Oleam d. quæst. 2. num. 44.* Con-

trouertitur attamen, an valeat si ita con-  
cipiatur, vt volente debitore hoc ius al-  
teri, cedere, teneatur potius ipsi credi-  
tori, & domino census, quam alteri?  
*Duard.* affirmat. Sed *Olea* eum impugnet,  
quia hoc idem importaret quod pactum  
absolutum, & redimendi facultas coar-  
ctaretur, debitorque deterioris condi-  
tionis fieret, cum fortè illi longè exp-  
edientius esse posset, eum creditorem ha-  
bere, qui sibi molestus non esset, & ad-  
ducit *Amat. resol. 54. num. 26.* cui opinioni  
ego adhæreo, nam manente libertate ce-  
dèdi inuenitur facilius, qui ad extinguen-  
dam grauiorem vsuram dat pecuniam.

10 Maior est difficultas, an validum sit  
pactum adiectum in fundatione census,  
vt eius venditor, seu debitor teneatur ad  
requisitionem emptoris, seu creditoris  
cedere alteri ius, quod habet luendi cen-  
sum? *D. Reg. Marcian. disput. 75. per tot.*  
viriliter defendit validitatem pacti, vt  
non sit contra substantiam, & naturam,  
contractus censualis, neque ex eo impe-  
diri liberam facultatem redimendi cen-  
sum, quæ debitori illæsa debet manere.  
At *Olea* ex alio capite improbat vt in-  
iustum, & illicitum, quia eius finis in id  
præcipuè tendat, vt census transferatur  
liber ab hypothecis, & oneribus contra-  
ctis per Dominum census, & sit euidens  
calumniæ in perniciem creditorum, qui  
medio tempore contraxerunt, & censum  
habent obligatum, quia licet Domino  
census liberum sit, censum, cui voluerit  
cedere, tamen census transibit affectus,  
& cum onere hypothecæ contractæ per  
cedentem. E' contrariò quando census  
virtute cessionis iuris luendi factæ per  
debitorem transfertur in alterum, tunc  
transit in eum liber ab omni onere, &  
hypotheca, vt *Reg. Latr. d. decis. 16.* ex quo  
detegatur iniustitia pacti prædicti, cum  
Dominus census fraudet suos credito-  
res, & debitor census absque proprio  
commodo compellatur fouere fraudem.

11 Verum enim verò leue conspicitur  
motiuum *Oleæ*, quia fraus non præsumi-  
tur, cum esset præsumere delictum, l.  
*quoties, §. qui dolo, ff. de probat. Menoch.*  
*de præsumpt. lib. 5. Præs. 3. Fötanell. de pact.*  
*nupt. claus. 14. & fin. glos. unic. par. 1. n. 43.*

& actus

& actus potius debet referri ad licitum, quam ad illicitum, & similiter motiuum fraudis uon facit iniustam cessionem debitoris censualis iuris luendi, & Domini census quando contraxere æs alienum, tunc inhibere faciunt eorum creditores debitoribus censualibus, ne redimant, & sicuti debitoribus census possunt cedere alijs, ita & Domini census. Præsertim, quia passim cessio iuris luendi fit ad hoc, ut Domini census rehabeant pecuniam, qua census fuit emptus; & manet nouū ius luendi apud cedentem. Propensius quia iuxta suā opinionem *Reg. Marcian.* refert decisum.

#### ARGUMENTVM.

An cedatur nomen debitori in dotem inæstimatum, vel æstimatum, quantum interfit explicatur in specie si maritus cedere alteri nomen valeat? Vel retrouendere censum? Si iura cessa incrementum receperint, vel diminutionem? Si in restitutione dotium liberetur retrocedendo nomen? Si euicto nomine de euictione habeat regressum? Si dominiū transeat in maritum, vel maneat apud uxorem. Et qualiter cognoscat an sit æstimatum, vel inæstimatum nomen.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Quæstio: an cedatur nomen debitoris in dotem æstimatum, vel inæstimatum quantum deseruiat.*
- 2 *Nomen æstimatum cessum transit in dominium viri, & potest cedi alteri per virum, & liberari debitor.*
- 3 *Regula cognoscendi an cedatur æstimatū.*
- 4 *Scutis tot promissis, tot videlicet in censu, an hic cessus sit æstimatus?*
- 5 *Promissa quantitate cum pacto, ut nomen cessum stet pro fundo dotali, an illud sit inæstimatum?*
- 6 *Nomen censuale emptum ex pecunia dotali an sit æstimatum?*
- 7 *Æstimatio quando sit propria, & impropria.*
- 8 *Euictione nominis cessi in dotem sequente pro regressu eadem attenditur distinctio.*
- 9 *Æstimationem, vel inæstimationem nominis que faciant.*

10 *Si cedatur nomen æstimatum, & debitor soluerit viro, an in subsidium teneatur iterum soluere mulieri.*

#### QVÆST. LXXXIII.

1 **M** Ille pendent quæstiones à cognoscendo, an cedatur marito nomen debitoris in dotem æstimatum, vel inæstimatum. Hinc enim resoluuntur quæstiones, an minor possit cedere dotis nomine forori nomina debitorum? An maritus cedere possit alteri nomen debitoris in dotem sibi cessum? An possit maritus solus retrouendere censum dotalem sibi cessum? An periculum nominis cessi sit mariti? Dominium nominis cessi in dotem an sit mariti? An maritus liberetur à restitutione dotis cedendo idem nomen sibi cessum, vel teneatur ad soluendum in pecunia? Et sexcentæ alie pendent, & dirimi possunt controuersia, & quoque respectu euictionis.

2 Comprobat hæc omnia nouiter *D. Card. de Luca lib. de dot. disc. 21. num. 1. & 2. ibi: Ex eo potissimum fundamento quod; Aut census prædictus datus erat in dotem inæstimatus, & cum tali casu per seueraret in dominio mulieris, non poterat cum socero, vel viro fieri extinctio. Aut datus erat æstimatus, unde transisse diceretur in dominium viri, vel soceri, ac obstabat nullitas ob non seruata sollempnitates, sine quibus bona minoris etiam pro seipsa dotanda dari non possunt in dotem, Bar. in l. si constante num. 77. ff. sol. matr. quem ceteri sequuntur congesti, per Surd. in dec. 278. vbi Hodier. ex decis. 287. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 7. nu. 24. Leo decis. Valent. 31. nu. 2. lib. 1. Cyriac. controu. 29. nu. 40. & controu. 508. nu. 5. Altograd. consil. 31. num. 3. lib. 2. Boss. de dot. cap. 8. num. 70. Eo addito, ut id procedat etiam in censibus, qui licet tertiã speciem constituere dicantur, attamen connumerantur inter stabilia ad effectum sollempnitatum, que in alienatione requiruntur, Gratian. discept. 367. nu. 26. Rota decis. 411. num. 2. post Cenc. de censib.*

3 Subiungit deindè idem *Card. de Luca num. 4. in casu suo tam censum, quam cætera bona data fuisse æstimata, cum dos inciperet à quantitate, pro cuius solutione*



tione assignabantur bona, vel nomina, aut iura, qui est modus cognoscendi, quod dos æstimata data esset ex deductis, *decis. 52. par. 6. rec. 114. nu. 2. & 144. num. 10. post Merlin. de pignor. Addent. ad Buratt. decis. 361. Boss. de dote cap. 16. per tot.* Quo posito infert, quod vir uti census dominus potuerit illum cedere alteri, cum quo proinde ac si cum ipso viro potuerit fieri extinctio cum eadem sit persona cedentis, ac cessionarij.

Constituta dote in pecunia, in cuius partem assignatus fuerat quidam redditus super Datio quodam pro certa summa, in dicto casu discurret idem *Cardin. de Luca disc. 57.* quod iura data æstimata, exindè resultabat effectus, ut in casu incrementi non potuerat mulier à viro inuito petere dotis restitutionem in ipsi iuribus redditis melioribus, nec è conuerso cogi deberet mulier ad illa recipienda deteriorata.

4 Si dictum fuerit, promitti scuta 6. m. in tot bonis. Dictio videlicet declarat, & restringit dispositionem ad speciem derogando generi, & nomen debitoris dicitur inæstimatum, & consistere in specie, *Bellon. iur. conf. 56. num. 5. & seqq. Ludouif. 286. uum. 9.*

5 Conuentione inita, ut nomen debitoris debeat stare pro dote mulieris, tunc dos dicitur consistere in specie, & nomen dicitur inæstimatum, *Gratian. discept. 745. num. 89. Caualer. decis. 645. num. 2. Addit. ad Buratt. decis. 361. Rota post Merlin. de pignor. decis. 39.* Et licet istud adminiculum de per se non sufficiat, neque omninò concludat, dotem consistere in specie, quando aliundè probabilius appareat, consistere in quantitate, quia illa verba pro fundo dotali sunt compatibilia ad specialem hypothecam, seu ad subsidiariam vendicationem, quæ in bonis æstimatis conceditur, vnde si maritus cessisset nomen suo creditori anteriori, tunc mulier potior esset per *tex. in l. in rebus, C. de iur. dot. Bossius cap. 16. nu. 40.* Nihilominus vbi casus est dubius, & alia vrgent speciem potius denotantia, tunc ista verba videntur pariter considerabilia, *Card. de Luca de dote disc. 55. n. 4.*

6 Promissa quantitate si adiectum sit

factum de illam inuestiundo in emptionem annui redditus, factò inuestimento virtute pacti præcedentis nomen censuale dicitur species, & inæstimatum, præcipuè si dictum sit pro fundo dotali, *Gratian. discep. 745. num. 89. Caualer. vbi sup. Rota apud Merlin. de pign. decis. 144. Merlin. decis. 792. Dunozett. decis. 517. & 593.* Præsertim quia magis interfit mulieris nomen esse inæstimatum, ne vir legitimè rehabeat sortem, si esset æstimatum.

7 Regula volitans per ora *pragmaticorum* ad cognoscendum, quando dos dicatur consistere in specie, vel quantitate, & æstimatio sit propria, vel impropria, ut nempe attendatur, à quo dos incipiat, & an species, vel quantitas deducatur à parte ante, vel à parte post, nò est semper tuta, cum dari facile possit, ut quantitas præcedat, & tamen species sit in obligatione. Verbi gratia, promitto dotem scutorum 4. m. hoc est mille in pecunia, domum valoris scutorum mille, & prædium scutorum bis mille, quæ bona manere debeant pro fundo dotali, tunc licet quantitas præcedat, attamen bona dicuntur data tanquam species, ac esse principaliter in obligatione, quantitas verò initio specificatur, ut sciatur quanta sit dos, quæ constituitur. Secus si præuia quantitate bona non stent in contextu obligationis, sed respiciant solutionem, & sic non explicatiuè, sed executiuè, puta pro dote secuta 3. m. soluenta in talibus bonis, tunc enim bona dantur in solutum pro quantitate, ideo transeunt in venditionem.

8 Euiçtio intrat de plano, quando nomen debitoris æstimatum viro ceditur in dotem, quia cedatur pro quantitate in dotem promissa, quia tunc iste non dicitur dotis, sed dationis insolutum, seu emptionis, & venditionis, ut est *textus ad litteram in l. 1. C. de iur. dot. D. Card. de Luca de dote disc. 157. num. 18.* vbi aliter si nomen sit inæstimatum, & euincatur non ex debito dotantis, sed alio citra culpam illius, si dotans sit extraneus, dum hoc casu dos initium per cessionem sumit à traditione, quæ nò meretur euiçtionem, *Monter. decis. 13. num. 27. Cancer. par. 3. cap. 4. de seruit. num. 22. & donator cense-*

tur solum ius, quod habet dedisse, *Card. de Luca disc. 157. nu. 27.* vbi declarat, differre, vbi pro credito consistente in quantitate pro ea detur ex interuallo nomen debitoris, tunc enim habet locum euictionis, *Barbos. in l. æstimatoris nu. 10. ff. sol. matrim.* Secus si directè, & ab initio promitteretur, vel cederetur in dotem nomen debitoris, vel annuus redditus, seu aliud ius, nam tunc. Aut huiusmodi nomen de iure, & de facto verum cessat, quia per alium euincatur habentem causam ab eodem dante, vel alio, cui, ipse antecedenter cesserit, & intrant termini euictionis, de qua dotans indistinctè tenebitur, dum sciens alteri cessione, vel hypothecasse in dotem dedit, dicitur in dolo, & mala fide ad *text. in l. 2. C. de iur. dot.* Si verò pariter vtroque modo verum, seu exigibile de iure, & de facto euincatur à tertio absq; facto dotantis, seu etiã absq; eius culpa, neutro modo verum detegatur, vel sit verum de iure, non autem de facto, tunc inspiciendum est, an promittatur, vel datur tanquam species, vtputà do in dotem talem censum, tale creditum, vel potius loco quantitatis, quia nempe dicatur promittito mille, quæ consequenda sunt à Titio, vel sunt debita per Sempronium. Primo enim casu intrant termini euictionis eodem modo, quo in qualibet alia specie. In secundo autem intrant termini exactionis, vel demonstrationis. An scilicet locus, vel persona, vel modus, vnde promissa quantitas retrahi debet, fuerint adiecti taxatiuè, vel demonstratiuè, nam primo modo dotans cedendo ius tale, quale habet, liberatur, neq; ad aliud tenetur, si non existere detegatur, quoties culpa eius non intercedit. Secundo casu tenetur, quia obligatio est personalis, & generica, illa verò qualitas demonstrationis tantum gratia est adiecta, neque substantiam dispositionis respicit *Cardin. de Luca d. disc. 157. nu. 27. & 28.*

- 9 *Æstimatorum* ceditur nomen, vbi promissio incipit à quantitate, & species non esset certa, vt quia dictum debere dari domos, aut census, *Buratt. decis. 287. n. 4. & videndus Fontanell. claus. 5. glos. 8. par. 13. nu. 74.* Aut vbi census, & iura deducta

sint in facultate soluendi, *Buratt. vbi sup.* Si adsit stipulatio viri pro se, & hæredibus; Si pactum sit de restituenda dote simpliciter. Aliter si partes conuenerunt dotem restitui in iisdem rebus, *Fontanell. num. 31. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 15. glos. 1. par. 1. nu. 25. Add. ad Buratt. dec. 361.*

Difficultas esset, quando conuentum esset, vt sit in electione viri ipsas res restituendi, vel æstimationem? Hoc casu dominium esse vxoris, tradunt *Fontanell. nu. 64. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 91. n. 6.* At Ego contrarium firmo, vbi maritus cessisset nomen alteri, quia censetur elegisse restitutionem in pecunia, & de his videndi *Fontanell. Boss. & Card. de Luca d. disc. 158.*

- 10 Cesso nomine debitoris in dotem æstimato, putà post promissionem dotis in quantitate insolutum dato nomine, si debitor constante matrimonio annum censum redemerit cum marito, si deinde superuenerit inopia mariti, vtrum debitor liberatus per luitionem, & affræcationem, in hoc casu teneatur iterum soluere, seu reuiuifcat creditum mulieris? ratio pro muliere est, quia dote data æstimata, si hæc fuerit alienata, tunc stante viri inopia mulier est priuilegiata, vt in subsidium possit vendicare, & vincat omnes creditores viri in rebus originariè ipsius mulieris, *l. in rebus, C. de iur. dotium, Fontanell. claus. 5. glos. 8. p. 19. n. 45. Alex. 13. lib. 3. var. tit. de iur. dotium, resol. 2. nu. 45.*

Idque est adeò verum, vt in casu inopie viri datio bonorum in dotem cum vera alienatione irritatur, & habetur pro non facta eum vi retroractiua ad suum initium, quod scilicet, nam talis datio in dotem remaneat infecta, perindè ac si iuxta hanc formam æstimatio facta non esset, iuxta *Barbos. in l. 1. solut. matrim. p. 6. nu. 6. & l. æstimatoris nu. 26. Gizzarell. decis. 1. nu. 42. Fontanell. nu. 78. Boss. de dote cap. 18. §. 4. nu. 89. Medices examine 30. nu. 44.* & actus alienationis irritatur ratione læsionis, & indotationis.

Quamuis neminem potui comperire tangentem hunc articulum; Ego nihilominus censeo liberatum fuisse debitorem,

rem, nec posse per superuenientem inopiam mariti molestari, quia diuersa res sit ad effectum vendicandi bona stabilia per veritatem, quæ à viro distracta sunt, aliud ad effectum liberandi debitorem bona fide exinguendum debitum mulieris cum viro, quem videt dominum, & possessorem census, seu crediti in dotem dati, cum promptiora, & faciliora sint iura ad liberandum soluentem, quam ad sustinendam alienationem formalem bonorum verè stabilium, cum tunc sufficere videatur soluisse bona fide creditori omninò ex deductis per *Casanat. conf. 9. nu. 30. Salgad. in labyrinth. par. 1. cap. 27. nu. 111.* vnde aliud esset, quando maritus nomen æstimatum dotis alteri cessisset, nam in subsidium vxor ageret ad illud nomen per *text. in d. l. in rebus de iure dotium.*

## A R G V M E N T V M.

Cessio iurium inest in locatione Gabellarum, & Arrendatores sunt cessionarij Regij Fisci. Incorporalia qualiter pereant. Et periculum an cedat damno conductorum, sicut periculum nominis cessi damno cessionarij? Pro negatiua opinione expenduntur antiquiores, & nouiores, & exempla rerum iudicatarum, & occurritur *Authoritatibus* contrarijs, præsertim *dec. 171. D. Reg. Latr., D. Reg. Galeot. Larrea, & alijs*, & agitur de gabellis ex cessione.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Locatio Gabella habetur pro iurium cessione.*
- 2 *Arrendatores sunt cessionarij Regij Fisci.*
- 3 *In locatione Gabellarum an damnum cedat Arrendatoribus, sicut periculum nominis cessi cessionario.*
- 4 *Iura incorporalia habent suos interitus, & qualiter fiat remissio mercedis in locatione Gabellarum.*
- 5 *Commercio prohibito substantia Gabellæ perit, & expenduntur exempla rerum iudicatarum.*
- 6 *Declaratur Menoch.*
- 7 *Occurritur Riminaldo iuniori.*

- 8 *Respondetur ad dec. 171. D. Reg. Latr.*
- 9 *D. Reg. Galeot. expenditur.*
- 10 *Larrea contra Arrendatores explicatur.*
- 11 *Vendito iure gabella cur periculum cedat venditori?*
- 12 *Explicatur lex Hispaniæ circa iura gabella.*
- 13 *Excomputum an peti possit aucto iure Gabella.*
- 14 *Gabella an debeatur ex cessione annui census pro pretio rei emptæ, & duplex ex permutatione cum re stabili?*

## Q V A E S T. LXXXIV.

1 **I**N rebus incorporalibus locatio habetur pro iurium cessione in *l. creditor in princ. ff. de act. empt. Claper. caus. fiscal. caus. 49. quæst. vnic. nu. 1.* Et in incorporalibus emptio, & venditio dicitur cessio, *Briff. de verb. iur. verb. cessio in iure. Felic. de cens. lib. 3. cap. 1. nu. 5.* Ideò omne periculum nominis transire in conductorem, voluit, *Bar. in l. si merces, S. vis maior, nu. 6. per locat. Bald. in l. licet certis, qu. 3. C. locat.*

Similis est quæstio, quid intelligatur translatum in conductorem gabellarum, an scilicet ius eas exigendi, vel potius sola commoditas illas percipiendi? In qua *Bertachin. de gabell. par. 2. nu. 2.* post adducta iura pro translatione iuris facientia, dicit quod eis non obstantibus, ipsa commoditas percipiendi videatur locata per *l. si usufructu, ff. de iur. dot.* In locatione gabellæ venit ius illam exigendi, & quidquid est ad talem exactiorem necessarium, puta Capanna, vel domus, in qua exigitur *Bertachin. num. 65. Surd. dec. 201. num. 1.*

2 Conductores gabellarum, & aliarum rerum fiscalium an acquirant priuilegiū Fisci procedendi contra debitores incipiendo à captura? Negant *Boer. dec. 180. nu. 10. Guid. Pa p. singul. 287.* quia per mutationem personæ mutetur conditio, & perdat priuilegium.

Contrariâ opinionem tenent post alios *Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. nu. 35. Mauson. de caus. execut. ampl. 30. nu. 22. Castill. dec. 120. nu. 12.* quæ opinio est verior, præsertim quando Fiscus iura sua cedit, &

Z 2 trans-

- transfert, prout consuevit in instrumentis locationum fieri, *Girond. de gabell. p. 4. in princ. nu. 19.* Nec obstat, quod priuilegium personale non egreditur personam. Quia dictum priuilegium dicitur personale ad differentiam realis, quia videlicet non competat ratione rei, sed non est personale, ita ut cedi non possit, *Castill nu. 13.* Et seclusa cessione isti conductores, statim uti possunt iuribus Fisci tanquam eius procuratores etiam ante eis concessum mandatum, ut ex *Bar. in l. in prouinciali, §. si ego, ff. de op. nou. nunciat. Auendan. de exeq. mandat. reg. par. 2. c. 12. num. 15.*
- 3 Sententiam volentium in locatione incorporalium cessare mercedis remissionem, quia periculum nominis cessionis spectat ad cedentem, reprobatur *Roman. in h. cotem ferro, §. qui maximos, nu. 4. ff. de publican., Paul. de Castr. & alij*, quos refert, & sequitur *Claper. num. 2. cum Crauert. conf. 95.* vbi concludit fieri debere, mercedis remissionem conductori Scribanie Viennensis propter edictum publicatum finiendarum litium, & causarum etiam si expressè renunciatum fuisset remissioni ex causa belli, pestis, vel alia legitima causa.
- 4 Iura enim incorporalia etiam habent suos interitus, & ipsis pereuntibus in totum, vel in parte locum habet remissio, ita *Bald. conf. 465. nu. 3. & 4. lib. 2.* Impedito igitur vsu rei locatae licebit gabelarijs, sicut cæteris conductores implorare remissionem, cum nullum in hoc inueniatur discrimen inter gabellarum, & cæterarum rerum conductores, *Mozzius de contract. tit. de locat. ver. accidentalibus, num. 22. & Menoch. conf. 671.* firmat deberi remissionem mercedis emptori vectigalium lanarum, quia ex Regis decreto cum aliquibus Prouincijs interdictum fuerat commercium, & maiori ex parte lanarum transportatio prohibita, & proinde *nu. 6. in fine*, sic concludit: *Et hinc etiam sequitur, quod iure dici potest, sublatam, & extinctam fuisse ipsam vectigalis substantiam, & nu. 7.* sic loquitur. *Nec obstat quod obijcitur, totam ipsam nauigationem, & commercium sublatum non fuisse, ex quo constat, non obstantibus*

*dictis sequestris aduectas fuisse multas lanas: Nam respondetur, quod etsi lana aliqua fuerint aduecta, non tamen fit, quin Sacra ipsa Regia Maiestas fuerit in causa, quin alia adueberentur, & quoad eam partem non aduectam dicitur vectigalis deperdita substantia, post alios Mansus conf. 26. nu. 74.*

- 5 Substantia gabellæ locatae dicitur premissa, si prohibitum sit commercium, *Mastrill. dec. 299. nu. 110. Pacion. de locat. cap. 49. nu. 123. ex Menoch. conf. 671. nu. 6. & Mastrill. num. 15.* conductori allatum fuisse damnum in substantia rei locatae fundans, ita loquitur. *Naues esse substantiam, à quibus merces erant asportandæ, quarum aduentus cum fuerat prohibitus, & per consequens conductor impeditus uti frui re locata, & sic etiam non dato magno damno esse faciendam remissionem mercedis.*

Facit *decif. 84. D. Reg. Reuert.* in casu prohibitionis nundinarum Salerni, Lanciani, & Luceriae ob timorem pestis in Ciuitate Messanae, & locis Calabriae, decisum fuit deberi excomputum facta relatione in Collaterali Consilio.

Imò *dec. 509. eiusdem Reg. Reuert.* stante prohibitione commercij in Regno Neapolitano ob bella Catholici nostri Regis cum Rege Christianissimo, quamuis adesset pactum petitionis excomputi in casu belli, dummodò damnum sit intolerabile, in principio iudicij fuit suspensa solutio, & demum compilato processu ordinatum extitit, *dictos ducat. 50. m. cedere debere pro omni excomputo.*

In causa Io: Baptistæ de Angelis cum Ill. Marchione Vasti, vbi scripsit *Consil. Roccus resp. 87. tom. 1.* in qua probationibus factis impedimenti vsus Taperi ob reuolutiones, & sic facto tertij, quamuis non esset liquidata quantitas die 29. Ianuarij 1649. per S. C. fuit condemnatus Ill. Marchio Vasti ad faciendum excomputum liquidandum vsque ad diem litis motæ super resolutione contractus, & ex tunc affectus intelligatur resolutus.

In causa inter Arrendatores Gabellæ del Regale cum Gubernatoribus A. G. P., in qua prætendebant Arrendatores excomputum ob impedimentum præstitum à Su-

à Superiore in vsus afficti locati, & ob mutationem mouctæ. Aduersus quos scripsit *D. Reg. Latro in consult. 40.* defendendo non esse locum remissioni mercedis, quia damnum non erat intolerabile, dum non erat reprobata, nisi certa moneta, quæ alias euenerat, & ob defectum denunciationis impedimenti. Tandem die mensis Iulij 1625. per Regiam Cameram, quamuis Arrendatores prætenderent restaurum pro ducatis 40. mil. & plus; *Fuit decisum pro omnibus præten- sit esse deducendos à summa per ipsos debita decatas 12. m. tantum saluis iuribus contra Ciuitatem, & Regiam Cameram.*

Substantia vectigalium consistit in commercio, quapropter si ex facto Principis locationis vsus impediatur ex edicto rerum delatio ob timorem pestis in vicinis locis grassantis, licet huiusmodi factum videatur iustum, imò necessarium pro conseruatione Status: Nihilominus respectu conductoris dici posset iniustū, cum locans non possit facere in aliquo deteriore conditionem conductoris, late *D. Reg. de Marin. lib. 2. ref. 187. in fin. Amat. ref. 182. n. 24. Altograd. conf. 21. n. 51.* Cum enim ex talibus edictis impediatur commercium, & impediuntur Arrendatores re sibi locata gabellarum exactio- ne fructus percipere, æquum est, quod etiam si factum Principis sit iustum, quia tamen tollitur rei locatæ substantia, debet remitti pensio, non enim ex quo factum locatoris sit iustum, afferre potest damnum conductori, sed operatur, vt excusetur à totali interesse, ita distinguunt *Doctores ex l. qui in sulā, & l. hac distinctio, ff. locati, Reg. de Marin. d. resol. 187. per tot.*

Præcisè in pauco *D. R. de Ponte consil. 88. lib. 2.* vbi post venditam gabellam oleorum Princeps ob timorem pestis impediuerat oleorum extractionem, & resoluit, quod licet impedimentum esset iustum, nihilominus ad excomputum damni Fiscum omninò teneri. Cæterum solummodò dubium erat quoad lucrum, quod gabellarij amiserant, ad quod etiā obtinendum plures non spernendas assignat rationes. Et in similibus impedimenti promulgatis à Principe ad euitandam pestem consuluit, *Medic. consil.*

*141. & 23. nu. 6. ibi: Ex his concludo hanc prohibitionem factam à Regia Curia locat- trice, & sic iustam pro bono publico, ne pe- stis Regnum affligeret, non tamen illa ex- cuset à remissione mercedis: infinitos re- censet Castill. à nu. 26. Mangil. de subbasf. quæst. 139. Manent. decis. 38. Larrea alleg. 17. num. 27. & alleg. 20. nu. 2. Cbristophor. Cresp. obseru. 104. ex num. 24.*

6. *Menoeh. consil. 671.* firmat deberi mercedis remissionem emptori vectigalium lanarum, quia ex Regis decreto vetitum fuerat commercium, & maiori ex parte lanarum transportatio, & exindè extin- ctam vectigalis substantiam.

Neq; præmissis aduersatur *Bald. consil. 465. lib. 2.* asserens, quod per bannum Principis non est locus remissioni mercedis. Quia ille negat, quod sit locus præstationi interesse, concedit autem quoad remissionem pensionis.

7. Non obstat *Riminal. iun. consil. 282. in fine.* Quia in casu suo putat, factum potius debuisse adscribi conductoribus, dum agebatur de Pistoribus, qui condu- xerant facultatem coquendi panem ve- nale, & cum prætenderetur postea re- staurum propter passus clausos ex causa pestis, dicit, nullam potuisse adscribi cul- pam Ciuitati, & satius fuisse arcere fo- renses venientes ex locis infectis pro conseruatione ciuium, quam permitten- do aduentum omnium corrumpere to- tam Ciuitatem, in quo perpendit inte- resse eorundem Pistorum; quia si lues in Statum, & Ciuitatem irrepsisset, longè minorem quantitatem panis expedi- re potuissent.

8. Ad *decis. 171. D. Reg. Latr.* in qua fir- matur, causam iustam, & necessariam in bono regimine excusare à remissionem mercedis. Respondetur contrarium esse verius. Et *Larrea allegat. 70.* quem ad- ducit, totum contrarium firmat. Ipseque *Reg. Latr. in decis. 162. num. 30.* dixerat, quod ex causa pestis, vel belli solum de- bet conductori fieri mercedis remissionem.

9. *D. Reg. Galeot. respons. fiscal. 18. & Ioseph Ludovic. decis. Perus. 50.* tenentes, quod Gabellarij nunquam fiat mercedis remissio per quodcumque factum Principis, vel tertij iustum, Mouentur ex eo, quod

quod ibi Gabellarij celebrarunt contractum fortis, & fortunæ, in quo non datur mercedis remissio, *l. si iactum retis, ff. act. empt.* Quinimò licet primo loco pro sua opinione reportasset sententiam favorabilem. In reclamatione tamen decisum fuit pro excomputo, ut in decisionibus post dictum volumen, in ducatis nempè 60.m.

- 10 *Larrea in alleg. fiscal. 17.* qui in contrarium allegari solet, loquitur in eo, qui conduxit regia vectigalia iuxta leges Hispaniæ, ex quarum dispositione cogebatur conductor in instrumento conductionis suscipere casus omnes pestis, & belli, & alios, quoslibet cogitatos, & incogitatos, quamvis bellum excitaretur à Rege, vel ab ipso impedimentum derivaret; Imò *Larrea*, & singulis eius fundamentis se objicit *Cristoph. Crespi d. obser. 104. & num. 3.*
- 11 Minus refragatur, quod contractus denominetur emptionis, & venditionis gabellæ, & damnum à casu fortuito dimanans post perfectam venditionem cedat periculo emptoris. Præsertim quando venditur ius percipiendi gabellas, prout in dubio semper præsumitur venditum dictum ius, & emptor videtur quodammodo emisse aleam, seu spem gabellarum, *l. nec emptio, ff. de contrah. empt.* Quia cum emptionis, & locationis contractus sint valdè similes, & fraternizent *l. 2. ff. locat.* secundum effectum est locatio, & mentio pretij exponitur pro mercede, *Gratian. discip. 755. nu. 26. Surd. dec. 326. n. 10. Mansus conf. 26. n. 36.*
- 12 Solent vendi gabellæ iuxta *cap. 116. reform. lib. 3.* iuxta morem, & leges Hispaniæ; quod Capitulum continet amplam renunciationem omnium casuum fortuitorum insolitorum, siuè aliorum, qui quovis modo possent exprimi, ad hoc, ut cessent lites excomputi. Circa præfatum Capitulum vult, *Vasq. de success. num. 1. lib. 2. §. 11. nu. 18.* ad hoc ut sit firmum, necesse inferi tenorem illius in conductione, nec sufficiat, quod conductio fiat relatiuè, & servata forma illius. Undè *Vasq. lib. 1. §. 20. par. 2. num. 67.* tradit, cum esset in Senatu Regalis patrimonij, maximè ipsum curasse prædictas leges

specificè Gabellarijs earum tenorem insinuari, ut *Larrea alleg. fiscal. 17. nu. 1.*

Quod Capitulum iuri communi aduersari ait, *Castill. lib. 3. controu. cap. 3. nu. 23.* illis verbis: *In primis superiora, omniaque numeris præcedentibus tradita, atque obseruata fuere, & alia, quæ inferioribus obseruabuntur, non otiosè, aut extra propositum, sed ideò à me dicta, aut præmissa, ut ostenderem euidentius l. 1. tit. 9. de las condiciones generales lib. 9. noua collectionis Regiæ decisionem superius dictis, & iuris communis regulis contrariam omnino, idcirco maturè, & rectè accipiendam, rationem eiusdem considerandam, atque ipsius dispositionem utpotè iuri communi contrariam ultra limites, & terminos, de quibus loquitur non trabendum, sic potius interpetrandam, ut mente, & intentione illius impleta, eiusdemque dispositione obseruata, quantum minus possit, iuri communi, & etiam contrahentibus inferatur.*

Adhuc si fieret renunciatio casuum fortuitorum à conductore, non intelligitur de insolitis, & inopinatis. Imò etfi in specie omnibus casibus inopinatis pestis, belli, & similibus, ut *Dom. Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 84. & 509.* & decisum in S. R. C. de anno 1641. retuli in *addit. ad Gratian. disc. 195. nu. 24.*

- 13 Ex impositione nouæ gabellæ, seu alterius augmenti an possit peti mercedis remissio? *Consil. Marciianus consil. 7. lib. 2.* probat quod sic, & ita refert in Regio Collaterali Consilio iudicatum, & de his omnibus, & alijs cum rationibus, vide, quæ scripsi in dicta *obseruat. 195.*
- 14 Gabella an debeat ex datione insolutum pro pretio debito ex re emptæ? *Affirmat Felician. lib. 3. cap. 1. nu. 3. & seq.* ubi etiam quod debeat vna gabella ex permutatione annui census cum re stabili, quidquid cum *Guttier. de gabell. quest. 58. num. 7.* dicat *Olea tit. 7. quest. 5. nu. 9.* pro duplicata gabella.

#### ARGUMENTVM.

Domino directo petenti deuolutionem rei emphyteuticæ ob culpam illius an cessionarius iuris luendi opponere possit ius affrancandi? Refertur opinio distinguens, & or-

& ornatur *decis. 267. Pres. de Franch.* & discutitur an vi pacti de affrancando emphyteusis contractus dicatur emptionis, & venditionis? Ius prælationis competens directo Domino an possit cedi quando ille in concessione sibi reserua-uerit ad instar retractus conuentionalis? Noua quæstio cum opinione *Authoris*.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Cessionarius iuris luendi an opponere valeat dictum ius Domino directo petenti deuolutionem?*
- 2 *Refertur opinio distinguens.*
- 3 *Quid si emphyteusis concessa sit à venditore rei suæ?*
- 4 *Recensentur Doctores aduersus opinionem distinguentem.*
- 5 *Contractus conceptus sub nomine emphyteusis an dicatur emptionis?*
- 6 *Opinio negatiua Authoris.*
- 7 *Ius prælationis reseruatam per Dominum directum an cedi possit, uti conuentionale?*
- 8 *Resolutio Authoris.*

## Q V A E S T. LXXXV.

- 1 **C**oncessione emphyteusis facta cum pacto affrancandi, seu iure luendi, si hoc ius ab emphyteuta vendente, vel alio titulo transferente rem emphyteuticam cedatur alteri, vtrum Domino petenti deuolutionem, & commissum ob aliquam culpam emphyteutæ possit obijcere cessionarius ius luendi, scilicet velle affrancare, & luere, & facere depositum pretij ad excludendam deuolutionem?
- 2 *Glosa Parisiensis ad Alex. cons. 228. lib. 6.* distinguit, quod si pactum affrancandi appositum sit in eodem contractu emphyteutico ab eo, qui rem suam concessit, tunc quia pactum huiusmodi sit pars contractus emphyteusis, seu indiuiduum cum ipso contractu, si emphyteuta cadit ab emphyteusi, etiam cadat à iure luendi, & per consequens emptor rei emphyteuticæ, & cessionarius iuris luendi non possit ius luendi cessum obijcere directo Domino petenti deuolutionem. Si autem pactum appositum esset separatim à contractu emphyteusis, si cadat ab emphy-

- teusi, non cadat à iure luendi, sed illo poterit vti cessionarius. Non tamen dicitur separatim fieri pactum, quando fit in continenti coram iisdem Notario, & testibus *l. lecta. ff. si cert. per.* & hanc distinctionem approbavit Sac. Cõsiliu apud *Pres. de Franch. decis. 267. Montan. controu. 75. num. 12. Fulgin. de emphyt. tit. de solut. canon. q. 5. Ego in obseru. 267. de Franch. n. 6.*
- 3 Quando emphyteusis concessa est venditori rei suæ, putà *emo à te domum, vel fundum, quem tibi concedo cum pacto affrancandi seu luendi*, quod ius luendi, hoc casu ius luendi est pars venditionis domus mihi factæ à te, nam non vendidisses mihi rem, nisi eandem tibi concessissem in emphyteusim sub pacto luendi, & sic emphyteuta luens dicitur redimere rem suam, quam vendiderat, & est pars venditionis cum emphyteusi, merito si venditor emphyteuta cadit à iure emphyteutico ex aliqua culpa, non cadit ab hoc iure luendi, & ità in hac facti specie iudicatum refert *de Franch.* vt se declarat *num. 5.* illis verbis: *Ità in specie, quando quis rem vendit, & postea recipit ab emptore in emphyteusim, & apponit pactum de luendo, ut erat casus, de quo agebatur, & Montan. ubi sup. nu. 12.*
  - 4 Aduersus distinctionem *glos. Parisiensis* alij indistinctè volunt, emphyteutam cadentem ex culpa sua ab emphyteusi nunquam cadere à pacto luendi, quo pacto posse vti emptorem, & cessionarium iuris luendi. Ducuntur viua ratione, quia pœna legalis non sit trahenda ad pactum affrancandi tanquam diuersum, & separatum, ità *Gozadin. consil. 86. nu. 26. Iason. & alij, quos congerit Bursat. consil. 60. lib. 1. num. 3. Alciat. in l. petens, num. 11. C. de pactis, & cons. 104. lib. 61. Corn. cons. 288. lib. 3.*
  - 5 Præterea quamuis contractus sit conceptus sub nomine emphyteusis cum pacto luendi, nihilominus iudicandus sit contractus emptionis, ità vt non sit considerabilis emphyteusis, sed ipsa dominij translatio, quæ fit per conuentionem luendi, quæ repugnat substantiæ contractus emphyteusis dominium vtile tantum transferentis directo penes concedentem remanente, sed per pactum luendi vtrumq;



vtrumque dominium in casu affrancationis transfertur, & emphyteusis extinguitur, & pactum apponitur pro translatione utilis, & directi dominij, *Gratian. discept. 477.* vnde facta concessione emphyteusis cum pacto affrancandi habet locum ius congrui, prout in venditione, *Afflict. decis. 72. Pres. de Franch. decis. 392. Reg. Marcian. disput. 98. à num. 39.*

- 6 Beneuerum *Pres. de Franch. decis. 610.* tradit, quod respectu concessionarij affrancatione pendente contractus dicitur emptionis, & venditionis, sed non respectu concedentis, penes quem dicitur residere dominium directum, & concedenti competit ius prælationis in casu venditionis rei emphyteuticæ, nam pactum de affrancando non inducat venditionem, & emptionem, sed in concessionarij voluntate, & libertate sit, vti illo pacto, & licet *Reg. Marcianus* aduersus prædicta insurgat, vt non possit concedens, & concessionarius ex correlatiuorum natura ad imparia indicari, & in citata *decis. 610.* concedenti fuit data prælatio, nam aderat pactum expressum, quod præferendus esset cōcedens, quamuis positum esset pactum affrancandi. Ego aurem verius sentio, quod emphyteusis cum pacto de affrancando non sit emptio, & venditio, nam pactum est in voluntate concessionarij, & interim fit emphyteusis, & in praxi video in casu alienationis solui laudemia.

- 7 An vendita emphyteusi cum pacto de affrancando, & cum cessione iuris luendi competat prælatio directo domino, vel potius præferatur cessionarius iuris luendi? *Tondutus resol. ciuil. cap. 83. per totum,* probat cessionarium retractus cōventionalis ex pacto luendi præferendū esse domino directo, vel eius cessionario volētibus vti iure prælationis ex directo dominio competenti, *Olea tit. 3. q. 2. n. 39.*

Cessionarius iuris luendi præfertur ei, cui fundus erat venditus cum pacto de retrouendendo, *Gizz. ad Reg. Latr. decis. 39. nu. 14. D. Reg. de Marin. lib. 2. resolut. 117. à nu. 12. & resolut. 161. à num. 4. Prat. discept. 2. nu. 12. tom. 2. Olea vbi sup. nu. 40.*

Concors est *DD.* sententia ius prælationis domino directo competens esse

inaccessibile, cum hoc ius personale sit, & ratione communionis, & congruitatis concedatur, & in cessionario illa qualitas, & æquitas deficiat, quæ retractum induxit, vt ex *l. fin. C. de iur. emphyteutico,* ibi: *Ipsium dominum omninò hoc comparare,* verbum enim *ipsum* aliam personā excludit, vt post sexcentos probat *Olea num. 21. & seqq.* & scripsi latè in *obseru. 242. de Franch.* quidquid sit in Catalonia, & in aliquibus Regnis.

Difficultas oritur quando in concessione emphyteusis in casu alienationis expressè directus dominus ius prælationis sibi reseruauerit, quia in hoc casu retractus ne dum est legalis, verum etiā conuentionalis, & retractus conuentionalis est cessibilis, quia ex partium conuentione descendit, vt probat expressus *text. in l. si creditor in principio, ff. de extract. pign. l. si cum venderet, de pign. act. Reg. Latr. decis. 16. & 104. Amat. resol. 54. nu. 26. resolut. 67. n. 8. latè Olea d. q. 2. n. 39.*

- 8 Hanc quæstionem à nemine vidi tactam; At ego existimarem hoc ius prælationis cedi non posse, quoniam reseruatio directi dominij, & iuris inuestiendi, laudandi, aut retinendi iure prælationis, dandi de commisso, & similes reseruaciones sunt de substantia contractus iuris emphyteutici, *l. cum manu sata, S. fin. & ibi gl. final. ff. de contrahend. empt.* vbi nominatim hoc notat *Bald.* ideò semper apponuntur in contractu emphyteutico, nec benè comparantur pacto redimendi venditioni adiecto, quod pactum est accidentale, nec est de substantia contractus, accidentalia namque pacta dicuntur, sine quibus contractus subsistere possit, *Bart. l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt.* vnde cum tacitè insit ius prælationis pro domino directo in concessione emphyteusis, licet expressè postmodum in concessione reseruetur, non ultra operatur, quam ille legalis retractus ex directo dominio descendens, & non possit comparari pacto de retrouendendo in venditione apposito, quod est cessibile, & ad hæredes transit, cessat enim ille fauor vnionis dominij utilis cū directo, quæ vnio est radix iuris prælationis Domino directo competens.

AR-

## ARGUMENTVM.

Debitor cessus, qui promisit cessionario soluerè, an amittat ius opponendi exceptiones competentes contra cedentem? Expenduntur *Gasp. Thesaur., Cancer., & Faber*, ac traditur resolutio *Authoris*. An inter cessionem, & delegationem adsit differentia? Ponderantur *Faber D. Præs. Merlin. D. Card. de Luca*, & alij hinc indè certantes. Demum an debitor cessus, vel delegatus habeat conditionem indebiti contra cedentem, vel delegatariū?

## S V M M A R I V M . .

- 1 Debitor cessus promittens soluere cessionario an huic exceptiones contra cedentem competentes obijcere valeat?
- 2 Opinio pro cessionario.
- 3 Distinguitur inter debitorem cessum, & delegatum.
- 4 Exceptio superueniens post delegationem contra delegantem, an opponi possit contra delegatarium?
- 5 Andreol. & Dom. Gardin. de Luca affirmant.
- 6 Debitor cessus, vel delegatus soluens indebitū aduersus quem habeat conditionem.
- 7 Authoris sensus.

## Q V A E S T . LXXXVI.

1 **D**ebitor cessus an amittat ius excipiendi, si promiserit soluere cessionario sui creditoris, & nequeat opponere exceptiones, quas obijcere posset cedenti? *Cancer. par. 2. var. cap. 6. nu. 84.* distinguit inter delegationem, & cessionem? Aut solum debitor cessionario simpliciter soluere promiserit, non ex hoc ius excipiendi, & compensandi amittat debitor, sed opponere valeat quidquid cedenti obijcere posset, & huic opinioni fauet *Gasp. Thesaur. lib. 3. quæst. for. 111.* vbi decisum refert, debitorem, qui de mandato creditoris sui alteri soluere promiserit, posse se aliqua legitima exceptione tueri, si vera delegatio non interueniat. Debitor autem delegatus vti nequibit exceptione aliqua, quam habe-

ret aduersus delegantem, *l. si quis delegauerit, ff. de nouat. l. si non debitorem, & l. doli, ff. eod. latè D. Præs. Merlin. controu. 91. cent. 1. Cancer. par. 1. cap. 2. nu. 65. Leonard. de usur. quæst. 71. nu. 30.* vbi in specie asserit eum, qui promisit marito ex causa dotis aliquam quantitatem, quam putabat se debere sponsæ, secuto matrimonio non posse se tueri exceptione aduersus maritū, quod indebitum promiserit.

2 Rectius tamen putò distinguendum. Aut debitor cessus cessionario soluere absque protestatione promisit, & nulla possit se exceptione defendere, quia promittendo simpliciter soluere, exceptionem remisisse censetur, quam sciebat sibi aduersus cedentem competere, ne alioqui fraudandi debitoris causa consensus adhiberetur, ita *Thesaur. dec. 221.* qui de exceptione compensationis loquitur, *Merenda controu. lib. 17. cap. 30. Guzman. de euiet. q. 60. à n. 27. & q. 5. n. 41.*

3 Melius quæstio resoluitur ex *Fabro C. de act. & oblig. def. 1. & lib. 11. coniectur. cap. 11. per tot.* quod si debitor cessus tempore promissionis sciat sibi exceptionem competere, & tunc nequeat debitor vti exceptione contra cessionarium. Secus si ignorauerit. Etsi in delegatione ignorantia ratio non habeatur. *Fabri* verba sunt: *An si exceptionem sibi competentem ignorauit debitor, cum cessioni expressim consensit, non est æquum, ut eodem iure censeatur, quo si esset facta delegatio, assignat rationem Faber pro debitore cesso, qui per ignorantiam cessioni consensit, quod eius facilitatem, & imprudentiam circumuenire non oporteat, adeò vt nec distinguendum sit, an probabilis ignorantia fuerit necnè, hoc est an ex proprio, an ex alieno facto descendat. In delegatione autem scientiam ab ignorantia non distinguendam, nec ignorantiam probabilem ab improbabili, cum per delegationem liberatus fuerit debitor delegatus. Aliter in cessione, quia per cessionem cessionarius non liberat cedentem, qui tenetur facere nomen cessum verum.*

4 Inspiciendum nunc est, an verum sic discrimen inter cessionem, & delegationem, & Recentiores disputant contro-

Aa uer-

uersiam, si venditor delegauerit pretium ab emptore tertio soluendum, an iste tertius possit repelli exceptione, quod euictio imminet, prout exceptio admitti deberet, si ipse venditor egisset? Opinionem pro delegatario tenent *Maceraten. var. cap. 60. cas. 17. Fab. coniectur. d. cap. 11. D. Praef. Merlin. controu. 9. per tot. lib. 1.* Ducuntur, quia primus debitor delegando creditori suo videtur soluere, nam delegatio est similis venditioni, *l. inter causas, §. abesse, ff. mandat.* Et delegans non potest amplius conueniri per creditorem, *Paul. de Gastr. in l. si ususfructus, nu. 7. ff. de nouat.*

Præterea sibi imputare debet emptor, qui eorrespectiuè alienum debitum pure, & absque reservatione fecit proprium, atque pro ipsius reuelatione ager contra venditorem, *Cyriac. controu. 214. Roman. conf. 89.* Et exceptiones competentes contra delegantem non competunt contra delegatarium, *Thesaur. d. qu. 111. num. 3.*

Contrarium tenent *Andreol. controu. 279. & Angel. & Salic. in l. doli mali, ff. de euit. Staib. ex obseru. ad resol. 185. num. 8. Cardin. de Luca lib. de empt. & vendit. disc. 23: quos retuli in nouiss. append. ad obseru. 369. Praef. de Franch.*

- 5 Mouetur *Andreola* nam cessante causa delegationis cessare debeat delegatio, & ita in terminis laudat *Decisum in consil. 421. nu. 4. Rotam impressam post Zachiam de oblig. Camer. dec. 113. n. 8. per tot.* Similem adducit rationem *Card. de Luca* de obligatione ad annum censum respectuum ad Castrum ab obligato possessum, ut cessante Castro cesset *Roman. conf. 417.* Et ratio ob quam obligatio emptoris cesset, non prouenit ab aliqua exceptione personali, vel simili competente aduersus cedentem, sed resultet à cessante causa, & consequenter à cessante consensu contrahendi ab initio, seu a cessante corresponsiuitate, *Rota dec. 428. par. 1. rec.* quæ iuxta eundem *Dom. de Luca* est sollemnis, & magistralis sepius canonizata, & idem occurrit auctoritatibus contrarijs, ut intelligendæ sint, ubi causa debendi cessaret voluntariè, & culposè ex parte emptoris.

6 Conditionem indebiti, quæ competet aduersus creditorem cedentem, competere aduersus cessionarium, cui indebitum soluit is, qui quasi debitor esset, cessus fuit, scribunt *Cancer. p. 1. var. cap. 2. nu. 65. quem sequitur Masin. de confiscat. quæst. 50. nu. 55. & 56.* qui aliter vult in delegatione, scilicet non dari conditionem indebiti aduersus creditorem delegatarium, qui recipit, quod sibi debebatur.

Obstare videtur *text. in l. repetitio, ff. de condit. indeb. & in l. seruus, §. 1. ff. eod. & l. de hereditate, C. de petit. hered.* in quibus legibus generalis regula traditur, quod repetitio nulla est aduersus eum, qui suum recepit, igitur is, qui cessus fuit, quamuis reuera non fuisset debitor cedentis, non poterit quod soluit repetere à cessionario, qui suum recepit, nempe quod ei debebat cedens.

E' contrariò scilicet ei, qui soluit, quod ipse non debebat, conditionem competere aduersus eum, qui recipit, quod sibi debebatur, probant *l. si pæna, §. 1. l. in summa, §. fin. ff. de condit. indeb. l. si à patre, C. eod.* Vnde *Osuald. ad Donell. lib. 14. comment. cap. 13. litt. A.* post alios distinguit, aut debitor soluit nomine cedentis, & non habeat repetitionem; Aut nomine proprio, & habeat *Larrea decis. 75. nu. 14. Coscia dissert. iur. in miscellan. resol. 8. nu. 9.* Vbi *num. 13.* quod in dubio præsumitur facta solutio non proprio, sed nomine veri debitoris.

Cæterum *Olea tit. 6. qu. 11.* amplexatur opinionem *Cancer. & Masini.* ut is, qui cessus fuit ut debitor, cum re vera non deberet, e cessionario soluat, habeat conditionem indebiti, si per imprudenciam haberet se pro debitore, quia potius soluisse intelligitur suo nomine, ut se liberaret, & non cedentem. Diuersam rem esse in debitore delegato, probat *Cancer. nu. 67.* quod nulla competat conditio contra delegatarium.

In delegatione adhuc distinguit *D. Ioseph. Retes de donat. cap. 5. nu. 8. & 9.* Aut delegatarius est creditor delegantis ex causa onerosa, & nulla competat conditio aduersus delegatarium. Aut ex causa lucratiua, & competat per *text. in l. Iulia-*

*lianus, ff. de dol. mal. & met. except. Olea nu. 36. vers. ex his in fine.*

7 Distinguerem ego in delegatione. Aut delegatarius adhuc non soluerit delegatarius adhuc non soluerit delegatario, & si per probabilem ignorantiam solutionis factæ à suo authore se obligauerit delegatario, & valeat exceptionem satisfactionis obijcere, quia facilius competit exceptio, quam actio, & nulla adsit differentia inter cessionem, & delegationem. Aut debitor delegatus soluerit, & nulla competat conditio. Nisi adesset dolus.

Minus turbat, quod per delegationem penitus extinguatur obligatio inter delegantem, & debitorem delegatum, & hic nouæ obligationi se astringit erga delegatarium, *Fab. C. de oblig. & act. diff. 1. Olea tit. 1. qu. 2. nu. 51. & 52.* & propterea debitori delegato nulla poterit competere exceptio aduersus delegatarium, quæ competere posset contra delegantem, & sibi debeat imputare delegatus, si nouam contraxit obligationem. Quia debitoris delegat facultatem, & imprudentiam circumuenire non oportet, & cum noua obligatio innitatur falso præsupposito, puta quod primum debitum non fuerit solutum, vel legitimū sit creditum, & dictum præsuppositum sit falsum, per consequens infirmabitur delegatio, & se tuebitur delegatus aduersus delegatarium, & è contrario delegatarius regressum habebit aduersus delegantem.

#### ARGUMENTVM.

Hæres cum beneficio inuentarij an possit reportare cessionem à creditore hæreditatis contra creditores posteriores? Expenditur decisio relata per *Montanum*. In simili an tutor, vel curator contra pupillum, vel minorem? Ponderatur dissidium inter *DD. Pratum, Roccum, Oleam,* & inter *Andreol.* cum resolutione *Academia Louaniensis*. Occurritur demum contrarijs.

#### SVMMARIVM.

1 Hæredem cum inuentario posse reportare cessionem contra hæreditatem refertur decisum.

- 2 Possessor pro modico potest reportare cessionem.
- 3 Contra hæredem arguit *D. Card. de Luc.*
- 4 Tutor, vel Curator an possit reportare cessionem contra minorem?
- 5 Quid si debitum sit clarum? *Affirmant DD. Pratus, Roccus, & Olea.*
- 6 *Negat Andreola.*
- 7 *Rationes opinionis negantis. Et argumenta opinionis aientis?*
- 8 Creditor certus pupilli an possit esse tutor?
- 9 *Intellectus Nouellæ 72. an sit rectus?*

#### QVÆST. LXXXVII.

1 Cessio facta hæredi cum beneficio inuentarij à creditore hæreditario an valeat ad excludendum posteriores creditores? *Montan. coutrou. 60. nu. 2.* pro hærede tenet, & decisum in *S. C.* refert, nempe lucrum cessum esse proprium hæredis aduersus creditores, & scripsi supra *qu. 19.* idque si hæres soluat de sua pecunia, & transgat, secus si dederit pecuniam hæreditariam, vel aliam rem hæreditariam, quia cessio tunc proficiat hæreditati, non hæredi, nec creditor cessisset, si hæres sibi non dedisset rem illam hæreditariam, & ita consuluisset tradit *Montan. nu. 2.*

2 Præsertim vbi cessio reportatur à possessore, & reo se tuendi gratia, quia tunc non potest repelli cessionarius oblatione, & solutione summæ solutæ, vt *Gabriel cons. 67. lib. 1. nu. 7. Olea tit. 6. qu. 10. Reg. de Fonte consil. 67. lib. 1.*

3 Contrarium arguitur ex eo, quod hæres beneficatus dicitur legalis administrator, prout etiam hæres grauatus, vt *D. Reg. Rouit. dec. 48. nu. 11. & seq. D. Reg. Latro consult. 63. nu. 67.* vnde non intrat actionum confusio, & in vna persona actio, & passio datur. Consequenter non potest reportare cessionem ad proprium commodum pro supplantanda hæreditate; prout neque tutor, vel alius administrator contra pupillum, vel alium sub eius administratione viuentem ex deductis per *Craueti. cons. 129. num. 10. & 11. Menoch. cons. 1225. nu. 3. D. Reg. Galeot. lib.*

2. *controu. 63. nu. 5.* & alios ita arguuntur in specie *D. Card. de Luca de fideicommissis. disc. 172. nu. 6.*

Non obstat, quod cessio potest reportari à possessore ad effectum se tuendi in possessione pro summa cessa etiam modico dato, nam procedit quando quis iusto titulo reperitur in possessione rei, in qua timeat molestias ad confirmandam suam possessionem, secus in hærede beneficiato, qui consideratur uti administratur, vel in hærede grauato affectante cessionem ad euertendum fideicommissum, ita *de Luca nu. 10.*

- 4 Sollemnis est quaestio de tutore, vel curatore, an reportare possint à creditoribus minoris iurium cessionem contra pupillum, vel minorem soluendo debitum minoris, vel redimendo censum per minorem debitum?

Regula est certissima, quod tutores, vel curatores non possunt recipere cessionem à creditoribus pupilli contra eundem, *Auth. minoris debitor, C. qui tut. dar. poss. desumpta ex Nouella 75. cap. 5.* & ex epigrapha ibi: *Curatores nullo modo recipiant cessiones.*

- 5 Acerrimè disputatur, an procedat regula quando debitum pupilli esset clarum? & licitam esse cessionem, defendunt *Pratus ad Paschal. de patr. pot. par. 1. cap. 3. nu. 13. Olea tit. 2. qu. 6. nu. 13. Consil. Roccus respons. 63. nu. 1. Oliban. de act. par. 2. lib. 1. cap. 4. nu. 32.*

Contrarium viriliter sustinet *Andreol. contr. 419. à nu. 3. qui uu. 4. pro hac opinione recenset Bar., Bald., Salic., Angel., Montan. de tutor. Galgan. Parlador. Fabrum, & alios, & ita resoluit aduersus Oleam, & asseclas Academia Louariensis. impressa penès Andreol. & post Oleam decis. 51.*

- 6 Mouentur *Andreola, & alij*, quia *d. Nouell. 72.* indistinctè prohibet omnem cessionem, & etiam ex iustis causis, ibi: *Et infirmum esse volumus, quod agitur, & non posse ullam actionem cessam valere, sed prorsus infectam esse, & lucrum fieri adulescentis, licet hæc cessio pro veris causis facta sit.* Prætereà licet appareat de credito claro, & liquido à principio, id concludit de tempore crediti constituti, nō

autem sequitur, quod illud debitum postea non fuerit solutum, & potuit extingui per apocas de recepto, & finis *d. Auth.* fuit, non solum obuiare actui, sed etiā potentia actus, & nedum vitare fraudem, sed etiam fraudis periculum.

- 7 Ad hæc quia alias pro minori summa posset fieri cessio tutori, quæ regulariter in debitis claris permittitur, secundum *DD. in l. ab Anastasio, & l. per diuersas, C. mandat.* Et tamen in persona tutoris cessio pro minori summa prohibetur, ut dicitur in principio *d. Nouella*, ibi: *Aut paruo pretio cessiones accipientes.*

- 8 Vltèrius quia debitor, aut creditor pupilli tutor esse nequit, *Auth. minoris debitor, C. quando mulier tut. off. fug.* Et licet plures limitationes adducant *Scribentes, & signanter Montan. de tutor. tractat. 1. tit. 9. nu. 75. & cap. 35. nu. 10. & cap. 10.* vbi tamen declarat eas non procedere in debito ex cessione, indistinctè negans, posse creditorem esse tutorem.

*Senatus Louaniensis num. 29.* extendit prohibitionem reportationis cessionis ad tutorem, & curatorem non administrantem *ex Accurs. in d. Auth. minoris, verb. suscipiat. ex Angel., Salic., & alijs.*

Laudat idem *Senatus nu. 30. Bart. in d. Auth. minoris, num. 7.* docentem, quod si creditor pupilli taceat, præter actionis iacturam priuetur etiam tutela, ibi: *Quia est suspectus in suspicionem iuris, & de iure. Nec obstat, quod cessante causa cesset effectus. Nam hoc est falsum, quia priuatur propter suspicionem.*

Ampliat, ut tutor suspiciendo cessionem, ipso iure, & facto actione cadat, adeò ut si pupillus soluerit possit condicere.

- 9 Neque conturbat, quod *Authentica* prohibitio sit intelligenda de cessione iuris controuersi tantum, non indubitati, & clari, in quo nulla sit occasio delinquendi. Quia clara, & indubitata dici nequeunt, quoties de fraude potest dubitari, & debet remoueri potentia fraudis, & licet æquum sit, ne quis cum aliena iactura locupletetur, attamen æquius est, ut fraudis nulla supersit occasio.

*Doctores* contrarij intelligendi sunt, quando tutor palam, & bona fide cessionem

nem reportauerit, hoc est cum decreto Iudicis, vel autoritate contutoris, vel consanguineorum, iuxta *l. 5. C. de contrab. empt.* & sunt, qui dicunt, copulatiuè requiri interuentum contutorum, & decretum Iudicis, *Surd. conf. 9. num. 40. Guttier. de tutel. par. 2. cap. 5. nu. 6.* ità loquitur *Pratus*. Præsertim si non voluntariè cessionem suscepit, sed coactus fuerit pupillus soluere, & tutor suis pecunijs proprijs soluerit, & cessionem habuerit.

Facit nam quando tutor post susceptam tutelam succedit creditori pupilli, tunc adiugendus erit curator, iuxta *Nouellam 72. §. sed & si quis*, vt *Senatus. Lauaniens. nu. 74. & 84.* Et non potest argui ex credito ex hæreditate ad creditum, ex cessione, non enim quia per successionem tutor potest fieri creditor, ità pariter per cessionem.

### ARGUMENTVM.

Creditore simpliciter cedente ratam sui crediti, & cessionario cedente cum clausula, vt non officiat cedenti directè, nec indirectè, nec in concursu, vtrum secundus cessionarius graduetur eodem loco, quo cedens, dum primus cessionarius antefertur secundo cessionario? Cedens iura anteriora an cefsisse intelligatur prælationem contra se ipsum? Soluens primo cessionario post cessionem factam secundo an liberetur, vel soluat cedenti post cessionem in ampla forma translatiuam omnium iurium, per quam cedens expressè nihil sibi referuauerit? Quid tandem si per plures annos soluerit census cessionario?

### S V M M A R I V M.

- 1 *Cessio qualificata secundi cedentis an suffragetur primo creditori, qui simpliciter cessit?*
- 2 *Cessionarius vti procurator cedentis an etiam censeatur qualificate cessisse?*
- 3 *Iura minus fortia cessa sunt secundo cessionario.*
- 4 *Primus cessionarius censeatur sibi prospexisse etiam ad utilitatem concurrentis cum ipso.*

- 5 *Secundus cedens, vt vincit secundum cessionarium, ità primus vincet secundum cessionarium.*
- 6 *Cessio anterioritatis an importet prælationem cessionarij respectu cedentis?*
- 7 *Soluens secundo cedenti an iterum soluere teneatur secundo cessionario?*
- 8 *Soluens cedenti post cessionem in ampla forma vtrum liberetur?*
- 9 *Quid si per plures annos debitor soluit census cessionario, an validè extinguat censum cum cedente?*

### Q V A E S T. LXXXVIII.

I **C**essione primo loco facta simpliciter per cedentem partè crediti, si deindè cessionarius alteri cedat cum præseruatiua, vt *cessio non officiat cedenti nec directè, neque indirectè, neque in concursu*, concurrente postmodum secundo cessionario cum primo cedente, an præferatur primus cedens eodem modo, quo vi dictæ clausulæ præferretur primus cessionarius secundo? Aduersus secundum cessionarium facit, quod sicut primus cessionarius non transfert in secundum, nisi iura, quæ à primo adquisiuit, ità secundus non poterit habere plus iuris contra primum cedentem, quam habeat contra primum cessionarium, ex regula *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* Et sic si cum primo cessionario non concurrat, neque concurrat cum primo cedente.

2 Prætereà quando primus cessionarius cessit cum dicta clausula præseruatiua, tunc repræsentat personam cedentis, & cessionarius dicitur procurator sui cedentis, quamuis in rem propriam, & ad sui vtilitatem, *Dec. consil. 349. nu. 10. Surd. consil. 4. nu. 38. Gratian. discept. 50. num. 12.* Itaque si apposuit clausulam, quod non officeret cessio in concursu, illam etiam vti procurator primi cedentis apposuit, ideòque repræsentans iura vigore illius cessionis, non repræsentabit, nisi absque concursu cum primo cedente, qui illa clausula iuuabitur, vt à suo procuratore adiecta, *l. quacumque, ff. de procur.*

3 Argumentari posset secundus cessionarius contra primum cedentem, quod iste concursus exclusus per dictam clausu-

fulam sit cum primo cessionario, non autem cum primo cedente, neque debeat suffragari alteri, quam primo cessionario cedenti, qui sibi cauit, vel alteri, qui ab eo habeat causam. Atqui primus cedens non habet causam à cessionario, nec primus cedens potest uti iuribus cessionarij, nisi ad utilitatem ipsius cessionarij, non verò ad beneficium ipsius cedentis, ut *D. Præs. Merlin. cent. 2. controu. 31. n. 13. & 20. Carleual. de iudic. 10. 2. disputat. 16. nu. 8. Olea tit. 8. quest. 2. nu. 17. & seq.*

E' contrariò replicari poterit, quod si primus cessionarius non habet fortiora iura cedente, secundus cessionarius qui non concurrat cum primo cessionario vi dictæ clausulæ, neque concurrat cum cedente. Adhæc iura, quæ primus cessionarius cedit, sunt minus fortia iuribus, quæ apud ipsum primum cessionarium remanserunt, & ea, quæ remanserunt, sunt æqualia iuribus primi cedentis. Iura nunc quæ habet secundus cessionarius semper erunt minus fortia iuribus primi cedentis, & licet iura eadem primi cessionarij transeant in secundum vigore cessionis, transeunt tamen eum qualitate limitata, & restricta, ac affectione illius clausulæ, cuius vigore iura, quæ transeunt, sunt minus fortia, proindè sicut habet iura minus fortia iuribus primi cessionarij, ita etiam habebit minus fortia primi cedentis.

4 Primus cedens licet si quæstionem haberet solum cum secundo cedente, cum ipso concurreret; Tamen quia primus cessionarius voluit iura secundi cessionarij esse minus fortia, eandem prælationem, qua sibi prospexit primus cessionarius per cessionem cum dicta clausula præseruatiua, prospexisse etiam intelligitur in utilitatem concurrentis cum ipso scilicet primi cedentis, ex *text. in l. 2. S. obijcitur in fin. & S. si sit consanguinea, ff. ad Tertullian.*

Conducit, quod primus cedens non vincitur à secundo cedente, & iste vincit secundum cessionarium. Ergo pariter primus cedens vincet secundum cessionarium, cum æqualis gradus, & virtutis sit secundi cedentis.

5 Conuenit, quod si concurrerent simul

primus, & secundus cedens, & secundus cessionarius, tunc resultaret absurdum, si primus cedens graduaretur eodem loco cum secundo cedente, & iste haberet antelationem secundo cessionario, cum quo etiam pro eodem credito, eodemque iure etiam graduaretur primus cedens, & adesset repugnantia, nam primus cedens haberet, & non haberet eundem locum eum secundo cedente. At profundius pro decisione est examinanda quæstio.

6 Cessa anterioritate per creditorem cedentem, an cessio anterioritatis importet, ut cessionarius præferatur cedenti? Dicendum videtur, quod sic ex *l. Paulus, ff. de remiss. pign. Salgad. in labyr. par. 2. cap. 4. & par. 3. cap. 13. S. unico, num. 85.* & cessio iure anteriore, ita videtur cessum ius anterius, ita ut posteriora iura infæcunda, & sterilia penès cedentes pro reliqua summa remaneant *Dom. Reg. de Ponte consil. 84. num. 11. & seq. tom. 2. Mastrill. decis. 28. num. 11.* Ac me iudice hoc est manifestum æquiucum, nam ex eo, quod aliquis mutuet ad dimittendum creditorem anteriorem, & adquirendi iura anteriora illius, non ideò subingrediens antelationem habebit creditori cedenti pro reliqua summa, in qua remanet creditor.

7 Dubitari potest in materia cessionariorum, an soluens secundo cedenti post cessionem alteri factam liberetur per solutionem factam primo cessionario? Ratio hæsitandi est, quia primus cessionarius habet solum utiles actiones, quibus cassis nihil penitus remansit, ut de hac differentia inter cessionem primi, & directi creditoris, & secundi cessionarij, *Olea tit. 8. quest. 2. nu. 27.*

8 In casu fortiori soluens cedenti post cessionem factam alteri conceptam per verba ampla, et prægnantia omnium actionum translatiua malè soluit, et ad iteratam solutionem cogitur à cessionario, remanente soluenti actione contradentem ad indemnitate, seu releuationem, ut explicitè firmat *Salgad. in labyr. par. 1. cap. 27. num. 62. Surd. consil. 22. nu. 36. Cencius quest. 67. nu. 6. & quest. 109. num. 31. D. Præs. Merlin. contr. 32. tom. 2.*

Contrarium verius probat *Cardin. de Lu-*



*Luca lib. de credit. quæst. 70. num. 8. per tot. ex receptissimo principio vt cessante inhibitione legis, vel hominis sufficiat distrahere cum eo, cum quo contractum est, et solutio facta procuratori reuocato liberat soluentem ignarum reuocationis, vt fusè hæc omnia comprobatur Olea tit. 1. quæst. 1. num. 45. & seqq.*

- 9 Maior difficultas esset si debitor cessus per plures annos soluisset census, vtrum deindè redimendo censum cum cedente, et principali creditore, illum extinguat, et liberetur?

Effectiua solutio plurium annorum an inducat scientiam cessionis, et malam fidem, et probabilem suspicionem supplantandi tertium? Dicitur potest, debere esse explicitam scientiam speciei cessionis; quia possunt cedi fructus census per aliquot annos sine cessione fortis. Similiter potest esse cessio simplex pro soluendo, & cessio in solam gratiam cedentis, & quod nihil intersit, an nomen cessum exigatur nec ne; vel quod interesse sit modicum, quale considerari solet in exactore, vel administratore. Et his casibus parum refert huiusmodi quæstiones assumere, quoniam siuè per veram, siuè per fictam solutionem debitor cessus liberetur, nihil vel parum interest cessionarij, ideòque non subest congrua ratio denuò molestandi debitorem iam liberatum. Vnde potius imputandum est cessionario si obtenta cessione formiter inhibere neglexerit, ita *Card. de Luca disc. 70. de cred. & debitor.*

#### ARGUMENTVM.

Nouus census creatus ex pecunia extraneantis pecuniam ad subingrediendum, & reportandum cessionem iurium an possit allegari nullus, si antiquus exceptionem patiebatur? Certant *Molina, Capiblanco, Nogueroles, Salgado, & Dom. Reg. Rouitus*, & refertur decisio Regiæ Cameræ. Conciliatio *Olea*, an nouus contrahens sit cessionarius, vel non? & *Dom. Regens de Marin*. declaratio.

#### SVMMARIVM.

- 1 Nouum censum pro extinguendo antiquo nulliter creato iudicauit Regia Came-

ra, iuxta *Molin. & alios validum.*

- 2 Nouus contrahens non debet esse curiosus, an primi census patientur defectum.  
3 Salgadu militat contra *Nogueroles*, & alios.  
4 Auendanus stat pro *Salgado*.  
5 Recensentur impugnantes *Molin. & decisiones*.  
6 Distinguit *Olea* si nouus contrahens sit cessionarius, vel non.  
7 Declaratio *D. Reg. de Marin*.  
8 Componit diffidium *Salgado*.

#### Q V A E S T. LXXXIX.

- 1 **N**ullitas contractus, quæ possit opponi contra cedentem, an obstat cessionario; & iura cessa transeant cum sua qualitate, et causa? Negatiuam opinionem probat *Nogueroles. allegat. 2. à nu. 55. & allegat. 32. à nu. 84.* qui ex *Farin. & Capibl.* firmat, nullitatis exceptionem, quam primus census patiebatur, aduersus nouum censum allegari non posse, et sufficere, vt tempore redemptionis, et subrogationis census validus iudicaretur, additur *Seraphin. dec. 1109.* exemplum est, si possessor Maioratus Regiam facultatem habeat, vt possit ad aliorum censuum extinctionem mutuas accipere pecunias, et subrogare mutuam in locum priorum creditorum, si census aliquis fuerit redemptus ex his, quos Maioratus soluebat, qui nullitatem aliquam patiebatur, nullitatis exceptio non poterit opponi illi, qui in sui fauorem transtulit censum. Simile exemplum est, in censu vendito per Vniuersitatem ad finem affrancandi census antiquos, et subingrediendi in locum antiquorum; quia licet nulli sint primi contractus, tamen noua censuum constitutio valebit, si cum Assensu Regio inita fuerit; vt decisum per Regiam Cameram refert *D. Reg. Rouit. in cons. 64. lib. 1.* ipso pro Vniuersitate patrocinate in casu fortiori, quo non aderat Assensus in antiquis creditis censualibus, et nihilominus iudicatum fuit contra Vniuersitatem, quæ fuit condemnata ad soluendum suo creditori, ne dum tertijs in futurum, sed etiam pro præterito,

rito, idque ex doctrina *Molina de primogenijs lib. 4. cap. 3. nu. 20.*

- 2 Creditores dimissi an habeant Assensum vel non, seù an validi sint contractus, vel non, nouus contrahens non tenetur inquirere, nec debet esse curiosus vt *Molin. vbi supra, quem referunt, et sequuntur Gratian. discept. 45. nu. 25. Surd. decis. 156. et ibi Hodiern. Giurb. decis. 88. nu. 15. Castil. decis. 205. D. Card. de Luca lib. de credito discurs. 59.*
- 3 Contrarium defendit *Saldag. in labyr. credit. par. 2. cap. 17. à nu. 46.* vbi nominatim contra *Farin., Capibl. & Nogueros.* vult nullitatem, quam patiebatur primus census impositus super bonis Maioratus, obstare ei, qui cum Regia facultate dedit pecunias pro illius extinctione, vt sibi nouus census crearetur ad minores redditus, nisi probaretur primum censum in vtilitatem Maioratus versum fuisse, vel nisi nullitas primi census expressè vel tacitè per Regiam facultatem suppleretur.
- 4 Accedit *Auendan. de censib. cap. 64. à nu. 9.* vbi quod ad hoc, vt qui virtute Regiæ facultatis dant pecunias, vt dimittantur creditores super bonis Maioratus, securi sint, et in eorum iura succedant, debent curare, vt pecuniæ in eum finem conuertantur, et quod credita sint certa, et verissima.
- 5 Impugnant similiter *Molinam, et Surdum* plures, vt *Manent. in decis. 31.* referens ità decisum, et in *cons. 17. Rot. penès Bich. in dec. 175. nu. 12.* vbi etiam refertur alias de anno 1641. iudicatum in *Bononien. fideicommissi* improbata *Surdi* sententia, et facit *dec. Rota 28. num. 5. & 6.* post tractatum *Cencij de censib. & decis. 383. par. 12. recent.*
- 6 Componit dissidium *Olea tit. 4. qu. 1. num. 33. vers. cui verissima resolutioni.* Aut qui emit censum à creditore, vt in eius locum, et ius succedat, mutuando sine Regia facultate pecunias possessori maioratus pro dimissione primi creditoris cum pacto de subingrediendo in eius locum, quia tunc verè cessionarius esset prioris census, consequenter in eum transfret cum sua qualitate, cum sit translatus, et cessionarius illius prioris cen-

sus, et proindè debet ei obstare nullitas, quæ obstaret cedenti, et transferenti; Aut prior census cum Regia facultate creatus, nouæ facultatis virtute extinguitur et alter ad minorem reddituum rationem fundatur ad fauorem, eius, ex cuius pecunijs dimissus fuit primus creditor, hæc noua census impositio non dependet à prima facultate, seù secunda, quia non debet esse curiosus, in quam causam conuertantur pecuniæ, sed securus manet, licet postea accipiens pecunias, eis abutatur, vt ex *Molina, & alijs Castil. de alim. cap. 36. §. 3. à nu. 6. & 34. Barbosa. in votis decis. lib. 3. voto 118. à nu. 27. Larrea allegat. 75. num. 4. 5. 16. & 17. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 77. num. 12. & seqq.* defendit *Reg. Rouit. d. cons. 64.* Adducta differentia inter ementem ab Vniuersitate priuilegiata, & inter ementem à possessore Maioratus non priuilegiato. Vniuersitas enim est priuilegiata ad instar minoris, quæ cum læditur, in integrum restitui potest, & proindè cautus debet esse cum illo contrahens, *l. 1. & 2. C. si aduers. credit.* Saluat beneuerum decisionem Regiæ Catheræ contra opinionem *Reg. Rou. si in facto constabat, quod pecunia illius creditoris, qui sine assensu contraxerat, & qui deindè fuit dimissus, verè conuersa erat in vtilitatem Communitatis, nam licet assensu carebat, at tamen impetrari potuisset, & sic ex æquitate saltem Vniuersitas tenebatur.*

- 8 Ità etiam distinguit *Salgad. par. 2. cap. 17. nu. 63.* Aut pecunia creditoris dimissi probatur versa in beneficium Vniuersitatis, vel minoris, & tunc secundus census ad effectum extinguendi primum nõ habentem assensum sit validus: & ità procedant *Rotæ* decisiones, & *Capiblanc. & Nogueros.*

## ARGUMENTVM.

Cessiones iurium, quæ per Fiscum, vel Regiam Cameram Apostolicam fiunt, an subiaceant Constitutionibus *Anastassij, & Iustiniani*, & cessionarius pro modica summa nequeat exigere totum? Constituantur exempla, & refertur praxis. Cumulantur limitationes, in quibus non pro-

procedunt, *l. per diuersas*, & *l. cum ab Anastasio, C. mandati*. Quid de possessore iniusto, vel emptore hæreditatis opulentæ pro modico pretio?

## S V M M A R I V M.

- 1 *Cessionarius iurium Fisci, vel Camera Apostolicæ pro modico an possit exigere totum?*
- 2 *Exemplificatio quæstionis.*
- 3 *Quid de extraneo cessionario.*
- 4 *Rationes sententiæ aientis pro cessionarijs.*
- 5 *In debitis claris cessunt, l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mand.*
- 6 *Possessor, vel emptor iniustus pro modico non agit pro toto.*
- 7 *Fideiussor pro modico agit.*
- 8 *Emens opulentam hæreditatem pro modico pretio an sit litium redemptor?*
- 9 *In cessione futuræ litis an militet Anastasiana Constitutio?*

## Q V A E S T. X C.

1 **C**essiones iurium, quæ per Fiscum, vel Regiam Camera Apostolicam fiunt, an subiaceant Constitutionibus *Anastasi*, & *Iustiniani* cautibus, ut cessionarius pro modica summa numerata, nequeat exigere totum creditum, & integram summam, sed solum pro quantitate verè numerata, ut in *l. per diuersas*, & *l. ab Anastasio, C. mandat.* ? Necessaria est hæc quæstio, nam frequentissimæ sunt huiuscemodi cessiones Fisci, & Regiæ Camera Apostolicæ.

2 Passim fit per Camera Apostolicam occasione spolij, vel successionis Camera in fructibus beneficij inexactis per defunctum beneficiatum, vel Prælatum, id proueniens ex eo, quod fructus inexacti dicantur pars ipsorum bonorum, ideòque pertineant ad Ecclesiam illorum dominam, ubi agitur de illis fructibus, in quibus beneficiatus (qui viuens assimilatur usufructuario, moriens autè usufructuarius) fouet causam lucratiuam, non autem onerosam, ut in distributionibus quotidianis. Potissimè verò, & facilius, ubi agatur de huiusmodi fructibus civilibus inexactis, in quibus beneficiato

diligentias adhibente, in quibus videtur admittenda transmissio ad hæredes, cum non urgeat illa ratio, quæ intrat in naturalibus, ut sint pars bonorum. At quoniam *Camerales* in praxi has distinctiones non admittunt. Hinc proindè vsus inualuit, quod beneficiati hæredes curant se componere, atque cessiones iurium Camera reportare, ut etiam aliqua priuilegia Camera competentia obtineant pro iisdem fructibus recuperandis. Vnde propterea non videntur subiacere præfatis constitutionibus, tanquam actus dicantur potius necessarij, quam voluntarij, ad redimendas molestias, & accedat probabilis, & iusta causa, & cessio iurium modicæ summæ solutione obtineatur potius iuris proprij confirmandi gratia, & ad tollenda impedimenta, quæ de facto præstarentur à Camera Apostolica.

3 Coeterum ubi etiam de penitus extraneo cessionario ageretur, qui nullum ius habens in huiusmodi fructibus, vel iuribus voluntariè, atque ad industriam soluta certa summa, iurium Camera cessionem obtinere curaret. Adhuc tamen inconcussus est notorius Camera Apostolicæ stylus admittendi huiusmodi compositiones, quoties id consanguinei hæredes negligant. Neque vnquam praxis docuit, ut huiusmodi legum dispositio admissa fuerit, iuxta *Dom. Card. de Luca lib. de credit. disc. 149. num. 6.*

4 Rationes sunt, quoniam agitur de cessione Principis, qui iure priuatorum metiendus non est, cum etiam aliena bona donare possit, adeò ut eius cessionarius etiam à Domino tutus reddatur ad terminos *text. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript.*

Prætereà eatenus harum legum dispositio intrat, quatenus adaptetur ratio, cui innixæ sunt, ut scilicet illæ lites, quæ penès minus potentem, siuè ad eas minus aptum quiescerent, ita excitentur per cessionarios, magisque potentes, vel magis litibus aptos. Hæc autem ratio non congruit Fisco, vel Camera Principis, qua longè potentior est, magisque priuilegiata in litium prosecutione, ideòque pro huiusmodi cessione nullum

colliganti præiudicium infertur, neque eius conditio deterior efficitur, sed potius melior, atque propterea cessat istarum legum ratio, vnde de consequenti cessare debeat dispositio ex vulgata regula, vt per *Barbos. axiomat.* 197.

Vltcrius, quoniam cum huiuscemodi iura Cameræ delata, vt plurimum eidem, eiusque Officialibus tanquam accidentaliter obuenta ignota esse soleant, atque catenus detegi, quatenus id agant frequentius illi, qui se componere velint, atque cessiones reportare cum aliquo lucro, quod ad hunc finem studiosè per Camerales libenter conceditur. Hinc proinde si ista aperiretur porta practicandi huiusmodi legum dispositionem, id tenderet in magnum eiusdem Cameræ præiudicium, quoniam nemo hæc iura detegeret, neque cum ea se componeret.

Imò ad hunc finem Camerales in huiusmodi occultis iuribus latè se agunt, vt etiam simplicibus denunciatoribus notabilem quotam condonent, quod etiam pia loca id praticare solent, ideòque ex pluribus in hac specie cessionis dictarum legum dispositio non est practicabilis, & meritò dictus vsus inoleuit. Sibi que imputent colligantes, cur hanc etiam viam non tenuerint, atque ita se liberare à lite non curauerint cum solutione illius modicæ summæ, quam cessionarius, seu transfactarius soluit, ita *Cardin. de Luca vbi sup. per tot. & num. 2.* tradit hoc iure vti, nec vsu receptam dispositionem dictarum legum in cessionibus iurium Fisci, vel Cameræ Apostolicæ.

5 Si debitum sit clarum cessant dictæ Constitutiones latæ ad coercendos voluntarios litium redemptores, qui cartas veteres reuoluendo pro modico pretio iura turbida, & litigiosa, de facili obtinentes aliena captare, & lites succitare student, quæ ratio cessat in iuribus certis, cum tunc nulla iniuria fiat debitori, *Card. de Luca disc. 60. Olea tit. 6. qu. 10. nu. 55. D. Reg. Latr. dec. 137. nu. 55.*

6 Possessor qui emit habita fide de pretio sine sollempnitatibus, si deinde pro modico cessiones obtineat, nequit eis vti pro integra summa, nam violata fide iure intrusi, vel spoliatoris habentibus est,

ita fraudulenter aliena captando, & proprio auctori quæstionem refricando contra *l. si quis eundemtionis, C. locat. Cardin. de Luca disc. 60. nu. 13.*

7 Fideiussor qui cassis iuribus totum creditum non soluit, potest integrum exigere, *Reg. de Pont. conf. 76. & 77. Cencius de censibus quæst. 72. nu. 12. Olea nu. 53. & 62.* nam suspecta non est hæc cessio, & sufficit confessio de recepto, nec audiendus sit debitor principalis, si velit probare, pecuniam non fuisse numeratâ, *Gratian. disc. 286. nu. 8.*

8 Emens minimo pretio opulentiam hæreditatem, si hanc non possideat dicitur redemptor litium secundum *Bart. in d. l. per diuersas, n. m. 23. & Parlador.*, quos refert, & sequitur *Olea num. 59.* contra *Bald.* & alios, quos sequitur *Cancer. par. 3. var. c. 1. nu. 164.*

9 In cessione futuræ litis, quia incerta, & dubia actio transfertur, locum habet *Anastasiana* Constitutio, & non poterit cessionarius consequi, quamquod reuera numerauit, *Menoch. lib. 3. præf. 129. à nu. 11.* post alios *Olea d. qu. 10. nu. 66.*

Proxima *d. l. ab Anastasio* est materia pacti de quota litis, vt *Fontanell. dec. 179. nu. 8.* qui refert casum, in quo vni aduocatorum opponebatur in Senatu fecisse pactum cum quodam clientulo per mediam personam fratris, quo is promittebat suscipere onus mouendi, & ducendi causam contra quendam suis expensis, cum hoc quod obtenta victoria in primis illæ restituerentur ex massa cõmuni, & reliquum quod inde proueniret, diuideretur æqualiter inter eos, & non apparebat inter fratres deinde aliquis contractus, vel aliqua declaratio. Beneuerum Aduocatus frater patrociniatus fuit causam, & alius frater nomen præstitit, & proinde erat supposita persona, & sicut aduocatus nequit per se, ita nec per personam interpositam, *l. hac ratio, S. vlt. ff. de don. inter vir. & vxor.* vbi prohibetur donatio inter virum, & vxorem, ita etiam si supponat coniux aliam personam, & est regula generalis, vt latè *Fontanell. claus. 5. glos. 8. par. 4. num. 10. & 11.* Eò magis quia frater Aduocati erat rusticus, & absens à tribunali. Addebatur, pactum

paſtū reprobari in quolibet tertio, iuxta *Menoch. de arbitr. cas. 522.*

Applicabantur *d. l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio*, quia iſte pacificens ſub prætextu ſumptuum, quos promiſit expendere ad conſequendam victoriam, licet obtinuerit promiſſionem de dimidia lite, tunc de medietate eius, quod reſultabat ex lite, id non licebat, ſed verus dominus abſoluendus veniret reſtituendo expenſas.

Occurrit tamen ſingulis *Fontanell. in deciſ. 180.* ſignanter quod in caſu propoſito non adſuerit ceſſio, nam lis agitata fuit nomine veri domini. Vnde non militat Conſtitutiones *Anaſtaſij, & Iuſtiniani.*

Aduertit beneuerum *Fontanell. n. 10.* exceptionem iniuſtitie pretij, & ceſſionis contra dictas Conſtitutiones non fuiſſe oppoſitas per reum, ad quem ſolum ſpectabat. Rectius quia debebat opponi, vel ante litem conteſtatam, iuxta *Fabrum, C. mandat. def. 10. Arias de Meſa lib. 1. cap. 24. nu. 7.* vel ante ſentenriam iuxta *Oleã d. qu. 10. nu. 73.* Ratio euidentis eſt, quia lata ſententia fauorabili pro aſtore, non poteſt dici lis iniuſta, nec ceſſionarius ſuſcepiffe cauſam iniuſtam, nec uſus malis artibus fuit, vt vinceret *Fontanell. n. 20.*

### ARGUMENTVM.

Renunciatio ſapè trahitur ad ceſſionem translatiuam, nunquam repudiatio. Quæſtio valde vtilis ad dignoſcendum an proſit acceptanti ſolummodo, vel omnibus, vt ſi ſoror renunciauit vni ex fratribus præſenti, & acceptanti hæreditatem paternam, & maternam an acceptatio inducat donationem ſororis ad fauorem præſentis, & acceptantis, dum donatio fit præſenti. Quid ſi renunciet gratuito contemplatione vnius? aut fiat renunciatio per modum paſti? Quando ceſſio fit translatiua, declaratur *dec. 14. Præſ. de Franch.*

### SVMMARIVM.

- 1 *Ceſſio translatiua dicitur renunciatio, ſi hæc tanquam repudiatio non valeret, exemplificatur.*

- 2 *Ceſſio translatiua dicitur renunciatio, qua fit poſt aditam hæreditatem.*
- 3 *Verbum repudion nunquã denotat translatiuam iurium.*
- 4 *Frater ante aditionem renuncians vni ex fratribus acceptanti an proſit alijs, vel ſit ceſſio, aut donatio?*
- 5 *Quid ſi ex coniecturis conſtet velle prodeſſe acceptanti?*
- 6 *Renunciatio per viam paſti an proſit ſolum paciſcenti?*
- 7 *Verba cedo, vel dono an ſint translatiua?*
- 8 *Occurritur dec. 14. Præſ. de Franch.*

### QVÆSTIO XCI.

- 1 **R**enunciatio quando trahatur ad ceſſionem. Et è contra ceſſio ad renunciationem? Illuſtris, & fructuoſa eſt quæſtio. Filia ſi renunciauit patri acceptanti pro ſe, & hæredibus bona materna, quia reſpectu patris eſſet inutilis renunciatio, ſi tanquam repudiatio valeret, cum pater vti extraneus, nec ſimul cum filijs ad vxoris hæreditatem vocetur, nec per conſequentias poteſt habere ius accreſcendi, quippè quod illis tantum comperit, qui aliquam portionem habent. Ideò renunciatio hæc valet iure ceſſionis, & donationis, & conſequenter cedit commodo patris, & hæredum illius, qualeſcumque illi ſint, *Paul. de Caſtr. conf. 252. nu. 2. lib. 1. Boer. dec. 184. num. 4. Gabriel. conf. 135. nu. 1. lib. 2. Menoch. conf. 6. nu. 16. Surd. conf. 244. nu. 7.* Itaque ſi filia primi matrimonij renunciet patri pro ſe, & ſuis hæredibus acceptanti bona materna, poſt patris obitum proſicit illa renunciatio non ſolum alijs liberis primi matrimonij, verum etiam ſecundi, quia cum renunciantis portio fuerit in hæreditate patris tanquam ei acquiſita, debet per conſequentias inter omnes hæredes pro portione hæreditaria diſtribui, ita *Doctores ſupracitati, & Bellon. de iur. accreſc. c. 5. qu. 58. num. 21. & ſeqq.*

Quoties actus, qui per viam ſimplicis renunciationis geritur, talis eſt, vt ex eo contrahentes finem ſuum non conſequerentur, niſi renunciatio ſimul translatiua iuris eſſet, renunciatio pro ceſſione ha-

- betur. Quia propter verba liberationis, & remissionis iuxta contrahentium præsumptam voluntatem cessionem, & translationem iurium important, elegans est, *tex. in l. si actionem, C. de pact.* vbi renunciatio legati, quæ propter merita vnius ex hæredibus fit, non simplicem abstentionem inducit, sed potius translationem in fauorem hæredis benemeriti, & cessionem translatiuam inducit, quoties fit contemplatione alterius, *Casanat. cons. 10. à nu. 75. Olea tit. 1. qu. 2. num. 26.*
- 2 Rectius distinguendum est. Aut renunciatio fit post quæsitam à renunciante hereditatem, & tunc omnes fatentur, portionem renunciantis deberi, quasi donatam, & illi tantum applicari, cui facta est *Paul. de Castr. in l. si actionem, nu. 2. & ibi, Alex. n. 2. C. de pact. Guid. cons. 446. Bellon. ob. supra num. 1.*
- 3 Planè concipi debet per verbum *renuncio*, vel *cedo*, aut id genus aliud, quod denotet translationem, nam si fieret per verbum *repudio*, nullius esset momenti renunciatio, quia nec vt repudiatio valeret, cum id, quod acquisitum est, repudiari nequeat *l. 1. §. decretalis, ff. de success. edict. Bellon. nu. 5.* nec possit valere vt donatio, cum aliud sit repudiare, aliud donare, *Paul. de Castr. cum l. sicut num. 3. C. de repud. hæred. Bellon. nu. 5.* At ego aliud sentirem, si repudiaret quis ad fauorem alicuius ex *l. si actionem*.
- 4 Alter casus est, quando frater renunciavit vni ex fratribus præsentem, & acceptanti hereditatem paternam, vel maternam, quam ipse nondum acquiserat, & non ex verbis, neque ex coniecturis constat, eum voluisse donare fratri præsentem, aut eius contemplatione, & affectione particulari talem fecisse renunciationem. Et tunc verius, & receptius est, portionem renunciantis, non solum fratri recipienti, sed etiam alijs omnibus accrescere, *Bald. in l. pactum nu. 6. & ibi, Paul. de Castr. nu. 5. C. de collat. Costa de portion. rata quæst. 49. num. 4. & habetur pro repudiatione, Bellonus nu. 4.*
- Difficultas oritur ex eo, quod renunciatio facta præsentem, & acceptanti non debeat censerem iure repudiationis, sed potius iure donationis, cum donatio est, quæ requirit præsentiam donatarij, quippe quæ absentem, & ignorantem fieri nequit, *l. absentem, ff. de donat.* Secus in repudiatione. Respondetur, non esse donationem, quia hæc requirit præcedentem aditio-dem, & acquisitionem, cum nemo det, quod non habet. Fratris autem præsentia adhibita ex abundantia, non alterabit naturam renunciationis, ita *Paul. de Castr. in d. l. 1. §. inde Neratius num. 2. & in consil. 252. lib. 1. num. 1.*
- 5 Alius casus est, quando renunciatio fuit quidem facta ante hereditatis aditionem, sed constat ex verbis, vel coniecturis vnum ex fratribus renunciaisse contemplatione solius fratris recipientis, & ei tantum voluisse prodesse. Et tunc verius, & receptius est, illi soli partem renunciantis applicari, *Bald. in l. pactum, nu. 7. & ibi, Paul. de Castr. nu. 8. C. de collat. Surd. cons. 133. nu. 23. & cons. 244. nu. 11. Boer. decis. 184. num. 4.*
- Ratio est, quia talis renunciatio non valeret, vt repudiatio hereditatis, quoniam hoc modo non fortiretur effectus, quem renuncians cogitauit, voluit enim suam renunciationem prodesse recipienti, & tamen prodesset omnibus, si valeret vt repudiatio, sed valet vt donatio, & translatio iurium, quæ quia fieri non potest, nisi post ius quæsitum, idè per necessarium antècedens supponit renunciantem prius adijisse hereditatem, deinde renunciare, *Paul. de Castr. in d. l. 1. §. inde, Neratius num. 2. Bellon. nu. 15. & seqq.*
- 6 Dicitur autem de tali voluntate constare ex verbis, non solum si renunciatio fiat per modum, donationis, aut cessionis, sed etiam si per modum pacti, nam hoc non nisi paciscenti proderit, *l. si actionem, vbi Bald. nu. 1. Alex. nu. 2. Ias. num. 2. Dec. num. 3. C. de pact. Boer. num. 4. Surd. cons. 244. num. 10.*
- Ex coniecturis dicitur etiam de tali voluntate constare, si renuncians se obligauerit de euictione secundum *Alciat. in d. l. si actionem, nu. 9. Bellon. num. 58.*
- Hæsitatur quando post hereditatem delatam ait *renunciatio tibi*, & tunc si appareat præsumptio donationis collatæ in recipientem, non abdicatio, sed acquisitio, & translatio dici debet, *Bald. in d. l. pa-*

*l. pactum, quæst. 8. Anna num. 13.*

7 In renunciacione hæreditatis delatæ si adsunt verba *dono*, vel *cedo*, tunc per vnicum actum duo in vno instanti inducenda esse, ait *Montan. contr. 5. nu. 5.* acquisitionem scilicet ex parte donantis, vel cedentis, & translationem dominiij in donatarium, vel cessionarium, *Paul. de Castr. in l. si auia, C. de iur. delib. relatus per Praj. de Franch. dec. 14. nu. 21.* Quando dicit *cedo*, conclusionem prædictam sequitur *Crauert. conf. 200. num. 1. Alciat. resp. 339. Anna conf. 45. nu. 14.* vbi reddit rationem, quando dicit *dono*. *Paul. de Castr. conf. 135. in fin. lib. 1.* quia cum materia donationis, & cessionis sit iuris translatiua, non repudiatiua, à proprietate verborum in dubio debet recedi, *l. non aliter, ff. de leg. 3. & de verbis cedo, dono loquitur Montan.*

8 Non obstat sententia *Soccin. relata per Praj. de Franch. nu. 25. & 26.* vbi de verbis prædictis, quod inducant repudiacionem. Quia in dicta *decis. 14. de Franch.* quæstio est an Constitutio *Paulina* in *extrauag. ambitiose de reb. Eccles. non alien.* locum haberet in cessione hæreditatis facta per Religionem Paulinorum. Quia fundatur validitas in eo, quod momentanea illa acquisitio non habeatur in consideratione, & *Paulina* loquatur de rebus incorporatis, & dedicatis ad vsum diuinum, & ibi valida fuit declarata donatio, vnde fuit vera acquisitio, sed non ad effectum prohibitionis alienationis ex verbis in *d. decis. 15. debet haberi perinde*, quæ sunt verba abusiuæ, & impropria, & denotant in veritate aliud esse, quod ponitur, & late *Montan. nu. 6. & 7.*

Renunciatio hæreditatis an operetur translationem iurium renuncianti competentium in beneficium renunciatarij? vide *Annam conf. 45. Molfes. in consuetud. Neap. tit. de renunciat. qu. 6. per tot.* Et quæ scripsi *qu. 43.*

### ARGUMENTVM.

Legatarius nominis debitoris an possit agere aduersus debitorem sine cessione actionum? *Tiraquell.* dubitat. At distinguitur. Emptor, vel donatarius, vel fi-

deicommissarius nominis an agat sine cessione? & alij casus congeruntur. Directæ actionis cessio cum vtilibus à legatis an sit superflua? Commune assertum aienis examinatur.

### S V M M A R I V M.

- 1 Legatarius nominis an sine cessione actionum agat?
- 2 Quid fauore piæ causa?
- 3 Vtilis actiones in legatarium transferuntur.
- 4 Hæredem teneri agere aduersus nomen, vel cedere actiones, quæ iura statuunt.
- 5 Opinio distinguens.
- 6 Directa actio qualiter sit cessibilis.
- 7 Emptor, donatarius, vel fideicommissarius nominis an agant sine cessione?
- 8 Vsufructuarius hæreditatis an sine mandato hæredis agat?
- 9 Emptor an possit exigere pensionem à conductore sine cessione.
- 10 Cessio directarum an sit superflua ad beneficium habentis vtilis?

### Q V A E S T. XCII.

1 **V**arijs loquuntur linguis *Interpretes* in quæstione: vtrum legatarius nominis debitoris possit agere sine actione aduersus debitorem? *Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuileg. 46.* ita ait. *Licet dubium sit an legatarius nominis contra debitorem agere possit sine cessione per text. in l. ex legato nominis, C. de legat. Tamen in legato piæ causæ minime dubium est, quin possit agere, vt consuluit Bald. in conf. 151. lib. 3. per l. ult. C. de sacros. Eccles.*

2 Comprobat *Riccus in addit. ad Tiraquell.* vt sicut in maritum transit vtilitas sine cessione in nominibus debitoris datis in dotem, *l. 1. & 2. & ibi glos. C. de act. & oblig. adde post Fabrum, Montanum, ad Oliban. Caldas, & alios Oleam tit. 4. Miscellan. nu. 7.* vbi recenset *Lambert. de iur. patron. lib. 1. art. 8. qu. 5. principali*, vbi quod datur vtilis actio sine cessione Ecclesie aduersus nomina debitorum in dotem data, est enim validum argumentum de dote ad piam causam.

3 Altera est sententia, ex legato nominis



nis vtilem actionem in legatarium transférri, *per text. in d. l. ex legato, Surd. decis. 265. num. 34. Virgil. de legitim. person. cap. 20. nu. 29. Sesse dec. 398. num. 2. Olea tit. 4. Miscellar. nu. 8.* vbi quod potest legatarius etiam executiuè conuenire debitori. Imò hæres nequeat cogere debitorem, vt sibi soluat, etiam si non interueniat vnum ex requisitis, *l. 3. C. de nouat.* vt *Olea nu. 12.* Qui legatarius nominis à lege dicitur habere cessionem, & dicitur procurator in rem suam, vt ex *d. l. ex legato Olea tit. 7. qu. 1. num. 4.* Ideòq; consignandum est ab hærede instrumentum crediti, *Gratian. discept. 286. nu. 18. Mangil. de euect. qu. 81. nu. 12. Barry. de success. tit. de legat. nomin. nu. 1.*

- 4 Alij tradunt, quod hæres teneatur cedere legatario nominis actiones, *l. si sic legatum, §. 2. & 3. ff. de leg. 1.* vbi asseritur, quod si Titio nomen debitoris legetur, hæres dumtaxat tenetur legatario actiones suas præstare, *Dom. Reg. Rouit. dec. 57. num. 5. & D. Altimar. Morott. resp. 5. Olea tit. 5. quest. 14. uu. 7. & 8.* vbi quod nec ad expensas litis tenetur hæres, *Morot. n. 2. Cyriac. contr. 336. & seq.* Ratio est, quia vbi testatur legat, quod sibi Sempronius debet, vt si dixerit, *Decem, quæ mihi Sempronius debet, lego.* Si nihil debeat, nullum est legatum, *l. seruus filij, §. 2. cap. 3. ff. de leg. 1.* Nihilq; legatum censetur, quam actio aduersus Sempronium, quæ si nulla est, nil legatum intelligitur, & vbi Sempronius debet, hæres aduersus eum actionem haberet, & legatarius in id agere poterit, vt hæredem aduersus eum experiri compellat, & idcirco hæres cedendo actiones suas liberabitur, *Barry. nu. 1. & seqq. Dom. Reg. Rou. ad Reuert. obseru. 582.*

- 5 Distinctione tamen res componitur, distinguendo inter actiones vtilis, & directas, vt vtilis sine cessione hæredis cõpetant legatario, directæ non, nisi cedantur, vt expressè *text. in d. l. ex legato, ibi: Ex legato nominis actionibus ab ijs, qui successerunt non mandatis, directas quidè actiones legatarius habere non potest, vtilis autem suo nomine experietur, fusè Montan. controu. 43. nu. 2. & 3.* vbi quod existentibus directis in massa hæreditatis non cassis ab hæredibus legatarius agit

vtili actione nomine proprio post aditã hæreditatem, quæ vtilis producta est ex mente testatoris à lege, & hæc est datiuæ, non natiuæ, quia testator solum habebat directam non vtilem.

- 6 Directa actio licet à persona inseparabilis sit, & à cedente auelli nequeat, eius exercitium solummodò transfertur, *l. quis ergo in fin. & ibi glos. ff. de priuil. credit. Olea tit. 3. quest. 1. nu. 5. Montan. controu. 43. nu. 9. ibi: Sed quia cedit illas, id est exercitium directarum.*

- 7 Permulti inueniuntur casus, in quibus speciali ratione citra cessionem actio quæritur. Primus casus est, in emptore nominis, vel actionis, in quem vtilis cõpetit sine cessione, *l. emptor, C. de her. vel act. vend. Faber. lib. 2. coniect. cap. 2. Gomez var. tom. 2. cap. 2. n. 6. Gratian. discept. 252. nu. 53. Olea tit. 4. Miscell. nu. 2.* Vbi aliud si vendatur fundus, qui est penès tertiũ, quia sine cessione non transiret actio, assignando differentiam inter venditionem nominis, & prædij.

Hæreditate vendita vtilis actiones sine cessione transferuntur, & emptor potest conuenire debitores hæreditarios, *Marant. in l. si actor, ff. de procur. Olea n. 4.*

In donatione nominis, & venditione *glos. in l. 1. C. de act. & oblig. post Parlador. Alex. 35. & alios Olea nu. 5.* Beneuerum tenent oppositum, *Faber, Schifordeg. & Noguero. alleg. 26. nu. 359. & 363.* sed ab his recedit *Olea nu. 6.* Nomine insolutũ dato, vel pignorado vtilis transeunt, *Olea tit. 4. qu. 10. nu. 22.*

In legato nominis, & datione nominis in dotem vtilis sine cessione transeunt, vt dictum est supra, Quamuis in legato nominis transeat vtilis actio. Indubium reuocatur, quando ab hærede nomen debitoris per fideicommissum relinquitur, an fideicommissarius agat citra cessionem. *Faber lib. 12. coniect. cap. 10.* & in *Rational. in l. pater, ff. de procur. negat.* E' contrario affirmant *Susald. & Cuiac.* quos refert *Olea d. tit. 4. Miscell. num. 9.* In restitutione hæreditatis per fideicommissum vtilis actiones in fideicommissarium transeunt, *Olea num. 14. & seqq. & videndus Fusar. de substit. qu. 603.* Nisi actiones sint quæsitæ per hæredem,

& ori-

& originem ab eo habeant, *l. si heres pecuniam, ff. ad S. C. Trebell.* Legatarius nominis si grauat in eo, & nollet acceptare legatum potest fideicommissarius agere citra cessionem legatarij contra heredem, *Cancer. par. 3. var. cap. 20. n. 39. Olea tit. 4. qu. 10. num. 20.* Respondens ad *text. in l. Imperator, ff. de leg. 2. & l. si legatarius, ff. de leg. 3.* in directis actionibus, non vtilibus procedere.

8 Vsfufruarius an possit sine cessione, & mandato hæredis exigere nomina debitorum, controuersia est. Affirmant requiri cessionem, *Cauale. & alij*, quos sequitur *Grass. in §. legatum qu. 34. & Cassill. de vsufr. cap. 59. à nu. 27.* Oppositum *glos. in l. 1. §. ult. ff. de opin. nou. nunciat. Salgad. in Labyr. par. 1. cap. 27. num. 1.* & si in quasi possessione vsufructus sit vsufufruarius, sentit *Cancer. par. 3. cap. 20. num. 241.* vbi ita vult post satisfactionem præstitam, & ita accipiendos *Thor. voto 84. nu. 200. Virgil. de legit. præf. cap. 4. nu. 104.* tradit *Olea nu. 26.*

9 Emptor, & singularis successor an in casibus, in quibus tenetur stare colono, possit absque cessione venditoris agere ad exactionem pensionis? Negant *Amat. resol. 13. nu. 20. & resol. 29. Cancer. par. 1. cap. 13. nu. 96. & cap. 32. nu. 10.* & alij quos *Olea num. 26. & 27.* vbi limitat, si venditio sit facta cum omni iure. Qui *num. 29.* aduertit in his casibus singularem successorem teneri stare locationi ad æquitatem, & æqualitatem seruandam, *Vela dissert. 12. à nu. 28. Larrea alleg. 44. nu. 4.*

10 Dices. superfluum esse actionis directæ cessionem faciendam per heredem legatario nominis, dum vtilis actio, quæ transfertur per legem in effectum nihil differt à directâ, & cessio legis eiusdem est potestatis, *l. actio, ff. de negot. gest. & directâ, quæ remanet penes heredem inutilis est, quia hæres non potest agere contra debitorem, etiam si non interueniat vnum ex requisitis, l. 3. C. de nauat. Cancer. par. 3. var. cap. 20. nu. 231. Olea tit. 4. Miscell. num. 12. & tit. 7. qu. 1. nu. 4.*

Verius, directarum actionum cessionem posse diseruire, & non sufficere aliquando vtilium cessionem, quæ fit à lege. Poterit enim legari creditum super feudo,

& quia actio esset feudalis in translatione, & legato requiritur assensus, qui si non adfit legatarius vigore vtilium, non poterit agere super feudo, præcisa gratia Regno concessa, sed sine assensu poterit legatarius exercere directas; quando haberet cessionem directarum ab heredem, vt *D. Reg. de Marin. lib. 2. resolut. 61. & dixi sup. in qu. 32.* Præterea potest legatarius nominis agere contra heredem, vt cogat debitorem, nec hæres liberabitur cessione directarum, si debitor sit obligatus cum instrumento quarentigiaro, & agatur de liquidatione instrumenti *via ritus* in Regno, cum legatarius ipse non posset virtute cessionis directarum, exercendo nempe directas, sed necesse sit, vt idem legatarius vna cum heredem agant *via ritus Montan. contr. 43. n. 21.*

#### ARGUMENTVM.

An cessionarius dotis sit potior, quia prius præsumatur instrumentum dotis ex pluribus eodem die confectis? & quid si mulier habeat scripturam priuatam? *Soc. iunior* refellit *Soc. senior.* Instrumentum cessionis an præsumatur antè illo liberationis debitoris? Ex duobus cessionarijs eiusdem diei quis censeatur prior? Priuilegium dotis agendi super fideicommissio an sit cessibile? & aliud dotis vendicandi in subsidium bona æstimata in dotem data.

#### SVMMARIVM.

- 1 Cessionarius mulieris an prior iudicandus in concursu creditorum habentium instrumentum eodem die confectis.
- 2 Quid si mulier habeat scripturam priuatam?
- 3 Ex duobus instrumentis vno cessionis, altero liberationis eiusdem diei, quod sit prius?
- 4 Quid si cessio sit per scripturam priuatam.
- 5 Ex duobus cessionarijs eiusdem diei quis censeatur prior?
- 6 An cessionarius dotis agat super fideicommissio?
- 7 Vtrum vendicet in subsidium bona æstimata alienata per maritum?

QVAE-

## Q V A E S T. XCIII.

**I**nter alia priuilegia dotalia connumeratur, quod si de prioritare vnus ex instrumentis non appareat, vel ex eorum tenore, aut ex hora, aut testibus, causa dotis efficit, vt si vno die instrumentum dotale, & aliud in fauorem priuati, vel etiam Fisci sit receptum, dotale anterius præsumentur, vt post *Barbos.*, *Menoch.*, *Andreol.*, *Gait.*, *Acost.*, *Theſaur.*, & alios *Larrea decis.* 85. nu. 2. *Olea tit.* 8. *quest.* 3. num. 17. *de dote cap.* 18. nu. 60. Et si pro Fisco, & dote vnus diei instrumenta concurrerent, vt dotis fauore anterius præsumentur, *D. Reg. de Marin. ad Reuert. obs.* 378. *Dom. Card. de Luca lib. de dote disc.* 166. num. 105. Extenditur etiam vt locū habeat dictum priuilegiū contra possessorem, vt ex *Alfar. Merlin. de pignor. & alijs Olea d. n.* 17. adhuc si possideat Fiscus.

Priuilegium prioritatis instrumenti dotalis transit in cessionarium, *Barbos. in l. 1. num. 2. par. 2. ff. sol. matrim. Gait. de credit. cap. 4. num. 174. Merlin. lib. 3. de pignor. quest.* 78. vbi quod transit in hæredes, *Cardin. de Luca vbi supra num.* 104.

**2** Diuersa est questio, an dicta præsumptio procedat, vbi mulier non habeat instrumentum publicum, sed scripturam priuatam eiusdem datæ non habentem requisita *tex. in l. scripturas, C. qui potior.* Et *Soc. in l. 1. ff. sol. matrim. num.* 10. tenet contra mulierem habentem scripturam priuatam, & sequuntur *Maranta consil.* 91. num. 6. *Boss. num.* 62. Sed *Soc. iun. in eadem l. 1. nu.* 49. impugnat dictam doctrinā alterius *Soccini*, quasi quod etiam istud priuilegium locum habeat, & admittit, *Cardin. de Luca num.* 105. si scriptura priuata careat suspitione antidata.

**3** In materia prioritatis instrumentorū dubitatur, si vna die appareat confectum instrumentum cessionis, & aliud liberationis debitoris, quod præcessisse præsumentur? *Bald. consil.* 74. num. 2. *Tiraquell. de iur. primog. quest.* 17. *opin.* 11. nu. 11. asserunt debitoris cessi potiorē esse causam, quia potiora iura sint possessoris, *Olea tit.* 8. *quest.* 3. nu. 27. & *seq. vbi verisimam ait dictam opinionem, si nulla*

prioritatis probatio vera, vel præsumpta adsit, & debitor cessus nullo priuilegio patiretur, sed priuatæ essent personæ, vnde aliud pro dote videtur sentire, quia possessoris in hoc casu potior non est conditio.

**4** Subdubatur si cessio in publica scriptura fieret, & liberatio in priuata scriptura? Tenendum viderur, anterius præsumi illud cessionis, *Fænucc. de moment. tempor. cap.* 18. num. 25. *Vela dissert.* 38. nu. 17. *Merlin. lib. 3. quest.* 77. *de pignor. n.* 20. Sed *Olea* maturo ait iudicio id in contingencia casus cogitandum, & ego idem sentirem, quod supra scripsi ex *Card. de Luca*, si scriptura priuata sit trino teste notata, vel careat suspitione antidata.

**5** Ex duobus cessionarijs ex cessionibus eodem die reportatis si ambo agunt, partibus dimidijs admittendi sunt, si eiusdem summæ sint creditores, sin verò diuersarum quantatum creditores essent, & debitoris communis bona omnibus non sufficerent, vnusquisque pro rata sui crediti concurreret, *Gomez. in l. 45. Tauri num.* 147. *in fin.* post alios *Olea d. quest.* 3. *tit.* 8. num. 25. si vnus verò exegisset, ratione possessionis præfertur, si verò esset causa dotis, & tunc secus dicendum erit.

Si duæ cessiones apparerent, vna in fauorem priuati, alia in Fisci commodū, vna die confectæ, *Amaya in l. 1. C. de iur. fisc.* & alij diuersas recensent sententias. Nam si vterque agat, tunc causa onerosa præferatur lucratiuæ, si ambo ex causa lucratiua, vel onerosa, & tunc vtrumque concurrere volunt, *Amaya, Merlin. lib. 3. quest.* 92. *Reg. de Marin. ad Reuert. obseruat.* 378. sed Fiscum tuetur *Olea d. tit.* 8. *quest.* 3. num. 18.

Concurrentibus Fisci, & dote instrumenti vnus diei, præsumentur anterius instrumentum dotis, ex *Negus.*, & *D. Reg. de Marin. d. obs.* 378. *Olea d. num.* 18. *in fin.*

**6** Beneficium, vt dos in subsidium extrahi possit de bonis fideicommissio subiectis vigore, *Auth. res quæ, C. comm. de legat.* an sit cessibile, & transmissibile ad hæredes extraneos affirmant, *Seraph. decis.* 678. num. 11. & *seqq. Fusar. qu.* 532. num. 58. *de substit. D. Reg. de Marin. lib. 2. resol.* 19. num. 7. *Card. de Luca de dote disc.*

145. num. 102. Fortius, vbi mulier viuens cæpit agere, *Rota decis. 232. num. 18.* post *Zacchiam de obligat. Camer. de Marin. nu. 7.* Idque si agatur de dote restituenda. Si de constituenda, & fuisset expressè constituta in bonis fideicommissi, & tunc semel extracta dos ad quoscumq; transmittitur, & est cessibilis. Si autem non expressè, & tunc super illo iure vsusfructus censetur constituta, si data est dos congrua in bonis liberis, scelus si dos congrua postulat omnia bona, *Rota apud Merlin. dec. 192. Card. de Luca d. nu. 102.*

7 Subsidiaria vindicatio competens mulieri bonorum æstimatorum alienatorum per maritum ex beneficio, *l. in rebus, C. de iur. dot.* an cessionario dotis competat?

Tenendum videtur, quod sic, nam beneficium *d. l. in rebus*, non est speciale, & exorbitans, prout illud concessum per *textum in l. assiduis, C. qui potior.* scilicet, vt mulier pro dote præferatur omnibus anterioribus tacitam hypothecam habentibus, vt *Card. de Luca de dote disc. 166. num. 4.* Et quod bona ex propria, vel impropria æstimatione transeant in dominium mariti, id magis proueniat à formalitate verborum Notarij, vel in quadam iuris subtilitate, quam ab intentione mulierum has distinctiones non calentium.

Sine dubio si cessio respiciat commodum ipsius mulieris iura cessa priuilegium fortiri, quia tunc priuilegium redundat in fauorem cedentis, nam tunc etiam priuilegio *d. l. assiduis*, gaudet cessionarius, *Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 377. num. 7. & resola 9. lib. 2. per tot.*

#### ARGUMENTVM.

Cedere an valeat creditum censuale minor, vel Ecclesia, vel annum interesse conuentum, aut loca Montium, vel iura fiscalia sine decreto, vel Ecclesia? Quid si promissa sit perpetua exigibilitas? Expenduntur *text. in Auth. perpetua, C. de sacros. Eccles. & l. in fraudem, ff. de iur. fisci.* Duo fratres si cesserunt annum censum fideicommissi subiectum remanente vinculo fideicommissi. Vtrum frater su-

perstes possit vindicare partem defuncti iure fideicommissi?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cedere an possit minor, vel Ecclesia creditum censuale?
- 2 Quid de cessione annui interesse conuenti, & locorum Montium?
- 3 Ecclesia an possit acquirere cum accollatione oneris, & census?
- 4 Quid si promissit manutenere censum semper exigibilem?
- 5 Minor laesus in conductione an restituatur in integrum?
- 6 Cesso censu per fratres remanente vinculo fideicommissi an frater superstes vindicare possit partem fratris defuncti?

#### Q V A E S T. XCIV.

- 1 **C**edere an valeat creditum censuale minor, vel Ecclesia modo quæritur. Dubitandi ratio est, quia census dicantur constituere quandam tertiam speciem, & non sint stabilia, *Rota decis. 235. & 311. p. 7. rec. & Eugen. consil. 100. lib. 1.* Attamen in cõtrarium est magis recepta opinio, vt pro stabilibus habeantur, vt *decis. 235. par. 7. rec. Buratt. dec. 474. Cenc. de censib. quæst. 30. num. 6. Barbof. de potest. Episc. allegat. 95. num. 45.* & sub legato stabilium veniunt, *Cenc. num. 8. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 11. num. 4.* In puncto in specie cessionis census minoris, vel Ecclesiæ requiri sollempnitatis bonorum immobilium, *Barbof. num. 45. ex Castell., Surd., & alijs, Olea tit. 2. qu. 1. num. 32.*
- 2 Difficultas potior est, an ininteresse annui redditus conuentionalis minor, creditor, vel creditrix valeat cedere Ecclesiæ sine assensu, vel decreto? Diuersi esse videntur isti annui redditus, & fructus à censu, quia agitur de pecunia tradita alicui priuato, vel etiam Banco, seu Mõti, ex qua per retinentem pro eiusdem pecuniæ vsu correspondetur quoddam annuum lucrum, vt v. g. Bancum insignis Hospitalis Sanctissimæ Annuntiatae Neapolis, quod relinquuntibus penès ipsum pecuniæ sub quadam specie annui redditus correspondet fructus ad rationem, quattuor plus, vel minus pro centenariò,

quæ conuentio non importat verum censum, neque fit constitutio super certo fundo, neque fors est demortua.

Aliud si fors sit irrepitibilis durante solutione interesse, & aliud si inueniantur pecuniæ super Montibus Florentiæ, Venetiæ, & similibus, nam hæc inuestimenta pro stabilibus habentur, *Barbos. allegat. 95. num. 94. Rotas decis. 66. nu. 10. R. Rouit. pragm. 1. de iur. & exact. fiscal. n. 66. & 80. vbi de cessione iuriū fiscalium.*

Imò si fors esset repetibilis, & creditum esset ingentis summæ adhuc nec posse cedi per minorem, vel Ecclesiam tradunt *Genuens. in prax. Archiep. cap. 60. num. 14. vbi quod Prælati non potest alienare magnam quantitatem pecuniæ etiam conuertendam in vtilitatem Monasterij sine sollempnitate, & loquitur Genuens. de magna quantitate duc. 4. m. quia est in proprietate.*

- 3 Dubitari potest, an Ecclesia, vel minor possit cinere stabilia; vt domum, vel fundum cedendo annuum redditum ad rationem septem pro centenario conuentum. Ratio hesitandi est, quia taxa legalis stabilium est rationem quinq; pro centenario, iuxta *glosam in Auth. perpetua, C. de sacros. Eccles. & decisum bis in Rota de anno 1633. die 4. Iulij, & 23. Iunij 1664. refert Dom. Card. de Luca lib. de vsur. disc. 1. num. 2. Vndè sicut alienatio Ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, vel alias onerosa textus est in *Auth. sicut, C. de sacrosanct. Eccles. vbi Bald. in sumario, ita docuit. Alienare, vel acquirere damnosa Ecclesiæ pariter sunt prohibita. Et textus, ibi: Sicut alienatio rerum Ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, vel alias onerosa, veluti fiscalium nomine, vel onere.**

- 4 Certius si minor, vel Ecclesia in excambium rei stabilis promiserit manutene-  
re annuum redditum semper, & perpetuo exigibilem ad rationem conuentam, & bona omni tempore sufficientia, quia grauius, & maius est onus, sub quo fundum, vel domum in permutationem habuit. Nam damnum, & casus super re stabili cedit minori, vel Ecclesiæ post acquisitionem, & casus sequitur domi-

num; E' contrariò cessionarius, seu assignatarius non subiacet periculo nominis celsi, & in tali casu adest euidens læsio minoris, vel Ecclesiæ.

- 5 Suffragatur textus in *l. in fraudem ad fin. in fin. ff. de iur. fisc.* vbi habetur, minoribus locari non debere vectigalia, nec prædia Fisci. Redditur ratio, ne aduersus ea beneficio ætatis vtantur, quod intelligitur, ne petant restitutionem integram eis etiam aduersus Fiscum competentem, si læsi sint, *glos. ibi in verb. vtantur, latè Narbon. de atate annor. 25. quest. 10. num. 1. & seqq.*
- 6 Duo fratres possidentes quædam loca Montium subiecta fideicommissio, illa insolidum vendiderunt Petro cum vinculo fideicommissi eius annexo in testamento patris reciproci scilicet fideicommissi inter ipsos, & post mortem ipsorum ad fauorem tertij. Vno fratre defuncto alter ex venditoribus superstes iure reciproci fideicommissi ad eius fauorem aperti medietatem dictorum locorum Montium vendicabat, & *Rota in duabus decisionibus Rotilibus editis in Romana locorum Montium 16. Ianuarij 1662. & 23. Ianuarij 1664. coram Ninot pro fratre superstite respondit, non obstante promissione euictionis, ex ea ratione, quod hæc esset euictio ex natura rei de iure non præstanda, quodque in effectu quilibet ex dictis fratribus ius propriæ vitæ in propria portione vendiderat iuxta communem usum contractionis huiusmodi locorum Montium vinculatorum. At ego hæsitarem de his decisionibus, dum venditio, seu celsio facta fuit insolidum per fratres, vndè frater superstes censetur renunciaisse reciproco fideicommissio, & videatur teneri de euictione ex facto proprio cedentis, & de his videndus D. Card. de Luca lib. de censib. disc. 22. nu. 5.*

#### ARGUMENTVM.

Celsio actionum inducitur per cessionem bonorum, & longa differentia inter primam cessionem, & cæteras. Cedens bonis quando possit pœnitere, acriter disputant *Salgad. & Olea, & laudatur decis. 346. Præs. de Franch. Contractus gestus*

stus per debitorem post cessionem bonorum an valeat, & debitor ignatus solvens, qui cessit bonis, an liberetur. Et quid de solvente hæredi, aut creditori putatio. Expenditur assertum *Olea* an pactum de non alienando rem specialiter hypothecam pro censu operetur viam executiuam coram Iudice laico?

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionem iurium, & actionum inducit cessio bonorum.
- 2 Cessionis actionum virtute cessionis bonorum discrimen à cæteris cessionibus.
- 3 Cedens bonis an possit penitere ante venditionem bonorum?
- 4 Opinio *Olea*.
- 5 Resoluitur contra *Oleam*.
- 6 Contractus gestus post cessionem bonorum an valeat?
- 7 Solvens ei, qui cessit bonis an liberetur?
- 8 Pactum de non alienando rem hypothecam pro censu an operetur viam executiuam contra Clericum coram Iudice laico?

## Q V A E S T. XCV.

- 1 **C**essio iurium, & actionum fit per cessionem bonorum à debitore alieno ære oppresso; nam debitor, qui cedit bonis, creditoribus actiones suas cedit, *Bal. in l. item si vnus in addit. nu. 4. ff. de recept. arbitr. Acosta de priuil. l. credit. in præfat. num. 96. in fine.* Hinc agere amplius non potest, nec cessas actiones exercere, vt expressè in *d. l. item si vnus in princip.* Exceptio cessionis bonorum litis ingressum impedit, *Virgil. de legitim. persone cap. 12. à num. 15. Olea tit. 1. quæst. 1. num. 7. & seqq.*
- 2 Cessio actionum virtute cessionis bonorum satis differt à cæteris cessionibus actionum, nam actio directæ, quæ remanet apud cedentem bonis, ad eò est inefficax, & inutilis, vt ab eo non possit intentari, prout possunt exerceri directæ, quæ remanent penès alios cedentes, prout in *l. 3. C. de nouat. aduertit Olea. ubi supra nu. 11. cum Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. nu. 57. Noguero. allegat. 16. num. 101.*

3 Acriter disputatur, an cedens bonis, si pœniteat, possit actiones exercere, & prosequi in iudicio? Concors est *DD.* sententia, re integra posse eum, qui cessit bonis, penitere, & actiones suas prosequi ex *l. is qui boni, & l. quem pœnitet, ff. de cess. bonor. l. 2. C. qui bonis cedere possunt.* Tota difficultas est in resoluendo, quando res sit integra; rem integram tunc dici, antequam cessionem bonorum, & concursum acceptassent creditores, *Paschal. nu. 57. Cancer. part. 2. var. cap. 9. num. 54.* post alios *Olea d. quæst. 1. num. 16. & nu. 56. ibi: At concursus, vel cessione acceptata per creditores, certum est pœnitentiæ loci nò esse.*

Alij verò tenent, post concursum, & cessionem bonorum debitorem actiones, bona, & dominium retinere, bonis nondum adiudicatis, vel distractis, vt *Virgil. num. 14. Consil. Marcian. consil. 37. num. 7. tom. 1. Salgad. in labyrinth. par. 1. cap. 14. à num. 22. cap. 40. nu. 1. & 27. Consil. Roccus de decoctor. post tom. 2. respon. num. 289. Paschal. nu. 57.*

4 Aduersus citatos Authores se defendit *Olea à num. 51.* concedendo, post concursum, & cessionem debitorem actiones retinere vsque quo adiudicentur creditoribus, sed interim amittere earum exercitium, & transferri in administratorem bonorum, cui vtiles actiones competunt ad exigendum nomina debitorum ad còcursum pertinentia per *tex. l. 3. S. 2. ff. de curat. bonis dandis*, quia instituendo còcursum creditorum, vel cedendo nomina debitorum, & bona sua, petens, vt ex actionibus, & alijs bonis satisfaciat creditoribus, astringitur dimittere, & cedere creditoribus bona, & nomina, & officium deinde administratoris, vel curatoris, vel alterius deputati per Iudicem est, debita exigere, ad eò quod per Iudicium concursus subsequutum extinguatur mandatum datum per debitorem ad exigendum, *Roccus à num. 122. & 147.*

Punctus itaque consistit, quando res sit integra, *Gratian. discep. 486. num. 25.* primo loco declarat, scilicet quando post cessionem nihil est venditum, sed omnia iura sint in eodem statu. Postmodum *n. 26.* alio modo intelligit, scilicet, quando cessio esset facta sollempniter coram

Iudice approbante, & creditoribus acceptantibus, vt non possit tunc pœnitere.

- 5 *Paschalis vbi supra nu. 57. & Antonius de Amat. dec. 93. num. 3.* resoluunt, cedentem non posse pœnitere, postquam bona fuerunt vendita, & tradita creditoribus. Nouiter *D. Marefca in tractat. de reconuent. enarrat. 1. à nu. 207.* viriliter ità sentit ex litera text. in *d. l. item si vnus*, ex illis verbis, *ante rerum venditionem*, & potissimum ex *dec. 346. nu. 9. Præs. de Franch.*

Ratio cogens est, quia cessio bonorum est actus fauorabilis debitori ex se non obligatorius, & quando debitor instituit iudicium concursus, & dimittit bona creditoribus, & deindè decernitur curator bonis, & ad exigendum credita, actus illi sunt validi, sed tamen retractabiles per pœnitentiam debitoris, & solummodo post venditionem bonorum irtractabiles, & antea fas sit debitori, fauori suo renuuciare.

Comprobatur in simili casu, quo victor, qui ius congrui petijt, & obtinuit, adhuc post sententiam possit pœnitere, vt iudicauit S. C. teste *Dom. de Franch. in d. dec. 346. vbi cum Scacc., Gratian., Rendell. & alijs*, Ego ibi in *obseruatione, & Reg. Rouit. dec. 24. nu. 12. ex text. l. si iudex circũuento, ff. de minorib.*, vbi minor potest renuuciare sententiæ restitutionis in integrum obtentæ, si ea vti nolit, & in facti contingentia vide, quæ scripsi in *obseruat. 346.*

- 6 Succedit articulus de contractu gesto ab eo, qui cesserat bonis: an iste valeat, si contrahens cum eo ignorasset cessionem, vel concursum? *Olea d. qu. 1. nu. 34.* respondet, nullum esse contractum, quia per cessionem debitor dimisit bona sua creditoribus, per consequens ei præiudicare non posset non aliter, ac si bona sua alienasset, vel donasset.

Argui potest in contrarium ex illa sententia, qua firmatur posse debitorem pœnitere ante venditionem bonorum. Præterea argui potest, ex text. in *l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* vbi contractus nullitatem solum inducit interdictio bonorum, nulla habita consideratione ignorantia, vel scientia, quo argumento vtitur, *Olea d. nu. 34.*

Nec obstat, quod ex *Noguerol. allegat. 16. nu. 102.* tradit *Olea num. 36.* vt statim, quod quis amittit bonorum administrationem, vel quouis modo mutauit statum, ipso iure, & absque aliqua intimatione reuocatus censeatur procurator ab eo constitutus, & gesta per eum ab illo die nullius sint momenti, ex *Gomez, Ann., & alijs.* Quia prodigus etiam notorius contrahere potest, nisi Iudex interdicit bonorum administrationem, item detur Curator, & quod publicè præconizetur, vt nullus de cætero contrahat, & prohibetur Notarijs, & Actuarijs ne obligationes recipiant *Dom. Reg. Sanfelix. decis. 148. Prat. discept. 15. nu. 20.* quidquid in contrarium scribat *Dom. Reg. Latr. consult. 35. num. 6.* Ego tamen circa validitatem contractus initi per debitorem, qui concursum instituit, & ad cessionem bonorum admitti petijt post dimissionem bonorum factam creditoribus, dum res est in obscuro, an possit pœnitere debitor, alia via etiam poterint creditores se tueri, nempè quia contractus sint gesti in fraudem ipsorum creditorum ex edicto nequid in fraudem creditorum.

- 7 Successiue querit *Olea nu. 41.* quando debitor solueret ei, qui cessionem fecerat, vel concursum, eius tamen ignarus, an consequatur liberationem? affirmatiue resoluit confirmando pluribus similibus, & assignando diuersitatem rationis inter contractum, & solutionem, vt ille sit nullus, ista verò liberet, quia iustā habuit ignorandi causam, prout soluens filiofamilias, Prædoni, Monacho, cum quibus contraxit, liberatur similiter soluens creditori bannito, si ignorauit bannum, etiā si debitor soluisset ante diem, *Guazz. de confisc. conclus. 34.* prout de solvente tutori, vel creditori putatiuo, *Cæcer. par. 2. cap. 6. n. 37. Giurb. dec. 78. nu. 20.* & hanc distinctionem inter contractus, & solutionem amplexatur *Salgad. par. 1. cap. 28. à nu. 31. & cap. 14. à num. 1. & cap. 23. à nu. 83.*

Beneuerum est, quod idemmet *Olea num. 47.* ità loquitur: *Et non liberari soluentem creditori, aut heredi putatiuo ex l. si quid possessor, S. fin. ff. de petit. bared. Cyriac. controu. 168. lib. 1. nu. 37. & 38. &*

con-



*controu. 336. lib. 2. num. 24. & 25. At mendosa est impressio.*

Concurrente scientia debitoris, ut quia notoria sit decoctio, & debitor eiusdem patriæ, ego contra debitorem solventem sentirem, quia ad probationem scientiæ sufficit notorietas facti quando is, cui soluitur in nudinis publicis fuit declaratus decoctus, & facilius inter mercatores ad notitiam peruenisse præsumitur sine alia probatione, *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 136. num. 9.*

8 Pactum de non alienando rem specialiter pro censu hypothecatam an producat viam executiuam contra possessorem, etiam clericum in foro sæculari, ac si res maneret penes debitorem, si prohibitio alienationis etiam in Clericum apposta sit? *Cum Noguero. alleg. 3. & alijs Olea tit. 1. quæst. 1. num. 76.* At quæstionem dependere indicat *Olea* ab articulo, utrum prohibitio alienationis impediatur dominij translationem, & possessionis. Unde de utroque articulo eo scripsi latè in *animaduers. ad cap. 16. & 150. Gratiani, & in obseru. 302. & 365. Præs. de Franch. in quibus locis recenset Salycet. D. Reg. Rouitum, & alios volentes non impediri translationem dominij, nec possessionis. Et quia dictum pactum non vidi apponi, sed in Regno potius adijcitur pactum rescissorium in casu alienationis, res profunde examinanda erit.*

#### ARGUMENTVM.

Cessio iurium, quæ fit autoritate legis à cessione hominis an differat? Per illam hominis an directæ transferantur? Actiones mandare, & mandare ad agendum an sint idem? Cedi potest omnis actio. Directa non directè, sed obliquè. Vfusfructus an possit cedi, & quid pro dote? An sit vera opinio *Maranta, & D. Reg. de Marin.* Et quid de vsu pascendi Resolutio.

#### SVMMARIVM.

- 1 Cessio iurium legalis an differat à cessione hominis?
- 2 An utiles tantum actiones ex cessione transferantur?

- 3 Actiones mandare, & ad agendum mandare differunt.
- 4 Cessibilis est omnis actio, & quæ sint incessibilia.
- 5 Vfusfructus an cedi possit, & utrum pro dote?
- 6 Vfusfructus, vel ipsum ius cedatur, vel fructus, quantum sit discrimen in dote.
- 7 Vfus an cedi valeat?
- 8 Ius pascui an cedi possit?
- 9 Barones an vendere, vel cedere valeant ius pascui?
- 10 Resolutio Authoris.

#### Q V A E S T. XCVI.

1 **C**essio actionum, quæ fit autoritate legis differt à cessione expressa nominis. Prima etenim utiles actiones tantum transferuntur; secunda verò necdum utiles, verum etiam exercitium directarum, ita *Bertazol. claus. 28. glos. n. 29. Olea tit. 1. quæst. 2. num. 40.*

2 Sunt etiam qui volunt, per cessionem utiles actiones tantum transferri, & non exercitium directarum, & ubi actio mandatur, solum exercitium directarum mandatur, cum enim directæ actiones directæ transferri nequeant, obliqua via transeunt, ad hoc ut ex mandatis persona, eiusque nomine exercentur, *Faber C. de hered. vel act. vend. def. 2. nu. 2. glos. in l. 3. ff. pro soc. D. Præs. Merlin. centur. 2. cantar. 31. num. 3. & defendi posse, ut per cessionem utiles tantum transferantur actiones, non verò exercitium directarum, cum *Bart. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 4. num. 16. tradit Olea d. quæst. 2. tit. 1. num. 47.* Verius tamen est, cessionario, in quem transfertur actio cum clausula cessionis iurium, non solum utiles competere actiones, quas suo nomine exercere potest, sed etiam exercitium directarum, quibus nomine cadentis experitur post alios, *Cuiac. ad l. ult. ff. de transact. lib. 2. quæst. Papinian. Olea d. g. 2. num. 44. & cessionarius ex eo, quod sibi cessæ sunt actiones procurator in rem propriam efficitur, l. si procuratorem, S. fin. ff. de procur. Cancer. p. 2. var. cap. 9. nu. 79. Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 19. n. 12.**

3 Actiones mandare, & ad agendum habere

bere mandatum differunt, nam per mandatum ad agendum quis constituitur simplex procurator, si mandantur actiones, constituitur quis procurator in rem propriam, & ad suum commodum directas actiones in iudicio exercet, ita reiectis *Parlador. & Carleual.* firmat *Olea num. 34.* & is, cui mandatae sunt actiones; procurator in rem propriam efficitur, *Scacc. de commerc. §. 2. glos. 5. nu. 256.* post quamplures *Olea d. quest. 2. nu. 36.* Vtiles tamen actiones non transferuntur, ita reiectis *Bald., Bertazol. & Guzman.* verius probat *Olea num. 34.*

- 4 Cedi potest regulariter omnis actio, cum cessio iurium sit de genere permissorum, & nihil sit tam contrarium naturali æquitati, quam voluntatem Domini volentis rem suam in alium trãsferri non sequi, *l. ult. & per tot. ff. de hered. vel act. vend. Cencius de censib. quest. 72. n. 13. Cyriac. controu. 298. num. 18. Olea tit. 3. quest. 1.* Actio in rem pariter cedi potest, vt rei vendicatio, qua actione cessa non transfertur dominium in cessionarium, *R. de Ponte consil. 54. n. 32. to. 2. Olea ubi sup.*

Aliqua tamen iura, & actiones cedi nequeunt, vt quia personæ cohæreant. Quarum Princeps est directa actio directa via, licet obliqua per translationem exercitij directarum, *Olea num. 5.* Vtilis tamen quæsitæ ex cessione cedi alijs potest, & sic vltèrius per secundum, & posteriorem cessionarium, *l. 1. §. de illo, ff. ad S. C. Trebell.* ita quidquid fabuletur *Schifordeg. tradit Olea d. tit. 3. quest. 1. n. 7.* Faciunt verba *tex. in l. sed ubi, ff. de minor.*

- 5 Vsumfructum an cedere possit usufructuarius? Non leuiter controuertitur, vt fusè *Olea tit. 3. quest. 1. num. 8. seqq.* & nouiter *D. Card. de Luca lib. 1. de dot. discept. 148. num. 2.* Prima est sententia negans adedque rigorosa, vt nedū firmet actum nullum, verum etiam amissionem, vt per *text. in l. si vsumfructus, ff. de iur. dot. & S. finitur Instit. de vsumfr.* ex congestis per *Castill. de vsumfr. cap. 69. nu. 5. Bellon. de iur. accresc. cap. 10. quest. 28. num. 68. & 97.* Affirmatiuam alij tenent per *text. in l. arboribus, §. vsumfructuarius, ff. de vsumfr.* & ex adductis per *Castill. num. 61. Salgad. in labyr. cred. par. 1. cap. 43. num. 28. Boff. de*

*dote cap. 15. num. 26.* Ità nomen vt desinat per mortem cedentis, & pertransit *Rota decis. 195. & 238. par. 7. rea.* Tertia est opinio *glos. in l. si vsumfructus, ff. de nouat.* vt postquam est agnitus, & in persona usufructuarij inceptus cedi nequeat per *text. in d. §. finitur.* Secus ante agnitionem, quia tunc actio ad vsumfructum cedi valeat, *Maranta in suis singular. verb. vsumfructus, & Dom. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 346.* Quarta est opinio *Baldi, Nouell. in l. 1. ff. sol. matrim. num. 10. & Io. Bapt. de S. Blasio* relati per *Barbos. in l. vsumfructu, ff. sol. matrim.* vt vera sit opinio negatiua, sed speciali fauore dotis aliter sit. Vltima, & quinta opinio distinguens inter ipsum vsumfructum tanquam ius, & ipsius commoditatem, seù fructuum perceptionem, vt prima opinio negans, sit vera primo respectu. At secunda affirmans vera secundo respectu, & ità volunt *Barbos. num. 2. & seqq. Salgad. nu. 30. Boff. nu. 27. Cardin. de Luca nu. 3. & à Castillo* cauendum ait *Salgad. nu. 35. Merlin. decis. 843.* In dubio capienda est interpretatio, vt vsumfructus alienatus censeatur non tanquam ius, sed eius commoditas, & fructuum perceptio pro validitate actus, nisi expressè vt ius cedretur, vbi enim ius clarè deductum est in contractum, in prænarrato casu cum præsumptio, vel interpretatio non admittatur in claris, hinc pro nullitate actus respondendum est, vt *Barbos. nu. 3. Salgad. num. 34.* In dubio cadit interpretatio pro validitate actus, & sic translatione commoditatis. Maximè stantibus clausulis de stylo adijci solitis, nempe *Licuisse, & licere facere cessionem, illamque esse bonam, & validam,* & repugnaret iustitiæ ex actu male gesto reportare rem, & pretium.

In duobus autem dotem ab alijs differre, aduertit *Card. de Luca.* Primo quoad pœnam amissionis iuxta illam opinionem rigorosam, de qua relati per *Castill.* & de qua *Bellonus,* quia nullatenus admittenda in causa dotis, tanquam in actu necessario. Secundo quoad utilitatem, nam in alijs casibus ius à persona cedentis non abdicatur, & eiusdem cedentis erit emolumentum. Non sic in dote,

dotæ, quia mariti erit emolumentum, et si marito inutiliter in dotem datus sit vsusfructus.

- 6 Effectus sunt plures istius inspectionis, an ipsum ius vsusfructus, vel eius commoditas deducantur in contractum. Quia ubi validè ius in alium transfertur veluti per consensum proprietarij, tunc hic translatus tanquam ex priori vsusfructus extinctione, ac alterius noua creatione vsusfructus ex integro constitui dicitur, & per translatus mortem finitur vsusfructus. Secus ubi commoditas translata sit, quia in persona cedentis residet, *Olea tit. 3. quæst. 5. num. 25. & 27. Card. de Luca disc. 148. num. 9.* Idque verum siue ceptus sit in cedente, siue non vsusfructus. Quidquid dicant *Maranta, & D. Reg. de Marin.* quia eorum opinio destituitur ratione, & iure, cum *textus in l. si vsu fructus, ff. de nouat.* loquatur in casu delegationis, quæ supponit consensum proprietarij. Alter est effectus in casu validæ translationis ipsius iuris, nam tunc non potest amplius facti cedentis præiudicari. Non sic est in translatione commoditatis, nam si cedens tale quid agat, ob id quod finiatur vsusfructus præiudicat cessionario, *Salgad. cap. 43. per tot.* licet cessionarius agat de euictione, vt aliàs dictum est.

Quod in dotem ceditur vsusfructus simpliciter, seu ipsum ius productiuum fructuum, aut commoditas productiuum fructuum, & tunc fructus constante matrimonio pertinent ad virum, qui ad retrocessionem soluto matrimonio tenetur, quinimò nec retrocessione opus est, cum ius resideat penes mulierem. Aut dati sunt fructus ex dicto iure percipiendi; & tunc isti fructus principaliter in contractum ceduntur, & vti fors veniunt restituendi, & dos in eorundem fructuum fructu, seu commoditate consistere dicitur, *Boss. cap. 15. num. 43. Merlin. decis. 843.* Et si verba contractus non sunt ita clara, totum pendet à facti circumstantijs, nec multum est immorandum in cortice verborum, quæ ex partium, vel Notariorum imperitia concipi solent. Si enim conditio coniugum est talis, quod fructus matrimonij onera æquarent, & tunc specta-

bunt ad maritum. Secus si commodum resultans ex emolumentis fructuum posset congruum censeretur, vt *Menoch. lib. 3. præsumpt. 9. num. 5.*

- 7 Vsus cedi nequit, quia vsus non dicitur, si alia persona mutatur, *Giurba. decis. 59. num. 12. Olea num. 17.* ubi limitatur in vsu sylvæ, vel montis, quia æquiparatur vsufructuario, vel nisi vsus alias inutilis foret, vel ex coniecturis aliud appareret, *l. plenum, §. æquitij, ff. de vsu, & habit. l. diuus, ff. de vsu, & habit. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præf. 135, nu. 6.* Vel nisi relictus sit vsus magnæ domus ei, cui parua pars sufficiebat, *l. ceterum, ff. de vsu, & habit. pulchrè Picchard. in princ. instit. de vsu, & habit.*
- 8 Hinc vicini, & incolæ non possunt cedere ius pascendi, vel vendere, quod habent in pascuis Vniuersitatis, *R. de Ponte de pot. Proreg. de elect. Official. tit. 3. §. 26. Nouar. de grauam. vassall. grau. 31. & seq.* nec possunt ad locidam capere animalia à non conuicino, scripsi in *obseru. 489. de Franch. num. 5. & Reg. Sanfel. decis. 7.* Nec possunt incolæ ex soluis scindere lignamina, vt alijs vendant, sed tantum ad vsum proprium ad calefaciendum, & ædificandum.
- 9 Difficultas est in Baronibus, an possint vsum cedere, si propria animalia in alijs depascerentur? *Nouar. in d. grau. 31.* affirmat, & *de Baron. pragmat. 12. nu. 12.*
- 10 Distinguendum est de demanialibus, aut agitur de demanialibus ipsorum Baronum, & ipsi possunt ultra vsum ciuium exteros fidare. Secus in demanialibus Vniuersitatum, *Reg. de Ponte ubi sup. tit. de elect. official. §. 2. num. 4. Reg. Sanfel. n. 2. & dixi d. obs. 489.*

#### ARGUMENTVM.

An cedi possit ius futurum? Notatur *Olea.* In cessione iurium an veniant iura de futuro ex causa de futuro, & qualiter concipi debeat cessio iuris futuri. *Manfus* refellit. Cessiones iurium inuicem factæ inter fratres cohæredes in diuisione an valeant, & operentur fideicommissi renunciationem?

SVM-

## S V M M A R I V M .

- 1 *Ius futurum diuiditur in plures species?*
- 2 *Ius futurum delatum cedi posse, ait Olea. An rectè?*
- 3 *Ius futurum ex causa de presenti, vel de præterito an cedi possit?*
- 4 *Ius futurum ex causa de futuro an repudiari, vel cedi possit?*
- 5 *Iura futura ex causa de futuro an veniant in cessione iurium?*
- 6 *Cessio actionum vicissim facta inter cohæredes an valeat? & operetur fideicommissi renunciationem.*
- 7 *Spes fideicommissi conditionalis an cedi possit?*

## Q V A E S T. XCVII.

- 1 **I**Vra futura an cedi possunt, aut veniant in cessione iurium, utilis est indagatio, & pro clara explicatione ius futurum triplex est, aliud dicitur ius delatum, quia futurum est, quando acceptabitur. Alterum est ius futurum ex causa de presenti, vel de præterito, vt debitum in diem, vel sub conditiene. Aliud ius futurum ex causa de futuro, quod sparatur acquiri superueniente aliqua noua causa, veluti hæreditas viuentis, cuius spes est fallacissima, & dicitur somnium vigilantium, ita post alios distinguit *Olea tit. 3. quest. 10. à num. 1.*
- 2 Ius futurum primæ speciei consistens in facultate acceptandi cedi posse, tanquam certum firmat *Olea ex l. 1. & seqq. ff. & C. de hereditat. vel action. vendit.* Obicem habet resolutio *Olea*, quia delata hæreditate ius adeundi cedi non potest, *Bald. in l. 1. C. de iur. fisci lib. 10. Monter. decis. 35. & Olea tit. 2. quest. 3. nu. 9.* prout regulariter ius adeundi non transmittitur ad hæredes, nili ex capite sunitatis, vel sanguinis, & deliberandi. Quamuis hæreditas possit cedi, quia per necessarium antecedens censetur ex cessione acquisita hæreditas, vt idem *Olea d. quest. 3. num. 47.*
- 3 Ius futurum secundæ speciei ex causa de presenti, vel de præterito cedi potest, si ius conditionale sit ex contractu, & nõ

ex vltima voluntate, quoties agitur de cessione translatiua iuris ex vltima voluntate, sicut ius conditionale, vel in diem ex contractu transmittitur ad hæredes, non illud ex vltima voluntate, *Cutell. de donat. tom. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 37. Olea tit. 3. quest. 10. n. 4. & seqq.*

- 4 Postremum ius futurum ex causa de futuro repudiari non potest, quia vires non habet de presenti, tamen renunciari, vel cedi potest per viam pacti de non petendo, seu per donationem, vel cessionem, *Giurb. decis. 66. nu. 30. Olea d. quest. 10. num. 13. Consil. Theodor. allegat. 13. num. 28. ibi: Quia repudiatio sola iuris querendi non valet maximè in deferendis, l. qui superstitis, ff. de acquirend. hered. idcirco introducta est cautela, ut fiat per pactum de non petendo, siue per donationem, aut cessionem, si renunciatio sit generalis, sed particularis de cõsensu eius, de cuius successione agitur, si cessio sit translatiua, l. fin. de C. de pacto.*

- 5 Successiuè quæritur, an iura futura ex causa de futuro veniant in cessione iurium? Communis resolutio est, non venire, *l. 2. ff. de statu liber. Cancer. par. 3. var. cap. 15. à nu. 32. Cyriac. controu. 292. à num. 8.* Extenditur si renunciatio esset iurata, *Olea à num. 20.* Nisi facta esset de omnibus iuribus ex causa de presenti, præterito, & futuro, vel iuribus ex noua causa superuenientibus, nam comprehenditur quælibet hæreditas, postea obueniens *Cutell. tom. 1. tract. 1. discurs. 2. p. 6. num. 99. Menoch. consil. 249. num. 11.*

*Iason consil. 173. lib. 1. num. 6.* consuluit non venire futura, in casu, quo aderant verba sequentia: *Dantes, & cedentes omnia, & singula iura, & actiones, quas habent, & habere potuissent, & possent quoque modo in futurum, ita & taliter, quod etiam ad imaginaria referantur, etiã si talia forent, que de iure essent necessario exprimenda, latè Mansus consult. 2. n. 28.* De hac re vide *Andreol. controu. 399. nu. 15.* vbi renunciatio comprehendit ius futurum, ex causa de futuro facta ad fauorem alicuius, & eius hæredum in perpetuum, cum pacto de non contraueniendo vlllo tempore ex quauis causa.

Ego non conuenio cum *Manso consult. 2. num.*

2. nu. 28. & 29. firmante, quod si vnus ex colliuellarijs cedat, aut vendat alteri partem emphiteusis, quam possidet cum cessione, & remissione omnium iurium, tam in præsens competentium, quam in futurum competitorum, si post dictam cessionem moriatur cessionarius absque liberis, non obstante cessione tam ampla, & futuri temporis liceat nihilominus cedenti portionem cessam, tanquam sibi deuolutam vendicare. Ipse enim oppositum posse argui, censo, quia dicta cessio iurium competentium in futurum debet operari in hoc casu contra cedentem, quia ius istud futurum est ex causa de præsentibus, & non de futuro, dum tempore cessionis aderat inuestitura, cuius virtute succedit colliuellarius superstes altero prædefuncto sine liberis, ita *Michelor. de fratrib. p. 3. c. 41. n. 45.*

Quando enim ius futurum habet originem ex causa de præterito per contractum, aut per vltimam voluntatem, & ius futurum non ex lege nititur deferente lucrum successionis de futuro per mortem alicuius, in primo casu dicitur ius futurum ex causa de præsentibus, & in secundo casu ius futurum ex causa de futuro, quod in contractu deduci non potest citra consensum eius, de cuius hæreditate agitur ad *text. l. fin. C. de pact. & C. quamuis de pactis in E. ita Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 34.*

6 Cessio actionum vicissim facta inter cohæredes si ampla sit, in controuersiam redigitur, an operetur fideicommissi conditionalis renunciationem tractant, *Peregrin. ubi sup. Fusar. de substit. quæst. 593. num. 120. & seqq.*

Alij dicunt, quod si verba renunciatæ sint, quia diceretur, quod remittebant, & vicissim cedebant omnia iura sibi in rebus diuisis competentia, & competitura, & eo magis si adderetur quomodocumque competitura, præsupposita semper fideicommissi scientia, quæ in specie renunciationis fideicommissi, & legati est necessaria, ex *l. de his, C. de transact.* tunc fideicommissum conditionale includi, præsertim si alia iura de futuro ex causa de præsentibus non haberent cedentes, ita *Decius conf. 178. nu. 16. & conf. 495. nu. 2.*

*Crauet. conf. 42. col. penult. & quamuis cessio actionum vicissim facta non possit operari translationem actionum contra debitorem cessionarium, quia sibi ipsi non potest esse obligatus, operatur tamen effectus liberationis, vt cessionarius à cedente conueniri nequeat, si cessio ex verbis contractus non appareat restricta ad iura sibi competentia, Salyc. lib. 1. nu. 21. C. de act. & obligat. Ruin. conf. 119. nu. 16. & seqq. tom. 2. quos congerit Peregr. in d. art. 52. nu. 33. & seqq. Fusar. de substit. qu. 594. num. 124. Si verba ita sint, vt quis cedat omnia iura, quæ quouis modo habet, vel habere sperat, vel transferens omni modo omne ius, & renuncians omnibus iuribus sibi quomodolibet spectantibus. Quod inuicem dederunt, & cesserunt omnia iura actiones, reales, personales, sibi spectantia, & pertinentia, & quæ spectare possent, & potuissent, nunc, & in futurum, in his casibus sensit *Fusar.* non censeretur renunciatum fideicommissum conditionale per dicta verba appositum in diuisione, si in alio iure non possunt verificari.*

*Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 21. ff. de verb. obligat.* tradit, quod si in instrumento diuisionis fuit dictum, quod vnus facit alterum, & alter alterum in rebus diuisis procuratorem, tanquam in rem suam, ita vt amodo possit pro dictis rebus agere, & se tueri, & omnia facere, quæ ipse Dominus constituens faceret, vel facere possit, si præsens interesset, vel fuit dictum, quod concesserunt inuicem dictas res ad habendum, tenendum, vendendum, alienandum, siquidem alienatio esset sequuta, putò, quod emptor non possit postea inquietari iure fideicommissi, siuè fratres diuidentes fuerint scientes, vel ignorantes, *l. si mandato, ff. mandati*, sed an habeant regressum contra alienationem, dic vt in *l. si fundum, ff. de legat. 1.* si verò alienatio non est secuta, tunc ex illa promissione de alienando paratur ei aliquando præiudicium.

7 Spes fideicommissi conditionalis ex contractu cedi potest, *l. spem, C. de donat. Bart. in l. 1. C. de pact. Craff. §. fideicommissum, qu. 49. Hodiern. latè ad l. hac editi Itali qu. 34. per tot.*

In diuisione, seu renūciatione includi fideicommissum in casibus, in quibus ipsi loquuntur, quando fideicommissum esset reciprocum, *Theodor. allegat. 15. nu. 42. Gratian. discept. forens. c. 567. Fontanell. dec. 398. per tot.*

### ARGUMENTVM.

Promittens nomen debitoris facere antequam, & exigibile an teneatur declarari facere antequam, & procurare exactionem intra certum terminum? Quæstio acriter disputata per *Montanum Consil. Hodiern. Andreol. & Consil. Staiban.* qui totus est in defendendo *Montanum*. *Author* conciliat opiniones. *Staibanus* viriliter defendit *Gratianum* volentem, ad perpetuam exegibilitatem annui census teneri promittentem illum exigibilem, & ita decisum in S.C. testatur. Sed contrarium tenet *Author*.

### S V M M A R I V M.

- 1 Promittens nomen antequam, & exigibile an teneatur declarari facere, & procurare exactionem intra certum terminum?
- 2 Post cessionem amplam cedens non potest agere, ideo non tenetur.
- 3 Cessionarius ob susceptum mandatum debet agere.
- 4 Cedens ideo cedit, quia non intendit per se agere.
- 5 Cedens tenetur tradere instrumenta ergo cessionarius agat, & an sufficiat, solum indicare Notarium?
- 6 Cedentis obligatio est conditionalis, & qualiter.
- 7 Si cedens teneretur, esset in potestate cessionarii contra cedentem, & debitorem agere.
- 8 *Montanum* pro cedente militantem defendit *Staibanus* contra *Andreolum*.
- 9 Praxis præfigendi terminum cedenti ad procurandam solutionem.
- 10 Nouus terminus an sit dandus compilato processu post cessionem per cedentem Expenditur S.C. decisio.
- 11 Promittens annum censum exigibilem, an teneatur de perpetua exigibilitate. *Staibanus* depugnat pro *Gratiano*, sed languide.

12 *Resolutio Authoris super principali quaestione.*

### Q V A E S T. XC VIII.

1 **C**Esso nomine debitoris, vero, bono, cum promissione faciendi illud potius, & antequam, si debitor, vel aliquis alius creditor opponat exceptiones, an cessionarius denunciando oppositiones valeat agere contra cedentem, vt declarari faciat creditum cessum verum, antequam, & exigibile, & procuret intra certum terminum exactionem?

Quæstionem hanc tetigi in *quest. 6.* & contingit de hac sæpius disputari. Et partes cessionarii tuetur *Montan. contr. 44. nu. 3.* ita iudicatum per M.C. referens *Consil. Staib. in obser. ad resol. 67.* Partes è contra cedentis tuetur *Dom. Hodiern. controu. 37. nu. 18. & seqq.* & plena manu *Andreol. contr. 275. per tot.*

2 Pro cedente edifferitur, quia cessione facta vtiles transferuntur actiones cum exercitio directarum, & sine dubio remanent inutiles penes cedentem ob amplitudinem clausularum, quibus cessionarius ponitur in locum cedentis, iuxta vsum Notariorum, vt pulchrè post alios *D. Præf. Merlin. centur. 2. contr. 31. Salgad. in labyr. par. 1. cap. 27. nu. 62.* & alios supra dixi. Consequenter post cessionem, & translationem actionum in cessionarium nullas poterit exercere actiones cedens, penes quem non remanserunt, vel inutiles, vel inefficaces sunt. Et quod cessione in ampla forma facta cedens non possit agere, *Olea tit. 8. qu. 1. nu. 29. Staib. in obs. ad ref. 15. nu. 23.*

3 Præterea cessionarius suscipit mandatum ad agendum, & constituitur procurator in rem propriam, l. 3. C. de nouat. l. penult. & ult. C. mandari, ergo ipse tenetur exequi mandatum susceptum, & vi mandati diligentias facere pro exigendo, l. 21. C. mandari.

4 Vtterius ad cessionem ideo deuenitur, quia mens cedentis sit non agere, nec mouere lites per se, sed per cessionarium, alias vix praticarentur cessiones, consequenter velle cogere cedentem, vt agat, esset contra finem cessionis, & contra intentionem cedentis.

5 Ad

5 Ad hæc cesso nomine debitoris, si cedens teneretur agere, & cogeretur experiri, & declarari facere suum creditum verum, & antequam, & soluendo, seu procurare exactionem, frustra quæreretur, an cedens tradere teneatur cessionario instrumenta, vel ea solum indicare, vnde quia per cessionem nominis omne ius cedentis, & utilitas actionum in cessionarium transfertur, dum cedenti inutile iam sit instrumentum, & cessionario proficit, ipsi tradendum erit, *l. non est nouum, l. fin. C. de edendo*, post alios *Parera de instrum. tit. 9. resol. 1. num. 8.* vbi quod non liberatur cedens ostendendo Notarium, & conuenit cedenti tradere scripturas, quia sola cessio non sufficit, *Cencius de cens. quæst. 72. num. 23. Olea tit. 7. quæst. 1. num. 7. qui num. 9. & seqq.* refert contradicentes præsertim *decif. 1477. Serafin. à num. 8.* testantem iudicatum in Rota, cedentem solum teneri declarare, & notum facere Notarium de instrumento rogatum idem vult *Hermosil.* cum alijs, quos congerit *Cencius nu. 23.* vbi distinguit, an creditum cessum iustificandum sit per instrumentum publicum, vel chirographum priuatum, vt primo casu sufficiat indicare Notarium, & sumptibus cessionarij sit extrahendum, aliter in secundo, quia tradendum erit chirographum? Nihilominus *Olea num. 13.* resoluit, vbi nomen debitoris ex causa venditionis, vel insolutum dationis ceditur, indistinctè tenendum esse, traditionem scripturarum præcise, & cum effectu sumptibus cedentis faciendam esse, quidquid sentiat *Serafin. vbi sup.*

6 Insuper quia cedens nomen bonum, & exigibile censetur promittere solum, quod non à cessionario possit exigi, & quod erit soluendo, & censetur se obligare ad soluendum, quod à debitore cesso exigi non potest, & soluere, si bona cessa non sufficiant, & illud minus, quod solui à debitore non potest, vt *Fontanell. de part. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. nn. 31. & seqq.* & cedens non purè, sed conditionaliter obligatur, vnde non ex eo, quod debitor negat debitum, vel exceptiones opponat, cessionarius agere poterit contra cedentem, sed prius habet necesse

contra nomen agere, & omnem adhibere diligentiam, vt excutiatur ita *Artman. Pistor. Baron. de citat. Hodiern.* & alij, quos cumulat, & sequitur *Andreol.* qui omnes ampliant, etiam si renunciatum sit beneficio excussionis, quia ita velit natura contractus cessionis nominum debitorum, *Cancer. part. 2. tit. de fideiuss. num. 54. Andreol. à num. 1. per totum.*

7 Suffragatur alia ratio, nam alias esset in potestate cessionarij à principio cessionis conuenire vtrumque; tam cedentem, quam debitorem cessum, ita arguit *Hodiern. vbi sup. nu. 31.* & cedens per cessionem efficeretur reus, & subiret litis onus, quod effugere studuit.

8 Partes cedentis defendunt *Montanus, & Staibanus* expressè contra *Andreolum.* Mouetur *Montan.* quia promittens facere debitorem exigibilem videtur promittere se facturum, & curaturum, cum effectu soluator creditum cessum, iuxta *l. fin. §. Labeo,* ait, & ibi *Dec. num. 8. & 19. ff. si cert. pet.* & promittens se facturum, quod alius soluet, cum effectu teneatur purè ad id, quod interest stipulantis, idest ad eandem summam, *Dec. in d. l. fin. §. fin. n. 8.*

Ducitur *Staib. in resol. 67. nu. 1. & seqq.* nam promittens nomen esse exigibile, tunc tale debet esse, vt nihil opponi possit ex notatis per *Bart. ex illo text. in l. fin. in fin. ff. ad Macedon. Dec. consil. 102. nu. 1. Mangil. de euit. quæst. 79. num. 12.* & ob promissionem exigibilitatis cedens debet manutenere cessionarium in ista qualitate exigibilitatis, vt *Gratian. disc. 527. num. 14.* Et exigibile non dicatur, quod difficultè exigitur, quo casu rediri potest ad cedentem, ita post *Barz. in decif. 119. Monach. in decif. Bonon. 35. nu. 19.* Imò quando ceditur annuus redditus cum promissione cedentis, quod sit soluendo, tunc idem sit, ac si venditor, seu cedens ipse ad continuationem redditus se obligasset, & sic idem erit, ac si constitueret nouum redditum, & nouam obligationem in personam ipsius cedentis, ita *Roder. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 8. num. 23.* sequitur *Giurb. decif. 117. num. 14.* Hinc *Staiban. in obseru. num. 27.* ita loquitur: *Nullò tamen modo est tenendum, nec sub-*



stinendum assumptum per dictum Andreolum factum in d. controu. 275. num. 1. versic. Thomat. cum num. seqq. ubi conatus fuit ampliare dictam opinionem, ut procedat etiam, quando per cedentem fuit promissum nomen cessum esse exigibile, quo casu etiam teneatur cessionarius ad excussionem dicti nominis, cum declaratione Iudicis, illud fuisse excussum, & repertum non soluendo. Repugnat enim in hoc dicta sua opinio veris, & indubitatis iuris fundamentis à me in hac resolutione mentionatis, & latius in hac obseru. num. 1. cum seqq. Et signanter nihil facit ratio per eum iuuenta in dicta controu. 276. num. 7. quod promittens nomen cessum exigibile, promittat solum, quod illud nomen poterit à cessionario exigi, non autem quod nomen prædictum cessum constituto tempore soluat, vel quod cedens promittat, se facturum, & curaturum, ut soluat, & longis verbis conatur dare differentiam inter unum, & aliud, quæ nullo modo mihi arridere possunt, imò salua sua pace videtur confundere terminos simplicis cessionis, cum cessione, in qua in specie est promissa exigibilitas, nam in simplici cessione cedens tenetur nomen cessu facere verum, non autem quod sit soluendo.

9 Prosequitur idem Staib. num. 71. his verbis. Solemus tamen aliquando ex æquitate præferre aliquod breue tempus cedenti ad procurandam solutionem nominis cessi, quo elapso, statim executionem facimus contra cedentem in beneficium cessionarij, prout similiter fuit decisum in S. C. in Aula mea, & ad mei relationem de anno 1664. in beneficium Monasterij S. Seuerini contra Ill. Ducem Grauina.

10 Audaçter Staibanus impugnat Andreolum, aduersus quem defendit Montanum, sed motiua contraria non ponderat potissimum, quia idemmet Staiban. in obseru. ad resol. 15. firmiter fundat, post cessionem actionum directarum, & vtilium, vel quando cessio est valde ampla, ut quia positus sit cessionarius in locum cedentis, non posse amplius agere cedentem, ita ut si ipse iudicium contra debitorem cessum prius captum prosequutus fuerit, & compilauit processum, si deinde cessionarius voluerit vti illis actis, & processu compilato cum cedente expediri

facere causam in eius beneficium ex eisdem actis, sit dandus nouus terminus in iudicio moto per cessionarium, & refert hunc articulum in puncto accidisse in S. C. inter Gabrielem de Narni cessionarium pro dotibus vxoris vigore cessionis ei factæ per fratres de Mastrillo contra hæredes Marij Capani debitoris illorum de Mastrillo, & fuisse per S. C. ad ipsius relationem in anno 1663. iudicatum, quod detur nouus terminus.

Cœterum ego distinguerem, an terminus nouus dandus sit ad instantiam cedentis, vel cessionarij, si petatur per cessionarium, & tunc dandus erit, quia ei non obstabit lis formata per cedentem in sui præiudicium, si actiones remanere apud cedentem inutiles, & inefficaces, Paul. Christineus dec. Cur. Belgic. 137. lib. 1. Secus si cessionarius velit prosequi iudicium cœptum per cedentem, quia poterit continuare instantiam, & petere sententiã exequi, si fortè prolata fuisset contra debitorem, Olea tit. 8. q. 2. nu. 32.

11 Authoritati Gratiani multum deferre semper comperitur Staibanus, vnde in d. obseru. 67. ipsum sectatur in discept. 527. volentem, ad perpetuam exigibilitatem teneri cedentem annum censum, cum census cessus sit conditionalis, & debeatur nõ tempore cessionis, sed futuris successiuis temporibus, & illa promissio exigibilitatis non possit intelligi nisi secundum tempus exactio num faciendarum, & Staibanus nominatim refellit Andreolum in controu. 155. impugnato rem Gratiani, & nu. 75. tradit à sua opinione recedendum non esse, & sæpius in Sacro Consilio practicatam testatur, & signanter de anno 1665. At Staiban. non debuit esse, adeò tenax in sua sententiã, nam iuxta Andreolum etiam scribit Consil. de Rosa consil. 7. nu. 25. cum in contractu census ematur ius formale percipiendi censum, & non emantur fructus census, ut scripsi quæst. 5. aduersus Gratianum.

12 Deueniendo ad principalem quæstionem, an promissa exigibilitate crediti cedens possit cogi, ut infra breuem terminum procuret solutionem; ut iudicatum refert Staib. in d. obseru. 67. n. 71. & scripsi supra in quæst. 7. num. 12. Distinguendum esse

esse puto, an bona sint inuoluta, & affecta multis creditoribus, ut facile disbrigari non possint sine longa indagine, & non leui impensa, & tunc recursus haberi valeat contra cedentem, idemque si difficulter debitor conueniri possit, vel executio contra debitorem cessum fieri *Rota Genuæ dec. 156. n. 6. & seqq. Horring. de fideiuss. par. 1. cap. 27. num. 12. & hoc casu ex æquitate detur terminus ad procurandam solutionem, & procedat opinio Staibani ex traditis per eundem in d. resol. 67. num. 22. & seqq. & in specie firmat Hodiern. ubi supr. num. 49. Secus, vera sit opinio Andreoli.*

Difficultas est, quando cedens promittendo exigibilitatem, se obligauit, in se ipsum omnem litem assumere, defendere, & reficere omnia, & singula damna, & hoc casu pro opinione Staibani faciunt tradita per Marant. in sua prax. par. 6. rubr. & solet laudari Author num. ult. ubi Foller. in addit. contrarium tenet, & vide Mangil. de euiet. quæst. 184.

Nec obstat, quod cedens non possit agere stante cessione facta, & translatione omnium actionum. Responderi potest, quod cedens agit ad beneficium cessionarij, & non ad beneficium suum, adhuc agit de consensu ipsius cessionarij coactus ab ipso, & agit pro sua indemnitate in casu molestiarum directis actionibus incessibilibus, seu coadiuuando iura cessionarij potest pro suo interesse secundario prosequi iudicium, & inhærere instantij ipsius cessionarij, & victorem, & anteriorem ipsum reddendo, prout potest venditor coadiuuando iura emptoris, in quem etiam translata sunt iura, pro suo interesse secundario in casu euietionis.

Cessionarius an teneatur se defendere suis expensis, & agere contra debitorem cessum? Affirmat Ias. in l. qui stipendia, C. de procur. & Bald. in l. i. C. de euiet. Tu distingue, an cessio fiat gratia cedentis tantum, & teneatur cedens, l. sicut certo, S. nunc videndum, ff. commodo. Secus si gratia cessionarij, Guzman. de euiet. cap. 35. num. 63. vide Thesaur. decis. 118.

Aduertendum est, promisso nomine exigibili, si cessionarius possit exigere

partem crediti ex nomine cesso, adhuc poterit habere recursum contra cedentem, quia non debet cogi accipere partem solutionis, & pro residuo remanere creditor, *Rota Genuens. decis. 256. num. 6. Staiban. resol. 67. num. 23.* Vndè cedens promittendo exigibilitatem non dicitur obligatus ad quanto minus exigi potest à debitore cesso,

## ARGUMENTVM.

Cessio iurium an sit stricti iuris, & cessio actione personali, an transeat hypothecaria, vel è contra, & cessio contra debitorem transeat contra fideiussorem, aut correum? Legatum annuum an sit cessibile. Remisse tetigit Olea. Distinguitur Author. Alimenta an cedi possint. Quid de alimentis patrono debitis? noua quæstio excitatur. Ius primogenituræ an cedi possit? Refertur Guglielm. de Benedict. Opera famulorum an cedi valeant? Quid de iure vindictæ, & actione iniuriarum? Legatum dotis à patre relictum, vel paragiū an cedi possit, etiam quoad excessum legitimæ vsque ad virilem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio iurium an sit stricti iuris, & probetur solum per scripturam?
- 2 Cessio actione hypothecaria non intelligitur cessio personalis.
- 3 Cessio actione contra debitorem an transeat actio contra fideiussorem?
- 4 Cessio contra unum ex correis an extendatur contra alium?
- 5 Cedi an possit actio contra fideiussorem, & non contra debitorem?
- 6 Legatum annuum an sit cessibile?
- 7 Alimenta an cedi possint?
- 8 Alimenta patrono Ecclesie, vel beneficij debita an cedi valeant, & quid si relicta sint per Fundatorem?
- 9 Ius primogenituræ an cedi valeat?
- 10 Opera famulorum, vel per alios debita an cedi valeant?
- 11 Ius vindictæ an sit cessibile?
- 12 Quid de actione iniuriarum?
- 13 Cessio in potentior em qua dicatur.
- 14 Cessio simulata quando nulla.

15 *Legatum dotis à patre relictum an cedi possit per filium, etiam quoad excessum legitimæ alteri ante matrimonium?*

Q V A E S T. XCIX.

1 **C**essio iurium an sit stricti iuris, ita ut extendatur ad suas consequentias? Distinguunt aliqui, an cessionis titulus sit contractus stricti iuris, vel bonæ fidei. Tu dic esse stricti iuris, *Faber C. de heredit. vel act. vendit. post Ciarl. de Mesa, & alios Olea tit. 6. quæst. 6. num. 9. Staiban. resolut. 97. num. 21.* vbi quod non probatur nec per testes, nec per iuramentum suppletorium, & ultra expressa non protrahitur. Nisi quinque testes deponerent.

2 Iuxta hanc opinionem cessa actione hypothecaria, non intelligitur cessa personalis, *Bald. & Salic. in l. certi, C. de hered. vel act. vendit. Alex. 35. lib. 2. var. tit. de act. resol. 5. num. 2. Olea tit. 6. quæst. 6. num. 8.* diuersa res est vtrum actione personali cessa, intelligatur cessa hypothecaria? Nam licet *Faber definit. 1. num. 1. & definit. 13. num. 2.* argumentetur, quod nõ ex *l. vëditor, ff. de hered. vel act. uendit.* vbi asseritur emptori nominis cedendam esse pignorum persequutionem. Contrarium, volunt *Hieron. de Leo decis. 26. num. 14. Merlin. de pignor. lib. 4. à num. 28. Olea num. 9.* idque ex vi comprehensionis, & non extensionis.

3 Pariter cessa actione contra debitorē, an transeant actiones contra fideiussorem? Et si iuris magis consentanei sit opinio negans, iuxta *Zafum in d. l. uenditor*, per *text. ibi, & Bald. in l. dotalem notabil. 4. vbi Imol. ff. sol. matrim.* Oppositum probat verius *Olea num. 9.* ex vi comprehensionis.

4 Potior difficultas est, an cessa actione contra vnum ex correis, videatur cessa actio contra alterum? Negat *Olea n. 10.* Nam alia sit causa correi, alia fideiussoris, nisi cessio concessa sit in rem, vel simpliciter nomen cederetur, indistinctè autem affirmant *Faber definit. 20. Noguerol. allegat. 11. num. 53.*

5 An cedi possit actio contra fideiussorem sine cessione actionis contra princi-

palem debitorem? Negant *Guzman. de de euiet. cap. 35. num. 97. Galler., & alij,* quos refert, & sequitur *Olea nu. 11.* quia repelleretur cessionarius exceptione cedendarum. Aliter ego censeo, si renunciatum est huic exceptioni, dum fideiussor acceptauit dictam cessionem.

6 Legatum annuum, an sit cessibile? *Cyriac. controu. 298. num. 11. per totum,* tenet, quod sic, si trasmisibile esset ad hæredes, & eum refert *Olea tit. 3. Miscell. qui remisse, & remissiuè scribit.* Exemplificat *Cyriacus* in legato annuo per testatorem relicto, donec præstetur fundus, vel domus. Rectius dic, quod si legatum huiusmodi relinquatur diuiti, tunc legatum est simile legato vsusfructus, *l. in singulos, ff. de ann. legat. Bellon. de iur. accresc. cap. 10. quæst. 19. num. 26.* Idè erit dicendum, quod de cessione vsusfructus dicitur, ut quoad commoditatem cedi possit, & morte legatarij finiatur. Si pauperi sit relictum, & tunc comparatur legato alimentorum, & idem quod de cessione alimentorum dicendum erit.

7 Alimenta an cedi possint? Distingue; Aut agitur de cessione iuris formalis, quod habet alimentarius, & hoc cedi non potest, siuè descendat à iure naturæ, & sanguinis siuè ex contractu, siuè ex testamento, nam alia sunt alimenta in persona vnus, alia in persona alterius, *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 2.* post alios *Olea tit. 3. quæst. 13. num. 26.* prout vsusfructus, vel pensio, quoad ius formale cedi non potest. Aut agitur de commoditate alimentorum, & tunc vel alimenta debita sunt iure sanguinis, & subdistinguitur, an sit præterita, vel futura. Præterita cedi nequeunt, nam præstatur ratione vrgentis necessitatis, qua præterita, amplius non debentur nisi ad certam summam essent redacta, *Dom. Præs. Merlin. controu. 10. centur. 2. num. 19.* vel si filius, vel frater alendus esset extra domum, & mutuo accepisset pro alimentis, *Carleual. num. 7. Olea num. 27. & seq.* Alimenta futura ad certam quantitatem taxata cessibilia sunt pro tempore, quo alimentario deberentur, *Carleual. nu. 8. Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 24. num. 4.* Si cessio fiat ex aliqua contractu correspec-

ctiuo

**C**essio in utilitatem cedentis, & alimenta debeantur iure sanguinis, ut puta extra domum, aliter si merè gratuita esset cessio. Ant agitur de alimentis debitis ex contractu, vel iure actionis, seu de alimentis ex testamento debitis, & ad certam quantitatem, & quo ad commoditatem cedi possunt tam præterita, quam futura copiosè, *Olea tit. 3. q. 13. nu. 30. & seqq.*

8 Ius alimentorum, quod habet Patronus Ecclesiæ, vel beneficij ex dispositione iuris, iuxta *cap. nobis, §. fin. de iur. patr.* cum inhæreat personæ patroni, cedi non potest, quia non potest ali patronus mediante persona aliena, *Lamber. de iur. patr. art. 15. par. 1. lib. 3. num. 1.* Aliter ego censeo si fiat cessio ex contractu correspondens.

Hæsitari potest quando fundator in fundatione ordinasset alimentationem patroni in casu inopiæ, prout in fundatione Capellaniæ Ecclesiæ Beati Andreæ Apostoli, sitæ in Ciuitate Melfici cauit fundator familiæ de Iudicibus, ut patroni pauperes haberent pro alimentis certa bona, & dos pro ongribus Ecclesiæ, & Missarum consisteret in designatis bonis pro capellano. Dicendum videtur posse cedi, nam licet attenda sua primæua causa ex dispositione iuris alimenta debeantur patrono inopi, aliter tamen in prædicto casu, quia ex testamento debentur, ut adhuc idem traditur de alimentis, quæ consequitur filius à patre si ex contractu, & iure actionis debentur, ut ex *Giurb. & Salgad. & alijs Olea d. q. 13. nu. 30.*

9 Ius primogenituræ, an cedi possit, pulchra est quæstio; Negandum videtur, quia priuilegium est personale, & est qualitas, quæ in cessionario respectu aliorum fratrum verificari non potest, nec viuente, nec defuncto patre, cum primogenium sit naturæ, & ætatis nomen cuius prærogatiua personatissima est, ut cedi nequeat *Galler. de renunciat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. nu. 124. Giurb. ad consuetud. Messan. §. 2. glos. 10. à num. 1.* considerato etiam effectu respectu futuræ hæreditatis expectationis, nec cedi poterit, cum viuentis non sit hæreditas neq; pactum iniuri etiam inter fratres, nisi in manibus patris, si filios nõ haberet, *l. fin. C. de pact. Molin. de Maior.*

*lib. 2. cap. 3. num. 2. Giurb. de success. feud. §. 1. gl. 3. Cyriac. controu. 88. Cutellus de donat. tract. 1. discurs. 3. par. 6. nu. 118. & hanc opinionem veriolem fatetur, Giurb. ad consuetudinem Mess. §. 2. glos. 5. nu. 45. Tiraquell. de primogen. quæst. 29. per totam, vbi interpretatur text. contrarium in cap. quam periculosum 7. qu. 1. innumeros laudat Castill. tom. 3. cap. 12. nu. 107. Aliud ius primogenituræ, quod in certa re iure particulari ex contractu, vel alia dispositione competit, veluti ex fundatione maioratus, & hoc ius cedi potest cum in vita parentis considerabile sit, & ius formatum, & inuariabile, & idcò cedi potest, *Gratian. discept. 456. nu. 8. Giurb. d. gl. 1. num. 47. Thesaur. lib. 1. quæst. forens. 34.* Dummodò cessio fiat in sequentem successorem, non in alium, *Olea tit. 3. qu. 3. nu. 10. Gratian. discept. 603. per totam.* Nec obstat, quod agatur de futura viuentis successione, quia fit super primogenitura, in bonis primi institutoris iam defuncti, *Cancer. part. 3. var. cap. 2. num. 190. & par. 3. cap. 7. n. 141. fusè Olea tit. 3. quæst. 3. num. 12.* Securè cedi potest ius primogenituræ in maioratu delato, *Olea num. 25. Michelor. de fratribus par. 3. cap. 31. per totum,* vbi distinguit priuilegium personale ratione qualitatis personæ, ut ætatis, & non possit cedi, aliud personale, quod tamen iuri cohæret, scilicet succedendi, & istud possit cedi, & *nu. 9.* restringit patre mortuo, & in fauorem secundogeniti, fecus patre viuente, nam esset facere pactum de futura successione, & etiam fecus si primogenitus habeat filios; in quorum præiudicium non potest cedi. Primogenitus si filios non habet de consensu patris potest renunciare feudis, *D. Roccus in tract. de offic. rubr. sextus est casus, §. 6. nu. 188.**

Diuerso modo edisserit *Guglielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius de testam. verb. duos habens filios, num. 244. & seqq.* vbi in fine concludit ius primogenituræ in abstracto consideratum, & separatum à successione per pactum posse tolli, sed non vna cum ipsa successione. Arguentatur etiam, quod sit cessibile, nam tale ius sit quodammodò contra ius naturale, quo aequaliter defertur successio filijs

NON

non inspectò ordine natiuitatis. Nil ergò mirum si tale ius competens iure speciali facilius tollatur, quam ius succedendi competens de iure communi, & quod cedi possit, vult *Angel. in l. si stipulatio hoc modo concepta de verb. obligat.* Motus auctoritate veteris testamenti, in quo Esau renunciauit Iacob fratri suo iura primogenituræ viuente eorum patre Isaac, vt patet *Genesis 25. & ex cap. licet de vot. Oppositum vult Bald. in cons. 144. & seq. lib. 1.* & quod illud Esau factum fuerit ex sola Dei miseratione, & voluntate, qui per Prophetam dixerat *Malachia cap. 1. Iacob dilexi, Esau verò odio habui*, vt loquitur Apostolus ad *Roman. 9.* & Rebecca, matri fuerat reuelatum, *Frater maior seruiet minori.*

Frater primogenitus an possit cedere fratri secundogenito feudum delatum, sine assensu? Dic resolui in refutatione, si filios non habeat, *Amicangel. qq. feudal. qu. 9. nu. 24.* Nisi dixeris cessionem resolui in repudiationem, quæ licita est sine assensu, iuxta *Præs. de Franch. decis. 14.* vbi *Ego in obseru.*

10 Cedere an possit quis operas famuli sui, vel debitoris operarum? *Flor. de Mena lib. 1. var. quest. 8. §. 2. nu. 20.* tenet, quod sic, cedendo æquè idoneo. Et licet *Paul. de Castr. in l. 2. nu. 5. ff. solut. matrim.* expostulet cōsensum famuli fauore operarum. Verior tamen est opinio contraria, iuxta *Alex. in d. l. 2. & Oleam tit. 3. q. 4. nu. 12.*

11 Ius vindictæ an cedi possit? *Hodiern. controu. 3. nu. 65.* de iure vindicandi propria auctoritate adulterium vxoris, vel filia tradit cedi illud non posse, nisi in filium, cui possit mandare, quod occidat, & impunis erit filius, ita post *Farin. Caball. resol. crimin. cas. 300. num. 54. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 5. nu. 28.* vbi intelligit, si filius matrem, & eius adulterum ex mandato patris occidat, secus si absque mandato, & potestas hæc personalis sit respectu patris, vel mariti, ita vt Auo nō competat. Sed an possit committi extraneis? *Clar. §. homicidium vers. dubium est,* dicit in practica seruari opinionem affirmatiuam, licet de iure contraria opinio sit verior. Alij distinguunt, vt liceat ma-

rito, vel patri associare sibi alios, si solus non confidit, vt latè *Paschal. nu. 22. & 26.* scribit, associantes debere abstinere ab offensione, seu assistere tantum, vt maritus, vel pater tutius possit vindictam perficere, vide *Thor. par. 1. compend. verb. maritus.* Hæc quoad impunitatem. Aliter quoad peccatum.

12 Actio iniuriarum an cedi possit, remissuè se habet, *Olea tit. 3. Miscell. nu. 2.* Tu dic cessibilem non esse, quia non dicitur in bonis nostris ante litem contestatam, nec transmittitur ad heredes, *Surd. dec. 89. nu. 14. & 15.*

13 Cessio iurium non potest fieri in potentiores, & facta nullius est momenti, ita vt eorum virtute agi non possit, l. 1. & 2. *C. ne lic. potentior. Ayllon ad Gomez var. cap. 2. nu. 3. Olea tit. 2. quest. 4. à nu. 1.*

Punctus consistit in explicando, qui dicantur potentiores? Dic illum venire, qui iurisdictionem habet de iure, & de facto, qui aduersario metum inferre potest, *Abb. in cap. 2. nu. 2. de alien. iudic. mut. caus. fact. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præf. 129. nu. 37.* Senatores, & Magistratus, qui iurisdictionem habent solum circa ea, quæ sunt iuris, potentiores non dicuntur, *Olea tit. 2. qu. 4. nu. 23.* Beneuerum cessiones, & donationes tanquam ambitionis inualidæ sunt, siuè de iuribus litigiosis, siuè non, si non transferantur in testamento, *Præs. de Franch. dec. 493.* vbi *Ego in obseru.* Institutio, autè heredis facta de Imperatore, vel de Rege in rebus litigiosis non valet, *Dom. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 2.* Beneuerū pro Rege scripsit *Dom. Reg. Rouit. consil. 11. lib. 1.*

Cessionis iurium litigiosorum in potentiolem materia cessat, si lis sit in Ciuitate, vbi residet Princeps, *Bald. conf. 151. in princip. lib. 1. Tuscus lit. P. conclus. 463. nu. 18. D. Rodoer. conf. 2. nu. 15.*

Rursus valida est, si fiat per mulierem, quia hæc cogitur sua iura deserere, *Gratian. discept. 826. nu. 22. & seqq. & consult. Rodoer. vbi supra nu. 17.*

Prætercà si liquida sint iura, & actio cessata indubitabilis sit, quasi cesset in cedente calumnia, *Dom. Reg. Sanfel. dec. 120. nu. 3. Pratus tom. 3. discept. 26. nu. 31. Olea tit. 2. qu. 4. nu. 34.*

In

In alienationibus coactis, & ex causa necessaria, & similiter ex vltima voluntate cessat dicta prohibitio, *Olea nu. 26.*

Præmittendum nec erit, quod *Olea nu. 16. & seqq.* opinatur titulum *Cod. ne lic. potent.* eiusque poenam solum procedere, quando quis potentiori in fraudem transfert actionem, ut potentior non ad suum commodum, sed ad vtilitatem cedentis litem suscipiat. Solebant enim potentiores hæc pacta inire ea conditione, ut tertia, vel quarta pars litis sua esset, quod prohibitum extat in *l. litem, C. de procur.* & has conventiones uti iniquas prohibet *Claudius in l. 1. C. ne lic. potent. ne vel per viam patrocini, siue simulata cessionis potentiores actiones alienas in se transferrent, & probat ex verbis tex. in l. 2. C. eod. ibi, Aperta enim creditium videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores, ubi non dicitur cedentium, sed creditium, quasi poena non cedentibus, sed solum creditibus actiones suas imponatur.*

14 Cessio, quæ fit pro pecunia soluenda cedenti post exactionem, est simulata, & nulla, *Menoob. lib. 3. præf. 129. num. 5. Staiban. in obseruat. ad ref. 83. num. 9. Gabriel. comm. conclus. tit. de act. conclus. 5. nu. 3. & 44.* Cessio si est simulata cedens non ager, nec cessionarius ultra illud, quod donatur *Gratian. disc. 826. num. 33. Staib. num. 10.*

15 Legatum dotis relictum filix solum transmitti ad hæredes filix innuptæ vsque ad legitimam, non additamentum, siue ius parilitatis, *Petr. Gregor. de dote de parag. quæst. 39. Barbat. de assist. glos. 12. nu. 69. & dixi in obseruat. ad Francb. dec. 618. nu. 7. Giurb. obseru. 28. nu. 38.*

Additamentum assequi non potest mulier, nisi cum effectu nupserit, ita ut tale ius alteri, quam marito, & nuptiarum tempore cedi nequeat, *Hodiern. controu. 31. nu. 83. D. Altimar. ad Reg. Rouit. conf. 27. nu. 35. lib. 3.* Nisi cessionarius pro additamento summam aliquam mulieri dedisset, *Cutell. de donat. tract. 1. discept. 2. par. 14. nu. 46. lib. 1.* ut nouiter probat ingeniosus *Dom. Nicolaus Riccius in tract. de renunciat. parag. art. 4. nu. 42. & artic. 5. num. 76* ubi recedit à *Consiliar. de Rosa consulti. 6. nu. 1.*

## ARGUMENTVM.

Actio litigiosa an cedi possit, & specialitas legati huius actionis, & cessionis Fisco factæ. Instantia an transeat cessa actione? Et quid cessis omnibus iuribus. Agitur de cessione facta Aduocato, & de cessione actionis iudicati. Rescriptum ad litem pro cedente an suffragetur cessionario? Nomen debitoris an possit pro parte cedi? Cedens hæreditatem, vel transgens pretio accepto an teneatur creditoribus, & legatarijs? Expenditur text. in *l. non vult hæres esse, ff. de regul. iur.* & *Decius taxans gl. sam taxatur.* Cessio iurium impugnatur, prout titulus est impugnabilis. Cessio iurium facta an reuocari valeat? Debitore cedente pro satisfatione cum promissione euictionis, si creditor cessionarius noluit nouare, & reseruauit electionem agendi contra cedentem, & debitorem cessum, an cessio sit simplex? Debitor soluens virtute cessionis nullæ, vel falsæ an liberetur? Donatio contemplatione matrimonij an possit cedi alteri? Clausulæ ex quibus cedens præferatur cessionario, & e contra. Reducto censu ad minorem rationem cessionis per Principem, an cedens teneatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actio litigiosa an sit cessibilis?
- 2 Specialitas legati actionis litigiosæ.
- 3 Fisco an possit cedi hæc actio?
- 4 Cessa actione, an transeat ius instantiæ? & quid cessis omnibus iuribus.
- 5 Cessio actionis litigiosæ Aduocato an fieri valeat?
- 6 Actio iudicati rectè ceditur.
- 7 Rescriptum ad litem pro cedente an suffragetur cessionario?
- 8 Nomen debitoris an pro parte cedi possit.
- 9 Fideicommissarius, vel coheres aliquo accepto cedens an teneatur creditoribus, & legatarijs?
- 10 Expenditur text. in *l. non vult hæres esse, ff. de regul. iur.*
- 11 Cessio impugnari potest sicut titulus, & in carceribus facta an valeat?

E e

12 Cef-

- 12 *Cessio iurium facta an possit reuocari?*
- 13 *Gabella an debeatur per creditorem, cui cessum est ius candela per licitatore?*
- 14 *Cessionarius an teneatur defendere cedentem reconuentum?*
- 15 *Debitor annui redditus cedens pro satisfactione nomen debitoris cum promissione euictionis, & protestatione creditoris cessionarij non nouandi, & agendi ad libitum an directè possit conueniri?*
- 16 *Cessio an sit simplex, vel pro soluto est questio facti.*
- 17 *Cessionarius priuilegiatus an habeat electionem fori?*
- 18 *Cessionis nulla, vel falsa vi soluens an liberetur?*
- 19 *Cessionarius an iurare debeat de calumnia?*
- 20 *Cedens an respondere debeat positionibus partis?*
- 21 *Thesaurarij, administratores, & procuratores ad soluendum, & exigendum possint modico soluto cessionem reportare in ipsorum beneficium?*
- 22 *Donationem contemplatione matrimonij an possit donatarius donatori, vel alteri cedere?*
- 23 *Cessionarius praferatur cedenti, qui cessit iura potiora omnibus?*
- 24 *Cedens praferatur cedenti per clausulam, dummodò cessio non officiat cedenti nec directè, nec indirectè.*
- 25 *Cedens nomen cessum an liberetur?*
- 26 *Ius nominandi Cappellanum an possit cedi?*
- 27 *Cedere an possit ius luendi debitor censualis sciens nomen suum creditoribus sui creditoris hypothecatum, & peccet nouus creditor, vel emptor cessionarius exercendo scienter ius?*
- 28 *Reducto censu per Principem ad minorem rationem cessionis, an cedens teneatur?*

## Q V A E S T. C.

1 **A**ctio litigiosa, seu in Iudicium deducta, an cedi possit? controuertitur, *Giurb. dec. 107.* indistinctè tradit, cessio actione cum iure instantiæ, in cessionarium instantiam transire, ipsumque agere posse, quin ei obstat litigij vitium, *Muta dec. 14.* tenet cedi non posse actiones in

pupillos, viduas, & similes priuilegiatos, *Peregr. de iure fisci tit. 6. nu. 19.* probat, Fisco non posse, quem cedere actiones, quas ad iudicium iam deduxerat. Idem *Giurba nu. 1. & Amat. resol. 86. nu. 41.* post alios volunt litis, & instantiæ utilitatem in alium posse transferri, ita tamen vt iudicium ceptum ipse cedens prosequatur.

Confusè, & obscurè Interpretes de cessione actionis litigiosæ scripsisse, tradit *Olea tit. 3. quest. 11. num. 13.* Cæterum idem *Olea à nu. 1.* probat actionem litigiosam, siuè ius litigiosum cedi non posse, per *text. in l. 2. C. de litigios.* & firmiter *Hodiern. contr. 37. nu. 18. Regens de Marin. resol. lib. 1. cap. 256. nu. 1. Merlin. decis. 769.* qui limitat si cederetur cum vniuersitate bonorum.

Nihilominus sunt aliqui casus, in quibus licita actionum cessio, quos refert *text. in l. censemus, C. de litig. & Cancer. 2. var. cap. 12. à nu. 48. Olea d. qu. 9. à nu. 16.*

Quandoque cedens, qui litem inchoauit, illam prosequi tenetur iuxta *Innoc. & Abb. quos sequitur Gratian. disceptat. 906. nu. 15. Cutell. de donat. trat. 1. disput. 1. special. 20. nu. 23.* veluti si actio litigiosa legatur, tunc non ipsa transfertur in legatarium, sed tantum eius utilitas, *Auth. nunc si hæres, C. de litigios.* & hæres litem finire debet expensis suis, *Crespi de Valduara obseru. 107. num. 10. Olea ubi supr. num. 15. & 20.*

2 Speciale in re, vel actione litigiosa legata id esse, tradit *Olea num. 20.* In alijs autem casibus, in quibus licita est cessio actionis litigiosæ, cessionarium ipsum litem suscipere posse, si ius instantiæ, vel expressè, vel tacitè cum actione cedatur, vt in alienatione necessaria, vel indubitata; vt in actione Indicati, vel si debitor iudicialiter confessus est, debitorem esse.

3 In Fisco tamen speciale est, vt neque ex causa necessaria ei liceat, actionis litigiosæ cessionem habere, *l. 1. & 2. C. ne fisci, vel priuatus, Reg. Galeot. lib. 1. controu. 2. num. 18. Olea num. 20.*

4 Cessa simpliciter actione ius instantiæ non transibit, nam instantia nec actiue, nec passiuè transit in singularem successorem, sed vt transeat in cessionarium, vel singularem successorem specialis cessio

sio



- sio est necessaria, vel saltem, quod generaliter, & verbis vniuersaliter comprehensiuus instantiæ cessio fiat, veluti si cedatur actio cum omnibus, & quibuscūque iuribus, vel si cessionarius constitueretur in locum cedentis, *Reg. Latr. decis. 23. nu. 20. Reg. de Marin. d. cap. 135. Amat. resol. 86. à nu. 31.* alios refert *Olea nu. 18.* simpliciter cessa actione litis utilitas in cessionarium transfertur, & consentiente reo cessionarius litem prosequi poterit, *Olea num. 19. Amat. num. 41.*
- 5 Cessio omnibus iuribus, & actionibus competentibus super lite, instantia sine dubio transit *Staiban. resol. 15. num. 2. & seq.* vbi idem si cessionarius in rem propriam constituatur, & nullum ius referuetur, & *resol. 84. nu. 11.* vbi quod instantia, quæ specificè cedi potest, intelligatur cessa, quando fuit cessio generalis omnium iurium, maximè cum iuramento, ex *Giurb. dec. 107.*
- 6 Actio Iudicati ex sententia rectè ceditur, quia lis finita dicitur per sententiã, *Cancer. par. 3. var. cap. 17. nu. 434. Olea nu. 23. & seq.* vbi edisserit, quando appellatum fuerit à sententia, & rejicit *Farin. in fragmentis, verb. litigiosa res,* contrarium volentem, vt non dicatur lis finita, nisi fiat executio sententiæ.
- 7 Rescriptum impetratum ad litem de cuius cessione agitur putà delegationis, ad cessionarium non transit, *cap. fin. de rescriptis,* & licet rescriptum ad lites transmissibile fit ad hæredes, tamen cedi non posse, tradunt, *Galler. de renunciat. lib. 1. cap. 4. nu. 122. Reg. Valenzuol. conf. 38.* probat titularem debitorem pensionis non posse pro decursis pensionibus cõueniri per hæredem pensionarij coram Iudice exequutore pensionis, sed esse cõueniendũ coram Iudice ordinario, quem refert *Olea nu. 28.* quod mihi non arridet respectu hæredis pensionarij, sed benè respectu cessionarij.
- 8 Nomen debitoris, vel census an possit pro parte, vel in partes cedi, in comperto non est, quando inter viuos fiat cessio per contractum, nam si in testamento fiat, proculdubio legatum, vel institutio hæredis tenet, cum ipso iure diuidantur actiones inter hæredes, & vnus-

quisque pro rata sibi competente agit, *l. 1. C. si certum petatur, Amat. ref. 13. n. 37.*

Quando verò inter viuos, si cessio ex causa necessaria fiet, impugnari nequit, quemadmodum, neque cessio iuris litigiosi facta potentiori, *Olea tit. 3. q. 12. n. 20.*

Quæstio igitur est, si cessio fiat ex causa voluntaria, & nullam cessionem esse firmat, *Rebuffus ad tom. 2. ad leg. Gall. tit. de cess. act. art. 2. glos. 9. circa princip. Hunius resol. iur. lib. 4. tract. de act. par. 7. qu. 4. nu. 4. Arias de Mesa lib. 1. var. c. 11. n. 2.*

Contrarium probat *Cencius de cens. qu. 71. nu. 12. Olea d. qu. 12. nu. 22.* mouetur quia indistinctè permessa est cessio nominis, & actionis. Præterea alias nimis restringeretur effectus dominij. Obseruantiam Orbis pro hac opinione refert *Cencius, & Olea nu. 37.* tradit nunquam vidisse oppositam hanc exceptionem contra cessionarium.

Beneuerum obstabit, quod sicut repelli possit creditor, si pro parte ageret, ita repelli poterit eius cessionarius, cui obstant exceptiones, quæ obstarent cedenti, *Thesaur. dec. 121. Monter. decis. 25.* Quæ ratio tanti fuit apud *Cencium,* vt eum coegerit à sua sententia declinare, & profiteretur veram esse contrariam, si debitor reclamaret, & non assentiret cessioni. Sed *Olea num. 38.* à sua opinione non recedit, & occurrit obiectioni, vt eam militet, quando in creditoris potestate esset integrum debitum exigere, & hodie partem peteret, intendens postmodũ alteram partem petere in iudicio, tunc sit æquum, vt non audiatur, nisi totum petat. Sed in nostro casu hoc cessionario partis imputari non potest, quia vnusquisque integrè, quod sibi debetur, exposcit.

- 9 Fideicommissarius, vel cohæres, qui aliqua pecunia accepta transegit super hæreditate, vel fideicommissio dimissione facta apud hæredem, qui possidebat hæreditatem, cessit, & transtulit iura in hæredem, an teneatur ratione pretij, quod accepit, creditoribus, vel legatarijs. *Olea tit. 6. qu. 7. nu. 30.* negat per *text. in l. 3. ff. de transact.* Contrarium verò tenet *Surd. conf. 92.* cuius meminit *Fusar. de substit. qu. 521. nu. 18.* nempe fideicom-

missarium teneri soluere legata à se relicta, perindè, ac si verè, & realiter casus substitutionis eius euenisset, & in possessione bonorum fideicommissi esset. Ego distinguerem, an verbo cessionis adiungatur datiuus casus, vel accusatiuus, vt primo casu possit censi abstinio, & simplex priuatio, aliter in secundo casu, quia cessio est translatiua.

Diuerfa est quæstio in cessione hæreditatis, quando hæres, vel cohæres cedit hæreditatem hæredi ab intestato, vel cohæredi, an ex cessione adita censeatur hæreditas, quia cessio in consideratione non fit, cum non ad acquirendum, sed ad renunciandum fiat, *Gratian. decis. 17. nu. 17. Cancer. par. 3. var. cap. 15. nu. 160. cap. 22. à nu. 209. Qui nu. 160. id verum asserit, tamèn si pecunia accepta hæres repudiasset hæreditatem, Pras. de Franch. dec. 101. nu. 3. vbi quod creditores solum habent ius in id, quod ex causa renunciationis debitor accepit, Barry. de success. lib. 1. vol. 130. nu. 3. Imò creditoribus hæreditarijs nullam actionem competere aduersus hæredem ratione lucri, seu pretij, quod accipit probat *Olea tit. 2. qu. 3. nu. 45. ex Iacobo Gotofredo in l. non vult, ff. de reg. iur. quia non vt hæres, vel ex hæreditate habuit, sed occasione hæreditatis, proindè neq; teneatur legatarijs, neque fideicommissarijs.**

Casus enim prænarratus satis differt ab illo transactionis cum cessione iuriû in hæredem, nam ex illa cessione cum adiuncto accusatiui, & præpositionis, *In*, cessio intelligetur translatiua, & agnitum fideicommissum, quando autem quis cedit hæreditatem legitimo hæredi, vel cohæredi, & non extraneo, tunc cedendo hæreditatem, puta Titio cohæredi, potest rectè intelligi cessio extinctiua per viam renunciationis. Quia verbo cedo ad iungitur datiuum.

10 Obstabit *text. in l. non vult hæres esse, ff. de reg. iur. vbi hæres non est, qui ad alium transferre voluit hæreditatem, ac textum expendit Olea tit. 2. qu. 3. nu. 45.*

Laborat *glos. in exemplificando dictû text. in d. l. non vult, & exemplum ponit, quando quis fuit grauatus restituere, & cogitur adire ad instantiam fideicommiss-*

sarij, vt tunc restituendo non remaneat hæres, quo ad commodum. Sed quia, remanet hæres saltem nomine, ideò *Decius in dicto text. refellit exemplum glosæ.*

Verbum *transferre*, de quo *text.* loquitur intelligi de totali abdicatione, sentit *Decius nu. 2.* Sed hæc expositio non est tuta, nam qui se abdicat de medio, neque potest dici transferre, nemo enim transferre potest, quod non habet, & videntur confundi termini cessionis, & renunciationis extinctiua, & translatiua. Hinc quemadmodum *Decius in principio taxat. glos. scribens his verbis: Ista regula melius quam gl. dicat, exemplificari potest in casu, l. si quis ita hæres instituat, ff. de hæred. instit. vbi hæres institutus sub conditione si legitimus hæres hæreditatem vendicare nolit, nam si legitimus consentiat, quod hæreditas in hæredem institutum transferatur, apparet, quod non possit esse hæres, vt hic dicitur, qui enim in alterum transfert, illam nolle habere ipse dicitur.* Ità pariter eadem nota inuri potest *Decius* quando exemplificat in casu dictæ *l. si quis ita hæres*, nam legitimus hæres si nolit hæreditatem, in hoc casu repudiat, & repudiando non potest dici transferre hæreditatem in hæredem institutum, quam non adiuit.

Rectius explicari potest ex *l. Senatus, §. 1. ff. de donat. caus. mort. vbi qui donat illum potius, quam se habere mauult, quem intellectum etiam idem Decius nu. 1. assignat, & tunc donans donando transferre dicitur rem, quam habet.*

Pro nostra opinione stat *glos. Parisiensis tit. 1. §. 9. glos. 4. num. 4. cuius verba penès Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 14. hæc sunt: Aliud est absolute abstinere, & repudiare. Aliud verò cedere ius suum in aliû, quia tacite se gerere intelligitur hic cedens pro hærede sic cedendo, siue illa gestio fiat tacite, siue expresse.*

Recensere iuuat, *Cancer. part. 3. var. cap. 15. nu. 160. verba: Aut renunciatio fit per viam repudiationis, intendendo principaliter à se abdicare hæreditatem, & tunc licet pretium ob eam accipiatur, dicitur repudiatio, l. fuit quæstionis, ff. de acquir. hæred. Est tamen verum, quod talis repudiatio, quia regulariter continet cessionem*

*Senem iurium importat aditionem, cum alias cessio non valeret, l. si Auia. C. de iur. delib. facit text. in l. illud, ff. de repud. hered. notat Paul. in l. si actionem, C. de pact. & Bald. in l. pactum quod dotali, C. de collat. illa tamen acquisitio, ut momentanea non habetur in consideratione, & tantum inducitur ad validitatem cessionis, non tamē quod aliter censeatur adijisse hereditatem, & sic quod possit conveniri à creditoribus hereditarijs, ut per Crauet. conf. 700. nu. 2. allegat. Castrensem conf. 252. lib. 1. videnti Vincent. de Franch. dec. 14. & Mantie. de coniect. ult. vol. lib. 12. tit. 12. à nu. 17. Aut renunciatio fit per viam donationis principaliter, & tunc importat proculdubio aditionem, ut Mantie. vbi sup. Hoc loci Cancer. distinguit inter renunciationem, quæ fit per repudiationem, quamvis in illa concurrat cessio iurium, ab ea, quæ fit principaliter per donationem. Priore casu, licet concurrat cessio, ideòque præintelligatur aditio facta hereditatis cessæ, nihilominus quia reuera hæc renunciatio fuit facta per repudiationem, illa acquisitio ordinata ad validandam cessionem considerata non est. Si verò renunciatio fuerit facta translativè per viam donationis, tunc reuera fuit animus adeundi, & transferendi. Doctrina primi casus fuit Soccin. conf. 53. circa finem lib. 4. cum quo refert decisum Præs. de Franch. decis. 14. in secundo casu per text. in l. qui sic, ff. de solut. D. Roccus de offic. rubr. sextus est casus, S. 5. n. 178.*

Traditio illa nunquam mihi arridet, qua asseritur, ut acquisitio momentanea non habeatur in consideratione ad effectum, ut possit conveniri cedens à creditoribus hereditatis. Refragatur enim text. in l. 3. S. huic sententia, ff. de donat. int. vir. & vxor. vbi ita scriptum est: *Si donaturum mihi iussero uxori meæ dari, ait Iulianus, nullius esse momenti perinde enim habendum, atque si ego acceptam, & rem meam factam, uxori meæ dedissem.* Vbi idcirco donatio inutilis est, quia fingitur donatio prius marito quaesita, deinde eius iussu in vxorem collata. Idē comprobatur in l. idemque, ff. de donat. int. vir. & vxor.

Doctrinæ Soccini resistit communiter

recepta sententia in l. si tibi, ff. si cert. per. vbi Bart., Bald., Paul. de Castr., Iason., & alij volentes, ut quoties dominium momentaneum est in consideratione sit attendendum, ut in casu nostro, quo resultat effectus perpetuus, quia semel hæres nunquam desinet esse hæres, l. sicut, C. de repud. hered.

- 11 Cessio iurium de nullitate argui, vel impugnari potest ex causis, quibus potest titulus cessionis, scilicet venditionis, permutationis, transactionis, aut donationis aliusve similis, quo perficitur cessio, cum tunc velut umbra, & corpus sine anima remaneat cessio, Noguerol. allegat. 10. num. 73. Gratian. discept. 479. num. 72. post alios Olea tit. 8. qu. 1. nu. 3.
- 12 Sicut falsa causa vitiat contractum, legatum, aut aliam quamvis dispositionem, Cyriaq. controu. 65. nu. 21. Merlin. de pign. qu. 52. ita, & cessionem iurium falsa causa vitiabit, Amend. ad Franch. decis. 1. nu. 25. Olea dist. quæst. 1. nu. 6.

Cessio iurium facta in carceribus in fauorem eius, qui eum carcerari fecit, inualida est Paris. conf. 5. nu. 175. Olea nu. 8. Idem dicendum videtur, si facta sit cessio in domibus magnatum, Monter. dec. 45. num. 4. Scobar. de ratiocin. cap. 1. num. 2. Olea num. 7.

Cessio iurium ex donationis titulo vitiabitur in excessu quingentorum solidorum, ex text. in l. sancimus, C. de donat. probant Gratian. discept. 409. nu. 19. post alios Olea nu. 16.

Si venditio, permutatio alijue contractus rescindi possunt, aut ab eis discedi, ita etiam rescindi possit cessio iurium venditionis, alteriusve tituli facta, & cedens poterit ad primæua iura redire etiam ex capite non adimplementi, Guzman. qu. 35. nu. 128. late Olea n. 19. & seqq.

Vndè cessio iurium pretextu læsionis enormis, vel enormissimæ poterit rescindi, quemadmodum contractus, ex quo cessæ fuerunt actiones, Menochius conf. 848. nu. 27. & 34. Faber. & Fontanell. & alij, quos Olea sequitur nu. 23.

Cessio iurium si fuit facta, an reuocari possit, præsertim si cessionarius constitutus fuit procurator in rem suam? Dic quod non per reuocationem expressam, sed

sed per tacitam, quando cessionarius exigit à debitore cesso, si nondum interuenit vnum de requisitis in *l. 3. C. de nouat. D. Praef. Merlin. lib. 2. contr. 31. nu. 15.* Reuocari tamen potest cessio simplex ante acceptationem, *Cancer. pat. 1. var. cap. 6. nu. 180.* Similiter, si quis constitutus fuit procurator in rem suam sine cessione, & mandatum ei fuit exercitium directarum, si non interuenit vnum de expressis in *d. l. 3.* etiam quod mandatum factum sit creditori, *Olea tit. 8. qu. 1. nu. 28. & seq.* videndus tamen est *Salgadus in Labyrin. p. 1. cap. 27. nu. 74.*

13 Licitatori in subhastatione iudiciali ex causa exequutionis si res addicta fuerit, & is cedat omne ius suum creditori, & cessio statim fiat, Gabella non debetur, *Posth. de subhast. inspect. 44. num. 84. & inspect. 48. nu. 4.*

14 Cessionarius agens aduersus debitorem cessum, an cogatur defendere cedentem in causa reconventionis? Distingunt alij, an cessionarius agat vtilibus actionibus suo nomine, an verò mandatum actionum exerceat; vt primo casu non possit cogi, cedentem defendere. Aliud est in secundo casu, *Cald. de empt. & vendit. cap. 24. nu. 29.* Alij etiam plures distinctiones adhibent.

Conciliando autem *Olea tit. 7. qu. 4. nu. 21.* distinguit. Aut cessionarius ex causa lucratiua agit, & teneatur defendere per *text. l. si seruum, §. fin. ff. de legat. 1.* siue cessionarius directas, siue vtilis actiones exerceat. Si cessio sit ex causa necessaria, tunc eius defensionem suscipere non cogitur, nisi cessio in fraudem debitoris facta fuisset, fraus tamen non praesumitur, ita *Olea nu. 21. & seqq.* Quando autem cessionarius tenetur defendere cedentem, si nolit, vel non possit cedentem defendere ad agendum non admittitur, *l. mutus, §. pœna, ff. de procurat. Olea nu. 27.*

15 Debitor annui redditus si cedat creditori nomen censuale debitoris in sorte similis summæ, & promittat euictionem citra tamen nouationem primæuorum iurium, & creditor, cui facta sit cessio reseruauerit sibi electionem ad libitum agendi contra cedentem, vel debitorem cessum, utrū hæc cessio dicatur simplex,

seu solutionis causa, vel pro soluto?

Pro opinione, vt cessio censeatur datio in solutum, argumentum subministrat promissio euictionis, quæ debetur solum in casu dationis in solutum, quæ censeatur venditio, & quia in casu euictionis non potest agi ex primæuis iuribus. Idèd creditor cessionarius sibi prospexerit reseruatione antiquorum iurium, nam quando cessio est simplex, tunc dominium nominis cessi non transit in cessionarium, *Surd. conf. 145. num. 6. Durand. dec. 266. nu. 17. Staiban. in obseruat. ad resolut. 96. nu. 7.* & consequenter frustratoria, & incongrua esset promissio euictionis.

Similiter incongrua fuisset reseruatio primæuorum iurium, & frustra appositae esset, quia cessio simplex non liberat debitorem cedentem, & actio primæua remanet in suo robore, & efficacia, *Scaccia de commercijs, & cambijs, §. 2. glos. 5. num. 259. & 251. Staiban. ubi sup. nu. 1.*

16 Quæstio hæc facti, potius, & voluntatis dicenda, quam iuris, vt non cortex, & figura verborum, sed substantia verisimilis voluntatis attendi debeat pro facti qualitate, vt in hac materia aduertitur per *Rot. apud Durand. decis. 266. Royas decis. 362. num. 16. Leotard. de vsur. qu. 39. nu. 52. Card. de Luca lib. de credit. discurs. 27. & 64.*

Vndè ex facto pendere, an cessio simplex sit, vel in solutum, ait *Leotardus nu. 51.* quem laudat *Olea tit. 7. qu. 3. num. 19.* In dubio tamen simplicem cessionem praesumi proficitur, certius quando nouatio excluditur.

Quin imò cessio cum facultate agendi ad libitum aduersus cedentem, vel debitorem cessum est in facto in meliori forma, quam cessio simplex, nam cedens solutionis causa non potest directè agere contra cedentem, sed prius agere debet contra debitorem cessum, aliàs contra eum habet excussionis exceptio, cum hæc simplex cessio habet tacitam conditionem, vt creditor cessionarius, cui facta fuit cessio habere possit regressum contra cedentem, si à debitore cesso non possit suum creditum consequi, *Scaccia nu. 252. Staiban. d. obseru. 96. nu. 4.* In casu pro-

propósito creditor cessionarius absque aliqua excusatione debitoris cessi reservauit sibi facultatem agendi contra cedentem, consequenter sibi prospexit cessionarius potiori forma cessionis, & sicut per cessionem simplicem non liberatur cedens, ita nec in facto prænarrato, & iuxta hanc formam debitor cedens se constituit debitorem principalem, & remansit principaliter obligatus cum debitore cesso.

Uterius si cessio pro solutione facta fuisset per assignationem nominis cessi, iam extinctum esset debitum cedentis, licet reuiuisceret in casu euictionis, at tamen ante euictionem non competeret actio contra cedentem, prout sibi consuluit cessionarius, ut ita manu sua sibi satisfaceret in causam crediti, & salua foret electio agendi ad libitum contra cedentem, & hic modus cessionis conformis est cessionis, qua promittitur nomen exigibile, & accedit cedens uti principalis respectu sortis principalis, & fructuum in posterum decurrendorum, iuxta *Cencium quæst. 72. nu. 23.* & scripsi *qu. 7. num. 6.*

Nec obstat, quod cessio facta fuit in satisfactionem debiti, qua propter dicitur datio insolutum, & verbum *cedendi* significat in solutum dationem, *Staiban. resol. 190. à nu. 12. ad 25.* Et de datione in solutum coniuncta cum cessione loquitur *Duran. decis. 266. nu. 25. & Surd. conf. 145. nu. 28. ibi: Nec etiam mouet, quod cessio nominis non liberet debitorem cedentem, illud enim procedit, ubi sola interuenit cessio. Secus autem quando præter cessionem extat datio insolutum. Cumque cessio facta sit in satisfactionem, per consequentias satisfactio tanquam solutio liberat debitorem.*

Datio in solutum expressè repugnat noua obligatio cedentis, protestatio contraria nouationi, & reservatio ad libitum cessionarij creditoris agendi contra cedentem semper, & in omni futuro tempore, & sic repugnat mens, & intentio contrahentium, quæ omnibus præualere debet, *l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss.* signum euident, quod debitum per cessionem non erat extinctum, imò noua

contracta obligatio, ita *Consil. de Rosa. consult. 7. nu. 18. & 20. pulchrè Rota decis. 20. nu. 9. & 10. post Oleam*, ubi quod hoc casu non potest imputari negligentia in exigendo à debitore cesso, verba enim debent deseruire menti, non autem intentio verbis, *cap. humana aures 22. qu. 5. Menoch. conf. 97. nu. 44.*

17 Cessionarius si priuilegiatus sit, an habeat electionem fori ex iuribus cessis, quæstionem tractat *Olea tit. 2. qu. 4. num. 57. & adest decis. 195. Præs. de Franch. & dic, quod indistinctè priuilegiatus, siuè ex causa lucratiua, siuè onerosa trahat, ut D. Reg. Latr. dec. 54. Conf. Rocc. cap. 79. tom. 2. ubi ita decisum testatur pro cessionario per viam donationis.*

Restrigitur si cessio sit cum fraude, ut *Reg. Latr. nu. 9.* licet fraus non præsumatur, tamen si agitur, ut lucrum sit cedentis, cessio dicitur fraudulenta, vel aliud appareat *glos. in l. per diuersas, C. mandati, Alex. Trentacinq. lib. 2. var. resol. 2. de act. & semper improbat illa cessio cum pacto, ut quod percipitur, diuidatur inter cedentem, & cessionarium, Fontanell. decis. 189. & seq. ut in obseruat. dictæ decis. 189. de Franch.* Si cessio facta sit ad commodum cedentis, cessionarius non gaudet suo priuilegio, vel si directam actionem intentaret, *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 21. nu. 28.*

18 Inualida cessionis virtute debitor cessus soluens cessionario, an liberetur respectu cedentis, si nullitatis, vel iniustitiæ cessionis exceptionem nullatenus opposuerit, si cedens non potuerit cedere, quia minor, furiosus, vel alia persona illegitima ad cedendum?

Debitorem non posse opponere cessionario iniustitiam cessionis ex multis probat *Noguerol. allegat. 37. nu. 60.* etenim est ius tertij allegare, cessionem nullam dicere, & proinde regulariter non permittitur, *Giurba de success. feudorum, §. 2. glos. 9. nu. 81. ibi, nec cessionem esse nullam, quia ius tertij est.*

Adhæc debitoris cessio arbitrio videtur relinqui opponere vitium cessionis, iuxta *Fabrum C. mandati definit. 10.* qui asserit agenti ex cessione vitiosa exceptionem opponendam esse ante litem contestata-

testatam, & postmodum non posse inniti quasi contraxisse videatur cum cessionario, *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 24.*

Distinguit *Olea tit. 5. qu. 10. num. 9.* aut nullitas cessionis est clara apprens ex ipsa facie instrumenti, & tunc si debitor soluat non opponendo exceptionem nullitatis cessionis, non liberatur, aut nullitas non est clara, & liberatur. Exemplificat primum casum, si cedens minor esset, vel altet, qui sine sollemnitate cedere non potest, vnde *Rot. post Cencium decis. 18.* nullam iudicauit affrancationem census factam cessionario per filium familias patre ad suum commodum auctorizante.

Neque turbat, quod excipere de nullitate cessionis sit ius tertij allegare; Nā potius est allegare ius, & interesse proprium, cum alias soluendo liberationem non consequatur, ita *Olea nu. 31.*

Excipere de cessionis vitio tunc voluntati debitoris relinquatur, vbi nullitas, vel exceptio tendit in fauorem debitoris cessi, qualis est illa, quod cessionarius sit potentiōr, vel quod non iusto pretio cessionem non comparauerit, ita loquitur *Faber dicta definit. 10.* non verò in nullitatis exceptione in fauorem cedentis inducta, quæ ex ventre cessionis resultat necessariò opponenda erit, & nihilominus Iudex præciperet debitori tali cessionario soluere, reclamare debet debitor, quod non obstante, quod si compellatur per Iudicem, securus erit, *Prat. obseru. 5. & 6. Olea num. 12.*

Altera difficultas est, an liberetur soluens cessionario virtute cessionis falsæ, & satisfaciatur cedendo actiones suas, & conditionem furtiuam contractum, qui dolosè exegit pecunias?

Plures casus figurandi sunt, si creditor mittit cessionem, vel litteras contra Campforem, cui iubet solui Petro mille, ipse autem Petrus falsificat litteras respondendo bis mille, & falsitas sit obscura, vt falsitas non possit dignosci, tunc soluens liberatur. Idem si quis soluat virtute giratæ falsæ, quia in his casibus imputari debet creditori, quia primo casu non cautè scripsit characteres, & in secundo casu non custodiuit apocam. Alter

casus est in soluente vigore cessionis falsæ virtute instrumenti publici, quod intrinsecè falsum esset, tunc non liberatur soluens, iuxta *Oleam cap. 5. qu. 9. num. 21.* Beneuerum contrarium tenet *Casanati. conf. 9. nu. 33.* quem comprobatur *Giurb. dec. 79. num. 20.* de ijs articulis videndi sunt *Olea, Præs. de Franch. decis. 304.* vbi *Ego latè, & obseruauit diffidium inter Oleam, & inter Præs. de Franch. & latè discurrit Amatus resol. 20. à nu. 14.* vbi quod, is, qui falsæ cessionis virtute pecuniam à debitor exegit, non liberatur, etiam si famulus ipsius creditoris esset, qui solitus erat mitti pro pecunijs. Aliud si dominus mittere soleret famulum sine scheda, vel cessione.

19 Iuramentum calumniæ in animam suam recusare nequit cessionarius, & potest etiam in animam cedentis, & ad id mandatum habet ex *l. 1. §. 1. C. de iur. calumn. Olea tit. 6. Miscellan. nu. 13. & 16.*

20 Positionibus aduersarij tenetur respondere cedens ad instantiam debitoris, vel Rei conuenti, si is allegaret cedentem legaliore, *Thor. in supplement. dec. verb. cedens an teneatur, Hieron. de Leon. dec. 211. lib. 2. à nu. 11. Olea nu. 17.*

21 Procurator constitutus ad exigendum, simulq; ad soluendum si cessionem partis crediti in sui beneficium recipiat, & partem soluat, Dominus non tenetur admittere, nisi partem re vera solutam, ita decisum refert *Giurb. obseru. 58. D. Reg. Latro dec. 194. à nu. 36.* qui loquitur in conductoribus vectigalium, qui minori pretio obtinuerunt cessiones à creditoribus, quibus consignata erant. Et quamuis *Trullench. in summa lib. 7. cap. 20. dub. 10. nu. 3. Bonacin. disp. 3. quest. 3. punct. 10. propos. 1. vers. hinc colligitur,* limitent, quando Regij Administratores cum malis actibus pro minori summa obtinissent cessiones à creditoribus, tamen huius limitationis casus difficulter potest accidere, quia aut inopia, aut imminens pecuniarum necessitas, aut Administratorum malitia cogit creditores, vt recepta aliqua parte sui crediti pro integra summa cedant actiones suas Administratoribus, nec fatuitas præsumenda.

22 Pater vtrum in præiudicium filiorum possit



possit cedere alteri, vel retrocedere donationem sibi factam contemplatione matrimonij? Quæstio procedit, quando donatio acquiritur filijs vti hæredibus, non si expressè pro filijs, vti filijs stipulatum esset, vt *Gizz. ad Reg. Latr. decis. 43. à nu. 7. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 89. & lib. 2. resol. 68. à num. 7. Olea tit. 2. qu. 7. num. 34. Dom. Præs. Merlin. controu. 34. Quidquid censeat Andreol. contr. 127.*

Posito igitur, quod donatio adquiratur filijs vti hæredibus, dicendum videtur posse patrem cedere donationem, dum filij tenentur creditoribus patris, post alios *Dexarte dec. 7. Nogueros. allegat. 37. nu. 24.*

23 Distinguit *Olea tit. 2. qu. 7. nu. 39.* Aut agitur de cessione donationis facta alteri, & valeat cessio, aut donanti, & non valeat, nam inquit, non obstare, quod si patri permessa est alienatio, vel cessio donationis in alterum, non ideò possit retrocedere donanti, sed sit manifestum discrimen, cum secundo casu inualida fit retrocessio vti facta in fraudem donationis, quæ vera, & simulata esse non debet, *Hodiern. ad Surd. dec. 322. nu. 79. Dexart. nu. 16.* Diuersum est in cessione in alterum facta, quam in donantem, quia cum iam bona donata peruenerint ad donatarium, is poterit cedere, alienare, & disponere, sicut de alijs bonis, laudat *Olea* pro hac distinctione, *Dom. Reg. de Ponte conf. 80. nu. 15. lib. 1. Hodiernam nu. 33. Cancer. par. 2. var. 8. à nu. 15.* At iuxta rationem, quam assignat *Olea*, confunduntur termini retrocessionis donationis, & simulatæ donationis, potuit enim esse vera donatio, & ex interuallo præsertim post longum interuallum retrocedi, si non adsit antapocha indicata per eundem *Oleam nu. 39.* Videnda sunt in contingentiæ facti, quæ scripta sunt in *obseru. ad dec. 205. Præs. de Franch.*

24 Cedens iura potiora omnibus, an cedere censeatur etiam contra seipsum, ita vt cessionarius præferatur etiam cedenti in concursu? *Staiban. vbi supra in obseruat. nu. 96.* tenet, quod sic ex *Negus. de pignor. membr. 3. par. 5. nu. 42.* At ego oppositum sentirem ex eo, quod in sermone vniuersali nõ veniat persona loquen-

tis, vel strictiùs, quia simpliciter cedens aduersus se cedere non intelligitur, *l. si peculium, §. sicut, ff. de pecul. glos. in l. emptor, vbi Bald. C. de hered. vel act. vend. Olea tit. 5. qu. 2. num. 22. & 24.* vbi quod Dominus, qui locauit ius exigendi gabellam, contra se actionem celsisse non videtur, *l. licitatio, §. fiscus, ff. de public. & vectigal. Nogueros. allegat. 39. nu. 36. & scripsi qu. 28. nu. 9. D. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 158. num. 3. & 4.*

Hinc quæstio hæc dependere videtur ab alia, an simpliciter cedens intelligatur cedere contra seipsum? Articulum disputat *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 23.* vbi pro vtraque parte iura, & authoritates recenset, pro cedente est *text. in d. l. si peculium, §. sicut, & d. l. limitatio, §. ult. Reg. de Marin. & alios.* Pro cessionario autè *text. in l. si culpa, ff. de rei vendic. l. mulier, ff. qui potior. l. 2. in princ. C. de fideiussor. Præs. de Franch. decis. 260. num. 1. Dom. Reg. de Ponte conf. 82. num. 25. lib. 1.* Distinguit demum *Arias de Mesa nu. 4. & seqq.* vt secunda opinio locum habeat si cessio sit necessaria, vel ex causa onerosa, secus si ex æquitate, *Dom. Reg. Roust. conf. 53. lib. 1. à nu. 7.*

25 Cedens an præferatur cessionario, si celsit cum clausula, dummodò cessio non officiat directè, neque indirectè? Affirmat *Staiban. resol. 130. nu. 106.* idque probat ex *decis. 260. Præs. de Franch. & allegato pro se Thor. par. 1. compend. verb. cedens.* Ego nihilominus in *obseruat. ad d. decis. 260. nu. 2.* aliter scripsit, quando apponitur simplex pactum per cedentem, quod *cessio non officiat cedenti directè, nec indirectè, additis etiam verbis, & non aliter, nec alio modo, ommissis verbis. Neque in concursu.* Idq; securè procedit, si cedens ex causa voluntaria celsit, vt quia vendidit nomen debitoris, quia cedens non afficitur damno, cum acceperit ab eo partem crediti, & pro concursu in dicto casu iudicatum refert, *Thor. verb. graduari in supplem. compend. & hodie passim adduntur verbá: Neque in concursu, cessio officiat cedenti.*

26 Cedens nomen alij prius cessum, an liberetur insimul etiam cum fideiussore, si fortè quis intercesserit? *Arias de Me-*



sa lib. 1. var. cap. 43. nu. 19. articulum resoluit his verbis. *Quod locum obtinet, etiã si propter dolum debitoris soluentis creditor non potuerit cessum nomen exigere, utputa quia prius alij fuerat irreuocabiliter assignatum. Nec etsi debitor de dolo actione possit conueniri, adhuc tamen vetus obligatio perimitur, ut docet Bald. in l. si cum dotem 22. S. si mulier, ff. sol. matr. vbi Angel. extra causam dotis id verum esse proficitur, sequuntur Iason. in l. singularia, nu. 49. Cagnol. n. 190. ff. de reb. cred. Stracca in tract. de mercatur tit. de decoctor. par. 5. num. 4. Surd. conf. 145. nu. 32. lib. 2. Marta voto 144. nu. 5. Neque enim propter dolum cedentis ipso iure datio in solutum nulla est, sed solum de dolo actio aduersus eum competit, l. sub pretextu, C. de transact. l. dolo, C. de inutil. stipul. Vnde etiam intelligitur in hac specie fideiussores pro prima obligatione acceptos inquietari non posse, iuxta ea, que tradit Bar. in l. si quis alia, nu. 1. & ibi Castrens. ff. de solut. Capoll. cautel. 123. Surd. conf. 145. nu. 32. Gratian. discept. 117. nu. 14. vbi nu. 18. Id quoque recipiendum asserit, etiam si creditor protestetur, se nomen debitoris insolutum recipere citra nouationem, & praiudicium priorum fideiussorum, nam nihilominus cum fideiussoribus, nisi de nouo consenserint, nullo modo agi poterit.*

Comprobare videtur idem D. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 32. nu. 80. vbi quod cessio nominis ob dolum nulla non est, sed actione de dolo rescinditur. Facit, quod cedens, dum tenetur facere verum nomen cessum, si verum non sit de euictione tenetur, & ideo si primæua iura non sint in casu euictionis reseruata, non reuiuiscant euictione sequuta, vbi agitur de creditore non priuilegiato, cum à priuatione ad habitum non detur regressus, & consequenter competit actio de euictione, non autem primæua ex credito, pro quo facta est cessio, Bart. & Alber. in l. eleganter, ff. de pignor. Medic. dec. Senens. exam. 47. a nu. 27. Fab. C. de solut. def. 49. Arias de Mosa lib. 1. var. cap. 40. n. 3.

Contrarium iuadetur, quia nomen cessum rursus cedi non potest, quia ius extinctum, vel quod non est, cedi non potest Viscon. ad Franch. dec. 75. Cyriacus

controu. 157. nu. 14. Olea tit. 7. qu. 8. nu. 3.

Accedit, quod cessio illa utpotè propter dolum facta est nulla, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. & seq. lib. 2. conclus. 1315. Paris. de resignat. benef. lib. 13. quest. 3. nu. 20. Noguerol. allegat. 29. num. 205. Mans. consult. 19. nu. 23. & seq.

Facit, quod dans fideiussorem in locum primi, si dolosè procedit, non liberatur primus Additio ad Bart. in l. 3. ff. de fideiuss. & ibi Angel. ad finem Noguerol. vbi sup. num. 20.

Confert, quod primus contractus non innouatur per secundum, si per dolum fuit contractus secundus, Gratian. discept. 290. num. 13. Muta dec. 11. nu. 9. Noguerol. num. 201.

Nec turbat, quod cessio nominis alij prius cessi veniat rescindenda, & non sit nulla, nam potius dicitur inutilis, & nulla mero iure, & rescissio non ad iuris effectum, sed ad factum refertur, quasi cessio, quæ de facto præcessit, de facto quoque reuocetur, Redoan. de reb. Eccles. qu. 77. cap. 1. nu. 16. in quo sæpè verbum, rescindere, in iure vsurpatur, l. si dolo, & ibi gl. verb. rescindi, C. de rescind. vendit. Idem Arias de Mosa lib. 3. cap. 23. nu. 30.

27 Ius nominandi Cappellanum, an cedi possit? Respondendum videtur negatiuè, quia electio sit personalis, limitata ad industriam personæ, l. si quis arbitratu, ff. de verb. obligat. Olea tit. 3. qu. 1. nu. 49. vbi quod licet cedi non possit hæc facultas, potest tamen ipse cedere officium suum alteri, Carpius de execut. testam. lib. cap. 19. Pras. Merl. controu. 86. lib. 1. Olea vbi supra nu. 50.

Cæterum quidquid dicat Olea, distinguendum est, quia si erecta sit Capellania, siuè Ecclesiastica, siuè laicalis, & reseruatum sit ius nominandi Capellanum alicui, vel censeatur reseruatum pro hæredibus fundatoris, & Capellania sit Ecclesiastica, & ius nominandi hæreditariu, tunc absque dubio poterit donari alteri cum consensu Ordinarij, & si Capellania fuerit temporalis, seu legatum pium cum opere missarum cum facultate alicui relicta nominandi Capellanum, quia facultas est perpetua, & hæreditaria potest alteri cedi, & donari sine consensu Ord-

Ordinarij, & ità in vtroque casu practicaui, nam primo casu idem erit dicendū de donatione iuris patronatus, quæ potest fieri cum assensu Ordinarij. Quinimò patronus potest cedere ius præsentandi pro vna vice tempore vacationis.

Conuenit quæstio excitata per Io: Nic. Delph. de iur. patr. lib. 2. nu. 162. vbi inquit, an præsentandi facultas delegari possit? Respondet, quod sic per *tex. in cap. constitutus de concess. præbend. in cap. statumus. 15. qu. 1. cap. cum in generali de offic. Vic. lib. 6.* arguendo à facultate conferendi beneficia, quæ delegari potest.

Ius eligendi Episcopum, vel Abbatem, quod competit Canonicis, vel Monachis, cedi posse, tenet, *Iason in l. si stipulatus fuerim nu. 1. & 2. ff. de verb. oblig. per text. in cap. causam de elect.*

<sup>28</sup> Debitor censualis an possit redimere censum creditori, licet sciat creditori esse obligatum, affirmant *Cencius de cens. qu. 72. nu. 6.* & pariter *Larrea allegat. 22.* & in terminis *D. Salgad. in labyrin. creditor. 1. par. cap. 27. à nu. 44. & 2. par. cap. 28. nu. 5. Castro Palao de iustit. & iur. disput. 6. punct. 37. §. 5. par. 7.*

Maiores difficultates est vtrum in dicto casu debitor possit cedere ius luendi extraneo volenti emere censum, vt securus sit ab hypothecis creditorum cedentis censum? *Garzia de hypotheca post contractum nu. 13.* vbi cum in principio resoluisset, censum iam constitutum posse vendi, & alienari, vt alia quælibet bona, infert ex hoc posse dominum census procurare illum extinguere, & resolvere hoc agendo cum venditore, etiam in præiudiciū hypothecæ ex illo censu constitutæ.

Et in hoc dolus non committitur, vt patet, ibi: *Tunc ipse emptor, vel quia sibi expedit habere suam pecuniam potius, quã annuos redditus, & vel dolo, vel fraude sollicitet antiquum venditorem, vt offerat pecuniam, & recuperet, aut extinguat annuos redditus, planè hæc tam aperta, & explicita voluntas nihil ad rem facit, quominus venditio resoluat, ac subinde pignus, quia emptor facit sibi rem utilem, nemini autem denegatum est, suam sibi quærere utilitatem, si id sibi liceat, nec etiam dolo facti, qui suo iure utitur l. nullus 66.*

*ff. de reg. iur. idq; in proprijs terminis. expendebat Iuriconsultus in d. l. veltigal. & nemo debet nocere sibi, vt alijs proficit, nec omittere suam utilitatem, etiam si alijs noceat, l. proculus, ff. de damno infecto, & nu. 14. & 15. Garc. idem prosequitur, & num. 16. addit, Hoc procedere etiam, quod cum utilitate emptoris, sit immixtus dolus, quia iste non est dolus illicitus, sed diligentia, l. qui autem, §. sciendum, ff. quæ in fraud. d. cred. & num. 17. confirmat hæc resolutionem Garz. ex eo, quod non obstante dolo redemptionem remanet facta, quia originem habet ab anteriori causa vt ipse census, & fortius in Regali iure, quod habet qualitatem, & priuilegium, illud expediendi per nouam venditionem, & tunc intentari non poterit actio hypothecaria, quia hypotheca per redemptionem euauit, sed actio personalis ex edicto, quæ in fraudem creditorum, & quod etiã cessabit quando in dolo est admixta utilitas emptoris.*

*Garciam* in his omnibus conclusionibus sequitur *Rodrig. de ann. reddit. lib. 6. qu. 18. nu. 55.* ad finem confirmando suam resolutionem, ex traditis à *Cyn., Alberic., & Salyc. in l. 1. C. si antiquior creditor,* qui dicunt licere mihi emere pignus pluribus obligatum à primo creditore vendente iure creditoris, quamuis ex hoc cæterorum pignus extinguatur, nec dolo facio, quia iure meo vtor, sequitur *Gregor. l. 46. tit. 13. par. 5. glos. 2. Casanat. conf. 6. num. 64.* vbi probat, quod nemini facit iniuriam, recipiendo pretium ex contractu præambulo, *Giurb. dec. 79. n. 27. ad fin.*

Hoc confirmatur ex traditione, *Ponte dec. 28. nu. 17. & 18.* vbi in resignatione officij facta à debitore, & ab eo, qui tenebatur obseruare contractum, probat tali resignationi fraudem non inesse, quia est res vsitata, & emptor ad nihil tenetur, sic contrahendo, quia vsus est iure suo, & contraxit eo modo, quo lex mandat ad sui beneficium, ex quo si secundario læditur conductor, lex hoc non attendit, sed succurrit remedio actionis ad interesse in beneficium conductris contra locatorem, pro quo est facta regula, *l. nullus, ff. de reg. iur. & materiam prosequens, cum n. 18.* loquutus fuisset de nouis ven-

ditionibus, quæ Neapoli vſtantur ad extinctionem onerum anteriorum, ait *nu. 19.* quod in hoc caſu non eſt curandum de intereſſe ſecundario tertij, *nu. 20.* tradit, quod cum ſint hi contractus liciti, & ſoliti, non eſt curandum de mala fide, vel dolo, *Ponte refert Amato conf. 10. & melius conf. 49. nu. 4. uerſ. præmiſſa, & nu. 5. & 9.* vbi in indiuiduo reſpondet fraudi quod non conſideratur in illo; qui ſuo iure vtitur *nu. 14.* fuſè *Noguerol. allegat. 14. nu. 127. uſq; 130.*

In conſcientia quid autem ſit dicendum, & diſtinguendum eſt, vtrum ceſſionarius ad ſummum commodum cedat ius luendi, putà ad faciendam nouam venditionem cenſus ad minorem rationem antiqui extinguenti, & puto, ceſſionarium eſſe tutum, aut ad transferendum antiquum cenſum in nouum emptorem in præiudicium creditorum ſui primi creditoris ſine aliqua ſua vtilitate, & tunc cogitandum erit, de quo videndus *Castr. Patav. ubi ſup.*

Ceſſo aliquo cenſu impoſito ſuper bonis Vniuerſitatis ad rationem, puta ſeptè pro centenariis, aut ceſſis locis Montium, vel S. Georgij ad rationem quandam pro centenariis, cum promiſſione perpetuæ exigibilitatis de iure, & de facto, ſi poſt ceſſionem cenſus, & redditus ex ſpeciali Principis ſæctione moderati fuerint, vt contigit in Regno noſtro, & extra, an cedens teneatur? Dubium hoc elegans appellat *Olea tit. 79. nu. 31.* qui refert *Tödut. reſolut. ciuil. cap. 40. poſt nu. 53.* inclinantem in opinionem negatiuam. Ducitur ea ratione *Tondutus*, quia cedens nõ præſtet caſum, qui ex facto Principis accidit, *l. Lucius, ff. de euict. & periculum reductionis factæ à Principe ſpectare ad ceſſionarium, volunt Carena reſolut. præſt. 118. Guzman. de euict. qu. 30. nu. 9. & qu. 62.* Admittit hanc opinionem *Olea* quando voluntate Principis facta ſit reductio, vel propter bellum, vel aliam calamitatem. Aliter ſi ob impotentiam Vniuerſitati ſuperuenientem reductio facta ſit, *Leotard. de uſur. qu. 30. nu. 31.*

Reductione ex facto Principis ſequuta, conſiderat *D. Card. de Luca lib. de credito diſcurſ. 64. nu. 15.* etiam inexigibilitatem

de iure, quia non debetur amplius annualitas ad maiorem rationem per Communitates, quæ ſoluunt ad rationem reductionis, & nihilominus illud accidens cedere debeat in damnum ceſſionarij, his verbis: *Aut poſita tunc ueritate, ſeu exigibilitate de iure, poſtmodum in toto, uel in parte reſultet inexigibilitas etiã de iure, putà quia Princeps, uel alter ſupremus Magiſtratus, qui ad id ſufficientem poteſtatem habeat edicto, ſeu lege caueat, quod cenſus, uel alij redditus ad minorem ſummam reducantur, ſeu per aliquod tempus ſuſpendantur, ut in cenſibus cum Communitatibus frequenter contingere ſolet ex deductis per Cenc. de cenſ. q. 3. Rouit. Prag. 5. de cenſ. plenè *Olea de ceſſ. iur. tit. 3. qu. 7. ſub tit. de cenſ. in ſuppl. ſiue quod debitoribus moratoria concedantur ex cauſa belli, uel ſterilitatibus, aut alterius accidentis ad ea, quæ ad materiam moratoria habentur collecta per Graſſ. de effect. cler. cap. 32. cum ſimilibus, & tunc ubi etiam cedens utramque exigibilitatem facti, & iuris promiſiſſet cum verbis denotantibus tractum ſucceſſiuum, ac perpetuum, adhuc iſtud accidens cedere debet in damnum ceſſionarij, cum ſit caſus, qui ſequi debet dominum eodem modo, quo eius damno cedere deberet amiſſio cenſus in toto, uel in parte ob cauſalem peremptionem fundi, uel deteriorationem, ut bene probat *Olea* ubi ſupra, idque nimirum probabile videtur.**

*Niſi* (vt quandoq; in facti contingentia practicaui) eſſet ceſſio, uel assignatio pro ſoluenſo, non autem pro ſoluto, quia nempe debitor annui cenſus impoſiti ſuper eius bonis ad maiorem eius commoditatem, ac ad euitandum circuitum ſiue (ut frequentius) ob qualitatem creditoris, in quo facilior ſit exactio fruſtuum, uel reddituum à Communitatibus, uel à debitoribus potentibus, talem assignationem tanquam per ſpeciem mandati faciat, cum totum pendeat à domino, cuius ſequela eſt periculum; Ideòq; iſtud eſſe debet eius, qui eſt dominus, & cuius eſſet commodum, quod ab incremento reſultaret, dum tali caſu ceſſionarius, uel assignatarius ſubiaceret periculo peremptionis fundi, ſuper quo eius cenſus fundatus eſt.

E' contrariò *Anſald. conf. 26.* decertat pro ceſſionario, quoties cedens promiſit

ma-

manuteneere bonum nomen, ex *Barzio dec. 110. nu. 20. Mart. de claus. par. 1. claus. 305. nu. 1.* edifferens, quod reductio de ordinaria potestate Papæ, vel Principis procedat, & quod casus non sit inopinatus, & insolitus cum passim fiant reductiones; idèque non possit argui, quod casus post cessionem contingens cedat in damnum cessionarij, cum non sit casus.

Præterea siuè inexigibilitas quantitatis cessæ vltra summam moderatam sit de iure, vel de facto, dum cedens vtramque promissit, teneri, debet de parte reducta per Principem iuxta communem distinctionem ab eodem etiam *Card. de Luca* approbatam in eodem *distur. 64. nu. 21.* vt latè supra dictum est in *qu. 6. num. 14.* Consequenter tradita in præsentis articulo pugnare videntur cum illis, quæ in dicta *qu. 6.* scripta sunt.

Ad conciliandam repugnantiam, & contrarietatem dicitur, quod si promittitur creditum cessum omni futuro tempore idoneum, & capax, prout in *quest. 6.* tunc verba promissionis referuntur ad exigibilitatem de facto, & superueniens inopia debitoris cessi potest cedere in damnum cedentis, prout si cessionarius sibi consulisset fideiussione, & principali obligatione cedentis. Quatenus demum reducto censu per Principem post cessionem consideratur inexigibilitas de iure, & per consequens stante prouisione, videtur, teneri debere cedentem. Verius enim erit hanc inexigibilitatem superuenientem de iure non fuisse consideratam in promissione exigibilitatis, quia non tenetur cedens de ciuictione, quæ ex facto Principis sequitur.

### ARGUMENTVM.

Cedens, & cessionarius qualiter insimul concurrant. Clericus an cedat franchitiam? Priuilegium quando transeat per cessionem iurium. Melioramenta an possint peti sine cessione? Ieiunium, vel opus bonum an possit cedi? Decimæ an possint cedi laicis? An ius sepulchrorum cedi possit? Cedens an possit transigere post cessionem? Actio dotis repetendæ constante matrimonio an possit cedi?

Exigibilitas quando censeatur promissa, ex quibus formulis? Actiones passiuæ, & ius excipiendi de adulterio vxoris an possint cedi? Legatū dotis ante nuptias, vel post in dotem non datum an possit cedi? Cedendo iura conuentus vt agat, an liberetur? Cumulantur nonnullæ assertiones in materia cessionis?

### S V M M A R I V M.

- 1 Cedens, & cessionarius quando concurrat per æs, & libram.
- 2 Clericus an possit cedere franchitiam?
- 3 Priuilegium heredibus, & successoribus concessum an per cessionem iurium transeat ad singularem successorem?
- 4 Prohibitus cedere, uel eligere potest procuratorem constituere.
- 5 Melioramenta, an possint repeti sine cessione?
- 6 Cedere alteri an quis possit ieiunium, uel bonum opus?
- 7 Ius formale decimarū, an laicis possit cedi?
- 8 Ius sepulchrorum, an possit cedi?
- 9 Cedens an possit transigere post cessionem?
- 10 Actio dotis ob decoctionem uiri, an possit cedi, & quid si ob diuortium, uel deportationem uiri?
- 11 Exigibilitas perpetua quando censeatur promissa?
- 12 Exigibilitas, ex quibus clausulis censeatur promissa?
- 13 Formula cessionis recensetur.
- 14 Actiones passiuæ, an cedi possint.
- 15 Maritus an possit cedere ius excipiendi de adulterio uxoris, si dotem donauerit, uel uendiderit?
- 16 Cessione ante matrimonium, uel post utrum sit legatum relictum mulieri pro dote si non fuerit in dotem traditum?
- 17 Cedendo iura conuentus vt agat an liberetur?
- 18 Asserta nonnulla cumulantur in materia cessionum iurium.

### COLLECTANEA.

- 1 Cessione facta sine clausula, dummodo cessio non retorqueat contra cedentem, cedens, & cessionarius tunc concurrunt per æs, & libram, ita *D. Reg. de Ponte dec. 34. nu. 73.* vbi sic ait.

Nec

*Nec ex cessione, & concursu damno afficitur cedens, si habuit à cessionario partem crediti, pro quo cessionem fecit, & si non cessisset plus nõ consequeretur, & è contra cessionarius cum representet cedentem, & habeat eandem obligationem ex eodem iure, & fonte, non potest pretendere ius anterius, sed concurrat insimul cum cedente contra debitorem ad suum creditum consequendum, unusquisque pro sua rata, & si bona non sufficerent, diuidetur per as, & libram pro quantitate crediti vniuscuiusque ad text. in l. quod autem, §. eleganter, ff. de donat. inter virum, & vxor. vbi text. elegans ad hoc: Alias si cessionarius praeferretur, damno cedens ex cessione afficeretur, & operaretur contra ipsum, quod ut dixi nullo iure procedit, quando non praecedat obligatio cedendi, & sumus in extraneo, & fit cessio ex equitate iuris fundata in dicta regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest: voluntariè enim quis soluit pro debitore ad obtinendam cessionem, vnde sibi imputet si erit in damno, & dum aliud non acquirit, quam ius creditoris pro parte, quomodo vult excludere creditorem in residuo, si parem causam cum eo habet? Et hoc videtur de indubitabili, quia ex cessione non plus iuris consequi potest, quam quod est penes cedentem, mediante qua succedit in locum illius.*

- 2 Clericus, an possit cedere in parte, vel in toto franchitiam suam? *Olea tit. 6. quest. 3. nu. 5.* agens de cessionario Ecclesiae, an gaudeat immunitate, qua Ecclesia gaudet contra plures pro negatiua opinione, demum ita loquitur: *Vnde non probo, quod tradit Marc. Ant. T. bonat. decis. 299. part. 2.* Clericos posse cedere laicis franchitiam suam, & in cessionario laicos transferre immunitatem laicorum. E' contrariò *Ventrigl. in prax. notabil. Eccles. tit. de immunit. Clericorum à datijs annot. 14. §. unico, num. 12.* affirmat quando franchitia est taxata, vt possit tunc Clericus cedere, vel vendere in toto, vel in parte eam laico, ex *Quaranta in sum. bullar. & ita refert praticari in Regno.*

Rationem assignat *Dom. Card. de Luca lib. 14. de regular. tit. miscel. Eccles. discurs. 5.* quia non omnibus Ecclesiasticis, alijsuè exemptis suppetit commoditas confi-

ciendi panem propriae domi. Vnde propterea emere coguntur panem vsualem, cuius pretium est mixtum, partim scilicet intrinsecum, & naturale pro valore tritici, expensis moliturae, cocturae, & compositionis; partim extrinsecum, & accidentale ratione gabellae, hinc ait inoleuisse vsualem, quo Ecclesiasticis permittitur facultas vendendi, vt ita se reintegrent de illa gabella, quam soluunt ex occasione vendendi panem vsualem, sed in hoc articulo me relatores gero, & videndus *Dom. Reg. de Marin. lib. 2. resolut. 159. & ad Reuert. decis. 314.* cum alijs congestis per *Oleam dicto num. 5.*

- 3 Priuilegium immunitatis alicui per supremum Principem concessum pro se, & haeredibus, & successoribus suis, ita quod ipse, & successores sui ad aliquod onus, vel ad aliquod praestandum minimè teneantur, an extendatur ad emptorem bonorum, si priuilegiatus in eum iura sua per cessionem transtulerit? *Tondus. resol. ciuil. cap. 44.* probat, quod sic, quia priuilegium sit reale, sed *D. Reg. de Marin. vbi sup. num. 7. & 8.* negat, nisi super adderetur vniuersalis dictio, quibuscumque haeredibus, *Larrea allegat. 11. num. 18. & 19. & Cyriacus controu. 151. nu. 55.* Distinguit *Ciarlin. controu. 110.* inter priuilegium, & contractum onerosum, vt in priuilegio clausula, *pro se, haeredibus, & successoribus* non extendat ad singulares successores, secus in exemptione à Principe titulo oneroso habita, & in hanc distinctionem inclinatur *Olea vbi supra num. 6.*

- 4 Prohibitus cedere, vel eligere, vel procuratorem suum constituere, potest tamen simplicem procuratorem constituere, ita probat *Lambert. de iur. patr. art. 1. quest. 4. lib. 2. p. 1. num. 6.*

- 5 Melioramenta an possint repeti absque cessione ab eo, qui ipsa fecit? seu vtrum qui melioramenta non fecit, pro eis ius retentionis habeat, si cessionem ab eo, qui meliorauerit, non habuerit? *Surd. consil. 183. à num. 19.* negat his verbis: *Et ad hoc vt melioramenta peti possint, vel pro eis fundus retineri, necesse est, quod actor probet, se ea fecisse, vel ab eo causam habuisse vniuersali, vel singulari titulo cum cessione iurium, qui ea fecit, alias, obtinere non*

non

*non potest*. Et quod possessor probare debeat, quod ipse ea fecerit, vel saltem alius, cuius sit ipse successor vniuersalis, vel particularis, *Paul. de Castr. consil. 270. part. 2. Honded. conf. 85. num. 41.* Et quamuis vbi constet melioramenta fuisse facta, intret præsumptio, quod ab eo sint facta. Tamen dicta præsumptio non sufficit, vt *Gratian. disc. 193. num. 1.* quem refert, & sequitur *Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 4. num. 4.*

Et licet sufficiat, repetere volentem melioramēta esse successorem eius, quem constat illa fecisse etiam singulari. Requiritur tamen, quod talis successor singularis reportauerit iurium cessionē, alias sine ipsa nihi acquireret, vt post *Gratian. num. 2.* idem *Pacion. num. 5.* Qui tamen aduertit non acquirere actionem pro repetitione melioramentorum post restitutionem rei melioratæ. Seccus autem si adhuc possideat rem, & velit retinere, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 29. n. 5. Cancr. part. 2. cap. 6. num. 41. Coccin. decis. 359. num. 1. Otthobon. decis. 129. num. 15.*

Quæ assertio vera itaque est, nam qui succedit titulo particulari in re melioramenta facta alteri soluit, si rem possideat, retentionem etiam citra cessionem pro melioramentis habebit, vt probat expressus, & indiuidualis, *text. in l. hoc iudicium. §. impendit, vers. sed his, qui ff. com. diuid. Alex. 35. lib. 3. var. tit. de pignor. resol. 1. num. 1.* multis relatis *Guzman. de euit. quest. 20. num. 29. Hermosill. in l. 9. gl. 3. nu. 115. tit. 3. par. 5. & in l. 36. lit. 5. part. gl. 7. n. 6. Olea de cess. iurium tit. 4. q. 7. n. 32.*

Vndē in casu occurrenti decisum refert *Garzias de expensis cap. 7. nu. 13.* emphyteu tam à quo dominus directi domini emphyteutica bona vindicare intendit, vel quia emphyteusis sit finita, vel aliter ad ipsum deuoluta, posse bona retinere ratione melioramentorum, quæ non ipse, sed colonus eius fecerat, neq; audiendum esse dominum, si sine expensarum refusione fundum petat, opponendo alium id est colonum non emphyteutam, à quo bona vendicantur meliorate, hæc ego in *animadu. in Gratian.*

6 Cedere, & donare alteri quis potest ieiunium, vel aliud bonum opus, quod

facit in remissionem pœnæ pro peccatis cessionario debitæ, dummodò vterque sit in gratia, *D. Thom. in supplem. quest. 13. art. 2. Suar. disput. 37. sect. 2. Tolet. in summa cap. 9. tit. de satisfact. num. 6.* Duo etenim considerantur in ieiunio, vel alio bono opere, vnum est meritum ieiunantis, qui per illud meretur si est in gratia. Alterum est satisfactio, nam vltra meritum meretur remissionem pœnæ, quod est meriti, non potest quis alteri cedere, quod autem satisfactionis, potest, & purus homo nō potest mereri de condigno pro alio, sed solus Deus, *D. Thom. 1. 2. quest. 114. ars.*

7 Ius formale decimarum Episcopi, vel Ecclesiæ cedere laicis non possunt, incapaces enim sunt laici ex prohibitione Concilij Lateranensis sub Alexand. III. *Tiraquell. de retract. lignag. gl. 1. num. 46. Rot. decis. 5. par. 11. recen. per totam, vbi n. 8.* extendit etiam si concessum sit ius decimandi, & concessa sit exactio, quæ importat commoditatem, nam etsi cessione commoditatis valeret, tamen dum principaliter cessum fuit ius decimandi, nec ratione commoditatis substatetur, Prohibitio fuit circa annum 1215. quo anno Alex. III. ademit Episcopis facultates faciendi concessiones. Papa verò potest derogare Sacris Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, & decretis, quin imò Concilijs generalibus, quorum respectu aliqua specialis mentio desideratur, vt habeatur certa voluntas Pontificis, *Cardin. de Luca lib. de regul. discurs. 2. nu. 20. & tit. de decimis, discurs. 6.* Vndē in Catalonia, & Hyspania concessiones Regibus factas refert *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl. 19. part. 1. nu. 83.* cum Mauros expellere susciperent, & laicales effectæ fuere decimæ, & profanæ. Vndē ex priuilegio Apostolico, & ex immemorabili laici sunt capaces dicti iuris actiui, an autem nedum immemorabilis requiratur, vel etiam debeat esse fama cessionis ante Concilium Lateranense, discurrunt *Rota, & Card. de Luca, vbi sup.*

8 Ius sepulchrorum, an possit cedi? Negat *Tiraquell. dicta glos. 1. nu. 55.* quamuis transeat ad hæredes, sed contrarium probat *Olea tit. 3. quest. 8. n. 22.* & de consue-



suetudine ita late scripsi in *Gratianum cap. 110.* vendi enim potest, & adiudicari creditoribus, pro eo, quod concernit cęmenta, ornamenta ipsumque situm materiale, *Card. de Luca lib. 16. tit. miscell. Eccl. discurs. 28. num. 12. & lib. de p̄bement. discurs. 40. num. 8. & 9.*

- 9 Cedens, an possit transigere, & pacisci cum debitore cessio in p̄iudicium cessionarij, si adhuc non denunciata fuerit cessio per vnum ex requisitis in *l. 3. C. de nouat.?* Resoluitur affirmatiue, si cessio facta sit ad commodum cedentis, *l. fin. ff. de transact.* Si autem facta sit in commodum cessionarij, *Olea tit. 8. quest. 2.* tangit articulum *num. 25.* & deinde immemor p̄termittit, & *num. 24.* refert *Cancerium p. 3. var. cap. 1. a num. 126. vsq; 136.* asserentem posse debitorem, qui nomen debitoris sui pignori dederat, antequam creditor faciat vnum ex tribus annotatis in *l. 3.* transigere, & pacisci cum debitore, nisi id in necem creditoris ex mera voluntate fuerit factum.

Post cessionem validam esse transactionem inter cedentem, & debitorem cessum, si non interuenerit vnum ex requisitis *l. 3. volunt. Affict. decis. 335. n. 21. Buratt. decis. 534. num. 4. Rot. post Censium decis. 161.* vbi firmat ad hunc effectum, nec sufficere simplicem denunciationem, non exhibito instrumento, & iterum *Rot. decis. 245. nu. 4. part. 9. recent.*

Punctus difficultatis consistit in casu, quo penes cedentem non remanserunt actiones, vt quia habebat vtilis, vel si habebat directas, illa inutiles, & inefficaces remanserunt, p̄sertim quoties in cessione adiecta sunt illa verba, *ponendo, & substituendo eum in locum suum,* & cessio facta est in amplissima forma, tunc enim volunt Recentiores, debitorem non posse cedenti soluere, & si non interuenerit vnum ex requisitis *d. l. 3. vt Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 19. num. 6. D. Pras. Merlin. lib. 2. controu. 32.* & alios supradictum est. Quamuis etenim traditionem hanc de solutione refellant *Card. de Luca lib. de credito discurs. 70. n. 13.* vbi quod soluens bona fide liberari possit, *Mansus consult. 1. a num. 11. per tot. & nu. 18. & 19.* vbi etiam si sciuerit cessio-

nem transigendo, vt sustentabilis sit opinio, de qua *Arias de Mesa, & D. Pras. Merlin.* At in contrarium stat *text. in l. fin. ff. de transact. Mansus num. 34.*

- 10 Actio dotis ob decoctionem viri, an possit cedi per vxorem alteri? *Olea tit. 3. quest. 7. num. 22.* pro certo statuit mulierem non posse ius repetendi dotem ob vergentiam viri ad inopiam cedere in p̄iudicium mariti, & filiorum, & post alios *Amat. resol. 83. nu. 9. Gratian. discsept. 427. num. 16. Dom. Hodiern. contr. 3. nu. 74.*

Ducuntur, quia hoc sit merum priuilegium mulieris, eiusque personę inhæreat, ita vt nec transeat ad filios mortua matre, *Gratian. num. 15. Amat. resolut. 86. num. 9. Rot. decis. 607. num. 53. part. 4. recent. tom. 3. Card. de Luca lib. de dote discurs. 87. num. 12.*

Insuper quia dotis affecuratio non fit vera restitutio, sed quaedam affecuratio, seu sequestratio in manibus vxoris, cum fructus dotis obnoxij maneat alimentis viri, & filiorum, dotibus filiorum, & quo ad excessum creditoribus mariti, vt *Dom. R. de Marinis lib. 1. resol. 20.* & ad *Reuert. decis. 29. & 180.* & alij, quos refert *Olea num. 21.* ita vn non competat creditoribus mariti ius offerendi, *Giurb. decis. 16. Pras. de Franch. decis. 54.*

Argui potest in contrarium, quod priuilegium repetendi dotem mortua vxore, sunt, qui tenent transire ad filios, vt *Signorol. de Homodeis conf. 135. per totum,* dicens, quod etiam si non subsit ratio ciuilis insurgit tamen ex æquitate officij Iudicis, eum sequuntur *Tuscus conclus. 762. num. 16. Muta decis. 23. num. 13. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 7. gl. 2. part. 4. num. 76.* Vltcrius, nam adhuc incontrouersa est, vtum dos affecurata sit vera dotis restitutio, & admittatur ius offerendi contra mulierem. Pro creditoribus, vt liceat eis offerre dotem in pecunia consistentem, & implorari cessionem iuris crediti dotalis, volunt *Gaspar. Thesaur. in decis. 207. in addit. Merlin. de pign. lib. 3. quest. 73.* quia si viro competit ius offerendi, *l. mutus,* ibi *gl. ff. de iur. dot. cōsequenter,* & creditoribus.

Certius si affecuratio peteretur super mobilibus, vel in vim pacti in instrumen-



to dotali appofiti de restitutione dotis, tam in casu foluti matrimonij, quam in omni alio casu constantis matrimonij, vt *Reg. de Marin. d. resol. 20. Marott. discept. 4.* Restitutio enim conventionalis est plena vna cum fructibus, & creditores viri in eis ius non habeant, *Reg. de Marin. vbi supra.*

Cessio crediti dotalis adest constante matrimonio, quoties competat ius offerendi creditoribus mariti, qui offerant pecuniam, quæ inuestiri poterit in stabilia, vel in iura fructifera pro alimentis mariti, & filiorum, & ingeniosè *Card. de Luca lib. de dol. discurs. 77.* appellat irrationabilem conclusionem contra creditores de exclusione à iure offerendi, quia semper creditoribus competit ius petendi bonæ exequi, & subhastari ad effectum, vt ex pretio ipsi mulieri, alijsque creditoribus iuxta eorum ordinem satisfiat ad terminos, *text. in l. à Dino Pio. ff. de execut. rei iudicat.*

Poffet hæc ratio confutari, quia valor bonorum ad effectum affecurationis fit per appretium, & non per subhastationem, vt in terminis *Præs. de Franch. decis. 54.* Procedit discursus, si pro parua dote mulier vellet rem affecurationis iure retinere, quæ esset magni valoris, & indiuisibilis, quia tunc locum habet ius offerendi, iuxta *gl. in l. quamdiu, C. de distract. pign. Faber Cod. de iur. dotium definit. 27.* & decisum refert in *R. Coll. Cõs. D. Reg. Reuert. decis. 240.* & nuperrimè in *R. C. S. vt latè scripsi in Gratian. cap. 38. num. 9.* vbi iudicatum refero, *quod vendantur bona, & in pretio audiantur omnes.* Item ius offerendi locum habet, si maritus ob vergentiam restituisset dotem cū clausulis translatiuis domini, *Giurb. dec. 24. num. 18. Amat. resol. 83. num. 12. Reg. de Marin. d. resol. 20. num. vlt. Card. de Luca de dote disc. 88. num. 5.*

Qualitercumque tamen sit, quamuis respectu creditorum ius offerendi habentium adsit subingressio in locum, & ius mulieris, aut respectu emptoris bonorum viri, Cæterum bona, quæ ex pretio emuntur, remanent pro alimentis viri, & filiorum, & fructus excrefcentes pro creditoribus. Et quando est plena resti-

tutio conventionalis, licet creditores viri ius non habeant in fructibus excrefcentibus, beneuerum fructus ad onera matrimonij deputantur, *Consil. Rosa consult. 53. num. 16. D. Reg. de Ponte conf. 123. lib. 2. & scripsi in obseru. 617. in Præs. de Franch. num. 20.*

Quæ omnia omisit considerare *Olea tit. 3. quest. 7. num. 23.* dum tradidit, semper inspiciendum, an sit vera dotis restitutio, vt cessio tunc consistat, secus si foret sequestratio, vel positio in tuto, nam erit inutilis cessio.

Marito ad perpetuum carcerem, vel ad triremes in perpetuum damnato, deportato, vel bannito vxor dotem repetere potest, *Fontanell. claus. 7. gl. 2. p. 10. num. 91.* vel diuortiata sine sua culpa, aut si maritus furore captus sit, vt post innumeros *Olea num. 24. & 25.* Tamen hoc ius alij mulierem cedere non posse, firmat *Olea num. 5.* quia vera datis restitutio nõ sit, *D. Præs. Merlin. cent. 2. contr. 52. per tot.*

11 Exigibilitas perpetua censetur promissa à promittente manutene re creditum certum, & tutum omni tempore in perceptione sortis, & fructuum, *Cenc. de censib. quest. 82. num. 23. Merlin. de pign. lib. 5. q. 21. num. 7. Rot. decis. 49. p. 12. recent.*

Cedens creditum censuale, verum, & exigibile pro onere perpetuo celebrationis missarum intelligitur promittere perpetuam exigibilitatem, cum quæuis promissio, siuè quilibet alius actus recipiat interpretationem à materia subiecta, *l. si insulam, ff. de præscript. verb. Menoch. conf. 778. num. 7. Rot. vbi sup. nu. 8.*

12 Exigibilitas censetur promissa per cedentem ex clausula præseruatiua, *citrà præiudicium omnium, & quorumcumque aliorum iurium, & actionum ipsi cessionario quomodocumque, & qualitercumque competentium contra debitorem, & alios fortè obligatos, & super quibuscumque eorum bonis, quibus per præsentem nullam fiat præiudicium nouatio, nec derogatio aliqua, sed ad maiorem cautelam, cautelam cautelis addendo, & cumulando, & omnia alia meliori via, & firmis remanentibus primæius actionibus, quibus liceat vti etiam variando ad eius electionem, ità D. R. Galeot. controu. 32. lib. 1. num. 8. & seq. vbi re-*

fert *Surd. in decis. 23.* firmantem ex dicta clausula præseruatiua excludi nouationem, & remanere in primæuo statu rem, quasi potentialiter sequatur liberatio, scilicet si debitor cessus soluat, & non aliter, quæ tacita conditio impedit nouationem fieri, & idem *Reg. Galeot. nu. 14.* ponderat pactum inter partes conuentum, quod *salua sint iura, & hypotheca contra principalem debitorem*:

- 13 Inter formulas cessionum hanc recenset *Mansus consult. 1. num. 17.* si promittit cedens manutenere nomina cessa vera, & exigibilia, & etiam promittit curare infra certum tempus illorum exactionem ad fauorem cessionarij, alias de proprio soluere.
- 14 Actiones passiuæ cedi non possunt, quia in bonis nostris non sunt, sed creditorum, *l. ratio, C. de hered. & act. vendit. Cancer. 3. part. var. cap. 2. nu. 42. Amat. resolut. 58. Merlin. de pign. lib. 5. quest. 8. num. 4. Olear. tit. 3. quest. 9. num. 20.* Hinc creditor hæreditatis non potest conuenire emptorem hæreditatis, etiam, quod iste promississet soluere creditoribus, *l. 2. C. de hered. vel act. vendit.* Donatarius neq; conueniri à Creditoribus donatoris etiã ex pacto à donatore adiecto, vt donatarius satisfacere teneretur, *l. cum res, C. de donat. Gratian. discept. 204. nu. 34.* Quinimò in diuisione hæreditatis inter cohæredes, si onus debiti transferatur in vnum hæredem, adhuc hæredes pro portionibus hæreditarijs sunt conueniendi, *Salgad. par. 2. cap. 26. num. 15.*
- Alij, & verius censent posse conueniri hæredes, vel conueniri emptorem hæreditatis, qui promissit soluere creditoribus, *glos. in d. l. 2. Surd. decis. 90. nu. 8. Rot. decis. 127. num. 59.* Post *Merlin. de pign. D. Reg. Tappia in decis. S. C. 9. nu. 29.* quando emptor promissit omnem litem ipse suscipere, *Merlin. de pign. lib. 6. quest. 11. & stante iuramento tenet D. Reg. Latr. decis. 44. num. 10. & ibi Gizz.* Et causa euitandi circuitum, non ex rigore *d. l. cum res*, sed ex æquitate per *l. dominus, ff. de condit. indebit.* S. C. accomodauit actionem creditoribus contra donatarium, qui de rigore non tenebatur actione personali, *Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 50. num. 58.*

*Gratian. discept. 532.* & vitandi circuitus gratia, *Cancer. vbi supr. num. 68. Giurb. decis. 62. nu. 38. Merlin. de pign. lib. 4. q. 142.*

Si creditor egerit contra emptorem hæreditatis, & deinde vellet agere contra hæredem, repellatur exceptione taciti pacti de non petendo ab ipso, *l. 2. C. pactis, Salgad. vbi supr. num. 34.* vbi limitat quando emptor non esset soluendus, quæ & alia scripta sunt in *obseruatione 273. in Praef. de Franch.*

De æquitate canonica emptorem posse conueniri, tenet *Gratian. vbi supra n. 36. Reg. Latr. decis. 15. num. 4.* maximè si venditor hæreditatis soluendo non fit, *Olea vbi supr. d. num. 20.*

Emens à Fisco à creditoribus iure speciali conueniri potest, ex *l. 1. C. de hered. vel act. vend. Alfar. de offic. fisc. gl. 34. special. 9. num. 57. Caponus de pact. quest. 11. num. 14. Olea d. num. 20.* Idem in emente ab Ecclesia scripti in *Gratian. cap. 204.*

Venditor hæreditatis, vel alterius rei cum onere si conuentus soluerit, potest id, quod præstiterit, ab emptore recuperare, *l. 2. C. de pact. Gomez. tom. 2. var. cap. 2. num. 5. Olea d. num. 20.*

- 15 Cessibile, an sit ius, quod habet maritus accusandi, vel excipiendi de vxoris adulterio ad effectum lucrandæ dotis, vt si maritus dotem donauerit, vel venderit, aut alio titulo transtulerit?

Affirmat *Notais de transmiss. casu 46. num. 20. Olea tit. 3. quest. 7. num. 34.* quia hoc ius non tam vindictam, quàm pecuniarium commodum respicit, secus si vindictæ ius tantum respiceret.

- 16 Cessibile, an sit legatura relictum mulieri pro dote, si cedatur ante contractum matrimonium? Distinguendi sunt plures casus, aut legatum sit ita conceptum, *si nupsert, vel cum nupsert, aut postquam nupsert*, scilicet *in subsidium nuptiarum*, & conditionale est, & proinde non est cessibile, neque transmissibile. Idemque si legetur contemplatione certi matrimonij, *Olea tit. 3. quest. 7. num. 35.* Aut legatum est *pro dote, vel causa dotis*, vel *pro contrahendo Matrimonio*, & tunc debium est, an sit modale, vel conditionale? *Castil. tom. 8. de aliment. cap. 36. S. 10. nu. 23. Noalis casu 17. num. 4.* volunt conditionale

nale esse. E' contrariò *Olea vbi sup. num. 35.* firmat esse modale. Beneuerum nuptijs non sequitis restituendum esse legatum, quod mulieri innubili præstita cautione solutum fuit. Legatum pro dote respectu hæredis purum esse, & statim peti posse præstita cautione de modo implendo, scribit *Olea num. 36. in fin. per text. in l. quibus diebus, §. Thermes cum alijs de condit., & demonst.*

Alij volunt, quod vbi cumque legatum est pro dote, annexam habeat conditionem matrimonij, ex *Bart. in l. Titio genero, ff. de legat. 1.* ità vt actio denegetur puellæ, quæ in propria domo vitam cælibem ducere velit, *Reg. Sanfel. decis. 87. Card. de Luca lib. de dote disc. 127. nu. 3.*

Aliqui distinguunt, an verbum *dotis* dispositioni, vel exequutioni adiectum sit, vt in secundo casu dispositio sit pura, *Bald. consil. 286. nu. 4. lib. 3. Cyriac. controu. 72. num. 42.* primo casu sit conditionale.

Indistinctè *Card. de Luca lib. de dote discurs. 14. num. 7.* quoties agitur de legato, vel dispositione per vltimam voluntatem semper esse conditionalem dispositionem, quidquid sit in contractibus, in quibus hæc distinctio adhiberi solet, *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 18. num. 20. & seqq. Noalis casu 17. num. 54.*

Eo ipso, quod legatum est pro dote, verbum *dotis* adiectum dici substantiæ sentit, *Cardin. de Luca vbi supr.* Et vbi alia non vrgent adminicula semper erroneum existimat ex sola contextura verborum inaduertenter per Notarios, vel scriptores testamentorum vno, vel altero modo concipi solita, destrui debere substantiam voluntatis, quæ est, non relinquendi, nisi pro dote præsupponente de sui essentia matrimonium carnale, vel spirituale. In summa quæstionem esse, ait voluntatis, & ponderandæ præsumptiones, illa præsertim ex intermedia prouisione alimentorum, vel altera affectionis testatoris, qui verisimiliter esset etiam sine nuptijs relicturus, ità *Card. de Luca num. 10. d. disc. 14.*

Si agitur de dote succedente loco legitimæ, & adsit conditio expressa, ex legato dotis relicto tunc purum est legatum ad limites legitimæ non in exces-

su, ità *Cardin. de Luca discurs. 14. aum. 4.* Vndè cessibile est legatum ante contractas nuptias quo ad legitimam, ità fusè *Olea tit. 3. quæst. 3. num. 37. Cyriacus controu. 72.* In legato relicto à patre, vel auo.

Si consanguineus legauit puellæ pro subsidio sui maritagij, quam postea pater competenter dotatam collocauit in matrimonium nulla facta mentione legati, an valeat cessio facta per filiam in patris fauorem? *Paschal. de patr. potest. part. 2. cap. 6. num. 43.* notabilem dicit hunc casum, & sentit cessionem esse nullam. E' contrariò *Olea vbi supra num. 38.* probat valere, quia legatum pro dote certæ mulieris, vel incertæ de certis debetur, & si puella contraxisset matrimonium sub spe consequendi legatum, siuè nulla eius facta mentione, siuè protestatione, *Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 33. num. 32. Cancer. part. 3., cap. 20. num. 175.*

Nec obstat quod filia nubens non petijt legatum, nec illud in dotem dedit, vndè tanquam relicto in subsidium nuptiarum, non potuit cedi ad fauorem patris, dum nupsit sine commemoratione legati; prout ità argumentatur *Paschalis.* Oppositum enim veriùs est, quando certæ personæ legatur, vel certæ de incertis, ità *Olea num. 40.* vbi infert validiorem esse cessionem alteri factam post contractum matrimoniũ, cum per adimplementum modi, vel conditionis, iam quæsitum sit legatum mulieris, alia vide *sup. quæst. 20.*

Dotis mentio, quando faciat dispositionem conditionalem, videndus, *Fontanell. de pactis nupt. clausul. 6. gl. 3. part. 2. per totam, qui nu. 45. & seqq.* purum dicit legatum relicto mulieri, ad hoc vt præstanda sit cautio de nubendo, & peti possit etiam ante nubilem ætatem, & transmittatur ad hæredes mulieris innuptæ defunctæ, quanuis *n. 59.* referat praxim contrariã, & vide quæ scripsi in *Gratian. c. 254.*

17 Cedendo actiones, quãdoq; quis liberatur si conuenitur, & quandoq; non, vndè operæ pretium est exempla recensere.

Si fideiussor prius soluat, & solutionem notam debitori non faciat, propter quod iste iterum soluat; vndè ex solutione fideiussoris debitor nihil commodum sit

consequutus, & fideiussor deinde actionem mandati habeat, sufficit, quod tunc indebiti conditionem cedat fideiussori contra creditorem, cuius cessione liberatur, *l. fideiussor ff. mandati*. Aliter est, quando prius debitor soluit, & solutionis ignarus fideiussor iterum soluat, cum diuinare non debuerit solutionem factam à debitore, nam actione mandari poterit agere contra debitorem, sed tenebitur cedere debitori conditionem indebiti ex æquitate argumento, *l. in creditore, ff. de euct. Faber lib. 18. coniect. cap. 20.* quia debitor certiorare debebat fideiussorem de solutione à se facta, *l. si fideiussor, S. si cum debitor, ff. mandari, Fontanell. dec. 216. num. 15. Olea tit. 5. qu. 14. nu. 11. & seqq.*

Altera species est, *ex text. in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonstrat.* vbi testator Titio legauit fundum sub conditione, si in Asiam non veniret, & si veniret, fundum legauit Sempronio, Titius præstita cautione Mutiana de non veniendo in Asiam, fundum consequutus est, si postmodum Mutiana stipulatio commissã fuerit, quia Titius peruenit ad Asiam, & hæres debeat præstare Sempronio fundum, tunc sufficit, quod cedat actionem contra Titium, & fideiussores, *Olea nu. 7. vbi supra.*

Aliud exemplum est, si Titio nomen debitoris legetur, vel testator dixerit, *Decem, quæ mihi Sempronius debet, lego,* tunc nihil aliud legatum censetur, quam actio aduersus Sempronium, quæ si nulla est, nihil legatum intelligitur, *l. si sic legatum, S. 2. & 3. ff. de legat. 1.* & hæres tenetur dumtaxat actiones suas legatario præstare, si compelleretur experiri aduersus debitorem, *l. seruum filia, S. cum, qui chirographum, & S. sed & si, ff. de legat. 1. Morot. respos. 5. D. Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 582.* Idquæ adeo verum est, vt nec sumptus litis præstare hæres teneatur, *Angel., & Iason. in d. S. eum qui chirographum.*

Procedit bene verum, si nomen, vel actio legatur, *Cyriac. controu. 336. & seq.* alia res est, si res, vel species aliqua legatur, quæ penès alium reperiatur, quia hæres tenebitur ad expensas litis ante tra-

ditionem, & si moueatur lis post traditionem, sumptibus legatarij sustinebitur, *l. his verbis, S. fin. ff. de legat. 3. Garz. de expens. c. 17. nu. 10. Olea vbi sup. n. 8.*

Si res vendita non dum tradita subripitur, vel in ea damnum iniuria fit, venditor, quia extra culpam damni, vel furti est, cedendo actionem emptori liberatur, *l. quod sape, S. si res vendita, ff. de contrahend. empt. similis est text. in l. lectos, l. cumq; ff. de periculo, & comm. rei vendita, Olea vbi sup. nu. 29.* quæ conclusio adaptatur ad alium quemlibet casum furti, vel damni contingentis in rebus, & mercibus venalibus post perfectam earum venditionem, quoties enim ad vnum ex contrahentibus spectat periculum, tenetur alteri damnum passo præstare actiones suas. Vt tamen venditor cedendo liberetur, & retinere possit pretium, vel exigere, requiritur, vt actiones habeat, quas cedat; nam si nullas haberet, quia vendiderat rem alienam, quæ furto periit, damnandus erit, idem si publicaretur res ex facto Principis, *Olea nu. 29.*

In materia legis Aquiliæ est alia species, si dominus conuenitur noxali iudicio, electionem habet, vtrum præstet animal, quod noxam fecit, aut litis æstimationem, animali deinde occiso, cum dominus facultatem tradendi non habeat, quia noxæ dedere, est animal viuum tradere, tunc cedendo actionem, quæ sibi competit pro quadrupede occisa ipsam quadrupedem præstare videtur, idque procedit, si dominus in bona fide fuit, quia sibi non constiterat noxam fecisse, de qua re videndus, *Olea à nu. 29. vsque ad finem.*

Regulariter quoties, quis ex eo tenetur, quod actionem habeat contra alium, tunc eam cedendo liberatur, exempla sunt in *l. Iulianus, S. penultimo, ff. de act. empt. ibi. Emptorem ex empto agentem cogere posse venditorem, vt ex locato cum colono experiat, vt quidquid fuerit consecutus, emptori reddat, l. cum in plures, S. messum, ff. locati, ibi: Concedere tibi frumentum dominum posse, Labeo ait, & vt id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum, l. si sic legatum 77. S. fin. ff. de legat. 1. ibi: Per quam actionem compellat hære-*

*heredem experiri, Olea d. tit. 5. q. 14. n. 10.*

Qui obligatus est ad agendum ex contractu, non satisfacit, etiam si actiones suas cedere offerat, & præcisè ad agendum compellitur, ut ex *glos. in l. quod debetur, ff. de pecul. Præs. de Franchis in decis. 311.* & ibi *Ego* de obligato ad fauorem alterius ad liquidandum instrumentum via ritus contra debitorem, quia non liberatur si offerat cedere, cum instrumentum via ritus nequeat liquidari per cessionarium solum, *Olea nu. 25.*

Qui verè debitor est, non liberatur cedendo actiones contra suum debitorem, quia inuitus creditor debitorem murare cogi non debet, *Olea nu. 24.*

Condemnatus ad fructus perceptos an teneatur ad fructus perceptos per cessionarium? Affirmant *Duran. decis. 266. Christin. dec. Belgic. 140. tom. 1. faciunt tradita per Gratian. disc. 240. nu. 38.* quia nõ definit possidere, qui dolo definit possidere, & fructus censentur percepti per condemnatum, & firmat *Olea num. 28.* Et si alij contrarium sentiant, quia sententia est stricti iuris, & fictè dicitur possedisse, qui desijt possidere.

Vendita re cum pacto ut pretium pro securitate cuiusmodi conuerteretur in emptionem alicuius census, vel fundi, si venditio rescindatur ob læsionem, vel annulletur, liberabitur venditor cedendo ius census, vel fundi ex pretio comparari, *Capiblanco de Baron. lib. 2. pragmat. 1. cap. 8. Olea num. 39.* Extendit si minor distraxerit rem cum pacto, ut pretium conuertatur in emptionem census, vel fundi, & venditio siue ex parte venditoris, siue emptoris rescindatur, vel annulletur.

Conductor deiectus per tertium à re conducta potest compellere locatorem, ut agat contra illum, qui deiecit *Gratian. discept. 174. nu. 26.* vbi quod liberatur cedendo actionem, *Fontanell. decis. 137. nu. 21.* *Ego* tamen in *Gratian. nu. 17.* limito si requiratur magna impensa, ex *Giurb. dec. 12. nu. 8. Pacion. de locat. c. 56. nu. 27.*

Conuentus ratione actionis, quam habet, si agitur contra ipsum, ut agat, cedendo liberatur, *Bart. in l. Iulianus, §. penult. ff. ad l. Rhod. de iactu*, hoc remedium subsidiarium appellat, *Præs. de Franch.*

*dec. 41. nu. 6.* vbi tamen tradit, quod hic modus agendi sit, fragilis, dum conuentus cedendo liberatur.

Speciem recenset *Præs. de Franch.* in actione competente mulieri pro dote recuperanda super feudalibus, in qua succedebat filius primogenitus, quemadmodum si esset corpus feudi per matrem emptum, tenetur autem primogenitus ad partem pretij, prout in feudo nouo ad fauorem secundogeniti, iuxta *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatorum de probib. feud. alien. in 1. Addit.* & propterea cum non posset agere secundogenitus super feudo, & si nollet primogenitus agere, refert decisum *Præs. de Franch.* quod posset compelli per secundogenitum. Quæ decisio an hodie procedat in Regno vigore gratiæ concessæ scripsit latè *Ego in obseru.*

Stringit exemplum in actione ad feudum competente primogenito empto à patre cum assensu, si possessio feudi sit penes venditorem, & primogenitus nolit adipisci possessionem feudi tempore, quo debet conferre partem pretij feudi noui secundogenito, dum pretium fuit solutum per patrem, in quo casu compelletur primogenitus agere, nec videtur liberari possit, cedendo actionem, nisi dixeris, posse cedere actiones directas, vi quarum secundogenitus vti procurator posset agere:

Controuertitur demum in hac re, an scilicèt, vbi quis liberatur cedendo mihi actionem contra aliquem, possim ego contra eum absque vlla cessione agere? Pro opinione affirmatiua facit, quia inutiles circuitus sunt euitandi, *Carneual. de Iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 8. num. 5.* & hanc sententiam in indiuiduo tenet *Bart. l. cum fundus, §. seruum tuum, ff. de condit. indebitis, Cancr. par. 1. var. cap. 2. nu. 64.*

Amplexatur hanc sententiam, *Olea nu. 44.* quando aliqua iusta causa id suaderet, & iusta causa foret, si absens esset, qui agere tenetur, vel decessisset sine hærede, nam utilis actio hoc casu intentari possit.

Extra terminos feudales probabilior est hæc opinio, potissimum, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, ut scripsi

*in dicta obseru. 41. nu. 4.* vbi id etiam tenui in actione crediti super feudo. Alia res est, si agendum esset actione ad feudum ex empto per primogenitum successorem emptoris iuxta exemplum relatum, & videnda quæ scripsi in *d. obseru. 41. nu. 4.*

Condemnatus pro delicto, vel culpa famuli, Officialis, vel substituti, non liberatur cedendo actionem contra eum, quem substituit, *Cancer. par. 2. var. cap. 2. nu. 95. Thesaur. decis. 83. Olea tit. 5. quest. 7. nu. 36.* vbi quod solutum per substituentem potest repeti.

Conductor, qui sublocavit, conuentus ad solutionem pensionis per locationem, an liberetur cedendo actiones contra subconductorem? Negat *Carocc. de locat. par. 3. tit. de locat. vestigal. qu. 10. num. 1. Olea tit. 5. qu. 4. nu. 5.* addo *Manent. decis. 39. nu. 5. Nouar. qu. for. 64. nu. 4.*

Dic aliter si conductor non simpliciter sublocavit, sed cesserit omnia iura sua subconductori de consensu locatoris, *Gratian. discept. 719. num. 3. Merlin. decis. 356. nu. 3. Pacion. de locat. cap. 32. num. 63.* Alia vide infra.

- 18 Cessio ex interuallo post solutionem correi debendi fieri non potest, nisi pactum de cedendo præcederet, ita vtraque manu omnes in hanc sententiam convenire, ostendit, *Olea tit. 5. qu. 4. num. 2.* Extendens etiam si correus, qui soluit, nullum commodum percepisset, quia nimirum omnis pecunia ad alium peruenisset, *Hodiern. ad Surd. dec. 308. à nu. 6.* Quidquid dicat *Amat. resol. 37. nu. 37.* à quo cauendum tradit *Olea nu. 5.* nam sicut respectu partis, quæ ad correum semper peruenit, cessio ex interuallo post solutionem inutiliter fit, ita etiam respectu totius. Cæterum potest correus actione negotiorum gestorum, vel de in rem verso agere contra correum, *Thesaur. dec. 191. Cencius quest. 110. à nu. 30. Amat. nu. 36. Olea num. 36.* refellens *Griuellum dec. 80. & Fabrum lib. 11. coniect. c. 1. nu. 8.*

Limitatur, vbi correorum dispar, & diuersa est obligatio, *Noguerol. alleg. 55. nu. 56. Hodiern. nu. 16. Olea num. 8.* Probat ex text. in *l. si minoris, ff. de administ. tut.* vbi cessio utilis fuit post solutionem, quia

tutores ex mala administratione tutelæ erant obstristi, curatores verò erant debitores pupillo, quia minus à tutoribus exegerant. Similia sunt iura in *l. Papinianus, ff. mandat. l. Stychum, S. si mandato, ff. de solut.*

Restringitur pariter si correus suo nomine expressè soluisset, *Paul. de Castr. in l. Modestinus, nu. 2. ff. de solut. D. Reg. Latr. dec. 32. nu. 5.*

- 19 Cessione actionum in delictis locus non est, si vnus ex reis condemnatus ex delicto poenam pecuniariam, vel salariū in solidum soluit, *gl. fin. in c. si quis presbyterorum de reb. Eccles. non alienand. Bart. in l. 1. S. si plures in fine, ff. de eo, per quem factum erit,* quia maleficiorum nulla est societas, & ita iudicauit *Rot.* apud *Merlin. decis. 589. Olea tit. 4. qu. nu. 12.* vbi refellit *Guazzinum ad defens. reorum cap. 23. defens. 33. nu. 3.* contrarium volentem, & si aliter sit in foro conscientiæ, in quo si vnus soluat, alij partes refarcire tenentur, *Bonacin. in summ. tom. 2. disput. 1. qu. 8. puncto 1. nu. 21.* Refert tamen *Olea* in foro exteriori, & si actio non competat, cedi nihilominus actiones contra consocios, idque æquitate niti.

Beneficium cessionis vni ex pluribus condemnatis ex quasi delicto, vel culpa solidum soluenti an competat? *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 5. num. 45.* probat quod non.

Contrarium defendit *Olea num. 34.* distinguendo inter maleficium, & quasi maleficium, veluti quando ex cœnaculo, quid deiectum fuit, *S. item is, instit. de obligat. quæ ex quasi delicto,* quo casu cessio actionis prohibita non est, iuxta *glos. l. ex maleficio, S. is quoque, ff. de obligat. & act. Bar. d. l. 1. S. si plures, Olea vbi supra nu. 13. & seqq.* vbi etiam distinguit inter Iudicem dolo, vel propter sordes iniuste iudicantem, vt non possit tunc impetrare iurium cessionem contra eum, pro quo iudicauit, secus si per imperitiam.

Descendit ex eadem distinctione, quod in locis vbi viget statutum, vt Vniuersitas teneatur pro furto, damno, vel delicto commisso in eius territorio per suos ciues, damnum passus tenetur Vniuersitati actiones suas cedere contra delin-



linquentem, & absque cessione enim vtiliter agit *Olea nu. 37.*

Infertur etiam fideiussorem, qui soluit pro debitore ex causa maleficij posse impetrare cessionem iurium contra confideiussorem, ac etiam ei actionem competere absque cessione, quia respectu plurium delinquentium cessat actionum, cessio, & actio, ac tunc solutio in poenalis parit tantum liberationem, non actionem ad repetendum, non verò cessio actionum cessat in pluribus fideiussoribus ex causa maleficij, cum inter se non ex delicto, sed ex contractu teneantur, & mutui periculi respectu intercessisse intelligantur. Quidquid dixerint *Merlin. de pign. quest. 70. lib. 4. num. 41. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 6. cap. 15. vers. y yo lo rube en terminos.*

20 Remedium l. 2. C. de rest. vendit. cessibile est *Chartar. dec. 8. Olen. tit. 4. quest. 3. num. 1.*

21 Hastitatur beneuerum, an creditores habentes venditorem debitorem obligatum cum bonis omnibus, & iuribus exercere valeant dictum remedium sine cessione? *Fab. de error. prag. dec. 1. err. 8. ita loquitur: Necessesse est, ut actionem, qua debitori competit aduersus emptorem, accipiant à debitore per cessionem, ut debitoris iure uti possint: non enim ex eo solum, quod debitorem habeant obligatum cum ipsis bonis omnibus, & iuribus, videri possunt, habere ius exercendi actiones, sed tantum ius petendi, proposita in actiones ipsas hypothecaria, ut sibi cedantur, promittendq; eo demum casu permittendum his est, ut petant, & impetrent cessionem, qua debitor ipse agere posset, ratio patet; quia remedium dictæ l. 2. contrahebentibus inter se tantum competere poterit, seu ius, & actio de vna in aliam personam sine cessione non transferatur. Vnde *Olea num. 5.* tutius esse existimat, ut creditor agat aduersus debitorem, ut ei dictum remedium cedat, & actiones suas, quas si cedere recusaret, vel absens esset, admitteret, ut creditor ageret remedio dictæ l. 2.*

22 Facit in simili, quod creditor missus in possessionem rei conductæ per debitorem, non aliter potest agere remedio

dictæ l. 2. contra conductorem, & rescindere locationem ratione læsionis, quam fra debitore iura cessa habeat, ex *text. in lin venditione, §. 1. ff. de bon. auth. Iudic. poss. Olea ubi supra num. 11. cum Pinell. in d. l. 2. par. 1. cap. 3. nu. 36.* quem defendit contra *Amat. resolut. 68. nu. 7.*

Verius egò puto, quod pro creditore probat *Amatus*, quia si debitor rem pignoratam vendidit, & enormiter fuit læsus, adhuc eius creditores agent ad supplementum, & beneficio dictæ l. 2. uti possunt, ita *Charondas lib. 1. var. cap. 35. num. 26.* & contra opinionem *Olea*, Ego scripsi in *obseruat. 224. in Praef. de Franch. nu. 3.* prout etiam idem *Olea* stat contra *Mainard.* & alios quos refert *nu. 2.* volentes hoc remedium concedi creditoribus venditoris, qui ultra dimidiam læsus fuit, si eis aliter satisfieri non possit.

23 Alia quæstio est, an debitor, vel secundus creditor possint agere remedio dictæ l. 2. contra emptorem, qui emit à creditore viliori pretio cum læsione: *Praef. de Franch. in decis. 224.* tenet, quod sic, & probant *Mainard.*, & alij, quos, *Arias de Mesa nu. 25.*

Contra *Praef. de Franch.* stat *Morotius de iur. offerendi nu. 25.* pro quo etiam depugnat *Olea nu. 6.* cum *Fabro ubi supra errore 6. & 8.* ubi per totum defendit contra pragmaticos, emptorem, si fraudis particeps non fuit, esse securum, tamen læsio enormissima in venditione interueniat, consequenterq; neque debitorem, neque ex eius persona posteriores creditores quicquam petere posse, & si creditor soluendo non existat in noua additione, *Olea tit. 5. qu. 9. nu. 23.* carpit opinionem *Arias de Mesa*, qui erunt videndi.

24 Cessione deficiente debitor dominus pignoris distracti, vel secundus creditor vtilibus actionibus experietur iuxta sententiam *Arias de Mesa cap. 35. num. 20.* ubi quod opinio hæc non solum nititur equitare, ne emptor cum iactura debitoris locupletetur, sed efficaciter probatur ex *l. rescriptum, §. 1. ff. de distract. pign. l. Iulianus, §. si procurator, ff. de act. empt.* Neque obstat, quod actio, quæ nascitur ex contractu venditionis, sit persona-



sonalis, quæ competit ei, qui cotraxit. Quia hæc ratio viget in directa actione non in vtili, quæ æquitare dictante alijs accomodatur.

25 Ius pacti de retrouendendo, seu retractus conventionalis cedi potest, vt dictum fuit *quest. 85. num. 7.* Sed vtrum sine cessione possit exerceri per creditorem, diuersa res est. Affirmat *Cutellus de donat. contempl. matrim. tract. 1. discurs. 2. part. 6. num. 184. ex Rodrig. & Mastrillo* probans creditorem posse exercere pactum de retrouendendo ad fauorem debitoris sui appositum, & *Cautellam* refert *Olea tit. 4. quest. 3. num. 2. in fine.*

26 Cessionarius pacti de retrouendendo præfertur domino directo, vel eius cessionario volentibus vti iure prælationis ex directo dominio competenti, *Tondut. resol. ciuil. cap. 83. Olea tit. 3. quest. 2. nu. 39.*

27 Cesso tamen iure retrahendi rem stabilem competit vicino cedentis, seu confanguineo, vbi ex iure municipali huic competit ius retractus, *Giurba obseruat. 80. Olea vbi sup.*

28 Cessibile non est hoc pactum, si actum fuit, vt venditor tantum possit redimere, quod ita pacisci potest, *Cancer. par. 3. var. cap. 7. num. 254. Olea latè num. 41.*

29 Pulchra quæstio est, an cedendo actionem hæres liberetur, si legatum fuerit ius redimendi, vel retrahendi? *Faber C. de legat. definit. 12.* tenet, quod hæres tenebitur actionem suam præstare legatario, & simul pecuniam ad redimendum, licet non referat quid decifum sit.

Contrarium consuluit *Cancer. lib. 3. var. cap. 20. num. 208.* & sequitur *Olea tit. 3. quest. 2. num. 38.*

30 Notabile illud est pro intelligentia supradictorum, quod directa actio ei tantum competit, cuius persona in contractu comprehensa est, neq; alias transit sine cessione, *Arias de Mesa vbi sup. cap. 35. num. 18.* Exclusa cessione tunc quæritur de vtilibus actionibus, an competant, vt idem *Mesa num. 20.*

31 Ex contractu gesto per procuratorem, negotiorum gestorum, institorem, vel alium administratorem tunc vtilis actio quæritur citra cessionem domino, seu principali, quando procurator, vel simi-

lis persona decessisset, vel abesset, aut aliter domino consultum non esset, & in subsidium, *l. damni, §. fin. ff. de damn. infect. Costa de remed. subsid. rem. 91.* post alios *Olea tit. 4. quest. 9. num. 5.* Alias non quæritur actio sine cessione, ita idem *Olea num. 4.* Nisi ex re, vel circa rem, aut supra rem domini contraxisset, *Golin. de procur. part. 2. cap. 5. nu. 197. in fin. Cancer. p. 2. var. cap. 14. num. 104. Olea nu. 6. & 12. Fab. lib. 5. coniect. cap. 4.* idemque si extraneus paciscatur super re mea, si in mei fauorem pactum concipiet. Præterea ex instrumento iurato procuratoris quæritur vtilis actio, vel ex contractu procuratoris Ecclesiæ, *Olea tit. 4. quest. 9. n. 25.*

Ex contractu tutoris, vel curatoris vtilis actio quæritur minori, *Olea tit. 4. quest. 9. num. 27.* Item ex stipulatione Notarij. Et hoc iure vtimur.

32 Venditione, vel donatione facta cum onere, vt soluat certam quantitatem Petro, puta, vel Paulo, an vtilis actio competat Petro, vel cessione opus sit? Negant *Acosta de priuileg. credit. reg. 1. consil. 4. à nu. 35. Olea tit. 4. quest. 9. nu. 29. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 50. num. 14.*

33 Quid autem de æquitate Canonica? Magis receptam eandem opinionem esse habetur ex *Vela dissert. 27. à num. 21. Cancer. p. 1. var. cap. 1. num. 138.*

34 Distinguendum putò inter validitatem stipulationis, & inter competentiam actionis sine cessione; si vendo tibi rem, vel dono cum onere, vt soluas aliquam quantitatem meis creditoribus, tunc stipulatio præcudubio valet, cum mea interfit, vt liberet à meis creditoribus, quod efficit, vt stipulatio alteri facta subsistat, *l. stipulatio ista, §. si stipulor. ff. de verb. obligat. §. sed & si quis, Instit. de inutil. stipulat.*

35 Dubium versatur, an creditores ex ea promissione directè conuenire possint emptorem, vel donatarium? Et agere non posse, nisi eis cedatur actio, probatur ex *l. hereditatem, ff. de donat. l. cum res, C. eodem, l. seruo inuito, §. si testator, ff. de legat. 2. Monter. dec. 36. Vela dissert. 27. Cancer. par. 2. var. cap. 6. nu. 115. & cap. 7. num. 259. Giurb. dec. 62. Hodiern. ad Surd. decif. 32. nu. 17. Amat. resol. 13. n. 28. & resol. 45. à nu.*

- à nu. 22. & *resolut.* 58. num. 9. *D. Reg. Latr. dec.* 44. nu. 10. vbi *Gizz. D. Reg. Marcian. disput.* 41. & *seqq.* & alij quos refert *Olea vbi sup. nu.* 36.
- 36 Plures concedunt circuitus vitandi causa actionem creditoribus sine cessione, *Surd. conf.* 322. nu. 7. *Thor. par.* 1. verb. *creditores, an possint Bottilier. de success. c. 2. theorem.* 42. nu. 19. *Hodiern. controu.* 15. nu. 80. & quamvis *Olea* hanc sententiam non probet, nisi aliqua evitandi cessionis, evitandiq; circuitus iusta causa lubesceret, attamen *Ego* contra *Oleam* sentio ex *Cancerio part.* 3. var. cap. 2. nu. 68. *Merlin. de pignor. lib.* 4. qu. 142. *Giura. decis.* 62. nu. 38. & scripsi in *obseru.* 273. nu. 4. in *Præf. de Franch.* & ex æquitate per *l. dominus, ff. de condit. indebiti, Arias de Mesa lib.* 3. var. cap. 50. nu. 58.
- 37 Propensius si iuramentum interuenit, nam ex promissione iurata tertio facta, licet agere sine cessione, *Cencius de cens. qu.* 67. nu. 28. & 38. & qu. 95. n. 11. *Cancer. par.* 3. var. cap. 7. nu. 265. *Arias de Mesa, nu.* 13. *Reg. Latr. vbi sup. nu.* 12. & 17.
- 38 Diuersa res est, an ex confessione illa in instrumento venditionis, vel donationis facta, possit, tam emptor, vel donatarius, quam venditor, vel donator conueniri? Verior resolutio est negatiua, nisi alia concurrant, ex quibus census, probetur *l. si quis, §. ff. in venditione, seu l. si in venditione, ff. comm. prædior. D. Reg. de Marin. lib.* 1. *resolut.* 102. *Gizz. ad Reg. Latr. dec.* 70. nu. 7. *Olea vbi supra nu.* 38. vbi pro opinione contraria allegat *Hodiern. controu.* 15. nu. 98. *Fontanell. dec.* 460. num. 18. si in donatione dictum fuit, quod donatarius teneretur ad debita, & quod donatio facta sit cum onere soluendi, ideòq; duo concurrant, & donatio cum onere, & promissio donatarij, *Olea nu.* 39.
- 39 Dato nomine debitoris in dotem, an debeatur euictio, vel dans teneatur facere verum? Pro opinione affirmatiua argumentum præstat assertum communiter receptum, quod cedens nomen debitoris in dotem teneatur, nedum facere verum, sed etiam exigibile, vt *Paul. de Castr. in l. media, ff. sol. matr. nu.* 3. *Montan. contr.* 45. *D. Reg. Galeot. lib.* 1. *controu.* 33. *Staiban. resolut.* 99. nu. 27. & dixi in *qu.* 36. nu. 1.
- 40 Pro dotante arguitur, quia cessante promissione euictionis si dotantis dolus, vel mala fides intercessit, tunc indistinctè præstatu euictio, siue sit pater, siue extraneus, siue dos incipiat à promissione, siue à traditione, *l. euicta, C. de iur. dot. vbi Bal. Salyc. & alij fusè Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. gl. 8. p. 14. nu. 33. mala fide cessante vulgaris est distinctio, Aut dos incipit à traditione, & euictio non præstatu, aut à promissione, & secus *l. 1. C. de iur. dot. vbi gl. Bart. Bald. & alij Fontanell. nu.* 17. *Boss. de dot. cap.* 17. nu. 19. *Merlin. de pign. lib.* 3. qu. 44. nu. 3. *Buratt. dec.* 745. nu. 1. Et licet hanc distinctionem pleriq; impugnent, & alij distinguant inter patrem, & extraneum, vt constat ex latè deductis per *Fontanell., & Bossium*; Attamen in foro hæc distinctio est receptissima, à qua non esse recedendum, ait *Card. de Luca lib. de dot. discurs.* 157. nu. 3.
- 41 In patre, vel auo, *Fontanell. num.* 20. & *seqq.* adhærere videtur mediæ opinioni distinguendum inter dotem existentem infra legitimæ quantitatem, ac aliam excedentem, vt priore casu præstanda sit euictio tanquam ex donatione ob causam, in secunda verò secus, quia liberalitas est, & donatio, & firmar *Merlin. d. qu.* 44. nu. 7. & 10. Sed ab hac opinione recedit, *Card. de Luca* motus, quia viuo patre, vel auo donante non intrant terminis legitimæ, quæ non datur in vita, licet reguletur paragij terminis, & si filia dotem amisit, nouam dotem pater constituere tenetur, & satis differt, nouam dotem constituere debere, & ex capite euictionis deberi, & suam conclusionem probat *Card. de Luca ex l. 1. C. de dotis promiss. vbi indistinctè expressa conuentione cessante, vel fraude, non debetur euictio.*
- 42 Ad tollendam æquiuocationem, quæ resultat ex traditis supra in *qu.* 36. vbi quod cedens nomen in dotem tenetur præstare exigibile. Distinguendum est inter nomen debitoris æstimatum, vel inæstimatum, quia primo casu procedit illud assertum, vt si cedatur in dotem pro quantitate promissa, tunc non dicatur dotis, sed dationis insolutū, seu emptio- nis, & venditionis contractus ex *text. l. 1. C. de iur. dot. & scripsi supra in qu.* 33. n. 8.

ubi aliter si nomen sit inæstimatum, & eodem nu.8. ego declaro, quando euiçtio debeat nominæ in dotem dato inæstimato.

- 43 Suboriri potest difficultas in casu, quo pater promisit in dotem nomen debitoris, & hoc dedit inæstimatum, & reportauit renunciationem successionis, & paragij, ac aliarum hæreditatum, ideòq; dos data videtur intuitu renunciationum, quas pater à filia obtinet, vnde filia dotem quasi emere dicatur, ac de suo dotari, & datio dotis neque fuit mere voluntaria, neque gratuita, & proindè de euiçtionè patrem teneri probat, *Fontanell. d. p. 14. nu. 24.*
- 44 Vtèrius præterditur euiçtio per virum pro suo interesse fructuum dotalium durante matrimonio; dum pro dote suscepit in se onus alendi mulierem, quod alias patri incumbere debebat, quo casu propter hanc circumstantiam euiçtionem deberi per patrem, & intrat æquitas. His obiectionibus occurrit *Card. de Luca*, & firmat nihilominus non deberi euiçtionem per patrem, quia etsi pater reportet renunciationem legitimæ, nihilominus de legitima tractari non potest nisi post mortem patris, & tunc adsit alia quæstio, quæ procedit euiçtis bonis pro legitima assignatis, quod debeat euiçtio. Quo ad onus alimentorum inspiciendum erit, an mulier alia bona habeat, ex quibus sit alita.
- 45 In contingentia facti, quo pater obtinuit cessionem legatorum filia relictorū, & dos data erat ex causa onerosa, ego defendi euiçtionem deberi per patrem, dū legata erant ingentis quantitatis, faciūt tradita per *Fontanell. nu. 24. & seqq.*
- 46 Inter promissionem nominis debitoris, & nominis cessionem an sit adhibendum discrimen? dubitandum est, quia cesso nomine debitoris in dotem dos incipit à traditione, cuius vicem sustinet cessio, sed quando promittitur nomen in dotem, incipere videtur dos à promissione, ideòq; debeat euiçtio, licet dato nomine in dotem transeat utilis actio in virum, sicut vendito, vel dato in solutum nomine sine cessione, vt dictum est supra.
- 67 Mulier se ipsam dotando cedens no-

men debitoris in dotem inæstimatum, an teneatur de euiçtionem? Affirmandum videtur, cum non simus in donatione mere voluntaria, & simus in causa corrispectiua, & onerosa ob susceptionem onerū matrimonij.

- 48 *Bald., Nouell. de dote part. 7. priuil. 42.* quem approbant, ac sequuntur *Merlin. de pignor. lib. 3. qu. 44. nu. 16. Surd. de aliment. tit. 7. qu. 20. num. 1. Monter. dec. 13. nu. 59. & 64.* volunt, per indirectum de euiçtionem teneri, quamuis non directè, cum ex voluntate se mulier dotet, & incipiat à traditione, indirectè scilicèt, quia tenebitur ad nouæ dotis constitutionem, cum alimentorum denegatione si possideat alia bona.
- 49 Contrarium firmit *Barbos. in l. æstimatoris, nu. 18. ff. sol. matrim. & cum eo Bossius de dote cap. 17. nu. 25.* nominatim reprobant *Bald., Nouell. & cum Barbos. Card. de Luca de dote disc. 157. nu. 5.* vt sufficiat, quod maritus applicet fructus aliorum bonorum extradotalium ad ratam dotalium ob euiçtionem amissorum, & nō expellat sub euiçtionis prætextu uxorem aliundè non prouisam, neque cogat ad nouam dotem constituendam, adhuc si alia bona possideat.
- 50 Dorantes ex necessitate iure actionis, vt sunt stuprator, raptor, homicida patris, hæres adimplens legatum, & similes indistinctè de euiçtionem tenentur, cum isti non possint dici donatores, neque exercentes opus charitatis.
- 51 Si mulier emit ab aliquo fundum, & nupta dedit viro, vtrum euiçto fundo maritus agat de euiçtionem contra eam? *Glosa in l. ex promissione, ff. de act. & oblig. tradit, quod sic.* At *Fontanell. claus. 5. glos. 8. par. 14.* declarat, vt mulier liberetur cedendo actionem viro aduersus venditorem, ex *text. in l. si pro re, §. fin. ff. de euiçt.*
- 52 Pater si pro filia fundum æstimatum in dotem dedit marito, & fundus fuerit euiçtus, mulier, quæ patri hæres non extitit, soluto matrimonio fundi æstimationem ab hæredibus mariti repetat, doli mali exceptione poterit submoueri, quasi dolo faciat agens, ex parentis dolo, quem marito nocere æquum non est, *l. Meuia, §. fin. ff. solut. matrim. Olea nu. 18.*

- 53 Maritus retrouendendo nomen debitoris acceptum æstimatum liberatur in causa repetitionis dotium si à principio inexigibile fuit; aliter si constante matrimonio superuenisset inopia, nam periculum ad maritum spectat; ideòque non satisfacit cedendo actionem contra debitorem, *Olea tit. 5. qu. 12. nu. 5. & seqq.*
- 54 Nomine debitoris in dotem æstimato dato, maritus tenetur suis sumptibus agere, etiam si magni sint, aliter si nomen sit inæstimatum, quia repetit expensas, si magnæ sint, non tamen exiguas, *Costa de rat. rata qu. 219. Olea nu. 27.*
- 55 Nomine debitoris in dotem inæstimato dato, si inexigibile culpa mariti non sit redditum, soluto matrimonio liberabitur maritus, vel hæres eius, retrocedendo actionem, licet pacto reseruata sit electio vxori, vel pretium accipere, vel retrocessionem, *Thor. in compend. verb. nomine debitoris in dotem, par. 1. Olea ubi supra nu. 26.*
- 56 Cessionarius debet requirere cedentem, vt exhibeat instrumentum, quo doceat cedens creditum esse verum, & pariter vt liti assistat, alias sententia non nocebit cedenti, *Paul. de Castr. conf. 170. lib. 2. in fin. Guzman. de euct. c. 35. n. 38.*  
Scripturæ, validæ exhibendæ sunt, & assensus, vt decretum contra Vniuersitatem, vel minorem, vel quod pecunia sit versa in vtilitatem, *Reg. Rou. conf. 45. lib. 3.*
- 57 Anni spatium ad pecuniæ restitutionem, quod conceditur marito, an locum habeat, quando nomen debitoris est retrocedendum? Negant *Amat. resol. 49. nn. 48. Cancer. par. 2. var. c. 7. nu. 33.*
- 58 Creditore vendente pignus iure creditoris, distinguendi sunt duo casus. Aut euincitur pignus à creditore anteriore, & quia creditor tenetur se facere potiorum, ipse euictionem præstat *Ar. de Mesa lib. 1. var. cap. 44. n. 6. Dom. Reg. de Marin. decis. 121. & 430. & 442. Manoil. de euct. qu. 44. Larrea dec. 75.* Aut euincitur iure dominij, & tunc debitor de euictione tenetur, *l. si plus, S. 1. ff. de distract. pign. latè Olea tit. 5. qu. 13. nu. 14.* Competit emptori actio ex empto, ex *d. l. si plus*, absque vlla cessione, *l. rescripta, S. 1. ff. de distract. pign.* & est utilis actio. An competat vtilis pignoratitia contraria sine cessione? diffidium est: *Olea nu. 18.* refert, & sequitur *Fabrum negantem de error. pragmaticorum decad. 22. error. 9. circa finem*, nisi creditor absens esset, vel cedere recusaret. Contrarium tenet *Donell. ad tit. C. creditor euct. pign. non debet num. 3. & 4.* Differentiam inter istas actiones explicat, *Olea nu. 19.* scilicet, vt maior sit vtilitas actionis pignoratitiæ, nã si emptor contraria pignoratitia experiatur, primæuas creditoris actiones habebit, non autem si agit vtili ex empto.
- 59 Tota difficultas consistit, quia creditor ex pretio pignoris venditi fuit satisfactus vndè cessio actionis post solutionem nullius erit momenti.
- 60 *Faber. lib. 18. coniect. cap. 20.* in solutione huius difficultatis cruciatur, demum id nudæ æquitati tribuit.
- 61 Contra *Cuiacius ad tit. C. credit. euct. pign. non deb. vers. nunc tractemus*, iuris subtilitatem in hoc considerat, vt creditor, qui pignoratitiam contrariam non habet, habeat tamen, vt eam alteri præstare possit, vt accidit in *l. cum is in fin. ff. de fideiuss.* & in materia cessionis frequens est, vt licet quis non habeat actionem, habeat tamen vt alteri cedat, *Olea tit. 5. qu. 13. nu. 22.*
- 62 Nomen debitoris in causam iudicati capi potest, & adiudicari, vel subhastari, & vendi iuxta *text. in l. à diuo Pio, §. item quod dicens, ff. de re iudic. Olea tit. 4. qu. 4. num. 15.* Quinimò sunt, qui volunt, quod ad hoc, vt creditor possit agere contra debitorem debitoris, quod prius fiat executio, & addictio, vel adiudicatio, *Parlador.* & alij quos refert *Olea ubi sup.*
- 63 In factò contingit, quod in causa iudicati pro credito ducatorum otingentū adiudicatum fuit creditori nomen debitoris censualis in sorte ducatorum mille cum pacto de retrouendendo per decem annos, dubitari nunc potest, an creditor, qui habuit assignationem maiorem summa sui crediti intelligatur cessionarius de integro capitali ducatorum mille, & valeat exigere census ad maiorem rationem. Quinimò potest dari casus, in quo fructus sortis adiudicatæ maioris summe excederent rationem decem pro cente-

nario contra formam Constitutionum Pontificiarum, dum primum creditum est minoris summæ, quam creditum censuale adiudicatum.

- 64 In fauorem creditoris, cui additum, & adiudicatum est capitale maioris summæ poterit argui, vt cum pacto de retrouendendo potuerit licitare creditor, seu adiudicationem reportare pro sua minori summa, quam sit creditum adiudicatum, quia pactum de retrouendendo ad beneficium creditoris minuat valorem crediti eiusdem debitoris, cum pactum istud sit pretio æstimabile, & diminuat iuxta aliquos de iusto valore quartam partem, & iuxta alios minus tertiam partem, taliter quod res, quæ iusto pretio valeret centum, licite cum pacto de retrouendendo ematur septuaginta, vt de his, & alijs opinionibus latè *Fontanell. in decis. 83. §. seq.* prout ita practicatur in emptione stabulorum, quæ semper minoris venduntur cum dicto pacto, quam si liberè venderentur, & absolutè, & absq; aliqua spe, quod aliquando possent redire ad ipsum venditorem.

Vndè iura Regia, & redditus Fiscales ob ius luendi competens Regiæ Curie minori pretio venduntur, vt *Gizz. ad Reg. Latr. dec. 16. pulchrè Dom. Brill. Consuet. Neap. tit. de contrab. empt. fol. 276. nu. 88.*

- 65 Insurgeret alia difficultas; quando infra spatium temporis, quod possit exerceri pactum de retrouendendo, debitor censualis adiudicatus reemeret capitale ducatorum mille, cui videlicet restituenda sit integra summa sortis principalis; quia debitor assignatus, & cessus si restitueret creditori assignatario, & cessionario, iste solum erat creditor ducatorum octingentum, vnde restam debitor debet restituere primo domino, habenti ius affrancandi.
- 66 Hanc difficultatem à nemine vidi tactam, & magis me cruciat, cum simus in censualibus, in quibus semper apponitur pactum de retro, & pro eo parum diminuitur de iusto valore, vt *Fontanell. dec. 84. nu. 7.* & cessionarius semper tenetur retrouendere debitori censuali ius census cessum.
- 67 Præterea in controuersia est in mate-

ria censuum, an censualia possit vendi minori pretio, quam constituta sint *Giurb. decis. 13.* negat, tradens non esse licitum ea emere minori pretio, quam sint iuste constituta, & si fiat, rescindendam esse venditionem pro rata census venditi minori pretio, quam fuerit constitutus.

- 68 Possit resolui difficultas, quod infra tempus exigendi pactum appositum in subhastatione debitor cessus si reemeret capitale tunc non possit solui creditori assignatario ultra summam, quam verè debet consequi, & reliquos ducatos bis centum restituere primo domino, & ita similiter respectu fructuum census, si verò effluerit tempus pacti de retro, & tunc assignatarius efficiatur dominus totius capitalis ducatorum mille, cui antea adstringebatur, tam pacto de affrancando pro debitor censuali, quam pacto de retro pro debitor condemnato. Sed vidæ, quæ scripsi *qu. 58. nu. 7.*
- 69 Exceptio excussionis bonorum debitoris principalis, ac fideiussorum, quæ obstat creditori agenti hypothecaria contra tertium possessorem, non obstat fideiussori cessionario, iuxta ea scripsi *qu. 40. nu. 2. & 3.*
- 70 Aliter si adessent alij fideiussores, nam eo casu fideiussor, qui cessionem obtinuit agens contra tertium exceptione non factæ excussionis in bonis aliorum confideiussorum repelleretur, *Olea tit. 6. qu. 11. nu. 14.*
- 71 At si vera est doctrina *Olea* tunc fideiussor cessionarius contra fideiussores aget dempta sua rata.
- 72 Cedendarum actionum beneficium habens si omitta exceptione soluat, & creditor culpa, vel facto suo cedere non possit, an habeat conditionem indebiti, ac si soluisset indebitum, *Faber. lib. 11. coniect. c. 20.* negat nam exceptionem sibi competere, ignorare, non potuit, nisi per iuris ignorantiam, quæ conditioni viam non aperit, *Olea tit. 5. qu. 7. num. 27.* Varius tamen videtur idem *Olea tit. 5. qu. 4. nu. 46.*
- 73 In tutore, dubitatur, omittente exceptionem cedendarum contra alium tutorem, vtrum ille repetere possit, quod soluit tanquam indebitum in casu, quo pu-

- pupillus liberasset contutorē? Negat *Faber ubi supra*, & sequitur *Olea tit. 3. qu. 7. num. 27.*
- 74 Aliter inquit *Olea nu. 26.* si tutor ob-  
tenta cessionē comperiret, postea pupil-  
lum liberasse contutorem, quia haberet  
conditionem indebiti, ex *Guzman. d. qu. 35. nu. 53.* & idcirco *Olea* ponderat cessionis  
utilitatem.
- 75 Illud tamen verum est, quod ob solu-  
tionem reportata cessione, si deinde con-  
staret, cedentem liberasse eum, aduersus  
quem cessit, posset cessionarius contra  
eum recursum habere, & repetere, quod  
soluit tanquam indebitum, eūq; de stel-  
lionatu accusare. *Olea tit. 5. qu. 7. nu. 26.*
- 76 Alimentorum commoditas cedi po-  
test, *Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. qu. 23.* licet  
ius alimentorum non possit cedi, & ali-  
mentis legatis, quia debentur legatario  
iure actionis, potest commoditas ipsorū  
exequi ad instantiam creditorum, *Mer-  
lin. ubi sup. ego lib. 2. de linea legali art. 28.  
num. 3.* quamuis in contrarium argui ex  
doctrina *Bald. l. legatum in annos in se-  
cunda lectura, vers. quidem tenetur, ff. de  
capit. diminut.* ubi inquit esse cautelam,  
vt legatum declaretur relictum pro ali-  
mentis, ne subiaceant creditoribus, *Reg.  
Sanfel. in prax. sect. 60. nu. 32. Conf. de Var-  
gas Machuc. dec. 53. nu. 121.*
- 77 Commoditas usufructus penes debi-  
torem existens venit in hypotheca bo-  
norum, *Cyriac. contr. 319. nu. 22.*
- 78 Legato nomine debitoris censuali cū  
omnibus emolumentis veniūt census de-  
curfi viuo testatore, & non exacti. Aliter  
quando simpliciter legatur, ego *d. lib. 2.  
art. 23.*
- 79 Censu legato, an censeatur legatus  
usufructus tantum vita durante, vel do-  
minium sortis scripsi latē *d. art. 23.*
- 80 Cesso, & resignato Episcopatu, vel  
feudo titulato refutato, an titulus rema-  
neat? *Olea tit. 3. qu. 3. n. 17.* præsertim *nu.  
24.* resoluit, quod sic *Reg. Marin. ad Re-  
uert. dec. 303.* de Episcopo, qui resignauit,  
ego scripsi latē in *Grat. c. 291. n. 10. & 11.*
- 81 Socius an proprio nomine possit sine  
cessione vtilēs actiones exercere quæsi-  
tas ex contractu alterius socij? Ego co-  
piosè scripsi in *Grat. cap. 336.* cum distin-
- ctione, an socius acquisierit proprio no-  
mine, vel societatis, & cum distinctione  
in secundo casu, an verba concepta fue-  
rint in personam socij contrahentis, li-  
cet *Amat. resolut. 13. nu. 36.* asserat, quod  
si contractus vnus ex socijs societatis  
nomine confectus sit, possit quilibet so-  
ciorum absq; cessione pro sua parte in-  
strumentum exequi.
- 82 Conductores vectigalium, si assumpse-  
rint alios in socios, an isti possint agere  
contra conductores vectigalium sine ces-  
sione, sicut ipsi principales conductores?  
Affirmant *Grat. nu. 41.* & quamuis *Ton-  
dutus resol. c. 59.* contrarium velit, tamen  
*Card. de Luca de credit. disc. 88. nu. 9.* con-  
cedit vtilēs actiones socijs, & non dire-  
ctas, & vide quæ scripsi in *Grat. ubi sup.*
- 83 Debitore cesso habente dilatorias, &  
peremptorias actiones, cedens tenetur  
*Reg. Rouit. conf. 45. nu. 1. lib. 3.*
- 84 Exceptio inualiditatis cessionis ultra  
summam pretij numerati an sit dilatoria,  
vel peremptoria, controuertitur apud  
*Oleam tit. 9. qu. 10. in fin.* At dilatoriam,  
& opponendam ante litem contestatam,  
volunt *Fab. lib. 4. C. tit. 26. def. 10. Arias de  
Mesa lib. 1. resol. 24. nu. 7. Rota decis. 228.  
nu. 5. par. 13. rec.*
- 85 Cessio rei litigiosæ in transactione  
sustinetur, *Gabriel. de action. conclus. 5. nu.  
24. Rota dec. 208. nu. 4. ubi sup.*
- 86 Confessio emissa post cessionem non  
præiudicat cessionario, *Surd. dec. 256. nu.  
9. Grat. discept. 287. nu. 12. Ludouif. dec. 311.  
& ibi Beltram. Rota dec. 294. nu. 10. & 11.  
ubi quod cessionarius non repræsentat  
cedentem, prout hæres *d. par. 13.**
- 87 Pactum de retrouendendo reseruatū  
ad beneplacitum venditoris vti persona-  
le cedi nequit, *Rota decis. 669. nu. 1. rec. &  
dec. 189. par. 4. rec.* Idem si reseruatum sit  
distrahentibus, & nō heredibus, *Crauet.  
conf. 98. nu. 8. & Rota d. dec. 189. nu. 5.*
- 88 Cessio cum obligatione cessionarij in  
casu Victorix tradendi partem, valet  
iuxta *Puteum dec. 507. par. 2.* pluries dixit  
*Rota vt dec. 328. p. 12. rec.*
- 89 Cessio fundata in credito resoluta nō  
extinguit debitum, sed remanet illæsa  
actio pro consecutione crediti, *l. si quis  
ante, S. si quis, ff. de acq. possess. Giurb. dec. 63.  
nu.*



- nu. 1. & 2. *Rot. decis. 215. nu. 5. p. 12. rec.*
- 90 Promissio manutendi verum, & bonum ius Regium cessum an referatur ad crediti substantiam, dum notorium est, Regem soluendo esse, *Mench. conf. 778. nu. 5. quem sequitur Mastrill. dec. 240. nu. 11. tenet, quod sic. Contrarium firmat, Rota dec. 49. par. 12. rec.*
- 91 Cessione facta cum clausula, dummodo non retorquetur directè, nec indirectè, cessionarium secundum priorem esse probat, *Cutell. dec. 38. p. 2. nu. 12. ex Pres. de Franch. dec. 260. Thor. p. 2. compend. verb. creditores cessionarij. Addit. ad Costam, conf. 68. Giurb. dec. 87. nu. 19. & ita practi- cari tradit Cutell. d. num. 12. & conuenit Staib. contra ea, quæ scripsi supra.*
- 92 Cessionem partim in pecunia, & partim titulo donationis non valere decidunt, *l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mand. & nullam rationem habendam nisi vindictæ, ait Cuiac. & cum ipso Leotard. de usur. qu. 39. nu. 22. Etiam si pro parte venderetur vni, & pro parte donaretur alicui interpositæ personæ, Cancr. lib. 1. var. cap. 13. nu. 76. Giurb. obseru. 58. nu. 13. & scripsi in Gratian. c. 286.*
- 93 In cessione census an requiratur pecunia numerata, prout in creatione? Negant *Olea tit. 6. qu. 10. nu. 65. Cenc. de cens. qu. 72. nu. 16. vbi quod sufficit confessio de recepto, Salgad. & Andreol. contra Giurb. dec. 117. & obs. 58. & vide latè ea, quæ cumulauit in Gratian.*
- 94 Fideiussor an à confideiussore solutum repetat sine cessione? Affirmant de equitate *Fontanell. dec. 216. Olea tit. 5. qu. 4. nu. 38. Costa & alij, quos cumulo in Gratian. cap. 281. & in obser. 55. ad Pres. de Franch. Reijciunt hanc sententiam Andreol. controu. 360. Reg. Latr. dec. 32. nu. 2. Hodiern. Cyriac. & alij, quos vide in Grat. d. c. 281.*
- 95 Cessione actionum ab hæredibus mariti an indigeat vxor pro exigenda pensione rei dotalis locatæ? Affirmant *Gratian. discept. 20. Olea tit. 5. qu. 10. nu. 25. At contrarium volunt Barbof. in l. 6. S. non solum, num. 18. solut. matrim. Aylon. ad Gomecz. var. tit. de locato nu. 9. & scripsi in Grat. d. c. 20. nu. 13.*
- 96 Cessio fideiussori principaliter, & insolidum obligato etiam ex interuallo post solutionem fieri potest, *Rota apud Merlin. dec. 512. Card. de Luca de credito disc. 104. num. 16. vbi quod hæc opinio sit vbique recepta.*
- 97 Cedens creditori nomen debitoris cū pacto, vt cessio non faciat emptionem, neque dationem solutum non liberatur, *l. quoties, C. de iure dotium, gl. magna, in l. legati in fin. ff. de libert. donat. Alex. in l. si cum emptore, num. 4. ff. de pact. Duran. dec. 409. num. 3.*
- 98 Cessione facta minori pretio vtrum id, quod plus est in debito peti possit ab ipso cedente, vel cedat lucro debitoris? dum nil aliud peti potest per cessionarium, nisi quod re vera solutum est, pro cedente stant *Bart. Alberic. & alij, quos refert, & sequitur Alex. 35. var. lib. 2. tit. de act. cap. 2. nu. 12. Faber definit. 23. C. mādati, Salgad. par. 1. cap. 27. num. 68. Reg. de Pont. conf. 76. Contrarium pro debitore volunt Cyn. Roman., & alij, quos referunt Cancr. lib. 1. var. cap. 13. nu. 26. Giurb. obseruat. 58. nu. 8. Andreol. contr. 262. nu. 16. qui nu. 24. Certius asserit id verum, quādo actio pro parte venditur, & pro parte donatur, scripsi in Grat. in cap. 286. n. 7.*
- 99 Cessionario ex persona cedentis competit manutentio in quasi possessione, exigendi, *Olea tit. 6. qu. 5. nu. 20. Postius de manuten. obseru. 51. à n. 3. Gratian. discept. 310. nu. 1. & ibi Ego.*
- 100 Conuentio, vt non possit cedi pactū de retrouendendo valet, *Olea tit. 3. cap. 2. nu. 44. Grat. discept. 258. nu. 10. & ibi Ego. Vndè si fraudis coniecturæ adsint, quod quis recmat ad alterius commodum excluditur à reemendo, & inter coniecturas hæc est, si postea quam reemerit, rem cesserit, vt scripsi in Grat. nu. 10.*
- 101 Actiones si transeunt cum vniuersitate rerum venditarum, vel restitutarum, putà si hæres grauatus hæreditatem restituerit, vel non grauatus hæreditatem vendiderit, tunc si debitor hæreditarius restitutionis, vel venditionis hæreditatis notitiam habuerit, non potest ab hærede liberari in præiudicium fideicommissarij, vel emptoris, *text. est in l. fin. ff. de transact. ibi gl. in verb. ignorabat, Mansus consult. 1. num. 10. vbi aliter quando ceditur actio pro aliqua re particulari, quia nisi*



- interuenerit vnum ex tribus, *l. 3. C. de nouat. potest liberari à creditore, Aff. dec. 335. in fin. & ibi Vrsill. nu. 16. & sola sciētia non sufficit, Mans. ubi sup. & nu. 18. gl. in l. nomen, C. qua res pign. obligari possint, nec cessionarius conquæri potest, quia sibi met imputare debet negligentiam propriam, Odd. in d. l. 3. qu. 2. Quod dictū est de cessione generali per restitutionem, vel venditionem hæreditatis, idem procedit in cessione generali per donationem omnium bonorum, & iurium, in qua sola scientia sufficit, Mans. ubi supra nu. 27. Aliter si debitor cessus ignorauerit cessionem, *l. fin. ff. de transact. gl. in l. si cum emptore, verb. doli exceptio, ff. de pact. Facin. conf. 68. lib. 2. nu. 2. Mansus nu. 34.**
- 102 Liberatio gratuita debitori ignoranti facta à cedente post cessionem, an valeat? Affirmat *Facin. ubi sup. Alex. 35. resolut. 14. nu. 4. Mans. nu. 35.* si non constet esse soluendo cedentem, faciūt *Dom. Reg. Rouis. conf. 69. lib. 1. in fine,* scripsi in *Grat. cap. 132. in fin. Contrarium Card. de Luca de credit. discurs. 70. nu. 13.* vbi quod debitor cessus contendit de lucro, cessionarius autem de damno, & quamuis bona fides in debitore cesso concurrat, idēq; non adsit fraus consilij, adsit tamen fraus, quæ dicitur reipsa. In cessione ad commodum cedentis notanter asserit, *Cancer. par. 3. var. cap. 1. nu. 126.* posse debitorem, qui nomen debitoris sui pignori dederat liberare debitorem, antequam creditor faciat vnum ex tribus annotatis in dicta *l. 3.* nisi id in necem creditoris ex mera voluntate pactum esset, conuenit *Farin. de testib. qu. 60. num. 356.* vbi quod si cedens soluendo non sit, & dolose liberatio facta fuisset, non tenet *Oleam tit. 8. qu. 2. nu. 24.*
- 103 In cessione omnium iurium hæditariorum per hæredem factam cadit legatum repudiatum per legatarium, *Rota post Oleam in dec. 47. nu. 2.* quæ beneuorum neminem allegat, possum comprobare, quia in legatis, & fideicommissis pars vacans accrescit emptori, & cuilibet alij successori singulari, & cessionario, *Bart. in l. re coniuncti nu. 26. & ibi Altiat. nu. 43. Gomez tom. 1. var. cap. 10. num. 44. Bellon. de iur. accresc. cap. 7. qu. 67. n. 14.*
- Præterea nam cēsisio est generalis, & legatum caducatum censetur à tempore cessionis competijisse cedenti, & in puncto *Oleam tit. 4. qu. 7. nu. 22.* vbi quod si venditor transulisset emptori omnes suas actiones hæreditatis ratione competentes, venit portio deficiens.
- 104 Obstat, quod iura directa remanserunt penes cedentem, & semel hæres non definit esse hæres, ergo legatum caducatum non transit in cessionarium, præsertim quia cessionarius non successit ex voluntate defuncti, nec huius personam repræsentat. Adhæc illa tantum iura censentur cessa, quæ tempore cessionis competeabant, non etiam quæ postea superuenerunt *l. hæredem, & ibi gl. in verb. actiones suas, ff. mandat.* Nisi cessa fuerint iura competentia, & competitura, *Bellon. nu. 142.* At vide *Bellon. dicta qu. 67. per tot. & Oleam.*
- 105 Associatio competens creditori vigore pacti pignorum, & præcarij, vt propria auctoritate ingredi possit possessionem competit etiam cessionario, & adhuc negotio non liquidato, præsertim si adit, *pactum de capiēdo propria auctoritate, & sine licentia Iudicis, & citatione, & consequenter ante liquidationem, Bart. in repet. l. 3. C. de pignor. nu. 16. Gozadin. conf. 95. nu. 4. Merlin. dec. 104. nu. 6. Rota decis. 48. post Oleam,* vbi etiam quod competit contra singularem successorem, *Cenc. de cens. qu. 94. nu. 16.*
- 106 Hæres cum inuentario si absque iuriū cessione reemat censum, præsumitur de pecunijs hæditarijs luere, *Merlin. decis. 715. nu. 7. & dec. 50. post Oleam nu. 8.*
- 107 Cessionarius non tenetur excutere bona à tertijs possessoribus; possessa, *Add. ad Buratt. dec. 436. nu. 18. in fin. Rota dec. 35. post Oleam num. 6. & 7.* vbi quod sufficit relatio executoris, non inuenisse bona debitoris. An autem citari debeat cedens, vt indicet bona debitoris, super quibus fieri possit executio, qui est modus probandi inexigibilitatem, *glos. fin. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Rota dec. 49. n. 1. post Merlin. de pignor. & dec. 31. post Oleam nu. 12.*
- 108 Fideiussor debitoris Ciuitatis soluens Ciuitati, in huius iuribus succedit etiam absque

absque cessione, l. 2. C. de iur. Reipubl. lib. 11. dec. 444. nu. 10. Rota dec. 24. post Oleam num. 9.

109 Cedens tenetur tradere instrumenta crediti cessi, si debitor cessus debitum non neget, sufficit ut indicet Notarium, l. Titius hæres, ff. de act. empt. ibi, gl. verb. & fines ostendere, Cencius qu. 71. nu. 13. propè finem, Rota dec. 18. nu. 11. post Oleam.

110 Debitor cessus dicitur sufficienter excussus eo ipso, quod debitor non habet pecuniam, & huius bona posita subhasta non reperiunt oblatores, quia creditor non tenetur ea accipere insolutum, Cyriac. controu. 327. nu. 79. Rota decis. 24. post Oleam nu. 58.

111 Debitori cesso si ad instantiam creditoris anterioris fuerit inhibitum, ne soluat cessionario, inhibitione intimata cedenti, is debet curare eam reuocari, & moderari facere, Felin. in cap. venerabilis, num. 7. de iudic. Rota decis. 31. post Oleam nu. 5. & 6.

112 Cessionarius pro cautela, & securitate stipuletur promissionem manutendi verum, & exigibilem de iure, & de facto debitorem, & obligationem cedentis uti fideiussoris principaliter, & insolidum obligati, contra quem reseruet ius in quocumque tempore agendi cum præseruatione anteriorum iurium, & exclusionem nouationis, & renunciatione cedentis excussioni, omnibusq; alijs beneficijs cedenti, & fideiussoribus competentibus, ut de hac formula partim ex decis. 15. Rot. post Oleam ex Cencio, & alijs colligitur.

113 Obstare poterit, quod videtur excusandus cedens, dum agere non potuit, neque valet ob cessionem factam, cum inefficaces sint suæ actiones. At cessionarius poterit cessionis tempore, vel post permittere eidem cedenti, quod agere possit in utilitatem ipsius cessionarij, & procurare exactionem, & ad hunc effe-

ctum potest etiam retrocedere idem nomen cessum, ut Rota dec. 15. post Oleam.

114 Subhastato nomine debitoris illius dominus perdidisse dicitur ad illud actionem, Thor. in compend. par. 4. sect. 2. verb. liquidatio instrumenti, Mangil. de subhast. in addit. ad in aspect. 53. nu. 4.

115 In adiudicatione, & datione insolutum iudiciali nominis debitoris Iudex vice partis cedit. Cessionarius plus etiã consequitur, quam pars poterat, nam si agatur de credito, pro quo immediatus creditor carcerare non poterat, id Possit cessionarius huiusmodi, Cutell. de donat. tract. 1. disc. 1. par. 10. nu. 73. Mangil. ubi sup. num. 5. Nisi acquisitio huiusmodi fuerit simulata, ut Mangil. nu. 7.

116 Census cessus si non subsistit, & sic non est verus in sua substantia uti impositus super re aliena, vel non capace, tunc debetur euctio statim, nec habet locum exceptio excussionis debitoris censualis cessi, neque necessariae sunt diligentiae, Rota dec. 124. post Mangil. de subhastat. in addit. ad tract.

117 Legante Testatore centum, quæ Titius debet, si is nihil debeat, legati substantia deficit, secus si erratum sit in nomine, puta quia centum non Titius, sed Seius debeat, quia hæres tenetur cedere actionem contra verum debitorem, Merlin. dec. 456. Gabriel. cons. 105. lib. 2. num. 6. ibi: Ita si erratum sit in nomine debitoris, quia leget centum, quæ Titius debet, si centum non Titius, sed Seius debeat valet legatum, quia satis est constare de corpore, quod legare testator voluit, & idcirco cedere actionem debet hæres contra verum debitorem, quamuis is, cuius mentio fit, debitor non sit; hæc, & alia vide in Gratian. cap. 251.

Plura ex his, quæ scripsi, mutuatus fui à I. C. D. Iosepho Materna amico meo. Soli autem Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

F I N I S



I N-

# I N D E X

## OMNIVM RERVM, ET VERBORVM,

QVAE IN HOC OPERE CONTINETVR.

Prior numerus paginam, secundus numerum designat.

### A

**A**bsenti ex contractu inter alios ad suum commodum facto, an queratur actio sine cessione? p. 240. n. 31. & seq. Absenti an requiratur actio ex stipulatione Notarij? ibid.

Actiones utiles transeunt in fideicommissarium, per restitutionem hereditatis, & quid si quaesita sint per heredem? pag. 198. nu. 7.

Actiones, an transeat in emptorem hereditatis sine cessione? pag. 47. num. 8.

Actio hypothecaria, an possit separari à personali, & separata, quem effectum operetur? pag. 67. num. 10. & seqq.

Actio directa describitur. pag. 69. num. 9.

Actio utilis describitur, & exemplificatur. pag. 69. num. 9.

Actio utilis, an sit dativa? pag. 70. num. 9.

Actio directa, an sit nativa? pag. 71. num. 9.

Actio utilis, an sit panes habentē directā? ibid.

Actio utilis exercetur nomine proprio. ibid.

Actionis directae, & utilis lex est causa efficiens? ibidem.

Actio personalis, an acquiratur ex stipulatione procuratoris? ibidem.

Actiones utiles, an mancant cedente cedente sine herede? pag. 69. num. 6.

Actiones directae, an possint exerceri cedente obeunte sine herede? pag. 69. num. 6. & 8.

Actio utilis hypothecaria, an competat creditori hypothecario contra debitorem debitoris, & quae forma sit libelli? p. 94. n. 5. & 6.

Actio utilis personalis, an competat creditori chirografario contra nomen debitoris, seu aduersus debitorem debitoris? pag. 95. nu. 7.

Actiones, & iura an sint tertiae speciei distinctae à mobilibus, & immobilibus rebus? pag. 103. num. 6. & 7.

Actio, quae competat pro paragio, an sit in rem scripta? pag. 115. num. 6. & p. 131. n. 9.

Actio extincta per aditionem hereditatis, an reuiuiscat per venditionem hereditatis?

pag. 143. numer. 5.

Actio utilis est propria cessionarij, & directa aliena explicatur? pag. 173. num. 6.

Actionis utilis, & directae qualiter sit concipiendus libellus. pag. 173. num. 6. & 8.

Actiones utiles an transferantur in legatarium nominis sine cessione expressa heredis? pag. 198. num. 5. & seq.

Actio directa qualiter sit cessibilis. p. 198. n. 6.

Actio utilis sine cessione transit in emptorem nominis, vel donatarium? pag. 198. nu. 7.

Actio omnis est cessibilis, idque iuxta naturalem equitatem, qua dominus potest rem suam in alium transferre. pag. 206. nu. 4.

Actio in rem, ut rei vindicatio cedi potest, sed cessione non transfertur dominium. ibid.

Actio directa, via directa non est cessibilis. licet obliqua per transactionem exercitij directarum. ibid. nu. 4.

Actio utilis quaesita ex cessione cedi alijs potest, sicque ulterius per secundum, & posteriorem cessionarium. ibidem.

Actio pro paragio super feudo an competat, & exerceri possit contra possessorem feudi? pag. 115. num. 6. & pag. 131. num. 10.

Actiones mandare, & habere mandatum ad agendum differunt. pag. 205. num. 3.

Actiones utiles non transferuntur, quando mandantur actiones. ibidem.

Actiones inutiles apud cedentem, quando sint utiles panes cessionarium, & melioris conditionis sit cessionarius, quam cedens. pag. 83. num. 1. & pag. 86. num. 1.

Actiones passivae, an cedi possint. p. 234. nu. 14.

Actionum directarum cessio quando sit necessaria, etiam quod sint translatae utiles. pag. 199. num. 9.

Actionum cessionem inducit cessio bonorum. pag. 203. num. 1.

Actiones vide verbo Cessio, & verb. Iura.

Actus momentaneus an sit in consideratione? pag. 48. num. 12. & pag. 51. per totam.

## I N D E X.

- Accusandi ius an cedi possit* pag. 216. nu. 11.  
*Adeundi hereditatem facultas inheret personae.* pag. 24. num. 3.  
*Adeundi hereditatem facultas non pertinet ad creditores heredis.* ibidem.  
*Adeundi hereditatem facultas, seu ius an sit transmissibile?* pag. 25. num. 1.  
*Aditio hereditatis inducitur ex dispositione hereditatis per actum ultimae voluntatis veluti per legatum iurium hereditariorum.* pag. 4. num. 1. & 2.  
*Aditio hereditatis inducitur ex cessione iurium competentium in hereditate,* ibid.  
*Aditio hereditatis inducitur ex donatione hereditatis delata.* pag. 46. num. 2.  
*Aditio hereditatis an inducatur ex cessione hereditatis, ita quod cedens teneatur creditoribus hereditarijs;* vide verbo, *Cedens hereditatem.*  
*Administratores an possit reportare cessionem iurium.* pag. 224. num. 21.  
*Aestimatum, vel inestimatum quando cedatur nomen debitoris in dotem, & diuersitas effectuum.* pag. 176. & seq.  
*Aestimatum,* vide verbo, *Nomen.*  
*Agere an possit mulier contra dotantem pro dote promissa viro.* pag. 78. & 79. n. 1. & seq.  
*Agere an quis possit post cessionem.* pag. 210. num. 2. 4. & pag. 212. num. 12.  
*Agere an quis possit praecise cogi, vel cedendo actionem liberetur.* p. 235. n. 17. & p. 198. n. 4.  
*Alere an teneatur creditor debitorem suum carceratum, praesertim si sit pauper.* pag. 111. num. 4. & 5.  
*Alimentorum commoditas cedi potest?* pag. 154. num. 76.  
*Alimentorum commoditas? an possint exequi ad instantiam creditorum?* ibidem.  
*Alimentorum ius an cedi possit?* ibidem.  
*Alimenta praeterita an cedi possit?* p. 214. n. 7.  
*Alimenta futura ad certam quantitatem taxatam an cedi possint?* ibidem.  
*Alimenta debita ex contractu, vel testamenta tam praeterita, quam futura an cedi possint?* pag. 214. num. 7.  
*Alimentorum ius, quod habet patronus Ecclesiae, vel beneficij an cedi possit? Quid si fundatur ordinasset alimentari patroni.* ibid.  
*Arrendatores gabellarum, & aliarum rerum fiscalium, an acquirant priuilegium Fisci procedendi contra debitores incipiendo a captura.* pag. 179. num. 2.  
*Arrendatores gabellarum sunt cessionarij Regij Fisci.* pag. 179. num. 2.  
*Affecuratio dotis? an sit vera restitutio.* pag. 232. num. 10.  
*Affecuratio dotis, vide verbo Cedi, & verbo Fructus, & verbo Ius repetendi dotem.*  
*Affensus postremo loco accedens prima cessione personalis actionis facit praeserre primum cessionarium secundo, qui prius habuit assensum.* pag. 67. num. 12.  
*Affensus super cessione actionis feudalis non roborat hypothecam.* pag. 62. num. 6.  
*Affensus si deficiat in cessione crediti, vel actionis feudalis an cessionarius possit exercere actiones directas, vel utiles.* pag. 27. num. 12. & pag. 28. num. 6. & 7.  
*Affensus si deficiat in cessione iuris feudalis, an possit iterum cedi actio feudo deuoluto.* pag. 63. num. 11. & seq.  
*Affensus, an sit necessarius in translatione hypothecariae actionis super feudo.* p. 67. n. 9.  
*Affensus, an sit necessarius in cessione actionis pro paragio super feudo.* pag. 115. num. 5. & pag. 131. num. 10. & 11.  
*Affensus super pacto de cedendo, an roboret cessionem subsequentem.* pag. 145. num. 4.  
*Affensum Regium tenetur exhibere cedens creditum contra Vniuersitatem pro validitate cessionis.* pag. 243. num. 56.  
*Affensus, vide verbo Cessionarius, & verbo Creditor.*

### B

- B** *aro? an possit cedere ius pascendi, aut vendere dictum ius, quod habet in Pascuis vniuersitatis.* pag. 207. num. 9. & seq.  
*Baro in demanialibus suis, an possit exteros fidare ultra usum ciuium.* ibidem.  
*Baro an possit cogere vassallos ad conducendum terras feudales.* pag. 114. nu. 1. & seq.  
*Baro an possit cogere vassallos ad sibi locandum operas personales, currus, & animalia, & quid operetur clausula apposita inuestitura, cum iuribus plaustrorum, nauiumque praestationibus.* ibidem.  
*Beneficium Ecclesiasticum, quis ad hoc ut apud se remaneat, an possit dare aliquid contradictori pro cessione litis.* pag. 155. & seq.  
*Beneficia conferendi facultas an possit delegari.* pag. 225. num. 26.  
*Beneficium, vide verbo Simonia.*  
*Bonorum sub obligatione veniunt hypotheca, & iura accessoria ipsi obliganti.* p. 102. n. 5.

Bo-

## I N D E X.

- Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones in obligatione illorum, & quid in alienatione . pag. 102. & 103. num. 4. & 7.*
- Bonorum mobilium, & immobilium appellatione an veniant iura, & actiones. ibid. n. 6.*
- C**
- Cambij facultas cum se ipso, an porrigatur ad alium, vel possit cedi, & quid si post datas pecunias dās illas declararet se habere nudum nomen, an cesset cambium. pag. 88. num. 5.*
- Cambij litteras, vide verbo Litteras .*
- Carcerati cessio an valeat ad fauorem eius, qui carcerare fecit . pag. 221. num. 2.*
- Casus fortuiti superuenientia post cessionem an noceat cedenti etiam promissa perpetua idoneitate nominis cessi. pag. 12. num. 12.*
- Causa proxima magis attenditur, quam remota. pag. 28. num. 3.*
- Cautio mutiana si praestetur per legatariū potest statim petere legatum relictū sub conditione, quae in nō faciēdo constit. p. 235. n. 17.*
- Censum cedens, & promittit exigibilem? an tenetur perpetuū prestare exigibilitatem. pag. 8. num. 1.*
- Census pariunt interesse si ascendant ad notabilem summam . pag. 2. num. 1.*
- Census annui differunt ab interesse, qui non sunt accessory ad sortem, sed principaliter debentur . pag. 45. num. 8.*
- Census an minori pretio possit vēdi. p. 123. n. 7.*
- Censum nouum pro extinguendo antiquo nulliter creato iudicauit Regia Camera, iuxta Molin. & alios validum. pag. 191. num. 1.*
- Cedens nomen debitoris tenetur prestare, debitorem esse, vel de iure exigibilem, scilicet verum esse debitum. pag. 6. num. 5.*
- Cedens intelligitur cedere, quod minus est sibi damnosum. pag. 4. num. 3.*
- Cedens promittēs nomen exigibile, & accedat tanquam fideiussor principalis, & in solidū? an possit conueniri recta via, & non possit opponere exceptionem excussionis. p. 14. n. 6.*
- Cedens non tenetur se ostendere potiozem creditorem. pag. 4. num. 2.*
- Cedens tenetur de euictione, si cessionarius molestatur per creditores anteriores cedentis. pag. 4. num. 3.*
- Cedens praesumitur sibi reseruasse potiora iura uti sibi utilius. pag. 4. num. 3.*
- Cedens partem crediti, quod partim sit sterile, & partim facundum, & fertile? an censeatur cedere creditum sterile. p. 4. n. 1. & seqq.*
- Cedens creditum idoneum, an teneatur agere, & procurare ex actionem. p. 6. n. 10. & seq. & pag. 210. & seq. num. 1. per tot.*
- Cedens an teneatur tradere instrumentum sumptibus suis, vel solum indicare Notarium. pag. 211. nu. 5. & pag. 248. nu. 109.*
- Cedens an post cessionem possit agere, si cessio facta sit in ampla forma. pag. 210. num. 1. & pag. 212. num. 12.*
- Cedens bonis an possit penitere ante venditionem bonorum. pag. 203. num. 3.*
- Cedi, an possit priuilegium prelationis ex l. assiduis, C. qui potiores in pign. pag. 31. nu. 4. & pag. 33. & seq.*
- Cessio bonorum inducit cessionem iurium, & actionum . pag. 203. num. 1.*
- Cessio actionum, in quibus differat à cessione bonorum. pag. 203. num. 2.*
- Cedens nomen tale, quale ad quid tenetur . pag. 31. num. 3.*
- Cedens quidquid iuris habet ad quid teneatur. pag. 34. num. 1.*
- Cedens post cessionem an possit liberare debitorem cessum per pactum gratuitum. pag. 35. num. 1. & seq.*
- Cedens hereditatem an teneatur creditoribus. pag. 48. num. 12. pag. 52. num. 10. & pag. 224. num. 20.*
- Cedens, & cessionarius an possit liquidare instrumentum. pag. 49. num. 3. & seq.*
- Cedere actiones an compellatur creditor fideiussori, non obstante renunciatione exceptionis cedendarum. p. 60. & seq. n. 1. & seq.*
- Cedens actiones, an transferat tam utiles, quam directas. pag. 68. num. 1.*
- Cedens partem crediti tertio pro debitore soluenti an praferatur pro resta cessionario . pag. 121. num. 4. & seq.*
- Cedens sub conditione nomen debitoris, & promittens exigibile an teneatur si ante conditionis euentum inopia debitoris cessi superuenerit, & quid sit non fuerit promissum exigibile, & quid si cessio facta sit nominis ad diem. pag. 128. n. 1. & seqq.*
- Cedere post mortem aliud est, quam reseruare annualitatem vita durante. p. 129. n. 11.*
- Cedens creditum à se exactum tenetur ad tantundem. pag. 129. num. 12.*
- Cedens ex causa donationis, an ius quod habeatur censeatur donare, vel teneatur de euictione . pag. 128. num. 201. & seq.*

## I N D E X.

- Cedens creditum à se exactum tenetur ad tantundem.* pag. 129. num. 12.
- Cedi, an possint usura compensatiua venditori debita.* pag. 140. & seq. nu. 1. & seqq.
- Cedi, an possint usura dotales.* pag. 141. nu. 4. & seqq.
- Cedere, an possit actiones habens mandatum cum libera extraneo soluenti pro debitore.* pag. 147. num. 8.
- Cedens iura sua uni non potest alteri deinde cedere.* pag. 166. num. 2.
- Cedere, an teneatur aliquis contra se ipsum.* pag. 168. num. 8.
- Cedere verbum, an iungatur datiuo, vel ablatiuo quantum differat.* pag. 172. num. 1.
- Cedere ius bonum, melius, & optimum quid sit.* pag. 173. num. 3.
- Cessio simplex, vel solutionis causa, aut pro faciliori exactione, vel pro soluendo idem est.* pag. 20. num. 1. & pag. 36. num. 6.
- Cessionario sciente pactum factum de cedendo alteri, an cessio valeat.* p. 145. num. 6.
- Cessio simplex qualiter differt à cessione, seu datione insolutum.* pag. 20. num. 1.
- Cessio simplex non inducit nouationem, etiam si cedens facit cessionarium procuratorem in rem propriam.* ibidem.
- Cessio legalis est potentior ea, quae fit per scripturam.* pag. 169. num. 14.
- Cessio censenda est simplex pro soluendo, quam pro soluto.* ibidem num. 3.
- Cessionis pro soluto requisita recensentur.* pag. 20. num. 3.
- Cessio, an sit simplex, & pro soluendo, vel pro soluto est questio facti, & non iuris.* pag. 20. num. 2. & pag. 222. num. 16.
- Cessio est datio in solutum, si ceditur species pro quantitate.* pag. 21. num. 5. & seqq.
- Cessio, an sit simplex pro soluendo, si cedatur creditum censuale si non internenerit requisita, l. 3. C. de nouat.* pag. 21. num. 6.
- Cessio, an sit simplex, si cedatur creditum cum promissione perpetuae exigibilitatis.* p. 21. num. 9.
- Cessio, an censeatur pro soluto, vel datio in solutum si in cessione cedens nihil sibi reseruauerit.* pag. 21. num. 9.
- Cessio modico soluto an valeat pro tota summa cessa si facta sit possessori, uel ex necessitate.* pag. 24. & seqq. num. 2.
- Cedens partem crediti tertio pro debitore soluenti, an preferatur cessionario.* p. 120. n. 1.
- Cessio hereditarium aliquando est abdicatiua, aliquando est translatiua.* pag. 26. n. 6.
- Cessis, & donatis hereditatibus deuoluendis facto casu delationis, an cedens debeat adire hereditatem ad requisitionem cessionarij.* pag. 25. num. 5.
- Cedens nomen debitoris pro dote, vel causa pia tenetur facere exigibile.* pag. 10. nu. 7.
- Cessio translatiua, an sit cessio iurium facta per uxorem, quando maritus vendidit sibi rem hypothecatam.* pag. 30. & seqq. num. 5.
- Cessio in incorporibus habeatur pro traditione.* pag. 33. num. 1.
- Cessione simplici uni creditori personali prius facta, si deinde cessio fiat alteri, quis preferatur.* pag. 33. num. 7.
- Cessionarius, an dicatur proprie creditor.* pag. 173. num. 9.
- Cessio alia est dubitatiua, seu conditionalis, alia pura, & istarum explicatio fit.* p. 34. n. 4.
- Cessio iurium, an retrahatur ad diem solutionis.* pag. 41. & seqq. num. 1.
- Cessio iurium, an possit fieri fideiussori soluenti etiam ex interuallo post solutionem.* pag. 42. num. 5.
- Cessio iurium, an possit fieri tertio possessori soluenti etiam ex interuallo.* ibidem nu. 6.
- Cessiones hereditatis distinguuntur, an sit cessio in iure, vel simplex cessio.* p. 46. nu. 2.
- Cessionarius hereditatis an possit conficere praebulum.* pag. 46. nu. 1. & seqq.
- Cessionarius hereditatis, an teneatur insolidum non conficendo inuentarium.* pag. 47. num. 9. & 162. nu. 9. & 10.
- Cessio in iure, & cessio iurium, qualiter differunt.* pag. 48. num. 12.
- Cessionarius an agere possit, vel excipere aduersus cedentem ex diuersis iuribus.* p. 57. n. 3.
- Cessio, an simplex, vel qualificatiua sit iudicanda.* pag. 58. num. 9.
- Cessio si facienda esset, & non sit subsequuta, an habeatur pro facta.* pag. 57. num. 7.
- Cedens iura ex equitate non tenetur sibi facere aequalem.* pag. 57. num. 5.
- Cessio qualificata secundi cedentis, an suffragetur primo creditori, qui simpliciter cessit.* pag. 189. num. 1.
- Cessionarius uti procurator cedentis, an censeatur qualificatè cessisse.* pag. 189. nu. 2.
- Cessio anterioritatis, an importet ut cessionarius preferatur cedenti.* pag. 190. nu. 6.
- Cessionarius iurium Fisci, uel Camera Apostoli-*

# I N D E X.

- Stolica pro medico, an possit exigere totum.* pag. 27. num. 1 & seqq.
- Cessionarius posterior an preferatur in fructibus annua pensionis primo cessionario.* p. 82. n. 5.
- Cessio quando trahatur ad renunciationem, & e contra.* p. 195. & 196. n. 1. & 2.
- Cessio directarum an sit superflua ad beneficium habentis utiles.* p. 199. n. 10.
- Cessio iurium legalis, an differat à cessione hominis.* p. 205. n. 1.
- Cessione vicissim facta inter coheredes si ampla sit in controversiam redigitur, an operetur fideicommissi conditionalis renunciationem.* p. 209. n. 6.
- Cessionarius actionum non potest agere nisi pro summa soluta.* p. 211. n. 1.
- Cessionarius ob susceptum mandatum debet agere.* p. 210. n. 3.
- Cedentis obligatio qualiter sit conditionalis.* p. 211. n. 6.
- Cedens partem crediti ex causa venditionis an preferatur pro ressa.* p. 121. n. 4.
- Cedens creditori nomen debitoris cum pacto, ut cessio non faciat dationem insolutum non liberatur.* p. 245. n. 83.
- Cessione facta minori pretio, an id quod plus est peti possit à cedente, vel cedat lucro debitoris.* pag. 245. num. 84.
- Cedens post cessionem an possit liberare gratuito debitorem.* pag. 247. num. 102.
- Cessionario an competat associatio vigore pateti de captendo.* pag. 247. num. 105.
- Cessio iurium generaliter concepta, an restringatur ad talia qualia.* pag. 99. num. 1.
- Cessio, an possit fieri invalidum si beneficio diuisionis non sit renunciatum.* pag. 116. n. 3.
- Cedens partem crediti consistentis in sorte, & interesse an censetur cessisse illam de interesse.* pag. 1. & 2.
- Cessio iurium an sit stricti iuris, vel bonae fidei.* pag. 214. num. 1.
- Cessio contra unum ex correis, an extendatur contra alium.* pag. 214. num. 4.
- Cessio in potentio rem, quae dicatur.* pag. 216. num. 13.
- Cessio simulata quando est nulla.* p. 217. n. 14.
- Cessio, an fieri possit contra fideiussorem sine cessione actionis contra principalem debitorem.* pag. 214. num. 5.
- Cessione facta contra debitorem, an transeat actiones contra fideiussorem.* pag. 214. n. 3.
- Cessio impugnari potest sicut titulus.* pag. 221. num. 11. & 12.
- Cessionarius an teneatur defendere cedentem reconuentum.* pag. 222. num. 14.
- Cessio in carceribus facta an valeat.* pag. 216. num. 11.
- Cessionarius privilegiatus an habeat electionem fori.* pag. 223. num. 17.
- Cessionarius an debeat iurare de calumnia.* pag. 224. num. 19.
- Cedens an respondere debeat positionibus partitis.* pag. 224. num. 20.
- Cedens iura potiora omnibus, an cedere censetur etiam contra se ipsum.* p. 225. n. 23.
- Cedens an preferatur cessionario si cessit cum clausula, dummodò cessio non officiat directè, neque indirectè.* pag. 225. nu. 24.
- Cessio simplex an constituat hypothecam ad fauorem creditoris personalis.* pag. 74. n. 1.
- Cedi an possit ius nominandi cappellanum.* pag. 225. num. 26.
- Cedere an possit ius luendi debitor censualis sciens nomen suum creditoribus suis creditoris hypothecatam, & peccet nouus creditor, vel emptor cessionarius exercendo scienter ius.* pag. 226. num. 27.
- Cessio simplex est medium quoddam inter dationem insolutum, & pignus.* pag. 74. nu. 2.
- Cedens, & cessionarius quando concurrant per es, & libram.* pag. 229. num. 1.
- Cedere alteri, an quis possit ieiunium, vel bonum opus.* pag. 231. num. 6.
- Cedens an possit transigere, vel pacisci post cessionem.* pag. 232. num. 9.
- Cedendo iura conuentus, ut agat an liberatur, exemplificatur per plura exempla.* pag. 235. num. 17.
- Christianus cessionarius Iudaei an possit exigere usuras solutas Iudaeo.* pag. 83. num. 4.
- Christianus soluendo pro Christiano usuras debitas per illum Iudaeo, an gerat utile negotium.* pag. 84. num. 8.
- Clausula, ut cessio non officiat cedenti, nec directè, nec indirectè, nec ex quibuscumque causis, an stet fauore cedentis, vel postremi cessionary.* p. 2. n. 5. & p. 225. n. 24.
- Clausula, che il cedente non sia tenuto di verità, ò bugia, an valeat.* pag. 34. nu. 6.
- Clausula, dummodò contra cedentem, neque directè, neque indirectè, neque in concursu retorqueri valeat, & ceduntur iura talia, qualia, quid significet, & operetur.* p. 56. n. 1.
- Clau-



# I N D E X.

- Clausula cedens, &c. ponens, &c. an operetur translationem actionis pro pensionibus ad fauorem emptoris.* pag. 101. num. 1.
- Clausula præseruatiua, dummodò, &c. quando censetur apposta.* pag. 58. num. 9.
- Clausula, ponens in locum suum, quid operetur.* pag. 92. num. 8. & pag. 63. num. 9.
- Clausula denotans tempus futurum cum ditione semper, vel in perpetuum, an importat exigibilitatē omni tempore.* p. 9. n. 2.
- Clericus an possit cedere franchitiam.* p. 230. num. 2.
- Colonus, vide in verbo, Conductor.*
- Commercio prohibito substantia gabella perit, & expenduntur exempla rerum iudicatarum.* pag. 180. num. 5.
- Commoditas cessa vsusfructus vni, si deinde cedatur vsusfructus alteri de consensu proprietarij, an secundus cessionarius præferatur.* pag. 16. num. 1.
- Commoditate cessa vsusfructus vni, an possit deinde remitti vsusfructus proprietario, vel debitori vsusfructus.* pag. 17. num. 6.
- Commoditas pensionis cessa quantum differat à commoditate vsusfructus.* pag. 18. nu. 1.
- Commoditate pensionis cessa an pensionarius possit deinde illam extinguere, seu remittere, vel transferre.* pag. 18. num. 2.
- Commoditas fructuum alicuius officij, vel feudi quando cedi potest.* pag. 17. & seq. nu. 4.
- Compensatio competens contra cedentem, an possit opponi contra cessionarium prius non opposita.* pag. 87. nu. 1.
- Compensatio ante cessionem, vel ante interpellationem cessionarij opponenda.* p. 88. n. 3.
- Compensatio an fiat ipso iure, vel requirat ministeriū hominis.* p. 88. n. 4. & p. 89. n. 10.
- Compromissum an possit peti contra cessionarium si poterat contra cedentem.* p. 173. n. 8.
- Conditio potestatiua quando habeatur pro impleta.* pag. 45. num. 7.
- Conditione pendente si debitor cessus effectus fuerit inops, an cessionarius habeat regressum contra cedentem, quid si non in totum, sed in partem fuerit effectus impotens.* pag. 126. & seq. num. 3.
- Conditione pendente si res pereat, an venditori pereat.* pag. 126. num. 2.
- Conditionale an sit legatum pro dote, vide verbo Legatum.*
- Conductio, an reuiuiscat si conductor emerit cum pacto de retrouendendo, & sequatur retrouenditio.* pag. 151. num. 5.
- Conductor an possit renunciare ius prælationis.* pag. 151. num. 4.
- Conductorem expellendi ius an possit cedi.* pag. 151. num. 8.
- Conductionis ius an possit cedi.* p. 151. nu. 7.
- Conductor, qui sublocauit, conuentus ad solutionem pensionis per locatorem, an liberetur cedendo actiones contra subconductorem.* pag. 235. num. 17.
- Conductor si non simpliciter sublocauit, sed cesserit omnia iura sua subconductori de consensu locatoris liberatur.* p. 235. n. 17.
- Conductores gabellarum, & aliarum rerum fiscalium, an acquirant priuilegium Fisci procedendi contra debitores incipiendi à captura.* pag. 139. nu. 2.
- Conductor deiectus per tertium à re conducta potest compellere locatorem, ut agat contra illum.* pag. 235. nu. 17.
- Contractus conceptus sub nomine emphiteus cum pacto luendi, an iudicandus sit contractus emptionis.* pag. 183. 184. nu. 5. & 6.
- Contractus, vide in verbo Nullitas.*
- Contrahens nouus non debet esse curiosus, an primi census patiatur defectum.* p. 192. n. 2.
- Contractus gestus post cessionem bonorum an valeat.* pag. 204. num. 6.
- Correi plures pro dote, an teneantur in solidum.* pag. 119. num. 9.
- Correo post solutionem, an cessio fieri possit.* pag. 42. num. 5.
- Correo, vel fideiussori quando succurritur si creditor solidum exigere intendit.* p. 71. n. 1.
- Creditum fecundum, & infecundum exemplificatur, & declaratur anathocismus.* p. 2. num. 1.
- Creditum capax quo ad apparentiam, & quo ad contingentiam explicatur.* p. 12. n. 13.
- Creditor primus si consentiat hypothecæ rei ad fauorem secundi, vel tertij quis ordo seruetur.* pag. 31. nu. 7.
- Creditor an possit extinguere suum nomen in præiudicium creditoris sui.* p. 35. nu. 2.
- Creditor an teneatur cedere contra se ipsum, & fideiussorem facere æqualem.* p. 55. n. 2.
- Creditor fingitur homo diuersus pro multiplici diuerso debito.* pag. 55. num. 6.
- Creditor in parte satisfactus à fideiussore ficit iura, utrum teneatur facere fideiussorem sibi æqualem soluentem suam ratam.* pag. 55. nu. 6.

Cre-

## I N D E X.

- Creditor si praevenerit in exigendo à debitore an teneatur cedere contra se in bonis possessis.* pag. 55. num. 3.
- Creditor absque assensu creditoris super feudo, cum assensu nequit agere super feudo.* p. 66. num. 5.
- Creditor, vel cessionarius creditoris super feudo, an possint exercere directas actiones ex persona debitoris creditoris habentis assensum.* pag. 66. num. 6.
- Creditor si liberavit unum ex pluribus, pro quo debitor solvit ad ipsum liberandum, an cesset exceptio cedendarum?* p. 73. n. 11.
- Creditori unum gratis liberanti, an obstet exceptio.* p. 73. n. 10.
- Creditor anterior hypothecarius an possit exigere nomen debitoris delegatum.* pag. 80. num. 1. & seq.
- Creditor anterior hypothecarius, an possit absque citatione cessionarij agere contra nomen debitoris.* pag. 93. & 94. num. 1. & 2.
- Creditor hypothecarius an comparetur cessionario?* pag. 94. num. 3.
- Creditor ex duplici credito de posteriore satisfactus an teneatur possessori cedere iura contra se ipsum.* pag. 103. num. 1. & 2.
- Creditor satisfactus in pecunia à debitore pro uno credito, an possessor ei anterior iuuetur ille solutione pro alio credito anteriori.* pag. 104. num. 10. & seqq.
- Creditor, qui obtinuit pro aliquibus annatis census, an pro novis opus habeat nouo processu.* pag. 105. num. 12. & seqq.
- Creditor cedendo an facere possit conditionem debitoris deteriore.* pag. 143. num. 3.
- Creditor certus pupilli, an possit esse tutor.* pag. 188. num. 8. & 9.
- Creditor si egerit contra emptorem hereditatis, & deinde vellet agere contra heredem, an repellatur exceptione taciti pacti de non petendo ab ipso.* pag. 234. num. 14.
- Creditor dans pecunias debitori pro dimittendo creditore anteriore cessis iuribus, an sit graduandus iuxta datam secundi contractus pro redditibus.* pag. 22. & seq. nu. 1. & seqq.
- Creditor dimissus, an debeat scire pactum de subintrando.* pag. 24. nu. 9.
- D
- D**ebitori si legatur liberatio debiti, an debeantur usurae ante mortem legantis decursa. pag. 44. num. 2.
- Debitor an possit per solutionem liberare unum ex fideiussoribus.* pag. 73. num. 11.
- Debitoris principalis citatio, an omitti possit, si convenitur nomen debitoris per creditorem.* p. 94. num. 4.
- Debitor cessus per delegationem non habet exceptionem contra creditorem.* pag. 124. n. 3.
- Debitor cessus pendente conditione deterioris conditionis si effectus fuisset in aliqua parte nempe inexigibilis, an damnum sit cedentis.* pag. 126. num. 3.
- Debitor dotantis cessus marito an absque denunciatione teneatur ad usuras cessionario.* pag. 143. num. 1.
- Debitor cessus Fisco solvit usuras maiores, quas non prestabat cedenti.* pag. 143. nu. 5.
- Debitor non soluendo creditori an teneatur ad damnum emergens, quod patitur ille cum suo creditore.* pag. 143. num. 6.
- Debitor tenetur in pacti dimittere creditorem anteriorem.* pag. 169. & seq. num. 11.
- Debitor cessus promittens solvere cessionario, an huic exceptiones contra cedentem competentes obijcere valeat.* p. 183. n. 1. & seqq.
- Debitor cessus, vel delegatus solvens indebitum aduersus quem habeat conditionem.* pag. 184. num. 6.
- Debitor annui redditus cedens pro satisfactione nomen debitoris cum promissione evictionis, & protestatione creditoris cessionarij non novandi, & agendi ad libitum, an directe possit conveniri.* pag. 222. nu. 15.
- Decima an possint cedi laico.* pag. 231. nu. 7.
- Delegatio qualiter differat à cessione.* pag. 76. num. 3. & seq.
- Delegatio est potentior nouatione.* pag. 80. n. 2. & seq.
- Delinquens cum alio in solidum tenetur ad poenam, & ad salarium, & solvens solidum, an possit petere cessionem iurium.* pa. 238. num. 19.
- Delinquens cum alio si totum soluat, socius an teneatur in conscientia ad restitutionem partis.* ibidem.
- Denunciare cessionem debitori cesso, an teneatur cessionarius mariti, ut consequatur interesse dotis.* pag. 53. & 54. nu. 6. & 7.
- Deponere uti principalis, an teneatur cedens ad instantiam debitoris.* pag. 224. nu. 20.
- Dilationem, an possit concedere cedens post cessionem.* pag. 36. num. 8.
- Donatis hereditatibus deferendis, an factio casu*

## I N D E X.

- casu delationis cedens possit cogi adire ad requisitionē cessionarij, vel censeatur transfatum ius adeundi. pag. 25. nu. 5. & seqq.*
- Donatione facta cum onere, ut donatarius teneatur solvere aliquid creditori donantis, an actio creditori competat contra donatarium. pag. 240. num. 34. & seqq.*
- Donatio, an reuocetur ob ingratitudinem ipso iure, & quæ actio competat. pag. 160. nu. 5.*
- Donatione reuocata ob ingratitudinem, an donatarius teneatur restituere fructus perceptos. pag. 159. num. 2.*
- Donatio secunda, an reuocet primas, quæ reuocari poterat ob ingratitudinem. ibidem num. 4. & seqq. & num. 14.*
- Donationes à principio validæ expresse sunt reuocandæ aliter si confirmandæ sunt pro mortem, idq; explicatur. pag. 160. num. 6.*
- Donatoris heredes, an possint reuocare donationem ob ingratitudinem ergo donantem. ibidem num. 11.*
- Donationis reuocandæ ius, an sit cessibile. ibid.*
- Donationem contemplatione matrimonij sibi factam an possit donatarius alteri cedere, vel retrocedere donatori. pag. 224. nu. 22.*
- Donatarius nominis debitoris, an agat sine cessione. pag. 198. num. 7.*
- Donatarius hereditatis an teneatur ad solutionem debitorum ultra vires hereditarias pag. 162. num. 9.*
- Donatarius omnium bonorum, an teneatur ad confectioem inuentarij, & ob omissionem teneatur ultra vires bonorum donatorum. ibidem. num. 10.*
- Donator hereditatis, an teneatur donatario solvere debita contracta cum defuncto. pag. 161. num. 1. per totum.*
- Donatarius hereditatis, an teneatur solvere donatario credita, quæ habebat contra hereditatem. ibidem.*
- Donare, an possit habens mandatum cum libera. pag. 147. num. 10.*
- Donatarius tenetur alere donatorem. pag. 111. num. 5.*
- Donatarius usurarij, an possit retinere usuras. p. 84. nu. 6.*
- Dotis nomine si cedatur nomen debitoris an teneatur de exigibilitate. p. 75. n. 1. & seqq.*
- Dos quando habeat dictum priuilegium, ut nomen cessum debeat prestare exigibile, distinguuntur plures casus. p. 76. n. 4. & seqq.*
- Dote soluta filio, quæ eidem, & patri fuit promissa, ad cuius restitutionem se obligauit principaliter, & insolidum pater, utrum contra patrem agi possit pro restitutione. p. 118. num. 1. vsq; ad vltimum.*
- Dotis fauore, an obligati plures teneantur insolidum, & dos gaudeat priuilegio solidi. pag. 119. num. 9.*
- Dotis fauore, an cesset exceptio cedendarum. ibidem num. 6.*
- Dos à patre, vel alio constituta, si per virum non sit exacta, an liberetur maritus actiones cedendo. pag. 154. num. 1. & seqq.*
- Dotis fauore ex duobus instrumentis in eadē die confectis illud dotis censeatur prius. pag. 200. num. 1. & seqq.*
- Dotis cessionarius an agat super fideicommissio. pag. 200. num. 6.*
- Dotem nouam an possit petere filia, vel soror constitui à patre, vel fratre, si prima fuerit deperdita, & quod remedium habeat. pag. 152. à num. 1. vsq; ad vltimum.*
- Dotis nouæ constituendæ ius an cedi possit, vel transmitti. pag. 153. num. 7.*
- Dotans extraneus an dicatur frater. pa. 154. num. 4.*
- Dotem repetere quando possit mulier constante matrimonio. pag. 232. num. 10.*
- Dos à patre, vel alio constituta si per virum non sit exacta an liberatur maritus cedendo actiones. pag. 154. num. 1. & seqq.*
- Dotis actio per decoctionem viri an possit cedi ab uxore. pag. 232. num. 10.*
- Dotem si donauerit maritus an cessisse censeatur donatario ius excipiendi de adulterio. pag. 234. nu. 15.*
- Dotis priuilegium an sit maius, quam illud venditoris super re vendita ratione hypothecæ. pag. 139. nu. 5.*
- Dotis priuilegium an sit maius illo mutuantis ad rem emendam. ibid. num. 7. & seqq.*
- Dote non soluta resoluitur renunciatio, & cessio respectiua. pag. 131. nu. 9.*
- Dotans an possit conueniri à muliere soluto, vel constante matrimonio pro dote promissa viro, & quid si nolit renunciare, prout promissit maritus. pag. 78. nu. 1. & seqq.*
- Dotans an possit conueniri à muliere pro dote promissa, & soluta viro contra formam capitulorum matrimonialium, scilicet non facti inuestimento. pag. 79. num. 7.*
- Dotalia priuilegia an sint cessibilia. pag. 53. à nu. 1. pag. 140. à num. 1.*

*Ecclesia*

I N D E X.

E

**E**cclesia an possit alienare creditum censuale sine assensu. pag. 92. n. 5. & p. 201. n. 1.  
 Ecclesia an possit cedere, vel alienare ingētem summam quantitatis pecunia. p. 201. n. 2.  
 Ecclesia an possit emere stabilia cedendo annuum redditum, vel cum onere solutionis annui census sine Assensu, & quid si annuum censum cessum promittit manutene-  
 re semper exigibile. pag. 202. num. 3. & 4.  
 Ecclesia potest retrocedere censum sine Assensu. pag. 92. num. 5.  
 Ecclesia, an possit concedere terras sub annuo censu, quae de siluis extirpatae sunt arabiles factae. pag. 107. num. 5.  
 Ecclesia an possit cedere hereditatem sine assensu. pag. 197. num. 8.  
 Electionem habet in materia legis Aquiliae dominus conuentus noxali iudicio, an praestet animal, quod noxam fecit, aut litis estimationem, an occiso animali liberetur cedendo actionem. pag. 235. nu. 17. in medio.  
 Electio fori, an competat cessionario ex persona sua, vel cedentis. pag. 223. num. 17.  
 Electione nominis debitoris cessi alternatiue cum alia re non facta periculum nominis cedit cedenti. pag. 145. num. 1.  
 Eligendi cappellanum facultas an possit cedi. pag. 225. num. 26.  
 Emphyteuta an habeat praerogationem vendito directo dominio. pag. 99. num. 5.  
 Emphyteusi deudluta ob non solutionem canonum, vel ob deteriorationem an emphyteuta cadat à iure affrancandi. pag. 183. num. 1. & seqq.  
 Emphyteusi, vel locatione vsque ad certas generationes sint, an directus dominus cogatur renouare. pag. 106. num. 1. & 2.  
 Emphyteutica re donata, vel legata an censeatur relictum ius renouandi. p. 107. n. 7.  
 Emphyteuticam rem vendens dominus directus post incursum caducitatem an censeatur cessisse ius declarandae caducitatis. pag. 160. num. 9.  
 Emphyteuta an vendito canone irredimibile pro certo pretio an possit offerre pretium, & se redimere. pag. 97. num. 1.  
 Emptor, vel possessor iniustus pro modico non agit pro toto. pag. 194. num. 6.  
 Emptor soluens venditori pretium conuentum, quod deinde vertatur in extinctionem creditorum, an subingrediatur in locum

ipforum. pag. 108. num. 1.  
 Emptor an debeat vinculare pecuniam in Banco, vel penes tertium pro creditore venditoris dimittendo. pag. 108. num. 3.  
 Emptor, vel possessor bonorum dimittens creditores an possit se tueri ad effectum excipiendi, & agendi iuribus illorum sine cessione. pag. 109. num. 4.  
 Emptor, qui sciuit rem oneri obnoxiam cum promissione venditoris, quod illa esset libera, an praesumatur velle emere cum tali onere. pag. 101. num. 4. & 5.  
 Emptor hereditatis an teneatur soluere debita per venditorem contracta. pag. 161. num. 1. & 2.  
 Emptio, & cessio hereditatis refertur ad statum delatae hereditatis. pag. 162. num. 3.  
 Emptor hereditatis si aliquid à defuncto consequi debeat, consequitur à venditore, quod ipse debebat. pag. 162. num. 6.  
 Emptori, qui emit rem affectam solutioni census, an profit census praescriptio, vel vendenti. pag. 164. num. 8.  
 Emptio gabellarum dicitur conductor. pag. 182. num. 15.  
 Emptor à socio conueniri potest à creditore hypothecario venditoris, & quid si mercium sit emptor. pag. 147. num. 2.  
 Emptor, qui opulentam hereditatem pro modico pretio emit, an sit litium redemptor. pag. 19. & seq. num. 8.  
 Emptor rei cum onere soluendi alicui an conueniri possit à creditore, cui promissa est solutio. pag. 240. num. 34.  
 Emptor nominis an agat sine cessione actionum. pag. 198. num. 7.  
 Emptor hereditatis an possit agere sine cessione actionum. pag. 47. num. 8.  
 Emptor hereditatis an possit conscere praebulum, & petere immisionem. pag. 46. & 47. à num. 1. vsq; ad 10.  
 Emptor hereditatis grauata fideicommissi post mortem hereditatis an molestari possit herede professore in religione incapaci. pag. 138. num. 16.  
 Euictis rebus hypothecatis creditoribus cedentis, non tenetur cedens. pag. 29. num. 9.  
 Euictione promissa in casu, quo tertius superueniret, & excluderet cedentem à sexto loco, an operetur si tertius excludat primo loco graduatum. pa. 27. & seq. à n. 1. per tot.  
 Euictio non debetur emptori, nec pretium si

## I N D E X

- ad sit pactum in euictionis, & quod nequeat agi ad restitutionem pretij . pag. 28. & 29. num. 6. 8. & 10.*
- Euictio non debetur per vendentem iure venditoris. pag. 29. num. 7.*
- Euictio quando euicto nomine debitoris dato in dotem debeatur. pag. 177. n. 8. & p. 241. num. 39.*
- Euictio non debetur quando sequitur ex facto Principis . pag. 214. num. 2.*
- Euictio census intrat, si ista constitutio census sit nulla. pag. 7. num. 7.*
- Euictio promissa tam de iure, quam de facto in cessione nominis debitoris explicata. pag. 4. & 5. num. 2. per totum.*
- Excomputum an peti possit aucto iure gabelle. pag. 182. & seq. num. 13.*
- Exceptio tu cessisti ius suum an impediatur liquidationem instrumenti. pag. 112. num. 9.*
- Exceptione cedendarum quando possessor repellat creditorem. pag. 104. num. 9.*
- Exceptio, tua non interest, cessionario an, & quando opponi possit. pag. 49. num. 6.*
- Exceptio superueniens post delegationem contra delegantem, an opponi possit contra delegatarium. pag. 185. & 186. num. 4. & 5.*
- Exceptiones sibi competentes contra cedentem, an debitor cessus promittens soluere obicere valeat cessionario. pag. 185. nu. 1. & seqq.*
- Exceptio, tu cessisti ius tuum, an sit permissa. pag. 163. num. 2.*
- Exceptio deducto ne egeat competens debitori an competat contra cessionarium creditoris. pag. 85. & seq. num. 10.*
- Exceptio cedendarum obstat creditori liberanti unum ex correis sine reservatione solidi contra alios. pag. 71. 73. nu. 1. & 10.*
- Exceptioni cedendarum renunciatio an sufficiat generalis, vel requiratur specifica. pag. 61. num. 6. & seqq.*
- Exceptionis cedendarum non obstante renunciatione, an compellatur creditor cedere actiones fideiussori. pag. 60. num. 1.*
- Exceptiones personales competentes contra cedentem an obstat cessionario. pa. 85. nu. 10.*
- Exceptio cedendarum an obstat mulieri dotem repetenti. pag. 119. num. 3.*
- Exceptio compensationis, vide in verbo Compensatio .*
- Excussio bonorum debitoris principalis, ac fideiussorum exceptio, qua obstat creditori agenti hypothecaria contra tertium possessorem, non obstat fideiussori cessionario. pag. 244. num. 69.*
- Excussio an requiratur nominis cessi, antequam conveniatur debitor cessus, & quid si fuerit promissum exigibile, & fideiussor cedens tanquam principalis, & insolidum. pag. 15. num. 9.*
- Excussionem an teneatur facere cessionarius bonorum a tertijs possessoribus bonorum . pag. 247. num. 7.*
- Exigibilitas distinguitur de iure, ut debitor sine exceptione, in alteram de facto, quod debitor cessus sit idoneus. pag. 5. num. 1.*
- Exigibilitas nominis cessi promissa, an intelligatur illa iuris, seu veritas crediti solum, vel etiam illa facti, scilicet idoneitatis. pag. 5. num. 2.*
- Exigibilitas promissa censetur facta secundum naturam cessionis nominis, qua exemplificatur. pag. 5. num. 3.*
- Exigibilitas census iuris, & facti promissa cum dictione semper, vel omni tempore, quid operetur, & quid si perueniat casus fortuitus post cessionem. pag. 5. num. 3. & 4.*
- Exigibilitatem an censeatur promittere mantentionem, & conseruationem census promittens. pag. 9. num. 1.*
- Exigibile promissam nullo tempore praefixo ad procurandam exactionem negligentia non obstat. pag. 13. num. 3.*
- Exigibile an debeat esse nomen tempore cessionis, quamuis non sit promissum. p. 127. n. 10.*
- Exigibilitate nominis promissa, cessionarius non eximitur a diligentijs. pag. 97. num. 5.*
- Exigibile tempore conditionis purificate, vel diei venientis an debeat esse nomen cessum sub conditione, vel in diem . pag. 125. num. 1. & p. seq.*
- Exigibilitas an censeatur promissa ex clausula praeseruatua omnium iurium, & actionum competentium contra debitorem, & protestatione exclusua nouationis. pag. 233. num. 11.*
- Exigibilitas promissa cum dictione semper, an intelligatur ex causa de praeterito. pag. 11. num. 10. pag. 212. & seq. num. 11. & seq.*
- Exigibilitas, an intelligatur promissa in cessione nominis debitoris fauore dotis, vel cause pra. pag. 10. num. 7. & pag. 241. num. 39. & 42. & pag. 75. num. 1.*
- Exigibilitas promissa in annuo redditu habente tractum successiuum, an semper durare de-*

## I N D E X.

- debeat.* pag.8. num.1. per totum, & pag. 211. num.8. & seq.
- Exigibile an censeatur promissum ius Regium cessum verum, & bonum.* pag.246. nu.90.
- Exigibile nomen promittens an teneatur procurare exactiorem intra certum tempus.* pag.210. num.1. & pag. seqq.
- Expensa, vide in verbo Maritus, & in verbo Melioramenta.*
- F
- F***Euodum, vide verbo Refutatio.*
- Fideicommissum pro dote restituenda, & constituenda potest everti si fideicommissum sit ascendens.* pag.58. num.1.
- Fideicommissum, an pater reintegrare debeat superuenientibus diuitijs si dotauit filiam inopem de fideicommissio.* pag.59. num.5.
- Fideicommissarius tenetur pro omni damno, quod fideicommissum ex facto, & culpa sua patitur.* pag.59. num.3.
- Fideicommissum si evertatur pro dote constituenda, vel restituenda reintegratur ex iuribus cessis à muliere super bonis liberis si agitur de dote restituenda, & quid si pro dote constituenda.* pag.58. num.1. & seqq.
- Fideiussor à confideiussore an repetat solutum sine cessione.* pag.246. num.94.
- Fideiussori uti cessionario agenti, ex cessione ex interuallo facta non obstat regula excludens cedentem, ut bis idem exigi non possit.* pag.83. num.3.
- Fideiussor executiuè exactu executiuè exigit.* pag.158. num.2.
- Fideiussor legalis mariti pro restitutione dotis est fideicommissum ascendens, & locum habet cessio iurium.* pag.58. num.1.
- Fideiussor uti cessionarios creditoris pro summa soluta, an concurrat cum cedente in bonis debitoris.* pag.54. num.1.
- Fideiussor censetur datus pro residuo locata debitori gabella, vel data administratione tutelæ, vel cura, & nequit concurrere super fructibus, & emolumentis.* pag.56. n.7.
- Fideicommissarius uniuersalis an possit conficere præambulum, & petere immisionem hereditatis.* pag.46. num.5.
- Fideicommissarium an possit liquidare instrumentum.* pag.47. num.6.
- Formula libelli contra nomen debitoris pro utili hypothecaria venditoris habentis hypothecam, vel utili personali pro creditore chirographario.* pag.94. num.6. & seqq.
- Formula cessionis cum clausula præseruatiua reservationis primæuorum iurium.* pag.233. num.12.
- Formula cessionis cum promissione cedentis manutenēdi nomen cessum verū, & exigibile, & procurandi exactiōē intra certū terminū alias de proprio soluēdi.* p.234. n.13.
- Formula promissionis manutentionis census differt à promissione manutentionis census, & fructuum.* pag.9. num.1.
- Formula promissionis census veri, non exacti, & alteri cessi, & quod omni tempore sit capax.* pag.10. num.4.
- Formula cessionis, & accessionis cessionarij uti fideiussoris principaliter, & insolidum pro debitore cesso.* p.14. n.6. & p.248. n.112.
- Formula cessionis commoditatis pensionis.* pag.19. num.7. in fine.
- Formula cessionis pro emptore ad finem exigendi pensiones à conductore.* pag.101. n.1.
- Formula cessionis, qua cedens per viam donationis sibi prospicit, ne teneatur nec de veritate, vel bonitate nominis cessi.* p.34. n.6.
- Formula promissionis faciendi nomen cessum potius, & anterius.* pag.210. nu.1.
- Formula cessionis qua cedens promittit nomen tale quale, neque teneri de veritate crediti, neque de exhibitione scripturarum.* pag.129. num.14.
- Formula cessionis faciendæ creditori, qua paciscitur cessionarius, ut cessio non faciat dationem in solutum.* pag.246. num.97.
- Franchitia an possit cedi ab Ecclesiasticis.* pa. 230. num.2.
- Frater an possit carcerari ad instantiam fratris, etiam diuitis, & an ad instantiam cessionarij.* pag.111. num.1.
- Frater an possit excommunicari pro debito Camerali ad instantiam fratris.* ibidem. n.2.
- Frater cedens cum cessionario an possit liquidare instrumentum.* pag.112. num.8.
- Fraus non consideratur in illo, qui suo iure utitur.* pag.235. num.17.
- Fratri an competat exceptio deducto ne egeat ad instantiam fratris.* pag.112. num.6.
- Fructus recompensatiui ex equitate debiti per emptorem venditori an peti possint per cessionarium.* pag.54. num.8.
- Fructus perceptos per cessionarium an teneatur restituere condemnatus ad restitutionem fructuum perceptorum.* pag.235. nu. 17. in medio.

## I N D E X.

*Fruſtus non percepti per fruſtuarium, iſto de-  
functo debentur proprietario. pag. 44. nu. 3.*

*Fruſtus perceptos an tenentur reſtituere do-  
natarium reuocata donatione ob ingratitu-  
dinem. pag. 159. num. 2.*

*Fundacus conſtituit ius uniuerſale, & incor-  
poreum diſtinctum à mercibus materiali-  
bus. pag. 148. num. 8.*

*Fundaci corpus, uniuerſale an remaneat ob-  
noxium hypothecis creditarum venditoris.  
pag. 148. num. 4.*

*Futurum ius, vide verb. Ius futurum.*

### G

**G***abella debita ex ceſſione non debetur  
ex renunciatione. pag. 92. num. 2.*

*Gabella locatio habetur pro ceſſione iurium.  
pag. 179. num. 1.*

*Gabella conductor an cenſeatur conduxiffe  
ius ad eam exigendam, vel commoditatem.  
ibidem.*

*Gabella in locatione venit ius eam exigendi,  
& capanna; & domus in qua exigitur.  
ibidem.*

*Gabellarum conductores an acquirant priui-  
legium fiſci. pag. 179. num. 2.*

*Gabellarum in locatione an habeat locum,  
mercedis remiſſio. pag. 180. num. 3.*

*Gabella locata dicitur perempta ſubſtantia,  
ſi prohibentur commercium. p. 180. n. 4. & 5.*

*Gabella iure aucto an peti poſſit excomputum.  
pag. 182. num. 13.*

*Gabellarijs an fiat mercedis remiſſio per fa-  
ctum Principis. pag. 181. num. 9. & ſeqq.*

*Gabella an debeatur ex datione in ſolutum,  
pro pretio rei vendita debito. pa. 182. n. 14.*

*Gabella an debeatur ex permutatione annui  
cenſus cum re ſtabili, & debeatur duplex.  
ibidem.*

*Gabella non debetur exceſſione emptionis fa-  
cte per licitatoreſ creditori, ad inſtantiã  
cuius res fuerit ſubhaſtata. p. 222. num. 13.*

*Gabellarum conductores an poſſint emere mi-  
nori pretio credita à creditoribus conſigna-  
tarijs. pag. 224. num. 21.*

*Grauatſ reſtituere hereditatem, ſi ad in-  
ſtantiã fideiſſimarij cogitur adire,  
tunc non remanet heres hereditatem re-  
ſtituendo quoad commoda, & an ſaltem  
nomine. pag. 220. num. 10.*

### H

**H***Aeres cum inuentario an poſſit repor-  
tare ceſſionem iurium contra heredi-*

*tatem. pag. 37. à n. 1. & pag. 187. n. 1. & ſeq.*

*Heres an ſit, qui ad alium voluit transferre  
hereditatem declaratur. pag. 220. num. 10.*

*Hereditatem repudians pretium ob repudia-  
tionem recipiendo an dicatur repudiare, &  
quid ſi concurrat ceſſio iurium. ibidem in  
med.*

*Hereditatem repudians aliquo accepto an  
creditores habeant ius ius in id, quod. ex  
cauſa renunciationis debitor accepit. pag.  
219. num. 9.*

*Hereditatis emptor pro debitis contractis ab  
herede hypothecarijs poteſt moleſtari, ſed  
ſeruatur indemnis à venditore, ſecus ſi pro  
debitis hereditarijs, pag. 162. num. 9.*

*Hereditate vendita venditori ſoluenda ſunt  
per emptorem eiſdem venditoris credita,  
& è contra venditor debet ſoluere emptori  
credita, quæ hereditati debebat. pag. 162.  
num. 5. & 6.*

*Heres cum inuentario, ſi reemat cenſum abſq;  
iurium ceſſione, præſumitur de pecunijs  
hereditarijs ſoluere. pag. 247. num. 106.*

*Heres grauatſ facta reſtitutione fideicom-  
miſſi an poſſit liberare debitorem heredita-  
tis. pag. 246. num. 101.*

*Heres cum inuentario ſi vendat rem heredi-  
tariam pluſquam verè valeat, illud pluſ  
an cedat lucro heredis. pag. 38. num. 6.*

*Hereditatis diminutio contingens poſt mor-  
tem teſtatoris, an cedat damno heredis.  
pag. 38. num. 7.*

*Heres cum inuentario tranſgens cum credi-  
tore hereditario ſi reportat iurium ceſſio-  
nem, an hæc proficiat hereditati. p. 39. n. 8.*

*Heres ſi obtineat iuriũ ceſſionem à creditore  
an teneatur cõmunicare cohæredi. p. 37. n. 1.*

*Heres emens rem venditam pro debito heredi-  
tario an cenſeatur emiſſe, etiam pro  
cohæredibus. pag. 37. num. 2. & ſeqq.*

*Heres an teneatur agere aduerſus nomen de-  
bitoris legatum, vel cedere actiones. pag.  
197. à num. 1.*

*Hereditatem opulentam emens pro modico  
pretio an ſit litium redemptor. pag. 194. n. 8.*

*Herede grauato in caſu obitus alienante rem  
hereditariam, ſi deindè ille profiteatur in  
Religione incapaci an emptor moleſtari poſ-  
ſit. pag. 134. num. 1.*

*Hypotheca tamen pro dote non excluditur per  
expreſſam, licet expreſſa non ſit tam am-  
pla. pag. 130. num. 5.*

Hy-



## I N D E X.

*Hypotheca tamen pro locatione non excluditur per conuentionalem expressam.* p. 131. n. 7.  
*Hypotheca dotis distinguitur à pralatione in ratione cessionis.* pag. 138. num. 2.  
*Hypothecam inducit pactum de capiendo.* pag. 75. num. 4.  
*Hypothecam constituunt verba, volens securum facere, vel securū reddere.* p. 75. n. 5.  
*Hypothecam inducit actus assignationis bonorum, & cessionis simplicis.* pag. 75. num. 6.  
*Hypotheca tacita est cessibilis, quamuis à iure ortum habeat, aliter de potioritate priuilegium.* pag. 53. num. 3.

### I

**I**eiunium, vel aliud bonum opus an possit cedi. pag. 231. num. 6.  
*Incorporalia iura si vendantur, vel locentur, venditio, vel locatio habetur pro cessione.* pag. 179. num. 1.  
*Incorporalia iura habent suos interitus.* pag. 180. num. 4.  
*Indebiti conditionem cedit debito fideiussori, qui prius soluit creditori, si notam non fecit solutionem debitori, quapropter iste soluit. Et è contra si prius soluit debitor, & fideiussor ignarus iterum soluerit, nam actione mandati agit contra debitorem, & cedit conditionem indebiti.* pag. 235. nu. 17.  
*Inexigibilitas est de tempore cessionis, si bona distrabantur ex ere alieno precedente cessionem.* pag. 11. num. 10.  
*Iniuriarum actio an cedi possit.* pag. 219. n. 5.  
*Insinuatio requiritur in cessione.* p. 221. n. 12.  
*Inuentarium, vide verbo, Donatarius hereditatis, & verbo, Emptor hereditatis.*  
*Instantiæ ius cedi potest, & an veniat in generali iurium cessione.* pag. 218. num. 4.  
*Instrumento, quæ debet dare cedens, vide verbo Cedens.*  
*Instrumentum dotale censetur prius ex duabus instrumentis eodem die confectis. etiam si creditor virtute alterius possideat.* pag. 195. num. 1. & seq.  
*Instrumenta duo si finita sint, vnum cessionis, aliud liberationis debitoris, an potior sit causa debitoris cessi, & quid si liberatio appareat per scripturam priuatam.* pag. 200. num. 3. & seq.  
*Instrumenta plura cessionis si appareant eodem die celebrata, an cessionarij insimul pro*

*dimidia concurrant, & quid si vna cessione sit in fauorem Fisci, alia priuati, vel vnum in fauorem dotis, aliud Fisci.* pag. 200. n. 5.  
*Instrumenta consignare debet hæres legatario nominis.* pag. 197. num. 3.  
*Iudæus conuersus ad fidem an teneatur restituere vsuras.* pag. 84. num. 5.  
*Iudicati actio an cedi possit.* pag. 214. num. 5.  
*Iura, quæ erant inutilia penes cedentem, an sint vtilia penes cessionarium, & è contra.* pag. 83. num. 1.  
*Iuramentum calumniæ an cessionarius recusare possit.* pag. 224. num. 19.  
*Ius petendi renouationem an possit cedi.* pag. 106. num. 3.  
*Ius liquidandi instrumentum via ritus an sit cessibile.* pag. 48. num. 1.  
*Ius nominandi Cappellanum an cedi possit.* pag. 225. num. 26.  
*Ius eligendi Episcopum, vel Abbatem an cedi possit.* pag. 225. num. 26. in fine.  
*Ius reuocandæ donationis ob ingratitude an sit cessibile.* pag. 159. & 160. nu. 1. & 5.  
*Ius tertij an allegari possit per eum, cuius non interest.* pag. 164. num. 6.  
*Ius, quod habet maritus accusandi, vel excipiendi de uxoris adulterio an cessibile sit.* pag. 234. num. 15.  
*Ius formale decimarum an laicis cedi possit.* pag. 231. num. 7.  
*Ius sepulchrorum an cedi possit.* pag. 231. n. 8.  
*Ius vindictæ, seu vindicandi propria auctoritate adulterium uxoris, vel filia, an possit cedi filio, vel extraneo.* pag. 216. nu. 11.  
*Ius primogenituræ an cedi valeat.* p. 215. n. 9.  
*Ius luendi à debitore an possit cedi.* p. 226. num. 27.  
*Ius luendi an possit cedere minor.* p. 174. n. 4.  
*Ius luendi cautela materia.* pag. 22. num. 1.  
*Ius luendi, vide verbo, Pactum.*  
*Ius pralationis reseruatam per dominum directum an cedi possit.* pag. 184. num. 7.  
*Ius pralationis competens inquilino contra nouum conductorem ex statuto an sit cessibile.* pag. 151. num. 1.  
*Ius expellendi conductorem competens locatori pro necessitate sui vsus an sit cessibile.* pag. 151. num. 8.  
*Ius pascui an cedi possit.* pag. 207. num. 8.  
*Ius declarandæ caducitatis domino directo competens an cedi possit, aut veniat in cessione iurium.* pag. 160. num. 5.

# I N D E X.

*Ius dotis, vide verbo Dotis.*

*Ius futurum diuiditur in plures species. pag. 208. num. 1.*

*Ius futurum delatum cedi potest. p. 208. nu. 2.*

*Ius futurum ex causa de presenti, vel de præterito an cedi possit. pag. 208. num. 3.*

*Ius futurum ex causa de futuro, an repudiari, vel cedi possit. pag. 208. num. 5.*

*Ius futurum ex causa de futuro an veniat in cessione omnium iurium. ibid.*

*Ius patronatus an veniat sub cessione omnium iurium. pag. 102. num. 1.*

## L

**L***æssonis remedium sine cessione an possit intentare creditor si debitor fuit læsus in venditione, vel in locatione, vel possit intentare creditor vendita re subhæsta cum læsione. pag. 239. num. 21. & seq.*

*Læssione existente in contractu inito per debitorem an is possit cedere remedium, l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 239. num. 20.*

*Læso, an habeat locum in cessione nominis debitoris, & remedium, l. 2. C. de rescind. vendit. pag. 122. num. 1.*

*Legata liberatione debitori, an debeantur usura ante mortem legantis debite. p. 44. n. 2.*

*Legato nomine debitoris debentur legatario usura præteriti temporis. pag. 44. num. 4.*

*Legatis mille puella pro monacagio si aliunde illa se dotet, vel si excessiuum sit legatum, an possit cedi dos, vel excessus. pag. 39. num. 2. & 3.*

*Legatum relictum certis personis pro matrimonio carnali an debeatur Religionem ingredientibus, quid si legatum pro matrimonio carnali sit maius, quam pro spiritali. pag. 40. num. 5. & seq.*

*Legatum pro dote quando intelligatur pro nuptijs spiritalibus, & an debeatur pro summa nuptijs spiritalibus opportuna, & si attendatur verba putà pro dote, seu pro nubendo, & in lingua materna, scilicet pro maritare. pag. 40. num. 10.*

*Legata, vel donata re emphyteutica an censeantur relictum ius petendi renouationem. pag. 107. num. 7.*

*Legatarius nominis an sine cessione agat contra debitorem, & quid fauore piæ causæ, an saltem utiles actiones transeant. pag. 197. num. 1.*

*Legatario nominis consignandum est ab hærede instrumentum. pag. 197. num. 3.*

*Legante testatore, quod sibi Sempronius debet si nihil debet Sempronius nullum est legatum. pag. 248. num. 117.*

*Legatum repudiatum per legatarium an accrescat emptori, vel cessionario hæreditatis. pag. 247. num. 103.*

*Legante testatore centum, quæ Titius debet, & nihil debeat Titius, sed Seius debeat, an hæres tenetur cedere actiones contra verum debitorem. pag. 248. num. 117.*

*Legatum annuum an sit cessibile. p. 214. nu. 6.*

*Legatum dotis à patre relictum an cedi possit per filiam, etiam quoad excessum legitimæ alteri ante matrimonium. pag. 216. nu. 11.*

*Legatum relictum mulieri pro dote, vel causa dotis, aut pro contrahendo matrimonio, an sit conditionale, vel modale, pag. 234. num. 16. & seq.*

*Legatum relictum mulieri pro dote an sit cessibile ante contractum matrimonium. ibid.*

*Legatum dotis relictum filie usque ad limites legitimæ est purum, & an in excessu sit conditionale. ibid.*

*Legatum relictum puellæ à consanguineo pro subsidio sui maritagij, & pater eam competenter dotauerit, an possit cedi per filiam patri. ibid.*

*Legati actionis: litigiosa specialitas est, & hæres finire debeat litem expensis suis. pag. 218. num. 1.*

*Legitima consumpta per filium, utrum is eam petere valeat. pag. 153. num. 10.*

*Libelli formula de directa, vel utili actione agatur. pag. 173. num. 7. & pag. 68. num. 2.*

*Libertas seruo concessa à filio familia cum seruus donatus est ea conditione, ut eum in libertate reponat, valet. pag. 51. num. 6.*

*Liquidare non potest instrumentum cessionarius via ritus, & an cedens, & cessionarius simul possint, & quid si cedens non sibi reseruasset ius liquidandi, & an solus cedens possit. pag. 48. num. 1.*

*Liquidare instrumentum an possit cessionarius hæreditatis. pag. 47. num. 6.*

*Liquidare instrumentum, an possit fideicommissarius. pag. 47. num. 6. & 7.*

*Liquidare an possit fratres cedens cum cessionario via ritus instrumentum contra fratrem. pag. 112. num. 8.*

*Litteræ cambij censentur susceptæ pro soluendo non pro soluto, sed sub conditione quatenus soluto sequatur. pag. 149. num. 1.*

Lit-

## I N D E X.

*Litteras cambij accipiens si negligens fuerit in exactiōe nominis, & debitor effectus non soluendo scriptor liberatur. ibidem.*

*Litteras cambij contra recipientem maiori sum rigore proceditur, quam contra alios cessionarios simplicis cessionis ratione publici commercij, & quod spatium attenduntur, vel qua mora. ibidem. nu. 2. & seqq.*

*Litterarum cambij protextus pro regressu contra scribentem sequuta decottione acceptantis an sit necessarius. pag. 59. num. 7. & seqq.*

### M

**M** *Andatum in rem propriam an expiret morte mandantis sine herede. pag. 68. num. 3. & seqq.*

*Manutentionis census promissio an restringatur ad veritatem, & quid promissa manutentione exactiōis census. pag. 6. num. 2. & pag. 9. num. 1.*

*Manutenendi promissio verum, & bonum ius Regium cessum an referatur ad substantiā crediti. pag. 246. nu. 90.*

*Manutentio in quasi possessione exigendi cōpetit cessionario ex persona cedentis. pag. 246. num. 99.*

*Maritus, an possit cedere ius excipiendi de adulterio uxoris, si dotem dotauerit, vel vendiderit. pag. 234. num. 15.*

*Maritus si non denunciaret debitori cesso cessionem an damnum vsurarum cedat cedenti, vel ipso viro. pag. 54. num. 7.*

*Maritus de qua culpa tenetur in non exigendo. pag. 155. nu. 9.*

*Maritus retrouendendo nomen debitoris acceptum aestimatum an liberetur in causa repetitionis dotium si à principio inexigibile fuit. pag. 243. nu. 53.*

*Melioramenta, an possint repeti sine cessione ab eo, qui ipsa fecit. pag. 230. num. 5.*

*Merces à fundaco qualiter distinguantur. pag. 148. num. 8.*

*Minor ne dum non patitur damnum, sed lucrū ex cessione iuris luendi. p. 174. nu. 4. & seqq.*

*Minor an sine decreto possit constituere nouū censum pro extinguendo antiquo. p. 175. n. 7.*

*Minor lasus in conditione an restituantur in integrum. pag. 202. nu. 5.*

*Momentanea acquisitio ex cessione hereditatis reddit eam irreuocabilem in casu superuenientia filiorum. pag. 51. num. 5.*

*Monialis professsa, an possit cedere vitalitiam*

*subuentionem, qua reputatur pars dotis. pag. 133. num. 1. & 2.*

*Monasterium an possit impedire monialem male utentē vitalitia subuentione. p. 133. n. 3.*

*Monasterium patitur interesse ex cessione vitalitia subuentionis. pag. 133. nu. 4.*

*Monasterium an possit agere post mortem monialis pro præstationibus inexactis. pag. 134. num. 8.*

*Monasterium substitutum post mortem alicuius quando succedit grauato professo. pag. 135. num. 7.*

*Mora debitoris an. debeat esse immediata damni, quod patitur creditor. pag. 144. n. 9.*

*Mora nō imputatur recipienti litteras si scribens non sit creditor campforis, cui diriguntur. pag. 150. num. 4.*

*Mora recipientis litteras, quot modis consideretur. pag. 150. num. 5.*

*Mors ciuilis professionis non operatur effectus, quos mors naturalis. pag. 135. num. 5.*

*Mulier cedens nomen debitoris an iuuecur Velleiano. pag. 129. num. 13.*

*Mulier si in partem dotis in pecunia constituta cedat nomen viro, an is dicatur recipere aestimatum. pag. 77. num. 6.*

*Mulier an possit agere contra dotantem pro solutione dotis promissa viro. pag. 78. n. 1.*

*Mulier an possit agere pro solutione dotis liberè facta marito contra formam capitulum de inuestimento. pag. 79. & seqq. n. 7.*

*Mulier pro dote an præferatur mutuanti ad rem emendam. pag. 139. num. 6.*

*Mulier se ipsam dotando cedens nomen debitoris in dotem in aestimatum an teneatur de euictione. p. 242. num. 47.*

*Mulier si emat ab aliquo fundum, & nupta dedit viro, an euictio fundo maritus possit agere de euictione contra eam p. 242. n. 51.*

*Mutuantibus heredi pro soluendis legatis puris, & conditionalibus, & reportatis cessionibus quis præferatur. pag. 82. num. 3.*

### N

**N** *egligentia cessionarij an sibi noceat. p. 12. nu. 13. & p. 13. n. 1. & seqq.*

*Nomen aestimatum si cedatur, & debitor soluerit viro, an in subsidium teneatur itgrā soluere mulieri. pag. 178. num. 10.*

*Nomen antèrius promittens, & exigibile an teneatur declarari facere, & procurare exactiōem intra certum terminum. pag. 210. num. 1.*

Nomen

## I N D E X:

- Nomen debitoris an pro parte cedi, vel legari possit.* pag. 219. num. 8.
- Nomen debitoris in causam iudicati, an capi possit, & adiudicari, vel subhastari, & vendi.* pag. 243. num. 62.
- Nomen debitoris in dotem aestimatum si sit datum, an maritus teneatur suis sumptibus agere.* pag. 243. num. 54.
- Nomen debitoris in dotem si sit datum in aestimatum, & inexigibile sit redditum an soluto matrimonio maritus, vel eius haeres liberetur.* pag. 243. num. 55.
- Nomen aestimatum cessum transit in dominiū viri, & potest cedi alteri per virum, & liberari debitor.* pag. 176. num. 2.
- Nomen censuale emptum ex pecunia dotali, an sit in aestimatum.* pag. 176. num. 3.
- Nomina debitorum an veniant sub obligatione honorum.* pag. 102. num. 5.
- Nomen si tractu temporis efficitur minus idoneum an teneatur cedens.* pag. 76. num. 5.
- Nomen debitoris cedens in dotem ad exigibilitatem an teneatur.* pag. 75. num. 1.
- Nominis debitoris promissio an differat à cessione nominis.* pag. 242. num. 46.
- Nominandi ius habens ad emphiteusm, & facultatem variandi facta nominatione cum cessione iuris an possit variare.* p. 33. n. 3.
- Nomen nudum habendi declaratio, vide in verbo, Socius.*
- Nullitas an consistat in iure, vel habeat mixturam facti differt.* pag. 158. num. 4.
- Nullitas contractus, quae possit opponi contra cedentem an obstat cessionario.* pa. 191. n. 1.

### O

- O**bligatio de cedendo est incerta, quia factum est de se incertum, unde inest obligatio de interesse. pag. 173. num. 4.
- Obligatio causativa fideiussoris dotis dicitur intercedentis uti principalis, & infolidum si marito, & sibi promissa sit dotis solutio, & non fuerit ipsi fideiussori soluta non tenetur.* p. 119. num. 4.
- Obligatus ad agendum ex contractu an satisfaciat fractiones suas cedere offerat.* pa. 50. nu. 7. & p. 235. n. 17. vers. Qui obligatus.
- Obligatus ad liquidandum instrumentum via ritus contra debitorem cessum non liberatur si offerat cedere.* p. 50. n. 7. & pag. 235. num. 17. in medio.
- Offerendi ius an locum habeat contra mulierē petentem affecurationem dotium.* pag. 232. num. 10.

*Offerendi ius si exerceatur per creditorem, posteriorem iste subingreditur in locum anterioris, & iura anteriora illius acquirit.* ibidem.

*Opera famulorum an possint cedi.* p. 216. n. 10.

### P

**P**actum ut cedens non teneatur ad pretij restitutionem si cessionarius excludatur à quinque creditoribus graduatis an operetur superueniente alio primo loco graduato. pag. 28. num. 2.

*Pactum de non petendo qualiter ab acceptilatione differat.* pag. 72. num. 2.

*Pactum de non petendo in personale, & reale diuiditur.* pag. 73. num. 7.

*Pactum de non petendo non tollit obligationem ipso iure.* pag. 72. num. 2. in medio.

*Pactum personale subdistinguitur, & quid in dubio.* pag. 73. num. 8.

*Pactum in euictionis licet durum etiam post euictionem an obliget emptorem ad solutionem pretij.* pag. 28. nu. 6.

*Pactum in euictionis non debet esse generale.* pag. 29. num. 8.

*Pactum ut non liceat alteri cedere ius redimendi censum an valeat.* p. 175. n. 9. & 10.

*Pactum de retrouendendo reseruatam ad beneplacitum venditoris an uti personale cedi possit.* pag. 245. num. 87.

*Pactum, ut non possit cedi pactum de retrouendendo an valeat.* pag. 246. nu. 100.

*Pactum de subintrando an aequipolleat cessionari.* pag. 109. num. 5.

*Pactum de retrouendendi, seu retractus conventionalis an cedi possit.* pag. 240. nu. 25.

*Pactum de retrouendendo an possit exercere creditor.* pag. 240. num. 25.

*Pactum de non alienando rem hypothecatam pro censu an operetur viam executiuam.* pag. 205. nu. 8.

*Pactum de cedendo si fiat vni, & deinde alteri cessio quis preferatur.* pag. 145. num. 2.

*Pactum de cedendo facta solutione an impediatur cessionem ad fauorem tertij soluentis.* pag. 167. num. 5.

*Pactum de subintrando an debeat sciri per creditorem dimissum.* pag. 24. num. 9.

*Pactio inuito, ut deficiente debitore à solutione possit pecunia accipi ad cambium, si cedatur post paucos dies creditum an currat cambium.* pag. 90. num. 1.

*Paragium super feudo soluendum est ab agna-*

# I N D E X.

- agnato, & an per Fiscum . p. 170. num. 17.
- Paragium sororis si excessuum sit pro ingressu in Monasterium an excessus possit cedi . pag. 39. num. 1.
- Pater an in praiudicium filiorum possit cedere alteri , vel retrocedere donationem sibi factam contemplatione matrimonij . pag. 124. num. 22.
- Pater si pro filia fundam aestimatum in dotem dedit marito, & fundus fuerit euictus mulier soluto matrimonio an possit ab heredibus mariti petere aestimationem fundi . pag. 242. num. 52.
- Pater nouam dotem constituere tenetur, si filia dotem omisit . pag. 241. num. 41.
- Patronus laicus presentando unum quando nequeat cumulare . pag. 33. num. 4.
- Pecunia mutuo data simpliciter, si ex electione debitoris conuertatur in emptionem alicuius rei, vel refectioem nulla resultat potioritas ad fauorem mutuantis . pag. 108. & seq. num. 2.
- Pensionarius cedens commoditatem pensionis, an possit eam deinde extinguere . p. 18. n. 2.
- Pensionarius confidentiarius explicatur, & ipso inuito an possit cedi pensio . pa. 19. n. 5.
- Pensiones maturate ante venditionem, & maturande post eam quando emptori competant . pag. 101. nu. 3.
- Pensio potest diminui, & quod pactum reijciatur . pag. 19. num. 4.
- Periculum an sit venditoris, quoties in mora emptor non fuerit . pag. 126. nu. 6.
- Possessor, vel emptor iniustus pro modico an agat pro toto . pag. 194. num. 6.
- Possessor an cessis iuribus repetat solidum ab alijs . pag. 118. nu. 11.
- Possessor solum opponit de iure tertij, & non alius . pag. 164. num. 7.
- Possessor pro modico an possit reportare cessionem . pag. 187. num. 2.
- Potestas adeundi non est ius, sed facultas . pag. 25. num. 2.
- Prelatio venditoris pro pretio in re vendita ratione specialis hypothecae an sit cessibilis . pag. 138. num. 1.
- Prelatio venditoris an sit maior illa mutuatit ad rem emendam . pag. 139. num. 5.
- Pretium iustum dicitur, quo communiter attentis circumstantijs iudex prudens arbitrat . pag. 97. num. 2.
- Pretium an faciat ad iustitiam, vel iniustitiam cessionis . pag. 98. num. 3.
- Priuilegium laicis, C. qui potiores an sit personale transmissibile solum ad descendentes . pag. 53. num. 1.
- Priuilegium exigendi usuras dotales an sit cessibile . pag. 53. num. 5.
- Priuilegium tacitae hypothecae an sit cessibile . pag. 53. num. 3.
- Priuilegium heredibus, & successoribus concessum an per cessionem iurium transeat ad singularem successorem . pag. 230. nu. 3.
- Priuilegium dotis, an sit maius illo venditoris . pag. 139. num. 7.
- Prohibitus cedere, vel eligere an possit procuratorem constituere . pag. 230. num. 4.
- Procurator constitutus ad exigendum, simulque ad soluendum si cessionem partis crediti in sui beneficium recipiat, & partem soluat, dominus non tenetur dimittere partem re vera solutam . pag. 224. num. 21.
- Procurator exigens a fideiussore an possit actionem cedere contra debitorem principalem . pag. 147. num. 7.
- Promittens nomen anterius, & exigibile an teneatur declarari facere, & procurare exactionem intra certum tempus . p. 210. n. 1.
- Promittens annum censum exigibilem an teneatur de perpetua exigibilitate . pa. 212. num. 11.
- Promittens quantitatem, & pro ea cedens nomen debitoris, an istud censeatur assignatum causa demonstrationis . pag. 11. num. 8.
- Promittens alternatiue solutionem census, vel cedere nomen ante electionem an transferat periculum nominis . p. 145. num. 1.
- Promissa exigibilitate, & nullo tempore praefixo ad procurandam exactionem an negligentia obsit . pag. 13. num. 3.
- Promissa quantitate cum pacto ut nomen cessum stet profundo dotali, an illud sit inaeestimatum . p. 177. n. 5.
- Promissio crediti semper idonei an censeatur cessio simplex . pag. 21. num. 9.
- Promissio de cedendo an tollat cessionem legalem . pag. 170. num. 16.
- Promissio capacitatis crediti cessi, an idem sit ac exigibilitatis . pag. 10. num. 5.
- Promissio soluendi sit per stipulationem in delegatione . pag. 124. num. 6.
- Protectus litterarum cambij pro regressu contra scribentem secuta decoctione acceptantis an sit necessarius . pag. 150. num. 7.

Prouisio

## I N D E X.

- Prouisio hominis an excludet prouisionem legis.* pag. 130. num. 2.
- Prouisio à iure communi descendens an excludatur per conuentionalem p. 130. n. 2.*
- Puella descendens est dotanda de fideicommissio si habeat bona intricata.* pag. 59. num. 4.
- Puella dotata de fideicommissio an illud teneatur de bonis liberis superuenientibus :* pag. 59. num. 7.
- Q**
- Vi relatiuum quando restringat dispositionem.* pag. 77. num. 10.
- R**
- Egale iuris capiendi subditorum cursus an sit cessibile.* pag. 114. num. 2.
- Redimens rem alienam à manibus latronum an repetat solutum.* pag. 84. num. 9.
- Reducto censu per Principem ad minorem rationem cessionis an cedens teneatur.* pag. 227. num. 28.
- Refutarius feudi an teneatur stare cessionis commoditatis.* pag. 17. num. 5.
- Renunciatio an sit cessio translatiua.* pag. 195. num. 1.
- Renuncians translatiuè non potest cedere hereditatem, nisi prius adeat.* pag. 25. nu. 4.
- Renunciatio per viam pacti, an pro sit solum paciscenti.* pag. 196. num. 6.
- Renunciatio an differat à repudiatione.* pag. 220. nu. 10. in medio.
- Renunciatio uxoris ad fauorem ementis an sit liberatio pignoris.* pag. 30. num. 1.
- Rescriptum ad litem pro cedente an suffragetur cessionario.* p. 119. num. 7.
- S**
- Scientia cessionis debitoris cessi an requiratur.* pa. 143. n. 4.
- Scientia creditoris dimissi conuentionis inter debitorem, & mutuante an sit necessaria.* pag. 170. nu. 15.
- Secundogenitus an possit allicere muneribus primogenitum ad statum religiosum.* pag. 156. num. 5.
- Socius an proprio nomine possit sine cessione utiles actiones exercere quas ex contractu alterius socij.* pag. 245. num. 81.
- Soluens secundo cedenti an iterum soluere teneatur secundo cessionario.* pag. 190. nu. 7.
- Soluens cedenti post cessionem in ampla forma utrum liberetur.* pag. 190. num. 8.
- Soluens ei qui cessit bonis an liberetur.* p. 204. num. 7.
- Solutio facta censetur in interesse, quoties fit per debitorem obligatum, secus per tertium.* pag. 2. num. 7.
- Soror renuncians fratribus hereditatem ab uno autem dotata an ipsi solum profit.* pag. 52. num. 8.
- Soror pro paragio praefertur creditoribus fratris cum assensu.* pag. 171. num. 18.
- Soror an agat contra tertios possessores.* pag. 171. num. 19.
- Substitutio an caducetur ob precedentiam substituti grauato professo.* pag. 136. num. 11.
- Substitutus post mortem an admittatur emissa professione grauati.* p. 134. n. 2.
- Subhastato nomine debitoris illius dominus perdidisse dicitur ad illud actionem.* pag. 248. num. 114.
- Successurus in fideicommissio si cedat spem, & deinde profiteatur, & purificatur substitutio, an succedat cessionarius.* pag. 137. n. 14.
- T**
- Tertio possessori soluenti an post solutionem cessio facta sit efficax.* p. 42. n. 6.
- Tertius possessor soluens creditori sine cessione actionum an succedat in hypothecam illius.* p. 43. num. 10.
- Tertius dans pecunias debitori pro dimittendo creditore anteriore cessis iuribus an sit graduandus iuxta causam secundi contractus pro redditibus.* pag. 22. num. 1.
- Tertius possessor rei donata an possit conueniri.* pag. 159. num. 3.
- Testamentum an recipiat perfectionem à professione testatoris.* pag. 135. num. 3.
- Text. in S. bis consequens, Auth. de qual. dot. stat pro muliere.* pag. 139. num. 7.
- Text. in l. cum taberna, ff. de pign. explicatur.* pag. 148. num. 5.
- Text. in l. si socer, S. Lucius Titius, ff. solut. matrim. explicatur.* pag. 154. num. 2.
- Text. in l. Fiscus, ff. de usur. explicatur.* pag. 143. num. 8.
- Text. in l. si cum dotem, S. transgrediamus, ff. solut. matrim. laudatur aduersus mulierem.* pag. 119. nu. 2.
- Text. in l. 2. C. de rescind. vendit. an locum habeat in cessione nominis debitoris.* pag. 122. num. 1. & seqq.
- Text. in l. 3. ff. ad l. Falcid. an procedat ad fauorem heredis cum inuentario.* p. 219. n. 6.
- Text. in l. non vult heres esse, ff. de regul. iur. explicatur.* pag. 220. nu. 10.
- Text.*

# I N D E X:

*Text. in l. si plus, ff. de cuius explicatur. pag. 6. num. 6.*  
*Text. in l. qui à debitore, C. qui potior pugnat cum text. in l. per diuersas, C. mandat. pag. 25. num. 3.*  
*Text. l. insulam, ff. qui potior explicatur. pag. 81. nu. 2.*  
*Text. in l. 3. C. de nouat. explicantur eius requisita. pag. 87. num. 2.*  
*Text. in l. si res, ff. de legat. explicatur. pag. 43. num. 9.*  
*Text. in l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. mandat. in debitis claris cessant. p. 194. n. 5.*  
*Text. in l. Senatus, §. 1. ff. de donat. caus. mor. explicatur. pag. 220.*  
*Theſaurarij, administratores, & procuratores ad soluendum, & exigendum an possint modico soluto cessionem reportare in ipsorum beneficium. pag. 224. nu. 21.*  
*Traditio cedula an sit ficta solutio. p. 80. n. 6.*  
*Tutor si obtenta cessione comperiret, pupilum liberasse contutorem, haberet conditionem in debiti solutionis facta pro tota summa. p. 244. num. 72. & seq.*

## V

**V** *Enditor si creditor sit defuncti, recuperat ab emptorem creditum. pag. 162. num. 4.*  
*Verba cessit, & in solutum dedit non semper mi portant dationem insolutum. pa. 21. n. 8.*  
*Verba cedo, vel dono an sint translatiua. pag. 197. num. 7.*  
*Verbum repudio an denotet translationem iurium. pag. 196. nu. 3.*  
*Verbum transferre quid importat. pag. 226. num. 10. in medio.*  
*Vita militia an sit cessibilis sine assensu. pag. 114. num. 4.*  
*Vsura dotales an cedi possint. pag. 141. nu. 4.*  
*Vsuctus commoditas pœnes debitorem existens venit in hypotheca banarum. pag. 245. num. 77.*  
*Vsuctus an cedi possit, & utrum pro dote. pag. 206. num. 5.*  
*Vsuctuarius hereditatis an sine mandato heredis agat. pag. 199. nu. 8.*  
*Vsus an cedi valeat. pag. 207. num. 7.*  
*Vxor an possit pro dote agere si nolit renunciare successibus iuxta promissionem mariti. pag. 78. num. 4.*



# F I N I S





**I**N Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 18. mensis Septembris 1681. fuit dictum, quod R. P. Antonius Rossi reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

S. MENATTVS VIC. GEN.

*Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.*

**S**picilegium de Cessione Iurium, & Actionum, Authore D. Carolo Antonio de Luca, opus est cæteris celeberrimis eiusdem Authoris simillimum, nempe solidissimam continens iurisprudentiam, at nihil omninò, quod bonis moribus, aut sanæ doctrinæ repugnet, & ideò Imprimi posse censeo, sub censura Eminentissimi. Neapoli die 19. Octobris 1681.

*P. Antonius Rossi Soc. Iesu.*

**I**N Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano die 1. Octobris 1681. fuit dictum, quod stante supradicta relatione, IMPRIMATVR.

S. MENATTVS VIC. GEN.

*Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.*

---

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

**D** Carlo Antonio de Luca humilmente supplicando à V. Ecc. qualmente desidera dare alle stampe: *Spicilegium de Cessione Iurium, & Actionum post D. Alphonsum de Olea.* In tanto per poter ottenere la licenza di darlo in luce l'esponente supplica V. E. che si degni resti seruita cõmettere la reuisione a chi meglio le parerà, vt Deus. *Magnificus D. Ioannes Baptista Muccio videat, & in scriptis referat.*

CARRILLO REG. CALA' REG. FLORILLVS REG.

Illustr. Marchio Crispani non interfuit.

*Prouisum per S. E. Neap. die 10. Octobris 1681:*

COMVS.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

**L**Egi iussu tuo librum inscriptum, *Spicilegium de Cessione Iurium, & Actionum post D. Alphonsum de Olea,* compositum à Reuerendo D. Carolo Antonio de Luca suo quidem Auctore dignum, summumque eiusdem præferentem ingenium. Nil præterea habet, quod Regiam lædere valeat Iurisdictionem, vel rectam Politicam; vnde ad publicam vtilitatem, lucem mereri, imprimique posse arbitror, ni aliter sentiat Ecc. V. quam summus rerum omnium Reparator diu seruet incolumem. Neap. die 22. Oct. 1681. Excellentia Vestra

Addictissimus Cliens  
*Ioannes Baptista Muccio.*

*Imprimatur, verum in publicatione seruetur Regia Pragmatica.*

CARRILLO R. CALA' R. SORIAN. FLORILLVS R.

*Prouisum per S. E. Neap. die 12. Nouembris 1681.*

COMVS.

S P I C I L E G I V M  
G E M I N V M  
D. CAROLI ANTONII  
DE LVCA MELPHICTENSIS  
DE CESSIONE IVRIVM,  
ET ACTIONVM,  
Cum Face Gemina dicti D. ALPHONSI  
DE OLEA rei illuminatrice,

*Ex primo, & secundo Spicilegio, & praesertim ex labyrintho dicti Authoris  
de cessione iurium, & actionum res labyrinthica, & lata de-  
monstrata, & summa Conflictus Opinionum inter  
utrosq; adducitur. Opus apprimè utile,  
& necessarium.*



NEAPOLI. M. DC. XCV.

Ex Typographia Caroli Porpora, & Io: Dominici Petriboni.

SVPERIORVM FACVLTA TE.



EXPENSIS CAROLI PORPORA.



# I N D E X A R G V M E N T O R V M ;

Quæ in Spicilegio Gemino de cessione iurium, & actio num D. CAROLI  
ANTONII DE LVCA continentur, & in Face Gemina  
D. D. ALPHONSI DE OLEA,

PRAEFATIO SPICILEGII GEMINI.

PROAEMIVM RESPONSI D. D. ALPHONSI DE OLEA.

OBIECTIONES CONTRA D. DE OLEA, ET HVIVS RESPONSIONES.

## O B I E C T I O I.

**E**xtat in quæstione 2. in Argumento,  
ibi: *Reijciuntur Felicianus, D.Olea, &  
alij*, eadem verba repetit in argu-  
mentis quæstionem 20. & 74. & in quæ-  
stione 49. in Summario nu. 3. ibi: *Refelli-  
tur D.Olea*.

## O B I E C T I O II.

Extat in quæstione 4. in Argumento, ibi:  
*Parum feliciter D. Olea*, & in Summario  
nu. 4. ibi: *Notatur D. Olea*, & in quæstione  
nu. 4. *Obscurè locutus est*, eadem verba no-  
tatur Olea repetit in Argumento qu. 97.

## O B I E C T I O III.

Extra in quæstione 15. num. 10. ibi: *Profun-  
dus tamen edifferendum est super quæstio-  
ne proposita, quæ est vna ex insolubilibus,  
& me iudice non videtur declarata ita pe-  
nitius, nec per Andreolum, nec per Oleam*.

## O B I E C T I O IV.

Extat in quæstione 18. in summario nu. 3. ibi:  
*Indistincta opinione Gallerati, Olea, &  
aliorum de cedente*.

## O B I E C T I O V.

Extat in quæstione 20. in Argumento, ibi:  
*Reicitur D. Olea*.

## O B I E C T I O VI.

Extat in quæst. 21. in Argumento, ibi: *D. Olea  
confutat D. Reg. de Marinis, an gratis, vel  
iure. Et in Summario nu. 8. ibi: An D. Olea  
gratis refellat D. Reg. de Marinis, idem  
repetit in quæst. num. 8.*

## O B I E C T I O VII.

Extat in quæstione nu. 8. ibi: *Quidquid sub-  
obscurè scribat Olea. Eadem parum vrba-  
na formula, scilicet: Quidquid dicat Olea,  
vtitur in qu. 44. 53. 55. 84. & 100. de qui-  
bus in suis locis agemus.*

## O B I E C T I O VIII.

Extat in quæstione 36. num. 3. ibi: *Siccè, &  
obiter se habendo*:

## O B I E C T I O IX.

Extat in quæstione 44. in Summario nu. 8.  
ibi: *Recensentur dissidentes, & refelluntur,  
& in quæstione num. 9. ibi: Quidquid sen-  
tiat Olea.*

## O B I E C T I O X.

Extat in quæstione 49. in Summario nu. 3.  
ibi: *Refellitur D. Olea volens, venire ius  
Patronatus cum vniuersitate bonorum, &  
in quæstione num. 3. ibi: Vnde non videtur  
subsistere assertio Olea.*

## O B I E C T I O XI.

Extat in quæstione 53. num. 11. in fine, ibi:  
*Quidquid, cum nunnulis velit Olea.*

## O B I E C T I O XII.

Extat in quæstione 55. in Summario nu. 4.  
ibi: *Cessionem in solidum fieri posse per cre-  
ditorem, Author sentit contra Oleam. Et  
in quæst. nu. 4. ibi: Quidquid tamen existi-  
met Olea.*

## O B I E C T I O XIII.

Extat in quæstione 57. num. 9. ibi: *Quidquid  
velit Olea.*

## O B I E C T I O XIV.

Extat in quæstione 58. in Summario nu. 5.  
ibi: *Difficultatem hanc omissam comperio  
per Oleam ni fallor.*

## O B I E C T I O XV.

Extat in quæstione 74. in Argumento, ibi:  
*Reijciuntur Olea, & alij*: & in Summario  
nu. 9. ibi: *Reijciuntur Olea, & alij*.

## O B I E C T I O XVI.

Extat in quæst. 77. in Argum. ibi: *An subsistat  
opinio Olea. Et in quæst. nu. 9. ibi: Vnde su-  
spectam habeo conclusionem Olea.*

## Index Argumentorum .

### O B I E C T I O XVII.

Extat in quæstione 82. in Summario num. 3. ibi : *Thoro per Oleam haud rectè recense- tur. Et in num. 11. ibi : D. Reg. Marsianus an iure improbetur per Oleam .*

### O B I E C T I O XVIII.

Extat in quæstione 84. nu. 14. ibi : *Quidquid cum Gutierrez dicat Olea .*

### O B I E C T I O XIX.

Extat in quæstione 87. in Argumento , ibi : *Ponderatur dissidium intèr DD. Pratum, Roccum, & Oleam, & inter Andreolum .*

### O B I E C T I O XX.

Extat in quæstione 91. in Summario num. 5. ibi : *Resolvitur contra Oleam, & in quæstio- ne num. 7. At mendosa est impressio .*

### O B I E C T I O XXI.

Extat in quæstione 97. in Argumento , ibi : *Notatur Olea. Et in quæstione num. 2. ibi : Obicem habet resolutio Olea .*

### O B I E C T I O XXII.

Extat in quæstione 100. & finali num. 14. ibi : *Indistinctè autem Olea titul. 7. quæst. 4.*

*numer. 21. distinguit .*

### O B I E C T I O XXIII.

Extat in eadem quæstione 100. num. 26. ibi : *Quidquid dicat Olea .*

### O B I E C T I O XXIV.

Extat in collectanea num. 9. ibi : *Olea tit. 8. quæst. 2. tangit articulum num. 25. & dein- de in memor prætermittit .*

### O B I E C T I O XXV.

Extat in dicta collectanea num. 10. ibi : *Quæ omnia omisit considerare Olea .*

### O B I E C T I O XXVI.

Extat in collectanea num. 21. & 22. ibi : *Et contra opinionem Olea ego scripsi .*

### O B I E C T I O XXVII.

Extat in eadem collectanea nu. 13.

### O B I E C T I O XXVIII.

Extat in collectanea num. 36. ibi : *Tameu ego contra Oleam sentio .*

### O B I E C T I O XXIX.

Extat in collectanea num. 72. quæ est vltima ex suis omnibus obiectionibus , ità scri- bit : *Varius tamen videtur idem Olea .*

## Præloquium Responsi D. D. ALPHONSI DE OLEA ; Aduersus tres Impugnationes D. Emanuelis de Vedoia in Speculo Iuris.

### I M P V G N A T I O I.

**A**N per *sext. lex morte, 9. S. hoc tamen, vers. similique modo, C. de pact. conuent.* definitum sit, mulierem, vel eius hæredes absque vlla cessione agere posse pro dotis repetitione à marito non exactæ .

### I M P V G N A T I O II.

Maritus, vel eius hæredes conuerti iudicio, seu actione de dote, an possint eius exa-

tionem impedire opposita retentione, vel compensatione ad intellectum *l. unica, S. taceat, vers. sed nec ob impensas, C. de rei uxoria act. l. fin. tit. 11. par. 4.*

### I M P V G N A T I O III.

Renunciatio , & cessione maioratus facta in- sequentem in gradu, quando personatis, vel realis sit.

## ARGVMENTA SPICILEGII GEMINI AVTHORIS.

1 **M**Ater vidua filia maiori nubenti in dotem dedit interussurium antephati pro obitum mariti lucrati cum promissione euictionis, & deinde partem dotis recuperandæ in bonis viri suæ filia secundogenita in dotem dedit. Bona defuncti viri si vtrique credito non sufficiant, quæ sit præferenda an filia maior pro antephato , vel secundogenita pro dote? Dissident *Reg. de Marin. & D. Olea,* & adducitur tertia opinio .

2 Creditor Titio in mille si cedat Caio sexcentum, & quattuor centum Sempromio de residuo , & debitor cessus non sit soluendo pro tota summa , vtrum vterq; cessionarius concurrent per æs, & librâ, vel primus cessionarius præferatur pro tota summa cessa? Expenduntur *D. Olea,* & *D. Larrea* pro primo cessionario , & contrarium suadetur .

3 Cesso nomine debitoris solutionis causa creditori , & pro soluendo, an & quando

## Index Argumentorum .

quando cessionarius teneatur docere de diligentis, & regressum habeat contra cedentem, & negligentia negligentiam, absorbeat .

4 Maioratu primogeniali masculino instituto per patrem in testamento ex summa ducat. 30. mil. dandis in emptionem alicuius stabilis qualificati, vel in emptionem feudi facto casu extinctionis lineæ masculinæ, & agente secundogenito pro consequutione pretij, vtrum puellis in ætate immatura nuptiarum competat retentio, pro alimentis, & dotibus subsidiarijs *ex Auth. res quæ, C. de commun. de legat. & qualiter possit lis finire per terminos cessionis.*

5 Feudatarius, qui iura fiscalia, & adhoas in pluribus locis, & feudis Regni emerat, & signanter præuia cessione iuris luendi à D. Rege impetrata affrancauerat adhoas sui feudi alijs prius venditam, si exinde in testamento legauerit suo consanguineo adhoas an sub generali dictorum iurium legato censeatur legasse cum alijs iuribus, etiam adhoam feudi proprij, & suscitare ius ad fauore legatarij.

6 Actio ad constituendum vsufructum. an cedi possit? Negat *D. Olea*. Qui Magistraliter e habet in quæstione, vtrum morte cessionarij extingatur vsufructus si cedatur antequam incæperit, vel delegetur ante, vel postquam incæperit, vel postea expendens *Marant. & Rez. de Marin.*

7 Mutuans ad rem emendam an possit gratificari creditorem posteriorem suum amicum. Et scientia creditoris anterioris an sit necessaria, vt mutuans pecuniã cum pacto de subintrando in locum creditoris dimittendi, ac speciali hypotheca acquirat iura anteriora creditoris dimissi? Expenditur *D. Olea*, in contrarium, & etiam ratio præiudicij anterioris quandoque .

8 Cedens, & cessionarius, quando concurrant, an tantum pro rata in concursu, & quomodo .

9 Positio in locum an conueniat cum cessione, vel formaliter sit cessio, & statutum loquens de cessione locum habeat in positione in locum, & clausula *ponens,*

*&c.* quid operetur in cessione iurium .

10 Mandare actiones an formaliter sit cedere actiones, & mandatum huiusmodi reuocari possit, & similiter procurator in rem propriam, & qualiter intelligenda sit reuocatio admissa per *Guzman. Caldas*, & alios congestos per *D. Oleam*, & resoluitur cum *Præs. Merlin.*

11 Ius adeundi hæreditatem an cedi possit, dum transmissibile est ex capite iuris deliberandi, vel suitatis, & transmissio fit ad hæredes extraneos. Edisseritur an omne, quod ad extraneos hæredes transmittuntur, sit cessibile cum *D. Olea*. Nouiter difficultas suscitata resoluitur .

12 Vendens nomen debitoris, & promittat facere verum, bonum, & responsum, & de defensione, & conseruatione indemnitate an teneatur de exigibilitate nominis? Et quid si vendat tale quale?

13 Soluenti debitum proprium operabitur cessio crediti extinctionem, *glos. in l. 2. C. de repud. vel abst. in hæred. de Marin. lib. 2. resol. 105. à nu. 1.* vbi etiam in hærede siue beneficio inuentarij intelligunt soluenti debitum proprium non fit cessio, etiam hæredi soluenti debitum defuncti. Quid in vno ex fideiussoribus, vel ex correis, qui magis priuilegiati, quam fideiussores sunt. Cessio ex interuallo facta actio hypothecarij an retrotrahatur.

14 Cessio solutionis causa facit de creditore puro conditionalem ne possit conueniriante excussionem bonorum debitoris principalis cessi. Excussionis exceptio an locum habeat inter Mercatores, & de iure Canonico. Quid si renunciatum fuerit exceptioni excussionis?

15 Cessio an possit fieri ex interuallo fideiussori, qui se obligauit proprio nomine principaliter, & insolidum, an reputetur correat, ideòque post solutionem ex interuallo non fit locus cessioni iurium? *Rota Romana* decisio laudatur .

16 Fideiussor, qui cum alijs pro Communitate se insolidum obligauit, & totum debitum, soluit reportata iurium cessione, an agat insolidum pro toto debito contra quemlibet ex confideiussoribus, vel pro virili. Et quid si non existat cessio.

17 Primus creditor an possit cogere secundum ad cedendum sua iura super bõ-

## Index Argumentorum .

- nis communis debitoris , Vel potius secundus cogere valeat primum? Reijcitur *Placentini* opinio. Et distinguitur pro resolutione quæstionis ,
- 18 Verba *translatiue* , & *non extinctiue* cum sint incompatibilia cum extinctione, quæ magis attendantur , an quæ incipiant , & sequentia famulentur præcedentibus , & proponeret quod principaliter agitur .
- 19 Creditor qui Titium ad mille obligatum habebat duos fideiussores in distinctis summis recepit, & vni soluenti cessit sua iura contra principalem debitorem, aduersus quem non existentem idoneum, si vterque concurrant, & cedens principalis creditor , & cessionarius, an pro rata concurrant, vel potior erit Creditor? Expenditur *Socinus* amplexatus per *D. Oleam* quamuis reiectus, & ponuntur casus in quibus loquutus est *Salic.* in quo se fundauit *Socinus* ,
- 20 Creditor an sit obligatus cedere iura tertio soluenti partem debiti , & profici conuentio inter debitorem , & creditorem de subintrando in locum dimittendi creditoris?
- 21 Vendita domo distributa solutione in plures pagas, si venditor cessit sua iura illi, qui credidit pecuniam pro soluenda prima paga , & post interuallum cessit iura credendi ad effectum soluendi alias pagas , an veniat præferendus primus Mutuator : Explanatur res , quando eadem causa debendi, & vnicitas leu identitas , & origo attendatur pro concursu creditorum, & quando non .
- 22 Sub legato adoharum in diuersis feudis existentium, an comprehendatur adoha per acquirentem feudi reempta , per Testatoræ præsertim, si ex verbis reemptionis colligatur voluntas exemptionis ab onere adohæ , & legandi adohas quæ exigebantur tempore legati .
- 23 Creditor cedens iura crediti sui censualis tertio soluenti pro dimissione crediti cum clausula præseruatiua quod *non operetur in præiudicium cedentis directe, nec indirecte, nec in concursu*, an sibi præiudicet in credito posteriori hypothecario, quod habebat ante cessionem ad rationem minoris interusurij.
- 24 Cessio in dubio an sit pro soluendo, vel pro soluto præsumenda, & si contingat decoctio debitoris cessi, cuius periculo cedat .
- 25 Soluens Fisco pro debitore fiscali an valeat agere via executiua, qua poterat Fiscus absque cessione? Expenduntur *Olea* , *Noguerol.* *Paschal.* & alij refertur casus decisis ,
- 26 Donatore credente se posse de mille aureis disponere, cum tamen quingenta solum reseruauerit falsa opinione ductus cesserit vni per viam donationis septingentum , alteri tercentum qualiter fiat adiudicatio?
- 27 Traditio non habet locum in incorporalibus, sed illa fit organo cessionis, vt in societate vniuersali, & donatione vniuersali omnium iurium, & actionum .
- 28 Venditor per clausulam *dedit tradidit, & cessit* an liberetur ab actuali traditione, & quid importet ille verba? Adiudicatio nominis debitoris facta per Iudicem an transferat quasi possessionem .
- 29 Antefato in vsufructu per viduam lucrato per præcedentiam mariti secundo verò in dotem cesso , vel vsufructu alterius rei, siue annua quantitate legata in dote in dotem cessa viro quid veniat soluto matrimonio restituendum an sint deducenda onera matrimonialia .
- 30 An creditor , qui alteri cessit creditum , valeat cessione non obstante debitorem cessum cogere, siue ab eo solutionem debiti recipere, vel liberare, aut nouare in præiudicium cessionarij? Explicantur cessionum species .
- 31 Forma cedendi, *si quod habeo*, qualiter differat ab ea , si dicatur *cedo nomen debitoris quale est* . Quando intrent termini læsionis, & doli
- 32 Exigibilitate de iure , & de facto promissa, quæ inexigibilitas dicetur, si ex facto Principis veniat inexigibilitas præsupposita etiam exigibilitate? & exempla . Quid si ex facto Principis euictio promittatur .
- 33 Statuto concedente debitori ius luendi pignus venditum infra certum tempus an capiat solum casum venditionis factæ ipsimet creditori , vel etiam tertio licitatori, & an hoc ius sit cessibile .

34 Emptor



## Index Argumentorum.

- 34 Emptor honorum debitoris solvens pretium creditori anteriori venditoris an petere possit cessionem actionum, & si reportauerit an ea iuuetur, dum nihil soluit de suo, sed de re venditoris? Conclusiones nonnullae firmanur.
- 35 Plures obligati in solidum, & conuenti pro solido cum protestatione *unica solutione contentus* si fuerint simpliciter condemnati censentur pro virilibus condemnati, vtrum deinde creditor possit omissa re iudicata petere solidum actione veteri? Opinio affirmatiua adducitur *Lara*, & aliorum laudata per *D. Olcam* notantem *Prof. de Franch.* Et assumitur articulus an correi in solidum obligati, & conuenti, si exinde simpliciter condemnentur censeantur virtualiter absoluti a ratis aliorum?
- 36 Reconuentio an possit fieri, si Actor cessit, & renunciauit liti? Disputat *Reg. Marcian. de iudicijs duplicibus.* Et procurator Actoris, an possit cedere liti?
- 37 Ius patronatus an veniat in cessione hereditatis facta post eam per cedentem aditam amplissimis verbis concepta? Distinguitur inter venditionem hereditatis, & cessionem.
- 38 Testator si legauerit annuos ducatos 72. pro celebratione missae quotidianae perpetuae, an reseruato iure nominandi Cappellanum heredibus, possit haeres reportare partem eleemosinae, in electione Cappellani, & possit Cappellanus electus in cappellania laicali amouibili cedere eandem partem lucri.
- 39 Creditor chirographarius solvens creditori anteriori hypothecario an subrogetur sine cessione actionum in locum, & hypothecas illius. Et quid si possideret? Quid si in chirographo adesset hypotheca? Extraneus soluens creditori quando succedit in iura illius?
- 40 Cessionarius an sit manutenendus ex quasi possessione cedentis? Quid si non fuerit cessum ius reale census. Quid in specie cessionis rei corporalis potissime facta a Principe. Cedendo rem quando quis liberetur, si onus sit occasione rei, & census sit occasionalis.
- 41 Creditor anterior an teneatur cedere iura sua possessori iniusto? Possessori iusto quando competat exceptio cedendarum, & quid autem si minor post pubertatem liberauerit cum auctoritate curatoris debitorem an repellatur exceptione cedendarum? Quid si creditor ex natura obligationis non possit cedere iura, quod exemplificatur. Deposita pecuniae sine ob signatione an habeat vim solutionis ad effectum, videlicet succedendi in iura creditoris? Expenditur *Antonell.*
- 42 Facultas declarandi voluntatem Testatoris an cedi possit, vel transmittatur ad haeres? Quid de executore testamentario; Et de iure nominandi intelligentia, *text. in l. illud, aut illud, ff. de opt. legat.*
- 43 Ius optandi an sit cessibile, & optionis legatum sit transmissibile? Optionis verbum in genere masculino, & feminino explicatur.
- 44 Constitutione concedente tenentem videam per mortem viri cum facultate faciendi fructus suos donec restituatur dos vtrum cessibilis sit tenentia? Exempla rerum iudicarum de directo contraria adducuntur. *Distinctio Fontanella.*
- 45 Neptis ex filio post mortem patris mortuo ante agnitam hereditatem paternam an praeferatur nepti ex filio praedefuncto suo patri, *ex Constit. Reg. in aliquibus praeferentis masculos feminis;* Et cum qualitate exclusiua viuente patre radicata valeat per donationem cedere suae sorori vterinae pro dote? Ostenditur ingens dissidium, & adducitur sensus *Authoris*, & æquiuocatio plurium, *Neotericorum.* Nepos ex filio praedefuncto an praeferatur nepti ex alio filio item praedefuncto in successione auiæ ex dispositione dictae *Constit. Reg. in aliquibus.*
- 46 Datio in solutum nominis debitoris cum reseruatione primuarum hypothecarum an sit cessio simplex nominis debitoris, vel habeat vim dationis insolutum, praesertim quando insolutum datur annui introitus?
- 47 Creditore habente iura anteriora, & posteriora resolutionem recipiente pro iuribus posterioribus cum clausula solita cedendi praeseruatua, quod non officiat directe, nec indirecte, nec in concursu

an

## Index Argumentorum .

- an possit agere deinde pro anterioribus, vel exceptione indebiti, excludantur in petendo satisfactionem duplicatam? Quid si noua post cessionem superuenerint anteriora iura?
- 48 In dotem directe si cedatur nomen debitoris, & euincatur, indistincte an teneatur dotans de euictione? Qualiter differant dari nomen debitoris in dotem, & dari tamquam speciem, vel loco quantitatis. Verba quando sunt æquiuoca, nomen debitoris quando cessum censeatur demonstratiuè, vel taxatiuè. Dotans ex necessitate ad quid tenetur, & quid si ex liberalitate.
- 49 Maritus, & vxor si vendant aliquam rem cum renunciatione, & cessione iurium ipsius mulieris, & ipsa retineat sibi facultatem petendi dotem, cessio an importet iurium translationem, vel solummodo effectum liberationis rei venditæ à nexu hypothecæ.
- 50 Legatum Monacagij factum alicui puellæ consanguineæ, si ista ingrederetur Monasterium, quod dotem non recipit, possit alteri cedere, & quid si relictum esset pro anima legantis, & ad alios pios vsus legatum illud conuertendum esset. Et ad pios vsus eiusdem Monasterij cedi?
- 51 Ius institutionis directæ an hæres institutus viuo Testatore possit alteri cedere. Et an pater institutus possit cedere ius institutionis filio? Quid si superuixerit Testatori an hæres adeundo hæreditatem acquireret cessionario. Vel cessionarius acquireret ex persona cedentis.
- 52 Legatum relictum alicui cum hæres morietur an valeat cedi per legatarium viuente hærede? Quod si relictum esset post mortem ipsius legatarij, vel cum morietur ipse legatarius. Aut post tertij mortem. Adducuntur differentiæ.
- 53 Legatum vel fideicommissam particulare an transmissibile, vel cessibile sit? Pro absoluto *D. Olea* affirmat. Distinguitur an ante aditam hæreditatem, & nata sit obligatio hæredis, & ante translationem dominij rei legatæ. Legatum ad diem certum potest cedi antequam veniat dies. Quid de fideicommissis vniuersali? Ostenditur ingens dissidium, & resoluitur quæstio.
- 54 Promissio mulieris de cedendo iura competentia super re per virum vendita, si deinde mulier cesserit cum promissione libertatis rei ab omni canone, & onere vtrum cessio restringatur ad iura tantum competentia tempore promissionis, etiam si cessio, & promissio sit generaliter facta?
- 55 Concordia, & transactio facta cum pacto, vt vnus litem suis sumptibus prosequeretur, & in compensam impensarum, & laborum medietatem eius, quod recuperabitur reciperet, an talis cessio valeat? Pro negatiua expenduntur, *Franc. Marc. Cancer. & Fontanell.* Pro validitate Rota Roman.
- 56 Permutatio sororum si fiat inter duos fratres eum dotium constitutione absque earum consensu an soluto matrimonio per mortem viri, sine liberis vxor habeat actionem contra fratrem, & super bonis illius, ac parentum, de quibus constituisse dotem dixerat fratres dotantes, expenduntur, *Ifern. Reg. de Marin. Bottiglier. & Fontanell. & Card. de Luca.*
- 57 Sacerdos hæres institutus in testamento si decefferit in eadem Terra, in diuersis tamen locis, Terramotu per tres horas, postquam erutus fuit ex macerie lapidum superuiuens, testator autem post septem dies sub mole saxorum mortuus fuerit repertus, an caducetur testamentum ex incertitudine præmorientiæ, vel potius ius adeundi transmissibile sit per viam restitutionis in integrum ex dispositione *Text. in l. Pantonius 85. ff. de acquirend. hered.* ad hæreses Sacerdotis in concursu proximiorum ab intestato venientium ipsius testatoris? expenduntur *Faber. Andreol. Thesaur. Odd. Menoch. Altograd. Peregrin. Fontanell. & alij.*
- Pater hæredis defuncti si donauerit, & cesserit hæreditatem ex iure sibi transmissio alteri, cedendo etiam restitutionem in integrum ex iusta causa ignorantia mortis testatoris, vtrum donatio per viam cessionis huiusmodi sit operatoria ad finem acquirendi hæreditatem ex testamento delatam ex dispositione *Text. in dicta l. Pantonius?*
- 58 Filia de consensu patris nupta nulla sibi constituta dote, si deinde ne contemnatur

## Index Argumentorum.

- natur à viro cedat ius compellendi patrem addotandum, an operatoria sit cessio? Quid si aliunde sit prouisa de dote, vel quid si spreto patre nupserit? Expenduntur *Postius*, & *Card. de Luca*. Et quæ cautela patris. Filia nupta ob pulchritudinem, vel nobilitatem dotata à viro, an possit petere paragium, & illud cedere pulchra *dec. Pras. de Franch.*
- 59 Exceptio cedendarum actionum quando cesset, casus enumerantur, & constituitur regula cum exemplis.
- 60 Hypotheca nominis debitoris an effectum cessionis nominis in beneficium creditoris operetur? Ex hypotheca qualiter oriantur actio utilis personalis in personam debitoris debitoris, utilis hypothecaria, & utile *Saluiannum*. An sit audiendus debitor principalis. Ponderatur *Olea* discursus.
- 61 Creditor hypothecarius an possit agere contra debitorem debitoris etiam utili actione personali, vel si velit agere hypothecaria, possit, non excusso principali debitore.
- 62 Hæres grauatus censum annum redimens an censeatur in sui beneficium affrancare, & an adsit incompatibilitas cessionis translatiuæ, cessio translatiua, ex quibus colligatur.
- 63 Cessio annui census sub fideicommissio comprehensi per hæredem grauatum, facta an valeat vsque ad vitam cedentis, vel etiam in proprietate? Expenditur *decisio Rota Rom. penès Bichium*, & sensus *Authoris* pro electione vendicandi census à tertio, vel reintegrandi censum ex bonis hæredis alienantis.
- 64 Vendens feudum cum pacto de retro uendendo cum assensu, cedens deinde pactum cum assensu, & antequam exercitum fuerit, remiserit illud, an cessionario præiudicatum sit?
- 65 Debitoris nomen cessum vbi euincitur quando agitur de euictione conclusiones quamplures recensentur. Et notatur *Mangilius*.
- 66 Iura personalia sunt incessibilia? An pignorari aut vendi possit vsusfructus?
- 67 Nominis debitoris cessi in dotem non existentis soluendo cuius periculum sit an promittentis, & cedentis, vel viri?
- Privilegium dotis an competat tam viro, quam mulieri an adsit diuersitas inter virum, & uxorem, & vir an habeat causam onerosam, & mulier lucratiuam. Adducuntur dissidentes, & resoluitur quando euictio debeat cum distinctione. An adsit dolus, & mala fides in constitutione dotis cum exemplificatione.
- 68 Facultas alienandi concessa hæredi grauato an possit cedi? Expenditur *Spada cum text. in l. fin. ff. de verb. obligat.*
- 69 Cessionarius commoditatis fructuum feudi, emphyteusis prohibita alienari, aut alterius rei inalienabilis an possit exercere actionem contra tertium possessorem constituitur regula cessibilitatis commoditatis percipiendi fructus feudi, emphyteusis inalienabilis, aut rei prohibita alienari? *Rota Romana* pluries determinauit pro affirmatiua opinione, cum *Surd.* & *Hodiern.* At contrarium verius ostenditur, & *Rotam* recessisse ab opinione contraria.
- 70 Per cessionem iurium in rebus diuisis competentium, & competitorum an censeatur renunciatum fideicommissio stante illius scientia? Quid si addita sint alia verba. Vel cessio sit restricta ad iura de presenti.
- 71 Cessionarius si agat vti principalis, & non vti cessionarius an iudicium sit nullum? Quid si agat vti creditor.
- 72 Donatione facta Titio certorum bonorum reseruata sibi facultate disponendi in casu mortis donatarij sine filijs, an possit donator conditione pendente bona donata cedere?
- 73 Habitationis legatarius an ipsam alteri cedere possit? Et qualiter sumatur habitatio an pro vsufructu domus, vel etiam proprietate. Aut pro facultate, & cedi nequeat? Expenduntur, *Cepoll.* & *Olea*; Quid si facultas habitandi sit legata, an cedi possit?
- 74 Cedendo rem, an quis liberetur, si tenebatur principaliter respectu rei utilissima questio, & anceps.
- 75 Lex quas actiones transferat in euratorem hæreditatis iacentis. Et an possit liquidare instrumentum via *ritus M. C. V.* Adducitur formula decreti dationis curatoris cum hac expressa facultate, & an rectè?

Index Argumentorum .

- 76 Promissio de retrouendendo facta venditori per dictionem aliquam personalitatem denotantem, vt *dicto*, vel *supradicto* venditori an reddat ius reemendi cessibile. Vel promissio facta sit ad placitum venditoris? Quid si facta sit venditori, & eius hæredibus, & successoribus? An verum sit esse cessibile, quod factum est per contrahentes transmissibile?
- 77 Cessio, vel renunciatio an implicet, vt insimul sit extinctiua, & translatiua, & possit expresse apponi clausula, vt censetur extinctiua, & translatiua dum inuicem pugnant lux, & tenebræ? Rem illustrat Griuellus.
- 78 Cessio, & renunciatio quæ sit per filiam, vel filium patri, & eius hæredibus an sit trãslatiua, vel abdicatiua, & extinctiua, & attento primo capite portio renunciantis non accrescat alijs fratribus, sed veniat, & comprehendatur sub fideicommissio, & dispositione facta per patrem ad beneficium etiam extraneorũ?
- 79 Inuitus quis agere cogitur contra aliquem, vt quidquid fuerit consequutus restituat: Quid si vellet actiones cedere, an liberetur. Vel quid si absens, vel impotens sit, vtrum recta via agi possit?
- 80 Cessio facta per pupillum tutori habet vim donationis, & non valet. Quid si fiat vxori, vel consanguineis tutoris. Vel cum iuramento? Et recipiendo tutor cessiones contra bona pupilli redditur suspectus.
- 81 In cessione nominis debitoris cum indicatione instrumenti, quantum suffragetur relatio ad instrumentum, vt cedens, vel insolutum dans non possit redargui de dolo, nec culpa, & acceptare censetur, eo modo & forma, qua est obligatus debitor cessus. Cedens nomen pro tali quale ad quid teneatur, vel si quid iuris habet.
- 82 Cessio nominis debitoris censualis pro soluto facta creditori vtrum censetur pro soluendo facta, quoties reemptio fit cum cedente principali creditore, quia non fuerit denunciata cessio debitum, & agi possit primævis iuribus in præiudicium aliorum creditorum? Expenditur *Card. de Luca*.
- 83 Cessio qualiter dignoscatur abdicatiua, priuatiua, & extinctiua, vel translatiua, vt non suffragetur nisi illi, cui fit, recensentur clausulæ, & coniecturæ.
- 84 Officium regulariter est personale, & concessio etiam hæredi dicitur noua concessio. Quid si concessio facta sit, sit puellæ, vt nuberet, qua nupta officium in personam viri est collatum. An defuncto viro vacet officium, vel possit concedi secundo viro? Expenduntur *Reg. Latro*, & *Card. de Luca* edisserens ex terminis pensionarij confidentialis, & qualiter.
- 85 Cessio an per creditorem fieri possit inuito debitore; Et è contra an per debitorem inuito creditore?
- 86 Sententia leta contra cessionarium, an afficiat cedentem. Nomen cessum, vt inexigibile dicatur ob negligentiam cessionarij an sit probandum quod ante cessionem tale non erat?
- 87 Soluens sortẽ vna cū interesse de propria pecunia creditori, & reportans cessionem an agat etiam pro interesse interesse. An ex vi cessionis? Quid si debitor redégisset interesse in sortem, & cessa fuerit sors cum interesse per viam donationis alicui, an iste agere possit pro interesse interesse? Expenditur *R. Rouit. cum Ciballin. & Confl.* & Regalis patrimonij patrono *D. Altim.*
- 88 Emptor an possit se defendere iuribus, & exceptionibus competentibus venditori etiam non facta cessione iurium. Et quando iura personalia transcant in singularem successionem.
- 89 Purificato fideicommissio an actiones sint cedendæ fideicommissario, vel transferantur per restitutionem? Magistralter distinguit *D. Olea*. In contrarium expenditur *Fontanell.* adducens decisionẽ Senatus, scilicet concurrentem pro recuperatione domorum fideicommissariũ, cum hærede hæredis grauati ante restitutionem fideicommissi, & cessionem actionum obtinuisse, & laudatur *Rota Romana*.
- 90 Actio utilis ex cessione, vel alia ex translatione iuris an sit eadem cum directa in substantia, vel in specie, vel numero. Et qui habet directam, & proponat vtilem, an obtinere possit?

## Index Argumentorum.

- 91 Hæreditatis venditione facta, vtrum in emptorem tranſeant actiones tam actiuæ, quàm paſſiuæ. Et emptor an ſit hæres vniuerſalis, vel particularis; Et reſtitutio fidei commiſſi tranſferat actiones tam actiuas, quàm paſſiuas?
- 92 Vſufructus ſi cedatur per vſufructuarium per donationem alicui, & poſtea vacet portio vſufructus per repudiationem collegatarij, vtrum pars vſufructus vacans accreſcat cedenti, vel ceſſionario.
- 93 Hæres cum inuentario ſi pro debito defuncti ſe obliget etiam proprio, & principali nomine, quoties fuit diminutum debitum, & pars remiſſa fuit, & reportauerit ceſſionem iurium an gaudeat beneficio inuentarij? Difficultas declaratur per *Staub. Fontanell. Rotam Rom. & Card. de Luca.*
- 94 Actiones vtilis, quæ per ceſſionem tranſferuntur an ſint nobiliores, & potentiores directis dum ceſſionarius concurrans cum cedente directas habente præfertur in conſequentione quantitatis ceſſæ. Et è contra habens directas poteſt plus agere, quam ceſſionarius, & quandoque extinguitur ius ceſſionarij per extinctionem iuris cedentis, vt in ceſſione commoditatis vſufructus, & iurium perſonalium. Et diſſeritur, quando plus ſit in cauſato, quam in cauſa.
- 95 Ceſſio beneficij qualiter differat à reſignatione res exemplificatur, & declaratur.
- 96 Prætendebat cedens excludere ceſſionarium quamuis poſſet ſuper bonis ſui debitoris agere; vterq; tamen ad æqualem concurſum proportionabiliter fuit admiſſus, ex eo quod cum ambo ex eodem Iure, & instrumento venirent inſiſimul debebant æqualiter, & vnusquifq; pro rata ſua concurrere.
- 97 Facultas teſtandi, & diſponendi à marito vxori, vel è contra ab vxore marito data an tranſeat ad hæredes?
- 98 Nonnulla iura ceſſibilia recensentur cum aliqua differentia, vt ius ſententiarum, vel ex ſtatutis, aut pactis præterea quæritur an ceſſionarius debeat præſtare iuramentum calumniæ.
- 99 An cedens, qui ceſſit iura talia qualia &c. cum proteſtatione nolle teneri ad aliquos actus ceſſionario proficuos, & ſine quibus ceſſio inutilis remaneret? Laudatur *Card. de Luca.*
- 100 Hæres inſtitutus cum ſubſtitutione ipſi facta poſt mortem ſi donauerit omne ius ſibi competens, & competiturum, nihilo ſibi reſeruato. Si contingant caducatio ſubſtitutionis per præmorientiam ſubſtituti, vtrum donatario competant bona hæreditaria ex caducatione acquiſita, vel ſolum commoditas bonorum durante vita hæredis?

*Finis Indicis Argumentorum.*

EMI

EMINENTISSIMO Signore.

**C**arlo Porpora Libraro supplicando espone à V.E. come desidera stampare vn opera nuoua legale di *Don Carlo Antonio de Luca*, intitolata, *Spicilegium Geminum, de Cessione Iurium*, per tanto supplica V.E. commetterne la reuisione à chi meglio li parerà, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

*Dominus D. Antonius Cangianus Fisci Promotor Curia Metropolitana Ecclesie Neapolitana videat, & in scriptis referat die 6. Febr. 1695.*

IOANNES ANDREAS SILIQVINVS.

*D. Ianuarius de Auria Canonicus Deput.*

EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

**E**n alterum in lucem prodit opus famigerati Iure Consulti *D. Caroli Antonij de Luca Melphitensis*; Inscriptum: *Spicilegium geminum, de Cessione Iurium*, quod vt meas ad manus deuenit, statim accurrate perlegi; in eo nil inueni quod Christianæ Religionis, bonisque moribus repugnet, imo, & maximam Auctoris accuratam diligentiam, cum in disquirendis quæstionibus, omnia magistraliter enucleare curauit; quare imprimi posse diiudico siata videbitur Em. tuæ Reuerendiss. Hac die 24. Febr. 1695.

Em. tuæ Reuerendiss.

*Humillimus Cliens*

*D. Antonius Cangianus.*

*Attenta suprascripta relatione Domini Reuisoris, quod potest imprimi.*

Imprimatur die 3. Maij 1695.

IOANNES ANDREAS SILIQVINVS.

*D. Ianuarius de Auria Canonicus Deput.*

---

ECCELLENTISSIMO Signore.

**C**arlo Porpora Libraro supplicando espone à V. E. come desidera stampare vn opera nuoua legale di *Don Carlo Antonio de Luca*, intitolata, *Spicilegium Geminum, de Cessione Iurium*, per tanto supplica V.E. commetterne la reuisione à chi meglio li parerà, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

*Magnificus Reg. Consil. Sac. Regij Conf. & Reg. Fisci Patronus Reg. Cam. Summ. Blasius Altimare videat, & in scriptis referat.*

SORIA REG. MIROBALLVS REG. GASCON REG.

Spectab. Reg. Carrillo non interfuit.

*Prouisum per S.E. Neap. 9. Decembris 1694.*

Mastellonus.

**A**ctentissimè, iussu Excellentie Vestre, legi opus legale, cuius titulus est, *Spicilegium Geminum, de Cessione Iurium*, *D. Caroli Antonij de Luca*, in quo miratus sum eius doctrinam, ex quo post perfectum opus insigne, & singulare de *Cessione Iurium*, *D. Alphonsi de Olea*, publicati non sunt elapsi multi anni, sciuit alios articulos legales excogitare ad materiam, non comprehensos in dicto Tractatu, & nihil inueni aduersas regali Iurisdictioni; Vnde imprimi posse censeo, nisi aliter videbitur Excellentie Vestre, cuius pedes deosculor, die Kal. Ianuarij 1695.

Excellentie Vestre

*Humillimus Seruus.*

*D. Blasius Altimarus.*

*Visa supradicta relatione imprimatur, & in publicatione seruetur Regia Pragm.*

SORIA REG. MIROBALLVS REG. GASCON REG.

Spectab. Reg. Carrillo non interfuit.

*Prouisum per S.E. Neap. 10. Maij 1695.*

Mastellonus.

SPICI-

# SPICILEGIUM GEMINUM

DE CESSIONE IURIVM, ET ACTIONVM:

D. CAROLI ANTONII DE LVCA  
MELPHICTENSIS.

P R A E F A T I O.



CESSIONIS iurium, & actionum res quidem multa, & ferè transcendentalis, per omnia scilicèt per donationem, venditionem, transactionem, permutationem, diuisionem, mandatum, & alios actus transcendens, per hæredis institutionem fideicommissa, & legata, adhuc per delicta in socijs criminis. Vnde præfatam materiam integraliter complere. Oceanum in ampulla

vitrea esset includere. Euentus probauit in egregijs Iurisconsultis antiquioribus, vt *Iacobo de Arena, Montanar. Bertazol. & alijs*, qui pauca desuper euulgarunt folia. Nostra tempestate maximus scrutator *D. D. Alphonsus de Olea*, primo loco, sub hac inscriptione volumen edidit. Deinde plus duplo adauxit. Nouiter clarissimi Scribentes *Altograd. Montan. Staib. Card. de Luca, cum Rota Romana*, cum noua attulerint. Ego *Spicilegium* congeffi. Verum *D. Olea* vigintinouem sibi fieri oppositiones aduertit, & se tueretur demum, his verbis. *Quos libros nunquam habui, ideoque in meo tractatu relati non inueniuntur, præsertimque Card. de Luca, cuius doctissima opera post nostras editiones prodierunt. Et suas nititur assertiones tueri, & responsiones adducere, quas imprimèdas in hoc gemino meo Spicilegio curauit, vt veritas magis elucescat. Nil etenim impedit, quin publicæ theses oppugnari queant, præsertim quoties tot Recentiorum sunt, & non meæ impugnationes, & opiniones sunt, veluti horologia sonantia, quæ eodem instanti non in simul pulsant eadem horam, & in Supremis Senatibus à sententijs latis reclamari conceditur, & etiam datur potestas ijsdem Iudicibus infra certum tempus sententias meliorandi, Et *Rota Rom.* media quandoque ab antiqua recessit, & moderna à media. Hinc ansam non habuit de me conquærendi, dum Authores meos laudauit, & varietas opinionum Charitatem fouet, non animos reddit insensos. Et tria magis redolent aromata.*

P R O O E M I V M.

RESPONSI D. D. ALPHONSI DE OLEA.



SCRIPTORES Additionum ad libros aliorum Authorum in laudando suas opiniones, non verò in eas improbando laborant: alienus est hic stylus à *D. Carolo de Luca* in suo *Spicilegio*, qui studiosè ambit à me dissentire: & licèt ineptus, & vanus esset, qui existimaret, suas opiniones ab omnibus esse sequendas, nullus tamèn erit, cui non displiceat, se verbis acribus impugnari.

2 Id mihi accidit eum *Carolo de Luca*, cuius, & sui *Spicilegij* editi *Lugduni* anno 1684. nullam habui notitiam, nisi à mense Nouembris anni 1685. gaude rem equidèm non vidisse librum tantæ in me aduersitatis; sed suas obiectiones breuiter prosequar, non quia existimem dignas esse satisfactione, sed ne, qui non examinatis meis opinionibus, legerit suarum quæstionum Argumenta, & Summaria dubitet, an aliquo fundamento nitantur?

A

3 Sed



3 Sed prius notanda est huius libri speciosa inscriptio, nempe: *Spicilegium*. In cuius frontispicio gloriatur post desudatam à me messem de *Cessione Iurium*, & *actionum*, coaceruasse in area dilapsas spicas; sed ut impleret, quæ promittit, debuit, iuxta inconcussum Addentium stylum, adnotare ad quamlibet ex quæstionibus, & numeris nostris suas Additiones, ut cognosceretur, quænam essent spicæ à se collectæ. Ego additos inuenio *Altogradum*, *Montanum*, & *Staibanum*, & aliquas *Rota* decisiones (quos libros nunquam habui, ideò quibus in meo *tractatu* relati non inuenientur) præsertimq; *Cardinalem de Luca* (cuius doctissima opera post nostras editiones prodierunt) quem in omnibus ferè suis quæstionibus laudat: quorum Authorum occasione, quamuis nihil speciale adferant, & sat esset sua nomina addere, eorum dicta extendit, & *Rota* Decisiones, simulq; à me scripta adiungit, & sæpius non me referendo: quod non est spicas dilapsas post desudatam messem in area coaceruare, sed spicas messis nostræ cum methodo compositæ, sine methodo dispergere, vel ut ipse aptissimè loquitur, *coaceruare*. Sed veniamus ad obiectiones.

### O B I E C T I O I.

Extat in quæstione 2. in Argumento, ibi: *Reijciuntur Felicianus, D. Olea, & alij*, eadem verba repetit in Argumentis quæstionem 20. & 74. & in quæstione 49. in Summario num. 3. ibi: *Rejellitur D. Olea*.

**D**ixi *tit. 6. quæst. 10. num. 8. & tit. 6. quæst. 4. num. 9.* Cedentem nomen debitoris cum promissione euictionis de facto, teneri præstare debitorem idoneum, & soluendo esse. Quam verissimam sententiam conturbare intendit *Carolus de Luca* asserens, quod in promissione euictionis nominis cessi de facto non venit eius exigibilitas, constitnendo differentiam inter hæc promissionem, & promissionem, quod cessum nomen est bonum de facto: cum certissimum sit inter has

promissiones, quibus promiscuè vtuntur Interpretes, nullum esse discrimen, & in utroque casu cedentem teneri præstare nomen cessum idoneum, & exigibile esse, ut ipse probat *d. quæst. 2. nu. 6. ex Feliciano, Rodriguez, Auend. Guzman, Cencio, Duardo, Giurba, & Marinis*, quorum sententiam ipse sequitur *quæst. 100. nu. 28. ibi: Cum promissione perpetua exigibilitatis de iure, & de facto*. Et inferius referens verba Cardinalis de Luca, ibi: *Ri tunc ubi etiam cedens utramque exigibilitatem facti, & iuris promississet, ubi Cardinalis de Luca me plenè, & benè in illo puncto scripsisse asserit*.

5 Nec moueri debuit contra tot doctissimos viros, ut vnicè mouetur ex *Rosa cõsult. 7. a n. 16*, quem nouitè sequitur *Nicolaus Vincentius Scoppa in obseruatione ad decis. Gratian. obseru. 13. à nu. 72*. quia DD. ab eis relati, si attentè legantur, nec *Mangilius*, quem *Luca* refert, contrariū probant; & quamuis *Hodierna controu. cap. 27. n. 11*. in specie loquatur, tamen *num. 12*. ita scribit: *Et licet prædicta non careant difficultate, cum verius sit, ut promittens nomen debitoris verum, & exigibile, intelligatur, tam de iure, quam de facto, ita ut debitor cessus sit soluendo*.

6 Nec obstat vnicum eorum fundamentum, quod euictionis promissio de facto solum respicit rei ablationem in iudicio, ut ex varijs iuribus probat *Rosa*, quia id procedit in venditione rerum: at verò quando promissio euictionis de facto apponitur in nominis cessione, communis omnium DD. sententia est, intelligi promissam exigibilitatem, & debitorem cessum soluendo esse: ita intelligendi DD. quos refert *Rosa n. 55*, eo modo, ut quod adiungunt *soluendo esse* explicatiuè ad facti euictionem appositum sit; quemadmodum si exponendo euictionem de iure adijceretur, *verum esse debitorem*. Nec audiendus est *Luca*, dum asserit, in promissione euictionis nominis cessi de facto venire euictionem, quæ per imperitiã iudicis accidit, quod existimo neminem vsq; nunc dixisse: si enim id verum esset, fortiori ratione deberet agnoscere in hac promissione euictionis de facto præstari debere nominis cessi exigibilitatē.

O B I E -

## O B I E C T I O II.

Extat in quaestione 4. in Argumento, ibi: *Parum feliciter D. Olea*, & in Summario n. 4. ibi: *Notatur D. Olea*, & in quaestione num. 4. *Obscurè locutus est*, eadem verba *notatur Olea* repetit in Argumento quaest. 97.

**D**ixi in quaest. 3. nu. 36. tit. 7. quod cedēs, vel venditor census iam constituti, licet euicto iure ipso census de euictione teneatur, tamen aliud erit, si non ius census, sed eius hypothecae à creditoribus anterioribus euincantur, ex quo debitor non soluendo fiat: nam huius euictionis casum minimè praestabit, ni simul se creditorem census, & eius hypothecae idoneas esse promississet. Contrarium veriùs esse dicit *Carolus de Luca*, scilicet, cedentem de euictione teneri, si hypothecae census à creditoribus anterioribus euincantur.

8 Sed cessat iam *Luca* cum nobis dissentio, cum ipse sibi contrarius nostram opinionem amplectatur quaest. 14. nu. 9. ibi: *Fortius quia sumus in cessione nominis debitoris, in quibus terminis cedens tenetur prestare nomen dumtaxat verum, & si non euincitur nomen, vel ius redditus, sed hypothecae euincuntur, aut distrabuntur pro debitis anterioribus, & debitor non est soluendo, tunc venditor nominis non tenetur*, quod comprobatur ex *Mangilio* quaest. 80. nu. 13. quem ego pro mea opinione refero d. quaest. 3. nu. 36. qui num. 17. limitat non procedere, si venditor nominis, seu redditus, promittit hypothecae fore idoneas, quia tunc ex pacto tenebitur. Iuxta quae verba, siue *Carolus de Luca* nostram, vel suam opinionem sequi velit, in utroque casu manebit irretitus vinculo suae contrarietatis, & videre poterit an ego, vel ipse obscurè locutus sit.

9 Sed examinemus obiectionem, & an parum foeliciter allegauerim *Merlinum* decis. 639. quia hanc decisionem non retuli (vt ex contrario dicitur) quasi conueniat cum *Rodriguez*, & *Mangilio*, imò eam intellexi, vt cedens censum, euictis hypothecis, teneatur de euictione, quando censum idoneum, & exigibilem pro-

misit, secus verò quando simpliciter cessit, vt non absolute discederem à Rotae decisione.

10 Mouetur vnice, vt asserat, cessionarium census euictis hypothecis, posse agere de euictione contra cedentem, quia euictis hypothecis, vel iure dominij à veris dominis, vel per hypothecariam actionem à creditoribus anterioribus, nulla est census venditio, quia re vera non erat in rerum natura census cessus, & inexigibilitas potius dicitur de iure, quam de facto. Quia respondetur, aliud esse, quòd euictis hypothecis census, possit creditor censuarius, repetere à debitore census sortem principalem, aliud verò censum esse nullum: nam nullum non esse ex eo constat, quòd eius virtute potest cessionarius compellere debitorem, vt loco hypothecarum euictarum alias subroget veras, & idoneas, vt ex *Bonacina*, *Auendaño*, *Scaccia*, *Cencio*, & alijs probat *D. Vela* disert. 28. num. 29. tom. 2. & ferè per integram disertationem. Similiter, & debitor census cõuentus ad sortis restitutionem satisfacit, si paratus sit alias hypothecae prestare, vt ex *Cencio*, *Duardo*, *Follerio*, *Mangilio* probat *Tondutus* quaest. & resolut. ciuil. cap. 97. à nu. 10. vbi censum ex eo nullum non esse asserit, nisi debitor induxisset creditore ad census impositionem, sciens hypothecae alienas esse, vel alteri obligatas.

11 Nec obstat quod ex *Cardin. de Luca* asserit, euictis hypothecis, inexigibilitatem potius dici de iure, quam de facto, quasi tunc census non sit verus, nec re vera existens. Quia respondetur, cedentem censum iam constitutum dumtaxat cedere videri ius exigendi eius redditus, vt dixi tit. 6. quaest. 10. n. 8. ex *Rodriguez*, *Merlino*, & *Cencio*, quibus addo *Rosam* latè agentem consult. 7. nu. 72. & 73. cum seqq. quod ius certum, verum, & reale est, eum quo iure cessum etiam est ius compellendi debitorem census, euictis hypothecis, vt alias subroget, vel vt restituat sortem principalem cum redditibus decursis, vt ex *Vela*, *Tonduto*, cum multis ab eis relatis dixi nu. anteced.

12 Cum igitur hoc ius, quod in cessionarium census transit, certum, & reale sit,

A 3 dici

dici nō potest per euictionem hypothecarum definire esse verum ius cessum per creditorem censualem : ac proinde verius esse habendū , quasi aliud nomen debitoris cum pignoribus cessum fuisset, vt dixi in *d.tit.7. quæst.3. num.36.* quid quid dicat *Luca* cum *Merlino d. decis. 639. & Leotardus d. quæst.80. à num.35.* qui vt reprobet *Rodrig.* eo nititur fundamento, quòd cessio census iam constituti haberi non debet pro venditione, seū cessione nominis, sed rei, veluti domus, vel fundi, quod videtur rationis non esse.

- 13 Notanda tamen sunt verba *Caroli de Luca* in *d. summario num.5.* ibi: *Laudatur decis.580. penes D.Reg.Reuert. contra sensum D.Olea.* Cum ego non attingerim hanc decisionem, & in ea, nec *Reuert.* nec *Marinis* in obseruatione loquantur de euictione ratione euictarum hypothecarum; sed de longè diuerso casu, scilicet de prelatione cedentis, & cessionarij in nomine pro parte cesso. Sed quia *Carolus de Luca d. num.4. & quæst. 30 na.8.* obscure me loqui scribit, videat aliter sentientem *Aloysium Mansum consult. & rer. iudic. consult. 1. post finem,* ibi: *Doctōris Alphonsi de Olea tract. de cessiur. & act. non minus grauitate doctrina, quàm claritate celeberrimus.*

### O B I E C T I O III.

Extra in quæstione 15. *num.10.* ibi: *Profundius tamen edifferendum est super quæstione proposita, quæ est vna ex insolubilibus, & me iudice non videtur declarata ita penitus, nec per Andraolum, nec per Oleam.*

Cum de ea quæstione cum claritate per distinctos casus latè egerim *tit. 14 5. qu.3. à nu.11.* in quo loco non me refert, sed in *tit.6. qu.6. nu.9.* omisit etiam *Cardinalem de Luca* de dote *discurs.35,* per totum; cum vix sit quæstio, in qua eū non repetat.

### O B I E C T I O IV.

Extat in quæstione 18. in *summario num.3.* ibi: *Indistincta opinione Gallerati, Olea, & aliorum de cedente.*

Proponit quæstionem, an cedens nomen debitoris sui, possit post cessionem eum paciscendo gratuito libere, vel cum eo transigere in præiudiciū cessionarij? Quod dubium dixit in *collectanea n.9.* me attingisse, & in morem prætermisisse: & in hac *qu.18.* asserit *nu.3.* indistinctè me habuisse, & an verum sit? dignoscetur ex traditis à me *tit.8. qu.2. per totam,* cum potius ipse indistinctè loquatur, & confusè (vt assolet) & constat ex distinctione sua à *num.9. vers. distinctionem existimo adhibendam,* quam fateor me non percipere.

### O B I E C T I O V.

Extat in quæstione 20. in *Argumento,* ibi: *Reijcitur D.Olea.*

Vidi iterum, atque iterum relatā *Caroli de Luca* quæstionem, & nō percipio circa quod me reijciat, cum in *tit. 3. quæst.7. num.41. & 42.* vbi me refert, veriore sententiam esse dixi, quod si legentur puellæ centum si nupserit, & quinquaginta si Religionem ingrediat, centum consequi non posse, si ingressa sit Monasterium, sed dumtaxat quinquaginta, quamuis asseram multos DD. tenere debere consequi integræ centum, ita enim loquor: *Et quāuis verior sententia sit, mulieri nihil amplius deberi, quam quod pro matrimonio spirituali ei legatum fuit; tamen pro contraria sententia grauissimi adstant Doctores, quorū quinquaginta, & plus recenset Castillo.*

### O B I E C T I O VI.

Extat in quæst. 21. in *Argumento,* ibi: *D. Olea confutat D.Reg. de Marinis, an gratis, vel iure. Et in Summario n.8.* ibi: *An D.Olea gratis refellat D.Reg. de Marinis, idem repetit in quæst. nu.8.*

Sed speciali nota dignum est, quòd quia discefferim (quamuis modestè) à *Marinis,*

17 *rinis*, & à decisione, quam refert, quasi magnum errorem comissem, publicum facit in *Quaestione*, in *Sûmario*, & *Argumento*: videamus tamen quis errauerit.

18 Dixi *tit. 5. quest. 4. num. 28.* Tertio possessori hypothecaria actione conuen- to, etiam ex intervallo actiones ceden- das esse, quia soluere praesumitur, ut liberet hypothecam, non verò ut perso- nalem obligationem debitoris suppri- mat, ideòque post solutionem remanet creditori actio, quæ utiliter cedi possit, quod comprobo ex *l. si res obligata, 57. ff. de legatis 1. l. cum possessor, 5. ff. de cen- sibus, l. cum hic status, §. si maritus, 5. ff. de donationib. inter vir. & c.* licet enim, textus in *d. l. si res obligata* loquatur in legatario, cui res pignori data legata fuit, idem in quocumq; tertio iusto pos- sessore dicendum est, cum is soluendo creditori pignoratitio, pignoris liberan- di causa, non ut liberet debitorem, solu- isse dicatur.

19 Nec vlla potest assignari ratio, cur ces- sio limitanda sit ad personalem actionem, non verò ad hypothecariam? quæ licet extincta sit per solutionem, tamen utili- ter ceditur in id, quod per personalem actionem consequi non posset à debitore principali, vel ab hærede, veluti si debi- tor, vel hæres aliqua bona alienasset, contra quæ tertius possessor, vel legata- rius sine cessione hypothecariæ actionis non haberent recursum. Nec enim insolens est, ut actio, quæ penes cedentem extincta est, utiliter cedatur, ut dixi *tit. 5. quest. 4. à num. 8. vers. quod secus est, & tit. 5. quest. 12. num. 19. & quest. 13. num. 22. ex leg. cum is, in fine, ff. de fideiussor.* Et apud *Vlpianum in d. l. si res obligata*, frustra quaereretur de cessione actionis personalis, cum satis esset consultum le- gatario contra hæredem per actionem ex testamento, vel negotiorum gesto- rum actionem.

20 Eo fundamento nititur *Carolus de Luca*, ut probet, solam personalem actionem cedi posse tertio possessori post factam solutionem, & *num. 10.* ita scribit: *Illud verum est, quod per solutionem tertij possessoris, resoluta fuit hypotheca super re possessa, & id tradit Castrensis: neque*

*tertius possessor reponitur in locum dimissi creditoris, textus est expressus in l. Aristo, ff. qua res pignor. oblig. poss. ibi: Etiam si ita contractum sit, ut antecedens dimitte- retur, non aliter in ius pignoris succedat, nisi conuenerit, ut sibi eadem res obligata esset.* Sed patitur æquiocationem, dum allegat hunc textum quasi expressum, contra nostram opinionem: cum certis- simum sit, non loqui de tertio pignoris possessore, sed de emptore pignoris, vel mutuante ad eius liberationem, ut latè dixi circa intellectum *d. l. Aristo tit. 4. quest. 2. à num. 7. cum seq.* Similiter pati- tur æquiocationem, dum asserit, per so- lutionem factam per tertium possessore creditori pignoratitio, vel hypothecario extingui alias hypothecas, cum ut dixi, non eo animo soluuisse censeri, quam ut suam hypothecam liberet.

21 Post hæc iam scripta memini, me no- uiter egisse in *Additionibus ad dict. nu. 28. fol. 45.* de doctrina *Pauli de Castro*, & de opinione *Marinis*, quibus præcipuè respondeo *n. 14. & 15.* ex quibus agnos- cet *Carolus de Luca*, quod ipse à me gra- tis, ego verò iure à *Marinis* discesserim.

#### O B I E C T I O VII.

Extat in quaestione *n. 8.* ibi: *Quidquid subob- scure scribat Olea.* Eadem parum urbana formula, scilicet: *Quidquid dicat Olea,* utitur in *quest. 44. 53. 55. 84. & 100.* de quibus in suis locis agemus.

I N hac *quest. 30.* subobscurè me loqui scribit *tit. 3. quest. 3. à nu. 13.* cum ut vi- dere erit magna cum claritate, multis relatis, explicem articulum, quando, & ex quibus clausulis renunciatum videat- tur beneficium cedendarum? sequendo magis veram, & communem sententiam: & ex eo solum, quod à me discedat, se- quitur ex his, quos refero, contrariam, & minùs veram opinionem.

#### O B I E C T I O VIII.

Extat in quaestione *36. num. 3.* ibi: *Sicce, & obiter se habendo.*

Q Vid sibi velit *Luca* in hoc nouo dicte- rio? ego nò percipio: nam *tit. 5. quest.*

23 *II. num. 7.* dixi, Maritum, qui ignorans etiam per ignorantiam culpabilem nomen debitoris, qui non soluendo erat æstimatum, vel delegatum, in dotem accepit, uxori non teneri, sed retrocedendo ei nomen liberari: quod nõ siccé, & obiter, vt perperam asserit, sed *ex Tediato, Giurba, & Acoffa* comprobauit, qui latissimè multis relatis disputat quæstionem *d. regul. 2. ampliat. 6. à num. 49.* vsque ad 102. videndus à *n. 36. vbi n. 94. ad 97.* hanc sententiam verissimam esse asserit, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non esse: licet à *num. 50. ad 85.* de iure communi in nomine debitoris delegato in dotem, probare contendat, periculum ad maritum pertinere, siuè sciuerit, siuè ignorauerit debitorem soluendo non esse.

24 Quare iniusta est *Luca* detractio, quia quod inter parentem dixi, ibi: *Et si in delegatione aliud de iure communi videatur.* Non dubitando, vt asserit, ibi: *Sed rationabiliter dubitat:* sed referendo dictam *Acoffa* opinionem ad *num. 50. & 85.* non tamen eam sequendo, quia contrarium amplexus fui non solum *d. nu. 7.* sed etiam *tit. 7. quæst. 3. num. 9.* contra *Fabrum, & Schifordegerum,* & ipse *Acoffa* tenet, tam de iure communi, quam *Regio*, iuxta *l. 15. tit. 11. part. 3.* quæ desumpta fuit *ex d. l. si extraneos, ff. de iur. dot.* & sequitur me relato in vtraque quæstione *D. Hieronym. Bor gia inuestig. iur. ciuil. contra Fabrum, lib. 12. cap. 8. nu. 7.*

#### O B I E C T I O IX.

Extat in quæstione 44. in Summario num. 8. ibi: *Recensentur dissidentes, & refelluntur,* & in quæstione num. 9. ibi: *Quidquid sentiat Olea.*

**I**N hac quæstione repetit eandem à me latè disputatam *tit. 4. quæst. 4. per tot.*  
25 An creditor tam personali, quam hypothecarius, possit conuenire debitorem debitoris sui absque cessione? quam ad partes persecutus sui, multis *DD. & iurib.* relatis, quæ est vna ex difficilioribus nostri tractatus. Reassumit eam *Carolus de Luca,* solum quòd de ea egerit *Mon-*

*tanus,* referendo per extensum casum cuiusdam decisionis, quod vt iam supra ante *num. 1.* notauit, frequentissimum ei est, & inutile, vt in hac quæstione accidit, cum nihil præter à me dicta adferat, nisi *Montani* controuersiam, & dictam decisionem, & aliquos ex antiquioribus, quos referunt *DD.* à me laudati; Et verius esse asserit (*quidquid ego sentiam*) creditorem hypothecarium recta via sine cessione posse conuenire debitorem debitoris sui utili personali actione; quod ex varijs iuribus comprobo à *num. 32.* & magis communem sententiam, & ab omnibus ferè sine dubio receptam esse assero: licet in praxi nunquam viderim admisam ex fundamentis à me traditis, quibus *Luca* non satisfacit; & debuit excusare rem actam agere, & assuetam sibi formulam, *quidquid dicat Olea.*

#### O B I E C T I O X.

Extat in quæstione 49. in Summario num. 3: ibi: *Refellitur D. Olea volens, venire ius Patronatus cum vniuersitate bonorum,* & in quæstione num. 3. ibi: *Vnde nõ videtur subsistere assertio Olea.*

**S**ED hæc obiectio indigna est respõsione, cum indubitati iuris sit, jus Patronatus cum vniuersitate bonorum transire, vt ex varijs iuribus, & Interpretum placitis cõprobauit *tit. 3. quæst. 8. n. 25.* & me relato *D. Gonzalez in comment. ad decret. in cap. ex litteris, de iure Patronat.*

#### O B I E C T I O XI.

Extat in quæstione 53. num. 11. in fine, ibi: *Quidquid, cum nunnulis velit Olea.*

**C**onfusa sunt verba *Caroli de Luca* à *d. num. 11. vers. Ego conciliandas,* vbi 27 transcribit ad litteram *Paulum de Castro,* & quatenus cum eo asserit, cessione facta ad commodum cessionarij, debitorem cessum non liberari soluendo cedenti, quomodocumq; habeat scientiam cessionis, etiamsi non sit per aliquem ex tribus modis contentis in *l. 3. C. de nouation.* Ego idem expressè contra *Anton. Fabr.*

*Fabr. & Schifordeger.* ex multis probatur. *tit. 8. quest. 2. num. 35.* & loquor quando actio directa remansit utilis, & efficax penes cedentem.

28 Difficultas mihi prouenit ex consequentia, quam ex hoc *Luca* deducit, ibi: *Vnde debitor impedit cedentem opponendo exceptionem cessionis alteri facta, & docet Bartol. l. facta, §. si haeres, num. 3. ff. ad Trebell. Et ita resoluendum existimo, quidquid cum nonnullis velit Olea.* Nam, aut *Luca* loquitur de cedente, qui extra iudicium petit à debitore, quòd ei soluat, & tunc certum est, solutionem excusare posse, & debere qualitercumq; sciat cessionem factam esse ad commodum cessionarij, & in hoc casu minus benè asserit me contrarium sensisse. Aut loquitur de cedente ad commodum cessionarij, & ipse cedens post cessionem in iudicio agit contra debitorem, vt sibi soluat, de quò non egit *Paulus de Castro*, sed de debitore spontè solvente, quia nullius actus iudicialis facit mentionem: & in eo casu, in quo *Lucam* loqui certius est, maximè cum in eo *Montanum* sequendo, loquatur in *quest. 24. num. 6.* ad quam se refert, certissimum est, suæ opinioni aduersari communem, & receptam sententiam, quam, reiecta contraria, sequutus fui in *d. quest. 2. num. 30.* scilicet, quòd cessionem facta ad commodum cessionarij, quando directa actio remansit efficax apud cedentem, posse agere, & conuenire debitorem cessionis, & ei non obstare exceptionem factam cessionis, nisi eius scientiam habuisset, per alterum ex tribus modis, de quibus in *d. l. 3. à qua sententia dixi*, me non audere recedere, quamuis non sine difficultate esse videatur ex eo, quòd admititur cedentem à debitore cesso inuito in iudicio exigere posse, cum ipse ei extra iudicium soluendo nõ liberetur. Cui difficultati occurritur, si dicas, aliud esse quòd debitor spontè soluat: aliud verò sit in iudicio conuentus soluisset, vt expressè hanc distinctionem sequitur idem *Paulus de Castro in l. fin. ff. de transact. num. 3. vers. Aut loquimur, & quòd sunt ipsa veritas*, sequitur *Paulo de Castro* relato *Alex. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de solutionib. resol. 14. num. 5. in fin. ibi: In se-*

*cundo casu, quando debitor cessionem sciebat alio modo, quàm ex adnotatis in d. l. 3. Paulus de Castro in d. l. fin. ff. de transact. declarat non procedere, quando cedens licetem monit, nam tunc soluendo debitor excusatur, & ego hanc declarationem puto veram, vt supra etiam dixi, Guzman. de euis. quest. 35. num. 135. vers. concurrendum, & num. 137. vers. In secundo casu.*

29 Resoluunt etenim, & rectè DD. à me relati, quòd quando apud cedentem remanet actio directa efficax, nulla est differentia quòd ad agendi potestatem inter cessionem factam ad commodum cedentis, vel cessionarij; aliàs enim non differret cessio facta ad commodum cessionarij, quando efficax apud cedentem remansit actio directa, à casu in quo apud eum remansit inutilis, & inefficax, quo casu debitor repellit cedentem opposita ei exceptione factæ cessionis, vt ex multis probaui *d. quest. 2. à num. 27.*

## O B I E C T I O XII.

Extat in questione 55. in Summario nu. 4. ibi: *Cessionem in solidum fieri posse per creditorem, Author sentit contra Oleam.* Et in quest. num. 4. ibi: *Quidquid tamen existimet Olea.*

**A** sserit, me esse singularem, & non habuisse notitiam illius questionis, an confideiussor, vel correus solidum soluentes creditori, possint in solidum agere absque detractioe suæ ratæ aduersus alios confideiussores, vel correos.

31 Hæc est vna ex iniustioribus suarum obiectionum: quia si *Carolus de Luca* intendit, verius esse confideiussorem, vel correum solidum soluentem posse solidum exigere absque suæ ratæ detractioe ab alijs confideiussoribus, vel correis, loquitur contra omnium Interpretum sententiam, vt constat ex DD. à me relatis *tit. 5. quest. 5. à num. 6.* Nec ignorare potuit, contrariam opinionem sequutos fuisse nonnullos, quos ipse *Luca* refert, cum eorum meminerint *Cencius de censibus quest. 71. à num. 2. & Amato resol. 37. à num. 42.* quos retuli *d. quest. 5. num. 6.* Et

ne-

neceſſe non habui mentionem facere opinionis ab omnibus reprobatae, & me nouitèr ſequitur *D. Hieron. Borg. inueſt. iur. ciuil. ad Fabr. lib. II. cap. 14.* (Opus in Theorica, & practica perdoctum) vbi quæ *Luca* circa hoc ſcripſit in *obſeruat. ad deciſ. 55. Franch.* aſcrit, ita loqui, vt quid ſibi velit non facile poſſit intelligi, quod rectius diceret, ſi vidifſet hanc *Luca* quæſtionem inuolutam obſcuritate, quam reaſſumpſit, vt alias ferè omnes, à *Cardin. de Luca*, quem refert.

## O B I E C T I O XIII.

Extat in quæſtione 57. nu. 9. ibi: *Quidquid velit Olea.*

**I**N hac quæſtione confuſè loquitur *Carolus de Luca* per totam, & in eius *Ar- 32* gumento; cum quando de prælatione inter cedentem, & ceſſionarium agitur, non pertineat difficultas ad regulam *leg. qui prior eſt tempore*, ſed ſolum quando controuerſia vertitur inter duos ceſſionarios. Et nec rectè perlegit *Ponte deciſ. 34. num. 29.* nam licèt à principio probare intendat, inter duos ceſſionarios præferendū, qui priùs habuit ceſſionem, tamen *d. n. 29.* magis admittere videtur eorū pro rata concursū. Et quidquid *Luca* velit defendere *deciſ. 580. Reuerterij, & Marinis in obſeruat. ad eam*, ſine dubio eſt non eſſe admittendam: immò ipſe ab ea, & à *Marinis* recedit, dum in hac quæſtione, & in *quæſt. 4. num. 5. & 6.* vt probet eam contrariam non eſſe alijs *Rota* deciſionibus, aſcrit, ſpeciali ratione niti, ſcilicèt, quòd fundus ſuper quo census impoſitus fuerat, non erat capax, quæ euafio omninò diuinatoria eſt, vt colligitur ex verbis dictæ deciſionis, & *Marinis* ad eam, in qua nulla mentio fit fundi, vel alterius hypothecæ, ſuper qua census fuit impoſitus: quare iure optimo ab hac deciſione reſeſſi *tit. 6. quæſt. 8. num. 24.* vbi per totam cum claritate explicauit concursum, & prælationem cedentis cum ceſſionario, & duorum, qui diuerſis temporibus obtinuerunt ceſſionem.

## O B I E C T I O XIV.

Extat in quæſtione 58. in Summario nu. 5. ibi: *Difficultatem hanc omiſſam compendio per Oleam ni fallor.*

**A**Sſerit *Carolus de Luca* me eam difficultatem omiſſiſſe, an remedium *leg. 33 2. C. de reſcind. vendit.* habeat locum in ceſſione nominis debitoris, ſi ſoluendo non ſit? de quo dubio dixi *tit. 8. quæſt. 1. à num. 23.* læſionis remedium enormis, vel enormiſſimæ in ceſſione iurium locū habere, & recurrendum eſſe ad titulum ex quo ceſſio fit, ita vt ſi ceſſio fiat ex cauſa venditionis, vel alterius cōtractus, tunc ceſſio impugnari poſſit ex læſione, quæ in venditione, vel in alijs contractibus locum habet, vt me relato ſequitur *Luca d. quæſt. 58. à nu. 3.* Frequentiſſimæ enim ſunt in foro lites, in quibus qui ceſſerunt nomina debitorum ſuorum, ceſſiones à ſe factas nullas, vel reſcindendas eſſe cōtendūt prætextu enormiſſimæ, vel enormis læſionis: quod reſpectu cedentis rectè procedit, non verò reſpectu ceſſionarij, vt minus benè aſcrit *Luca, & Roſa*, quia ceſſionarius, cui nomen fuit venditum, ſeū ceſſum, ſi uè debitor ſibi ceſſus verus debitor non ſit, ſi uè non ſit ſoluendo tempore ceſſionis, per actionem ex empto de euicitione, vel per doli actionem reſreſſū habebit contra cedentem, *l. ſi plus, 74. in princ. & in ſ. fin. ff. de euic. & latè dixi tit. 7. quæſt. 3. à num. 5.* Non verò per remedium *d. l.* cuius alternatiua petitio quoad pretij ſupplementum verificari non poteſt in ceſſionario, ſicut in cedente: in omni enim caſu, in quo ceſſionario datur actio contra cedentem, de euicitione agere debet, *d. quæſt. 3. à num. 5. & tit. 5. quæſt. 13. n. 23. & in fin. eius*, non verò per remedium *d. l. 2.* quæ ſi conſiderauiſſet *Luca*, nec ſequutus fuiſſet *Roſam, & Montanum*, nec me notaret omiſſionis.

## O B I E C T I O XV.

Extat in quæſtione 74. in Argumento, ibi: *Reijciuntur Olea, & alijs: & in Summario num. 9. ibi: Reijciuntur Olea, & alijs.*

**I**Ntegram hanc quæſtionem deduxit à *Cardin. de Luca de dote diſcuſſ. 71. per 34 tot.*



34 tot. vt alias ferè omnes, aut saltèm eius occasione, vt supra dixi, & supponit n.9. me tit.5. quest. 12. à num.21. dixisse, Maritum, qui nomina debitorũ, qui ex causa necessaria debebant, non exegit, de leui culpa non teneri: quod re vera non dixi: Cum notissimum sit, maritum in rebus dotalibus leuem culpam præstare, l. etiam 18. S. 1. l. si filio, 26. S. 1. l. penult. & ult. ff. solut. matrim. l. contractus, 23. ff. de reg. iur. latè Barbof. in l. si mora, ff. solut. matrim. à n. 35. Bossius à me relatus, cap. 19. a nu. 58. Matienz reper. in d. l. contractus, à n. 225. nouitèr, & latè multis relatis D. Franc. de Lareategui de præstat. culp. in contract. sect. 17. à nu. 1. Burgundus de periculo, & culpis in contr. cap. 10. per totum.

35 Si enim leuem culpam mariti in exigendis nominibus non admitterem, non dixissem n. 32. ibi: *Nec qualibet leuis culpa sufficit*; Sed simpliciter dicerem, nec leuis culpa sufficit: & leuem culpam maritum præstare debere, me apertè sensisse probant verba illa nu. 22. ibi: *Existimarè tamen non quamcumque negligentiam, sed eam, qua lata culpa proxima sit, marito nocere*. Culpa enim, quæ latæ culpæ proxima est, culpa lata dici non potest, & necessariò culpa leuis esse debet, de qua maritum teneri in relatis verbis expressè agnosco, & relati à me quanam culpa imputanda sit marito? iudicis arbitrio relinquunt.

36 Mea igitur opinio est (si nõ cauilletur) quòd vt maritus teneatur de leui culpa in non exigendis nominibus, maiorem negligentiam, quàm in alijs rebus dotalibus desiderari, vt demonstrat exemplũ deductum de tutore, qui debita pupillaria non exegit, in quorum exactione latam culpam præstat, cum in alijs bonis pupilli de leui tantum teneatur, vt ytrũque probat Gratianus, & Scobar, cū alijs à me relatis d. nu. 22. Et in hunc sensum me intelligit D. Hieron. Borgia inuest. iur. in Ant. Fabr. lib. 12. cap. 8. num. 7. ibi: *Ideòque facillimè concedunt periculum nominis sibi in dotem dati præstare eum non debere, ut pluribus etiam aduersus Fabrum expensis adnotauit Olea saepe citatus tit. 5. quest. 12. num. 7. quo in loco nõ*

*omnem negligentiam, sed quandam exorbitantem, & supinam marito imputandam probat, multaque alia ad rem pertinentia iuculentissimè exponit.*

O B I E C T I O XVI.

Extat in quæst. 77. in Argum. ibi: *An subsistat opinio Oleæ*. Et in quæst. nu. 9. ibi: *Vnde suspectam habeo conclusionem Oleæ.*

**D**ixi tit. 4. quest. 7. nu. 26. ex Monter. à Cueua, & alijs: vendito, & alienato 37 censu emphyteutico, non videri cessum ius declarandæ caducitatis incurfè; aliud tamen esse, si bona emphyteutica venderentur, nam eo casu, cessum censebitur ius declarandæ caducitatis, quia in necessariam consequentiam videtur cessum. Quam opinionem, quòd eam partem, quod bonis emphyteuticis venditis censeatur cessum ius caducitatis incurfè, suspectam esse dicit Carolus de Luca. Sed mirandum est cum neminem referat in contrarium, & quòd suspectam dicat meam opinionem, quam ipse sibi contrarius ex professo laudauerat quest. 46. nu. 6. ibi: *Vnde Monter. dec. 35. nu. 12. firmat, alienato censu emphyteutico simpliciter, vel cum omni iure quomolibet competentis in emphyteusi sub hac generalitate, nec censebitur cessum ius declarandæ caducitatis: nisi etiam alienauerit bona emphyteutica.*

O B I E C T I O XVII.

Extat in quæstione 82. in Summario num. 3. ibi: *Thoro per Oleam haud rectè recensetur*. Et in num. 11. ibi: *D. Reg. Marcianus an iure improbetur per Oleam.*

**I**N tit. 3. quest. 2. nu. 42. retuli Torum 3. tom. comp. decis. dumtaxat ad probandũ 38 posse debitorem census ius eum lucendi, seu redimendi alteri cedere, quod multis relatis comprobatur ful. mihi 147. vnde nescio quo animo potuit dicere Carolus de Luca, quòd accuratè legens Thorum reperijt, nihil tradidisse de hac quæstione; cū etiam Thoro tractet quæ-

tionem. de qua principaliter agit in hac qu. 82. & de ea, licet non me referat, egerim tit. 4. qu. 1. à nu. 30. vbi an minor, vel Ecclesia possint sine solemnitatibus imponere censum ad alterius census redemptionem? & quid de maioratus possessore?

39 In eadem quaestione num. 10. me impugnat, quia contra opinionem *Marciani disput. 75. per tot. dixi tit. 3. quest. 2. nu. 44.* inualidum esse pactum adiectum in fundatione census, quod eius debitor, seu venditor teneatur alicui tertio cedere ius luendi, seu redimendi censum ad requisitionem; & voluntatem creditoris censuarij. & verius asserit validum esse hoc pactum. Sed licet *Marcianus* doctè, & cù claritate scripserit pro validitate huius pacti, & etiam referat decisum, eo non appposito, cogi posse census debitorem, vt ad voluntatem creditoris censualis cedat tertio hoc ius luendi: non tamen expresso disputat, an rectè id procedat; tam respectu debitoris census, quam creditorum, qui ante census impositionem sub generali, vel post census impositionem sub speciali hypotheca habebant censum obligatum per eius Dominum.

40 Et quidquid circa hoc de consuetudine Regni Neapolis obseruetur: tamen apud Nos dubia videtur hæc resolutio, tam respectu ipsius debitoris census, & accidentalium contractus, quam creditorum Domini census: nam licet per hoc pactum non impediatur debitori census eius redemptio, vt rectè probat *Marcianus*; tamen est inusitatum, & grauosum debitori, cum cogi possit etiam inuitus ad cedendum ius redimendi fouendo fraudem creditoris, ac proinde reiiciendum, ad latè tradita per *Duardum de censibus, §. 6. quest. 15. per totam.* Et quia facultas redimendi debet pendere à mera, & libera voluntate, & arbitrio debitoris census, non verò à voluntate, & arbitrio creditoris censuarij, vt probat *Cencius de censib. quest. 59. num. 17.* Si enim adstringeretur census venditor ad cessionem iuris redimendi ad libitum creditoris, magis ab eo penderet census redemptio, seu translatio, quam à debitore.

41 Respectu verò creditorum, dixi d. qu. 2. n. 44. inualidum esse hoc pactum, cum

principaliter teneat in eorum fraudem, & in extinctionem suarum hypothecarum: nam licet redempto censu per debitorem, vel alium eius cessionarium resoluantur hypothecæ, quibus census subiacet, de quo conquæri non possunt creditores, cù ex contractu antecedenti, absque aliquo actu sui debitoris simul, & creditoris censualis, hypothecæ suæ resoluantur: at verò in casu huius pacti à mera debitoris voluntate hypothecarum extinctio penderet, cum à principio hoc pactum ad sui fauorem apposuisset, & ex voluntate eius pendeat, an eo vti velit necne? quare nocere non debet creditoribus, cum debitores in eorum præiudicium nihil facere possint, l. debitorè. Cod. de pignorib. l. debitorem, Cod. de pact. exornauit tit. 2. quest. 3. à nu. 1. quod sine dubio procedere videtur respectu creditorum anteriorum, qui ante census constitutionem debitoris sui bona generaliter habebant obligata, in qua generali obligatione census nouitèr adquisitus comprehenditur, *D. Larrea alleg. 22. nu. 9.*

42 Idem procedere certum est respectu creditorum, qui post census fundationem contraxerunt, quia redempto censu virtute huius pacti, non potest dici resolutus ex necessitate, & natura contractus, vel pacti, quod ei conueniat, sed ex actu voluntario creditoris, seu Domini census, quo casu hypothecæ non resoluntur, plenissimè *Acosta de priuileg. credit. regul. 1. per totam, & per omnes eius ampliationes*, in quibus per varios casus id exemplificat, *Noguerol, & D. Larrea* proximè referendi, *Merlin. de pignor. lib. 5. quest. 14. per totam.* Ex quo enim dominus census eum hypothecæ subiecit, huic pacto renunciaffe censetur, & sibi ademisse ius eo vtendi: quia in hypotheca, & obligatione continentur iura, & iurium appellatione venit ea facultas, quæ habet quis faciendi, aut disponendi *Merlin. d. q. 14. n. 15. & lib. 2. qu. 29. num. 4.* vbi quod iura competentia debitori veniunt sub hypotheca, & singularitèr faciunt, quæ dixi tit. 3. quest. 6. à n. 18. vbi quod in iuribus facultatiuis competentibus debitoribus potest in subsidium fieri executio ad instantiam creditorum,

PRO

pro intellectu difficilis textus in leg. pro  
*herede, S. & quid sit tantum, ff. de acquiren-*  
*da hereditate.*

43 Et quamvis in nostra Hispania circa  
 reditus Regios *Vulgò Iuros*, admissum  
 sit, quòd per eorum dominos, si non ani-  
 mo fraudandi suos creditores eos tran-  
 sferant per viam nouæ venditionis, vul-  
 gò *ventas nueuas* in emptores ab omni  
 onere, & hypotheca liberos: tamen id nõ  
 sine magna controuersia est, ex latè tra-  
 ditis post *Graziam à Nogueros allegat.*  
*14. art. 2. per totam, & allegat. 29. nu. 149.*  
*D. Larrea alleg. 22. per totam, D. Vela di-*  
*sert. 38. à. nu. 82.* qui difficultatibus op-  
 pressi, pro iustificatione huius praxis re-  
 currunt ad eius cõsuetudinem; sed *Aco-*  
*sta* relatis *Nogueros*, & *D. Larrea*, ner-  
 uosè defendit *d. regul. r. in prefat. à. num.*  
*18.* hypothecas, & onera transire cum  
 nouo redditu Regio in nouum eius em-  
 ptorem, & respondet sigillatim omnibus  
 contrarijs fundamentis, & expendit pro  
 sua opinione *Nogueros d. allegat. 29. nu.*  
*150. & Garziam de hypotheca post con-*  
*tract. à nu. 21. post tractat. de expensis.*

44 Sed admittenda, de qua nos alibi, senten-  
 tia *D. Larrea* iuxta consuetudinem cõ-  
 filij Regalis Patrimonij, non obstaret no-  
 stræ opinioni: cum pactum iuris luendi  
 censum adiectum in fauorem domini  
 census in Hispania inusitatum sit, & ni-  
 fallor, in alijs Prouincijs, præterquam in  
 Regno Neapolis, ità intelligendi *Capy-*  
*cius Latro*, & alij, quos refert *Marcia-*  
*nus*, vt probari potest ex varijs pactis,  
 quæ enumerat *Duard. d. §. 6. quest. 15.*  
*per totam*, inter quæ huius pacti non me-  
 minit. Et quia in hoc pacto deficiunt  
 omnes circumstantiæ, ex quibus prædi-  
 cta praxis iustificatur, quas recensent *D.*  
*Larrea, & Nogueros*: ex quibus existimo  
 prædictum pactum nullum, & iniustum  
 esse, & proindè reiiciendum, & hypo-  
 thecam census medio tempore contrac-  
 tam per creditorem census, & anterior-  
 res hypothecas liberas, & illæsas mane-  
 re: aliàs enim facilè esset debitori, credi-  
 torique census supponere personam, in  
 quam censum transferret, & eo modo  
 fraudare suos creditores, in quo dici non  
 potest, quòd suo iure vtatur, cum debi-

tores nihil agere possint in præiudicium  
 hypothecarum suorum creditorum, vt  
 probat *Acosta in d. prefat. à. nu. 18.* om-  
 ninò videndus, *Merlinus de pignor. lib. 4.*  
*quest. 108. & 109.*

O B I E C T I O XVIII.

Extat in quæstione 84. nu. 14. ibi: *Quidquid*  
*cum Gutierrez dicat Olea.*

**D**ixi *tit. 7. quest. 5. à. num. 9.* ex cessione  
 census iam constituti, si pro fundo,  
 45 vel domo tradatur, duplicem gabellam  
 deberi: at *Luca* contrà me tenet vnicam  
 tantum deberi cum *Feliciano de censi-*  
*bus*, quem non rectè refert, *lib. 2. c. 6. n. 9.*  
 quo loci ego retuli *dict. quest. 5. num. 10.*  
 qui neminem recenset pro sua opinione.  
 Sed nostra sententia, quòd duplex gabel-  
 la debeatur, verissima proculdubio est,  
 quam ex *Molina Theolog. & Lassarte,*  
 & *ex leg. 2. tit. 17. lib. 9. Recopil.* compro-  
 bat *Gutierrez de gabellis, lib. 7. quest. 54.*  
*num. 9.* Et fulciter ea ratione, quia exces-  
 sione, & venditione census iam constituti  
 gabellam deberi certissimum est, vt dixi  
*ad n. 9.* igitur si pro alia re gabellæ obno-  
 xia cedatur, duplex gabella debetur,  
*Curia Pbilipica tom. 2. lib. 1. cap. 14. n. 43.*

O B I E C T I O XIX.

Extat in quæstione 87. in Argumentum, ibi:  
*Ponderatur diffidium inter DD. Pratu,*  
*Rocum, & Oleam, & inter An-*  
*draolum.*

**M**ouet *Carolus de Luca* quæstionem  
 num. 4. quam dicit esse solemnem,  
 46 an tutor, vel curator soluens ex suis pe-  
 cunijs debita minoris, possit accipere  
 cessionem contra minorem à suis credi-  
 toribus, etiãsi creditum, quod exoluit,  
 esset clarum, & indubitatum? in quo  
 dubio affirmatiuæ suæ sententiæ *tit. 2.*  
*quest. 6. à num. 1. & 13.* Et post primam  
 editionem inneni contrariam amplexam  
 fuisse in *decif. Senensi 51.* quæ cum alijs  
 quinquaginta addita fuit post Venetia-  
 nam, & Lugdunensem impressionem,  
 quam sequitur *Luca*, sed nihil adferens

nouigatis, præter dicta in relata decisione, & *Andreolum controuers.* 419. sed meas liber ad eam non ascendit, nisi ad 383. Omittit tamèn respondere legalibus fundamentis adductis per me in satisfactionem dictæ decisionis ex simili, quòd pœnæ cedentium actiones litigiosas, vel cedentium in potentiores, cessât, quando actiones sunt indubitatae, quemadmodum pœnæ accipientium cessiones pro minori pretio cessant, quando indubitatae sunt actiones, vt latè dixi *tit. 6. quest. 10. à nu. 53.* & me relato *Vrceolus consult. Forens. cap. 51. per totum, vbi nu. 5.* discedit à dicta Senensi decisione; & quòd quemadmodum tutor potest soluere ex suis pecunijs debitum minoris, ita & poterit cessionem obtinere eù eadem militet fraudis occasio in solutione, quàm in cessione, vt rectè considerat, & decisum refert *Ioan. Dexart. à me relatus, quibus omittit respondere effugiendo difficultatem, quamuis pro mea opinione referat Pratum in Add. ad Paschal. part. 1. cap. 4. num. 13. & Roccum resp. 63. tom. 2. quibus nunc addo Cardin. de Luca de tutoribus, & cur. discurs. 12. per totum, & me relato de alienat. & contrah. prohibis. disc. 11. num. 19.*

## O B I E C T I O XX.

Extat in quæstione 95. in Summario num. 5. ibi: *Resoluitur contra Oleam, & in quæstione num. 7. At mendosa est impressio.*

**D**ixi *tit. 1. quest. 1. num. 16.* debitorem, qui formauit concursum creditorum, 47 vel cessit bonis, non posse pœnitere postquam creditores acceptauerunt cõcursum, vel cessionem; quæ propositio cum sit indubitabilis, & in praxi sine controuersia recepta, non alia ratione impugnatur, quàm quòd *Luca* placeat, circa quod nulla est *D. Salgado* cum me dissentio, vt non rectè asseritur in Argumento huius quæstionis, cum expressè eam sequatur *in labyrinth. credit. 3. part. cap. fin. per totum, vbi respondet Argumentis, quæ in contrarium ponderant alij, & Luca.*

48 Et in *num. 7.* asserit, mendosam esse meam impressionem in eo, quòd dixi *d. quest. 1. num. 47.* debitorem soluentem hæredi putatiuo non liberari, ex *l. si quid possessor, S. fin. ff. de petit. hered. Cyriaco lib. 1. controuers. 168. num. 37. & 38. & lib. 2. controu. 236. num. 24. & 25.* Existimauit enim, debitorem soluentem hæredi putatiuo liberari, quod repugnat expressè *d. S. fin. &* suam sinistram intelligentiam vitio impressionis, scù potius errori meo, tacitè attribuit, ibi: *At mendosa est impressio.*

49 In *num. 8.* dictæ quæstionis mouet dubium, de quo ego *d. quest. 1. num. 76.* An contra Clericum possidentem bona alienari prohibita cum pacto de nō alienando, possit fieri executio coràm Iudice sæculari? de quo retuli duas contrarias sententias, asserit *Carolus de Luca,* rem profundius esse examinandam, sed: quid, rogo, commune habet hoc dubium, cum quæstione, quam disputat? cum ego non extrà rem de eo egerim.

## O B I E C T I O XXI.

Extat in quæstione 97. in Argumento, ibi: *Notatur Olea.* Et in quæstione num. 2. ibi: *Obicem habet resolutio Olea.*

**E**X eo notor à *Carolo de Luca,* quia dixi *tit. 3. quest. 10. à num. 1.* ius præsens 50 ex causa de futuro cedi posse. Sed mirandum est, quòd hæc propositio improbetur; cum sit indubitabilis, & communiter sine contradictore recepta, quod latè exornauit *d. quest. 10. à num. 6.* Mouetur, vt in hanc nouitatem incidat, ex eo, quòd ius adeundi hæreditatem cedi non potest, vt fusè probaui *tit. 2. quest. 3. num. 9.* sed hoc motiuum fragilissimum est, cum inconsequens sit hæc illatio, ius adeundi hæreditatem cedi non potest, ergò nullum ius delatum, ad cuius acquisitionem acceptatio requiritur, cedi poterit. Cum certi iuris sit, ea cessibilia esse, nisi ex his iuribus sint, quæ quia personæ coherent, quamuis iam acquisita, cedi non possunt, de quibus egimus *tit. 2. per tot.* exemplum est in hæreditate delata, quam hæres cedere potest, cum ex cess-

cessione aditio eius inducatur, ut ipse *Luca* probat, & ego *d. quasi. 3. à num. 38.* idemq; procedit in iure declarandæ caducitatis, & in iure reuocandi donationem propter ingratitudinem, quæ cedi possunt, ut dixi *tit. 4. quasi. 7. num. 15. & 26.* vbi assignaui rationem, cur hæc iura cedi possint? cum ad hæredes non transmittantur, quæ congruit omnibus iuribus, quæ ad eorum acquisitionem requirunt acceptationem.

51 Sed quæret aliquis differentiarum rationem, quare ius adeundi hæreditatem cedi non possit, cum hæreditas rectè cedatur? respondeo, quòd aut ius adeundi ceditur ad commodum hæredis, & tunc cū nulla utilitas sit cessionarij, rectè dicitur, cedi non posse, quia non est cessio, sed simplex mandatum procuratorium ad adeundam hæreditatem, ad quem effectum utilitatis causa in praxi receptum est, ut procurator specialis constitui possit, *D. Pichard. in lect. Salmatic. ad tit. de acquir. hered. cap. 27. per tot. D. Io. Hieronym. Franco de protest. confid. 90. per totam, D. Emmanuele Valeron. relato Vrceolus de transact. quasi. 72. à n. 27. Galinus de procurat. part. 2. cap. 5. num. 180. D. Vola post tom. 2. disertat. in cap. fin. de procurat. in 6. 2. part. num. 15.* Aut ceditur ius adeundi cum iuribus, & bonis hæreditarijs, & rectè etiam dicitur cedi non posse, cum per cessionem hæreditatis adita iam dicatur, & ius formale adeundi extinctum sit, quare frustra repeteretur per cessionarium; ità intelligendi sunt DD. à me relati *tit. 2. quasi. 3. n. 9. & in Miscell. tit. 3. num. 15.* quamuis non ità explicet, ex quibus constat, quòd iniuste notor à *Carolo de Luca.*

## O B I E C T I O XXII.

Extat in quæstione 100. & finali num. 14. ibi: *Indistinctè autem Olea tit. 7. quasi. 4. num. 21. distinguit.*

**D**istinctiones à me traditæ *d. tit. 7. qu. 4. à num. 20.* in ea ardua quæstione, an cessionarius teneatur defendere cedentem in causa reconventionis? cum pertineant ad aliquorum iurium difficilium

interpretationem, in quibus *Luca* non immoratur, quia extra notitiam suam est eorum intellectus: ideò visum fuit ei me indistinctè distinguere; aliud placuit *D. Hieronymo de Borgia inuestig. iur. ciu. ad Anton. Fabr. lib. II. cap. 10. num. fin. in Summario, ibi: Adeundus Olea, qui bene distinguit.* Et in fine cap. ibi: *Omnium tamen melius, & magis ad rem Olea rem omnem explicasse videtur, dum tres firmavit conclusiones, ex quibus, quid in hac materia dicendum sit? plenè docet, & quid à Fabro, ceterisque Neotericis seligendum? quidque in foro admittendum, aut reijciendum? disertè exponit.*

## O B I E C T I O XXIII.

Extat in eadem quæstione 100. num. 26. ibi: *Quidquid dicat Olea.*

**I**N resolutione huius dubij, an ius, seu facultas nominandi cappellanum cedi possit? *Luca*, nisi fallor, confundit terminos, quia non perlegit nostram distinctionem traditam *tit. 3. quasi. 1. à nu. 32.* inter facultatem nominandi, vel eligendi, quæ ad proprium commodum, & proprio iure competit, & eam, quam quis ad alienum commodum, non proprio iure, sed ex speciali commissione competit, de qua vltime *d. quasi. 2. à nu. 29.* vbi *Luca* me refert, & impugnat: & verissimè resoluo, ius nominandi, vel eligendi ad maioratum, vel cappellaniam cedi non posse, eum ex alieno iure, & commissione dependeat, & electa censeatur industria personæ, ex quo infero *nu. 50.* executorem testamenti cedere non posse officium suum alteri, quamuis *Luca* me malè referat in contrarium.

54 Sed ut mihi aduersetur, utitur simili deducto à Patrono, cui ius competit nominandi cappellanum, quem asserit posse, si ius Patronatus sit hæreditarium, & Cappellania Ecclesiastica cum consensu Episcopi cedere, seu transferre ius præsentandi: sin verò Cappellania sit merè secularis, id propria autoritate efficere posse, quamuis in comprobationem neminem referat. Sed respondetur id procedere in Patrono, qui est Dominus iuris

ris Patronatus, qui sicut potest cum consensu Episcopi donare laico ius Patronatus, ut dixi *tit. 2. quest. 5. n. 3.* ita similiter poterit cum eodem consensu transferre in alium absolute, & omnimodo donationis titulo ius presentandi, retento sibi iure Patronatus quoad alia iura, & effectus, ut in specie probat *Pat. Sanchez consil. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 69. num. 4. & dub. 76. nu. 6. Seraph. decis. 456. num. 4.* Ita etiam qui proprio iure habet facultatem ad eligendum, vel nominandum ad Cappellaniam secularem, seu piam dispositionem cum onere Missarum, poterit propria autoritate eam alteri committere; intelligas tamen si Cappellania in utroque casu vacans esset, secus si vacatura: aliud esset si facultas nominandi, vel eligendi non proprio iure, sed ex aliena dispositione, & commissione penderet, quia talis commissarius cedere non posset alteri eligendi, vel nominandi facultatem, iuxta nostram distinctionem.

55 Extrà rem penitus est, quod adnectit ex Nicolao Delphino, & ex iuribus, quae ipse refert, an facultas presentandi, & conferendi beneficia delegabilis sit? cuius rei examen altiore cognitionem requirebat, si còduceret ad propositum, cum pertineat ad intellectum *textus in cap. constitutus, 11. de concess. preb. cap. vn. de offic. vitar. lib. 6.* de quorum interpretatione, & aliorum iurium late agunt *D. Gonzalez in d. cap. constitutus, & D. Michael de Morz ad lib. 6. decret. in d. cap. vnic. & in cap. deliberatione, 4. S. prohibemus, num. 20. de offic. legat. in 6. omnino videndi.* Longè minus ad rem pertinet, quod ex *cap. causam, 8. de election.* intendit probare, ius eligendi Episcopum, vel Abbatem còpetens Canonicis, vel Monachis cedi posse; cum ex hoc textu nihil aliud proberetur, quàm quòd electio Abbatissae potest compromitti per Moniales in Episcopum, de quo textu, & de forma electionis Canonicae per compromissum, late, & optimè agit *D. Gonzalez in d. cap. causam, 8. de elect. August. Barbosa in collect. ad cap. quia propter, 42. de elect. per textum ibi: Aliquibus viris idoneis committatur.* Et de iure *uniuers. Ecclesiast. cap. 1. à num. 94.* vbi refert, Sum-

mos Pontifices electos per compromissum, *Castellin. de elect. Canonic. cap. 4. à num. 32.* nouitè Passerinus *de elect. Canonic. cap. 22. per totum.*

## O B I E C T I O XXIV.

Extat in collectanea num. 9. ibi: *Olea tit. 8. quest. 2. tangit articulum num. 25. & deinde immemor pratermittit.*

**I**N Argumento relatæ *questionit 2. tit. 8.* propono quæstionem, an cedens post 56 cessionem possit pacisci, transigere, confiteri, vel quid aliud facere in præiudicium cessionarij? & per integram quæstionem id disputo, tam quando cessione fuit facta ad commodum cedentis à *num. 5.* quàm cessionarij à *nu. 25.* ad intellectionem *leg. 3. C. de nouationib.* quare Irrationabiliter ita fatur *Olea tit. 8. quest. 2. tangit articulum num. 25. & deinde immemor pratermittit.* Notandum tamen est, quòd immemorem me dicit prætermisisse, quòd suprà *quest. 18. num. 3.* in summario asserit, me sine distinctione tractauisse, ibi: *Indistincta opinio Gallerrati, Olea, & aliorum de cedente, vbi videre poteris.*

## O B I E C T I O XXV.

Extat in dicta collectanea num. 10. ibi: *Quæ omnia omisit considerare Olea.*

**E**Gi *tit. 3. quest. 7. per totam,* an mulier cedere possit ius sibi còpetens repetendi dotem soluto matrimonio, vel eo constante ob vergentiam viri ad inopiã? & cū penderet resolutio quæstionis circa cessionem repetendæ dotis ob vergentiã viri ad inopiam, ex intellectu *legis si constante, ff. sol. matrim. & l. 29. tit. 11. part. 3.* tractaui, quæ conducebant ad principalis quæstionis explicationem: nec necesse habui cumulare omnia, quæ disputantur circa dictæ legis *si constante* materiam, quam latissimè pertractant innumeri, quos refero, & quòd asseritur me omisisse considerare, scilicet, an creditoribus mariti ius sit petendi, ut bona mulieri assignata, si eorum pretium ex-

excedat dotis valorem, distrahantur, vt ex superfluo eis satisfiat: latè agunt *Merlinus de pignoribus, quæst. 73. Ponte conf. 125, tom. 2. num. 2. Mar nis lib. 1. var. resol. cap. 25. & ad Reuert. decis. 29. num. 2. & ad decis. 180. quos retuli. Omisi etiam considerare, quando affectatio importet veram dotis restitutionem, quia apud Nos non procedit, retuli tamen *Amat. resol. 83 per totam, latè agentem. Hæc cum disputent DD. à nobis laudati, & necessaria non sint ad nostræ principalis quæstionis resolutionem, immeritò mihi obijcitur, quòd ea omisi considerare.**

## O B I E C T I O XXVI.

Extat in collectanea num. 21. & 22. ibi: *Et contra opinionem Olea ego scripsi.*

**I**nculcat dubium à me propositum *tit. 4. qu. 3. num. 1. an creditor, cuius debitor rem minori pretio distraxit, possit vti remedio leg. 2. C. de rescind. vend. sine eius cessione? & verius esse asserit (vt in obseruat. ad Franch. 224. num. 3. contra me scripsit) sine cessione agere posse: cū contraria opinio, quam sequitur, magis cōmunis, & verissima sit, vt etiam ostendimus nouitèr in *Additionib. ad tit. 4. qu. 3. fol. 71.**

59 Sed aduerto, né quis decipiatur ex traditis per *Carolus de Luca d. num. 22. ibi: Si debitor rem pignoratam vendidit, & enormitèr fuit læsus, adhuc eius creditores agent ad supplementum, & beneficium dicto leg. 2. vti possunt. Supponit igitur, validam esse pignoris venditionem factam per debitorem in præiudicium suorum creditorum, qui pignus habebant obligatum, contra expressa iura, in leg. distractis, 14. Authent. hoc ita, leg. debitorem. 15. Cod. de pignoribus. & hypoth. Idcoque remedium dict. leg. 2. frustra eis concedit, cum pignoratitiam actionem exercere possint cōtra pignoris emptorem, iuxtà dicta iura, latè *Merlinus de pignoribus lib. 4. qu. 108. & 109. Arias de Mesa var. lib. 1. cap. 4. num. 12. Adeoquè inhibetur debitori detriorem facere creditoris conditionem**

quòd ad ius pignoris, vt sententia lata super eius dominio cum debitore, creditori ignaro non præiudicet, vt latè probaui *tit. 1. qu. 1. a num. 31. & nouitèr in Additionib. ad dict. qu. 1. nu. 18.*

## O B I E C T I O XXVII.

Extat in eadem collectanea num. 13.

**H**oc in loco reassumit illud dubium, de quo ego *dict. tit. 4. qu. 3. à num. 6. 60 an secundus creditor possit vti remedio d. leg. 2. aduersus emptorem pignoris, qui illud minori pretio emit à primo creditore, qui vendidit iure creditoris, & an ipsi debitori hoc remedio succurratur? Eius fuit sententiæ, quòd nec secundus creditor, nec ipse debitor possint agere contra emptorem, qui sine fraude emit, remedio dict. leg. 2. nisi cessas habeant actiones à creditore vendente: secus verò si læsio enormissima interuenerit. Cui sententiæ se opponit *Luca, prout etiam eam acriter impugnavit D. Salgado 4. part. labyrinth. cred. cap. 1. §. 2. per totum, sed eam verissimam esse latè, & rectè probaui nouitèr in dict. Addit. ad tit. 4. qu. 3. per totam, vbi respondeo fundamentis D. Salgado.**

## O B I E C T I O XXVIII.

Extat in collectanea num. 36. ibi: *Tamen ego contra Oleam sentio.*

**I**nutilitèr proponit *Carolus de Luca, 61 dubium à me fati disputatum, an cōtra donatarium, vel emptorem, quibus eo pacto fuit donatum, vel venditum, vt aliquam quantitatem soluerent creditoribus donantis, vel vendentis, possint creditores sine cessione aduersus eos agere? Et licet contra me sentiat ex DD. quos refero; tamèn mea sententia sine dubio verissima est, quam quia nonnulli, & D. Salgado impugnaverunt ex ea dumtaxat ratione, quòd circuitus inutiles sunt vitandi: ego nouitèr in meis *Additionibus ad tit. 4. qu. 3. num. 28. fol. 82. & ad tit. 5. qu. 14. post num. 44. per totam fol. 184. Quod verissimè resoluen-**

dum



dum sit? explicavi, & in sequenti responsione ad tres obiectiones *D. Emmanuelis de Vedoia*, vbi disputavi, an mulier, vel eius hæredes absque vlla cessione agere possint pro dotis repetitione, à marito non exactæ? de quo dubio agit etiam *Carolus de Luca*, quæst. 17. per totam.

## O B I E C T I O XXIX.

Extat in collectanea num. 72. quæ est vltima ex suis omnibus obiectionibus, ita scribit: *Varius tamen videtur idem Olea.*

**D**ixi tit. 5. quæst. 4. à num. 45. Corream, vel confideiussorem, qui solidum soluit, non obtenta cessione, habere indebiti conditionem aduersus creditorem, qui suo facto, vel culpa cedere non potest actionem contra alterum correum, vel confideiussorem: quam sententiam contra opinionem *Antonij Fabri*, ex varijs iuribus comprobavi, inter quæ, ex leg. si quis, 39. ff. de condict. indeb. quæ fortiter pro nostra sententia vrget, quam me relato sequitur *D. Hieron. de Borgia in vestig. civil. contra Fabr. lib. 11. cap. 20. per totum.*

63 **A**Equum enim est, vt correo, vel confideiussori ignorantia alterius liberationem, per indebiti conditionem subueniatur: aliud tamen esset, si sciens soluisset, quia tunc indebiti conditionem non haberet, cum videatur eam remisisse ad sextum in leg. 1. in fin. ff. de condict. indeb. leg. quod quis, 50. ff. eod. leg. cuius per errorem, 53. ff. de regul. iur. leg. indebitum, Cod. de condict. indeb. leg. si quis delegauerit, 12. ff. de nouat. Et cum eadem distinctione loquor tit. 5. quæst. 7. num. 16. & 27. in vno ex tutoribus, vel curatoribus, qui si ignorans, minorem alium tutorem, vel curatorem liberasse, soluit, conditionem indebiti habere, expressè dixi d. num. 26. secus verò si sciens alterius liberationem soluisset, quia tunc non haberet indebiti conditionem, d. nu. 27. ibi: *Tamen in hoc casu conditio cessauit, quia cum tutor sciens se, hac exceptione tutum esse soluerit, condicere non potest.* Vnde excludi-

tur varietas, quæ mihi iniuste imponitur, cum in vna, & altera quæstione uniformem, & veram sequar opinionem.

64 **C**ollectaneæ, & *Spicilegio* finem imponit, his verbis: *Plura ex his, quæ scripsit, mutuatus fui à I. C. D. Iosepho Materna amico meo, Sed forsàn ideò dixit sibi associasse Maternam, ne relatæ obiectiones ipsi soli adscriberentur.*

65 **M**anent igitur repulsæ omnes *Caroli de Luca* obiectiones; sed qualis qualis mihi gaudij est, quòd non habuerit quid opponat, nisi has velleitates. Cuius manifestæ oppositionis duplex causa posse esse videtur. Vna quasi visum sit, ei nomen, & famam captaturum, si se obstentaret acerrimum mei contradictorem: sed prauiderere debuit, ne vnde famam quærir, paret sibi apud modestos, & doctos viros aduersam opinionem. Altera quasi inuidus vniformis approbationis, cum qua receptus est tractatus noster, & vt inuideret magis, in animo habui referre ei verba viginti, & nouem Scriptorum ex Regnicolis, & Exteris (pro totidem suis 29. impugnationibus) qui de eo, & de me honorificam faciunt mentionem, sed desisto à proposito, quia indignum me agnosco suæ gratitudinis, ne tamen de hoc dubitet, indicabo saltem nomina eorum, quos nunc quasi coactus recensco.

1 *D. Ioannes Hieronymus Iranzo I. C. Valentinus in Praxi protestationum in editione anni 1667. cap. 17. num. 1. & cap. 26. num. 10. & cap. 62. num. 1.*

2 *D. Ferdinandus de Escanno I. C. Hispanus in Propugnaculo Hierosolymitano, discept. 9. cap. 6. num. 5.*

3 *D. Ioseph Maldonado, & Pardo I. C. Hispan. in Additionibus ad D. Molinam de primog. lib. 3. cap. 10. num. 45.*

4 *D. Didacus Balmaseda I. C. Hispan. de Collectis quæst. 20. num. 1.*

5 *D. Mathias Laguez I. C. Hispan. de fructibus part. 1. cap. 25. num. 62. & cap. 35. num. 60. §. 3. num. 4. cap. 30.*

6 *D. Emmanuel Alvarez Pegas I. C. Lusitanus resolut. forens. cap. 17. num. 10. & cap. 4. num. 104. & 110. & de Ordinat. Portug. lib. 1. tit. 2. Pragm. 12. nu. 33. & 47.*

7 *D. Dominicus Antunez Portugal I. C. Lusit.*

- Lusitanus de donationibus Regij part.2. lib.1.cap.13.num.52. & 3.part.cap.22.nu.34. & cap.23.num.60. & cap.38.num.38. & 73.*
- 8 *D. Ignatius Pereira de Sousa I. C. Lusitanus de reuisionib. cap.19.nu.5.*
- 9 *D. Antonius de Sousa I. C. Lusitanus, decis.8.num.11. & decis.9.nu.15.*
- 10 *D. Petrus Franciscus de Tonduti I. C. Auenionensis de pensionib. cap.21.n.18. & num.46. & 47.*
- 11 *D. Philippus Camarata, & Poyo I. C. Panormitanus resp.39.nu.37. & num.38.*
- 12 *D. Ioannes Dominicus Fantinus I. C. Venetianus, qui addidit post tractatum meum 51. decisiones in Dedicatoria Libri, in editione Venetiana, & Genuensi.*
- 13 *D. Aloysius Mansius I. C. Lucensis consult. & rer. iudicat. consult. 1. post finem, & consult. 19. nu. 7.*
- 14 *D. Nicolaus Vincentius Scoppa I. C. Neapolitanus obseruat. ad decis. Gratian. obseruat. 215. nu. 8. & fin.*
- 15 *D. Hieronymus Borgia I. C. Neapolit. inuestig. iur. in coniectur. Ant. Fabr. lib. 12. cap. 2. nu. 5. & cap. 10. in fin. & cap. 8. num. 7.*
- 16 *D. Franciscus de Larreategui, & Colton I. C. Hispanus de prestatione culpa in contractib. sect. 12. num. 11. & sect. 15. nu. 1. & sect. 17. nu. 1. & 6. & sect. 18. nu. 9.*
- 17 *D. Ioannes Ferdinandus de Henestrofa I. C. Astigitanus de impens. in res dotal. fact. sect. 2. num. 12.*
- 18 *D. Didacus Antonius Faxardo I. C. Matritensi alleg. Fisc. alleg. 29. nu. 133. & alleg. 8. nu. 65. & alleg. 16. nu. 15. & alleg. 31. nu. 30.*
- 19 *D. Nicolaus Antonius in Bibliotheca script. Hisp. litt. A. fol. 31. & in Additionib. qua sunt post diuersos omnes Indices. litt. A. fol. 655.*
- 20 *D. Didacus Bolero, & Caxal I. C. Matritensis de decoct. debitorum Fisc. tit. 1. quest. 8. num. 16. & tit. 6. qu. 4. num. 16. & tit. 5. quest. 8. num. 2. & num. 16. & quest. 12. num. 10.*
- 21 *D. D. Hieronymus de Oroz I. C. Burgnetensis in Regno Nauariae de Apicibus iur. ciuil. lib. 1. cap. 8. num. 1.*
- 22 *D. D. Laurentius Mattheu I. C. Valentinus de re criminali controuers. 40. num. 112. & 138.*
- 23 *D. D. Nicolaus Rodriguez Fermosinus I. C. Hispanus allegat. Fisc. de confiscatione bonorum, allegat. 14. nu. 1.*
- 24 *D. D. Emmanuel Gonzalez Tellez I. C. Hispanus in comentarijs ad decret. in cap. 1. de transact. num. 11. in fin.*
- 25 *D. D. Iosephus Fernandez de Retes I. C. Hontiueriensis opusculor. lib. 7. cap. 5. num. 29. lom. 2. & de interdictis, & releg. lib. 3. excurs. 6. nu. 83. & 578. in editione anni 1660. & de donationib. cap. 5. nu. 12. fol. 66,*
- 26 *D. D. Franciscus Salgado de Somoza I. C. Hispanus in labyrintho creditor. part. 4. cap. 1. num. 12. vers. Acoftam, & dict. cap. 1. §. 1. num. 2. & cap. 12. num. 30.*
- 27 *D. Cardinalis D. Ioannes Baptista de Luca I. C. Venusinus supra relatus qu. 2. num. 1.*
- 28 *D. D. Christophorus Crespi de Valdaura I. C. Valentinus obseruat. illust. decis. obseruat. 117. num. 69. in secunda editione anni 1667.*
- 29 *D. D. Franciscus Ramos de Mançano I. C. Hispanus ad leg. Iuliam, & Papiam lib. 1. cap. 8. num. 1. in fin. & lib. 2. cap. 9. num. 7. & cap. 24. nu. 9.*



# PRÆLOQUIUM. RESPONSI D. D. ALPHONSI DE OLEA,

Aduersus tres Impugnationes D. Emmanuelis de Vedoia  
in Speculo Iuris.



Vamuis antequàm præcedentes Additiones prælo darentur, peruenisset ad me liber, cuius inscriptio est, *Speculum iuris, Auctore D. Emmanuele de Vedoia*. non curavi de eius prælectione, cum tantùm contineret specialem allegationem super tenuta magni Ducatus Cardonæ. Sed post typis datas has additiones, & postquàm multi earum libri in publicum prodierunt, inueni in *lib. 1. disc. 2. num. 46. à vers. inuenio*, impugnatas duas meas assertiones, quasi duabus legibus contrarias, de quibus *tit. 4. quest. 8. à num. 35*, alia etiam in fronte grauis impugnatio subnectitur *lib. 3. disc. 5. num. 48*. Sed ne videatur me sibi vilis tanti ponderis obiectionibus acquiescisse, inexcusabile duxi superaddere hanc satisfactionem: idque maximè quod à me expressis verbis petitur *dict. num. 46. à vers. ex insta verò*.

## ARGUMENTVM.

An per *text. l. ex morte, §. hoc tamen, vers. similique modo, C. de pact. conuent.* definitum sit, mulierem, vel eius hæredes absque vlla cessione agere posse pro dotis repetitione à marito non exactæ.

## IMPUGNATIO I.

Ista impugnatio versatur circa illam cōtrouersiam, an mulier soluto matrimonio per mortem mariti, possit sine hæredum eius cessione agere aduersus debitores dotis à marito non exactæ, vel è cōuerso hæredes mulieris possint agere sinè mariti cessione? Et in eo dubio *D. Emmanuel de Vedoia* eius sententiæ est, in neutro casu cessionem esse necessariam, iuxtà *textū*, quem gloriatur præter omnes inuenisse in *l. ex morto, §. hoc ta-*

*men, vers. similique modo, C. de pact. conuent.* in illis verbis: *Siuè pater pro filia, siuè mater, siuè ipsa pro se sui iuris videlicet constituta, siuè quilibet alius pro ea uxorè ducturo dotè dederit, seù promiserit, quoniam, & alio pro eo offerente dotem, ipsa eam pro se videtur offerre, quod adeò verū est, ut & ipsa ab alio pro se oblatam dotè in lucrū suum reposcat.* In qua lege principalitèr agitur de pactis inter coniuges, de lucro dotis, & donationis ante nuptias, quam approbat *Iustinianus in leg. ult. §. simplices etiam, vers. sin autem*, ibi: *Ità tamen est Leoniana Constitutio (que super exequatione pactiorum loquitur non in quantitate, sed in partibus) maneat in his casibus intacta, vbi Accursius, & Gothofredus, Cod. de donationibus ante nuptias, quam Leonis Constitutionem, in dict. l. ex morte, rectè explicat Franc. Raguellus ad 50. Constitutiones Iustini in dict. leg. ult.*

3 Quæ opinio si ex hoc *textu* probaretur, iusta ratione oblique obiugaret tot DD. à me relatos à *dict. n. 35*. eorum aliquos, quod non viderint hunc *textum* suam sententiam expressè comprobantem, alteros verò quod responderint contra expressam eius decisionem.

4 Sed quorsum hæc singularitas? cum hic *textus* nulli ex his opinionibus fauea, nec aduersetur, quia ex eo tantùm probatur, mulierem dotem quomolibet, vel à quolibet, vel à se promissam in lucrum suum reposcere posse, hoc est, repetere, & exigere, nulla facta mentione, an cessione indigeat, vel non? quare hic *textus* nihil continet specialitatis, sed id idem, quod multos post annos placuit etiam *Iustiniano in leg. fin. C. de iure dotium, l. unica. per tot. & in §. videamus, & in §. accedit, C. de rei uxoria act.* quibus con-

consonat *lex. 30. tit. 11. part. 4.* non enim in eo agitur de actione, quæ mulieri cōpetit aduersus promissorem dotis per maritum constante matrimonio nō exacta, sed de actione, quæ ei datur contra hæredes mariti, vt ab eis dotem reposcat.

5 Quare dicendum est, in hoc textu idem statui, quod in *d. l. fin. C. de iur. dot.* iuxta notata per *Cuiacium in Cod. ad eam legem*, *Raguellus ad 50. Constitutiones Iustiniani in ipsa leg. fin.* intelligit etiam hæc iura, & similia, *Odofredus de dotis restitutione, num. 58. in tract. diuers. de dote, ibi: Si autem extraneus de suo proprio dotem dando, nullo modo per se stipulatus, aut pactus; & tunc ipsa mulier videtur tacite stipulata; & ipsi soli competit actio, ut dict. §. accedit, de rei uxoria actione, & leg. ex morte in fin. Cod. de pact. conuent. & leg. fin. Cod. de iure dot.*

6 Et cum notissima sit *dict. lex ex morte, vers. similique modo*, quam refert *glos. verbo Fecerit in d. §. accedit*, cuius decisio, & *dict. leg. fin.* cū etiam notissima sit, si in eis decideretur, mulierem, vel eius hæredes absque vlla cessione repetere posse dotem marito promissam, & ab eo constante matrimonio non exactam, in contrariam sententiam vti veriore tot viri docti non conuenissent, quibus addo *Donadeum de renunciatione cap. 28. à num. 160. Pat. Bos. de dote cap. 9. à num. 47. videndus Fachineus controu. lib. 8. cap. 73. per tot.* qui pro vt in presenti, & in *dict. quest. 8. nu. 38.* respondet ad dictam legem vnicam, *§. videamus, & §. accedit*, & cū hic *paragraphus* sit vnicum motiuū huius cōtrouersie, quis credet neminem vidisse eius glossam in *d. verb. Fecerit?*

7 Apud nos tamen nunquam vidi, nec audiui mulierem, vel eius hæredes soluto matrimonio in scio marito, vel hæredibus eius in scijs, egisse contra promissorem dotis non solutæ, nec pro nominibus debitorum in dotem datis ante diuisionem bonorum, & factam adiudicationem pro iuribus dotalibus, quæ adiudicatio in iudicio familiaræ ercisc. cessionis vim habet, vt ex *Giurba, & Maranta dixi tit. 4. quest. 8. num. 28.* Nec enim cessio instrumentalis, & expressa necessaria est, sed sufficiet tacita resultans ex

quolibet facto, vel scientia mariti ad tradita per me *tit. 1. quest. 3. à num. 15. & in Additionibus ad tit. 4. quest. 11. num. 42.* & nostra opinio adeo vera est, vt *Guid. Pap. decis. 375.* qui fuit antesignanus contrariæ, consulat mulieribus, vt ab hæredibus mariti petant cessionem.

## A R G V M E N T V M.

Maritus, vel eius hæredes conuenti iudicio, seu actione de dote, an possint eius exactorem impedire opposita retentione, vel compensatione? ad intellectum *l. unica, §. taceat. vers. sed nec ob impensas, C. de rei uxoria act. l. fin. tit. 11. part. 4.*

## I M P V G N A T I O I I.

HÆc secunda Impugnatio contra me vnicè dirigitur, dum *d. quest. 8. n. 40.*

8 in comprobationem eius sententiæ, quòd mulier, vel eius hæredes cessione indigeant ad dotis exactorem, dixi, quòd aliàs præiudicium fieret marito, aut eius hæredibus, qui possent habere iustam causam dotis retinendæ. Reprobat hæc rationem *Vedoia d. disc. 2. n. 46. in vers. dicit*, ex eo quòd marito, aut eius hæredibus nulla potest iusta causa competere ad dotis retentionem, cū *Iustinianus in l. unica, §. taceat, C. de rei uxoria act.* omne genus retentionis in dotiū restitutione subitulerit, nullo alio fundamento, aut auctoritate nixus, præterquam in *d. §. taceat.*

9 Sed hæc propositio absolutè denegās marito, & eius hæredibus rerum dotalium retentionem, aliena est à iuris ratione, nec probatur ex *Iustiniani Constitutione in d. l. unica, §. taceat*: iminò ex eo in *vers. Sed nec ob impensas*, constat, posse maritum, vel eius hæredes aliquam iustam causam habere dotis retinendæ, scilicet, ob impensas necessarias in res dotalis factas. Et vt id demonstrarem, sciendū est, quid circa hoc statutum fuerit iure *Digestorum?* quod necessariæ cognitionis est, cum id ipsum de iure Codicis, & apud nos de iure partitarum procedat.

10 *Digestorem*, seu Iurisconsultorum tempore, si rei uxoriæ actione (non verò si actione ex stipulatu) ageretur ad dotis repetitionem, impensæ necessariæ factæ à marito in rebus dotalibus ipso iure

minuebant dotem, l. 1. §. in necessarijs, ff. de impensis in res dot. fact. l. illud, 5. §. & si conuenerit, ff. de pact. dot. l. dote, 61. ff. de ritu nuptiar. l. 1. §. impensa, 4. l. cum quis uxori, 2. l. dote, 5. ff. de dote preleg. ideòq; maritus retinere poterat bona dotalia, donec sibi soluerentur, l. si is qui stichum, 56. §. quod dicitur, ibi: Sed nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur, ff. de iure dot. leg. quod dicitur, 5. ibi: Manebit igitur maritus in rerum detentatione, donec ei satisfaciatur, ff. de impensis in reb. dot. fact. de quorum legum intellectu, & cõcordia latè agunt ex practicis, quamuis leuiter Giurba ad consuetud. Messan. cap. 15. glos. 9. à num. 3. Niger. de exceptionib. contra sent. cap. 8. §. 19. à n. 9. & per tot. plura tradit de impensis in res dotales factis, latè, & benè post Barb. & alios Pat. B. f. de dote, cap. 1. num. 45. à vers. primum argumentum, & num. sequentib. ex Theoricis post Anton. Fabr. & alios D. Pichardus in §. fuerat antea, 29. à n. 86. in ff. de act. D. Ioannes de Henestrosa in erudita disert. Academica de impensis in reb. dot. fact. sect. 2. per tot. & in §. unico, in quibus locis merito laudat D. Emmanuelem Roman Valeron de his iuribus agentem in suis animaduersionibus, D. Nicolaus de Castro Exercit. Salmant. ad l. 2. C. de fundo dot. num. 13. ubi alios refert, ex Theoricis latè, & doctè D. Hieronymus Borgia inuestig. iur. in coniect. Anton. Fabr. lib. 1. cap. 2. per tot.

11 Iure etiam Cod. retentio marito concessa fuit ob impensas necessarias, d. leg. unica, §. taceat, vers. sed nec ob impensas, ibi: Cum enim necessariae quidem impense dotis minuant quantitatem, eo enim ipso, quòd Iustinianus approbavit ius antiquum quòd ad dotis diminutionem, uoluit intactum manere quòd ad retentionem, iuxta dict. legem si is, qui stichum, 56. §. quod dicitur, d. l. quod dicitur, 5. Et ità communiter intelligitur hic textus, & allegatur ad probandum, marito dari retentionem ob impensas necessarias, D. Nicolaus de Castro in d. l. 2. num. 12. Franciscus Ferrer. soluto matrim. temp. 3. declarat. 4. num. 66. Anton. Gomez, Barbosa, Hermosilla, Pichardus proximè referendi. Et Iustinianum nihil noni induxisse

circà necessarias impensas, probat D. Ioan. de Henestrosa d. §. unico, à num. 16. Cuiacius in d. l. unica, §. taceat, vers. Et hoc genus retentionis ob impensas necessarias non est sublatum à Iustiniano. Raguellus in d. l. unica, §. taceat, vers. quinta fuit, ex Donello Bocerus disput. iur. clas. 2. disp. 18. n. 68. tom. 1. Ant. Fabr. lib. 1. coniect. cap. 2. vers. Neq; enim uoluit Iustinianus. Sed quid in hac re immoramur; Cū idem Iustinianus hoc ipsum doceat in §. item si de dote, 37. vers. Propter retentionem, inst. de actionib. Nec credendum est, cum ad cõdotibus indulgisse, ut tolleret retentionem pro impensis necessarijs, Ant. Fabr. de errorib. Pragm. decad. 82. error. 4. in principio, ibi: Nisi quod puduit eum tollere retentionem ob impensas necessarias, quippè quæ minuant ipso iure dotem, ut eadè lex ait.

12 Ex quibus constat de iure Cod. & per Iustiniani Constitutionem in d. §. taceat, vers. sed nec ob impensas, concessam fuisse marito ob impensas necessarias dotalium rerum retentionem. Cuius rei non leue argumentum defumitur, ex eo, quòd Iustinianus pro utilibus impensis concessit marito negotiorum gestorum, vel mandati actionem, nulla ei data pro necessarijs, quasi satis, & satius consultum ei fuisset per retentionem: qua consideratione forsan oppressus Donellus lib. 14. comment. cap. 8. ut denegaret marito retentionem pro impensis necessarijs, asseruit Iustinianum, tam pro eis, quàm pro utilibus concessisse negotiorum gestorum, vel mandati actiones, quòd expressè aduersatur litteræ huius textus, quem ità intelligunt, & ex eo probant, marito dari retentionem pro impensis necessarijs, præter D. Nicolaum de Castro, & Francisc. Ferrer. supra laudatos, Anton. Gomez in l. 50. Tauri, nu. 51. Hermosilla in l. 9. glos. 3. & 4. num. 76. tit. 2. part. 5. D. Pichard. in d. §. fuerat antea, 29. num. 86. August. Barbof. in Cod. ad dict. l. unicam, §. taceat, num. 26.

23 De iure nostro Partitarum quid obseruetur? statuitur in leg. fin. tit. 11. part. 4. per hæc uerba. Mejorando el marido la cosa, que le diò su muger en dote, non siendo apreciada, assi como si resciciese, ò la acreciciese, porque fuesse mejor, è rendicessè mas: si las

si las despenfas, que en ella metiere fueren à tales, que se mejora la dote por ellas, puedelas contar, è auerlas: ex quibus verbis (quæ necessarias, & vtilis impensas comprehendunt) retentionem denegari marito, ob impensas necessarias, & ràm pro eis, quàm pro vtilibus negotiorum gestorum actionem, si ignorante vxore, sint factæ; si verò de eius voluntate, mandati actionem concedi, probant *10: Garcia de expensis cap. 13. num. 49. & 57. Didacus Spino in specul. testament. gl. 11. à nu. 83.* Sed hic intellectus diuinatorius est, cum in *leg.* nulla de exclusionem retentionis mentio fiat, nec de actionibus, quibus maritus experiri debeat; & vt in hanc opinionem descendant vnice moueri potuerunt, *ex d. vers. Sed nec ob impensas*, quasi idem in eo statutum sit, vt existimauit *Donellus* supra relatus, & impugnatus.

14 Vnde cum certius sit in *d. vers. Sed nec ob impensas*, non denegari, sed concedi marito retentionem, & dicta lex finalis desumpta sit ex eo, similiter in ea concessa intelligitur retentio, cū leges partitarum, nisi id exprimant, nō corrigant ius commune, sed ex eo interpretentur, amplientur, & restringantur, vt ex *Gregorio Lopez, Burgos de Paz, Couarruu. D. Castillo lib. 5. contr. c. 89. nu. 229. D. Salgado in labyrinth. credit. 4. par. cap. 1. §. 2. n. 14. circa fin.* Quare rectius intelligunt, & referunt hanc legem ad probandum, marito concedi retentionem pro necessarijs impensis, *Anton. Gomez d. nu. 51. & D. Pichadus d. n. 86. Petr. Barb. in l. diuortio, 8. §. ob donationes, nu. 4. ff. soluto matrimonio, ibi: Et facit, quia certum est etiam hodie propter necessarias impensas dotem retineri posse, d. §. taceat ad medium, §. item si de dote Inst. de actionib. cum tamē non ignorauerit decisionem dictæ leg. fin. cuius meminit in dict. leg. diuortio, §. fin. n. 40. vers. Iuxta prædicta, retentionemq; marito dari pro impensis necessarijs, scēpius repetit *Pat. Bos. cap. 1. nu. 45. à vers. primum argumentum*: quod intelligendum est iuxta communem DD. sententiam, si expensæ magnæ, & liquidæ sint.*

15 In alio etiam calu competit marito retentionis beneficium, scilicet quando mu-

lier, vel alius ei dedit in dotem inæstimateda nomina debitorum, quæ constante matrimonio exigere non potuit, quia nō venerat dies solutionis, si maritus de suis bonis erogaret, vt mulieri, aut parentibus, vel liberis eius ex primo matrimonio in vinculis, captiuitate, aut alia urgente necessitate constitutis subueniret, iuxta textum in *leg. mutus 73. ff. de iure dotium, l. quamuis, 20. l. sed, & si ideò, 21. ff. soluto matrim. cum plurib. DD. quos retulimus tit. 3. quest. 7. num. 8.* si soluto matrimonio hæredes mulieris repeterent à marito nomina debitorum non exacta, retinere posset eorum instrumenta, donec sibi solueretur, quod erogauerat, & hæredes doli mali exceptione opposita repelleret, iuxta dictam leg. sed, & si ideò, 21. has enim, & similes retentiones *Iustinianus* non sustulit, sed eas tantum, de quibus in dict. l. unica, §. taceat.

16 Verissimam esse nostram assertionem, quòd maritus potest ex aliqua iusta causa dotales res retinere, ex eo etiam probatur, quòd ei, vel eius hæredibus competit exceptio compensationis pecuniæ, scū quantitatis ipsi per mulierem debitæ, cuius compensationis auxilio retinent eiusdem quantitatis, & pecuniæ summā, quam ipsi ex causa dotis debent. Compensatio enim quamuis à retentione differat *Moling. de retentione num. 7. Mastertius de compensationibus quest. 3. per tot.* tamēn omnis, qui compensat, retinet, *leg. 4. ff. de compensationib. §. compensationes, 39. inst. de actionib. leg. 21. tit. 14. par. 5. Mastert. d. quest. 3. vbi num. 7.* quòd omnis, qui compensat retinet, sed non omnis, qui retinet compensat, & retentio indirecta compensatio dicitur, *Molign. supra num. 5. vbi num. 60.* quòd marito datur retentio pro impensis necessarijs.

17 Et in dote admitti compensationem vsque ad concurrentem quantitatem, si mulieris debitum liquidum, & clarum sit (vel si intra decem dies liquidari possit, *l. 20. d. tit. 11. part. 5.*) verissima, & communis sententia est, quam latè, & doctè defendit *Petr. Barbof. in l. diuortio, 8. §. ob donationes per tot. soluto matrim. Franchis decis. 632. num. 2.* vbi addit *Riccus, Visconte cōclus. iur. verb. filius, circa finem, Graf-*

- Graffis de exceptionib. except. 16. num. 63. Alex. Trentacinq. var. lib. 3. de compensationib. resolut. 1. num. 18. Intrigliol. conf. 8. n. 7. Ciriacus controu. 441. num. 11. multis relatis Camill. Borrell. in summa dec. tit. 5. de priuilegijs dotis nu. 427. tom. 3. Accattius Ripoll. var. cap. 10. n. 353. latè D. Castillo tom. 4. controu. cap. 40. à num. 116. & tom. 8. de alimentis cap. 67. num. 4. Bocer. d. clas. 2. disput. 18. num. 68. Mastert. de compensationib. quest. 26. Donell. lib. 14. comment. cap. 8. vbi Osualdus alios dat, Vrceolus consult. forens. cap. 89. n. 3. quod sine dubio admittit, quando debitum mulieris liquidum est.*
- 18 Ex quibus verissimis iuris fundamentis manifestè apparet, discedendum esse à *Vedolia lib. 1. discurs. 2. n. 46. à vers. inuenio, & disc. 3. per tot.* dùm in dotis restitutione absolutè denegat marito, & eius hæredibus retentionem, & cõpensationem.
- 19 Cum igitur verissimum sit, maritum, vel eius hæredes iustam causam habere posse dotis retinendæ, vt dixi *d. quest. 8. num. 40.* nulla videtur posse esse ratio, cùr eis inconsultis indulgeatur mulieri, vel eius hæredibus sine cessione agere aduersus promissorem, vel debitorem dotis à marito non exactæ.

#### ARGUMENTVM.

Renunciatio, & cessione maioratus facta in sequentem in gradu, quando personalis, vel realis sit.

#### IMPUGNATIO. III.

**D**ubitat ipsemet *Author lib. 3. disc. 5. n. 48.* an vera sit sententia, quam communem esse dixi in tractatu de cessione iur. tit. 3. quest. 4. num. 48. quod renunciatus, seu cedens maioratum in sequentem in gradu, eo defuncto sine liberis, admittitur ad successionem maioratus renunciati exclusis collateralibus cessionarij. Hæc sententia cum sit receptissima, mirum est, quod eam impugnet nulla lege adducta, vel auctoritate, præter motiuum voluntarium, quod caprat ex superficie verborum, de quibus in *d. quest. 4. num. 6.* ibi: *Et refutatio facta proximiori perpetua est.* Sine attentione ad mentem, in qua proferuntur.

- 21 Nam differentia, quam considerat inter feuda, & maioratus, nouissima est, & à nemine excogitata, cum idem circa hunc articulum in maioratibus, quod in feudis procedat. Et in maioratibus loquuntur, & probat defuncto cessionario sine liberis, cedentem, & renunciantem succedere in maioratu, *Mieres d. nu. 22. & 23. Cauedo decis. 96. part. 1. quem expressè sequitur D. Castillo d. num. 123. Fragofo d. S. 1. num. 15. vers. nec obstat.* In primogenitura, & Regno *Tiraquel. d. quest. 86. & 26.* & in Regno *Ancharanus d. conf. 339.* In maioratibus *D. Emmanuel Valeron de transactionib. tit. 4. qu. 2. n. 46.* In feudis cæteri quos refero *d. nu. 48.* & præter eos *Galleratus de renunciatione cent. 1. renunc. 52. num. 4. vers. est autem aduertendum,* vbi quòd renunciando insequentem in gradu, solum sibi præiudicat in præposteratione, ideòque decedente sine liberis, admittitur ad successionem feudi, latè *Vulteius inter cons. diuers. conf. 26. à nu. 70. vol. 4. D. Valenzuela conf. 17. à num. 39. & conf. 69. nu. 230. Capanus, & Molles* proximè referendi.
- 22 Siuè igitur in feudo, siuè in maioratu, primogenitura, Regno, aut alio simili iure sit questio, decidenda est, *ex cap. unico, de eo, qui finem fecit agnato, in vsibus feudorum.* exempli gratia, si frater renunciet maioratum, vel feudum in fauorem sui fratris secundi, si is decedat relictis liberis superstitibus fratre, expedita res est, maioratum, vel feudum ad filium maiorem fratris cessionarij pertinere, de quo nullus dubitat, *Milanensis d. decis. 8. num. 292. ibi: Tertiopro ista opinione est textus expressus in d. cap. 1. de eo, qui finem fecit agnato, vbi donatario mortuo, transit feudum ad filios, si habeat, si verò filios non reliquit, remanet questio inter refutantem, & agnatum, vt proximorem, quis succedat, & sic cum filio nulla erit questio,* ratio est, quia renunciatio, quæ fit in sequentem in gradu, facta censetur in fauorem eius lineæ rectæ, & effectiuæ.
- 23 Sin verò si frater cessionarius sine liberis decedat superstitibus fratre renunciantem, & controuersia oriatur circa successionem inter fratrem, qui renunciauit, cù alio fratre, vel agnato, attendenda sunt verba



verba renunciationis: nàm si facta sit simpliciter in fauorem fratris, vel eius, & suorum descendantium, renunciatio habebitur pro personali, & exclusis alio fratre, vel agnato alio, frater, qui renunciavit admittitur ad successionem; & an iure reuersionis, vel successionis? summè controuersum est. Alia res esset, si renunciatio esset absoluta, & realis, concepta non solum in personam sequentis successoris, sed simul in maioratum, vel feudum cum eorum abdicatione: nàm eo casu alter, vel Collateralis succederet excluso renunciente, vt probatur ex *d. cap. unico, Tiraquellus d. quest. 86. nu. 7. Franchis decis. 91. Capano de iure releuij part. 4. quest. 16. per tot. præcipue nu. 43. Moles in decisionibus nouiter impressis, tit. de iure releuiorum quest. 2. à nu. 23. latè omninò videndus Marinis cap. 189. à nu. 43. & 47. qui loquuntur in feudis ex pacto, quæ vt dixi nihil differunt in hac re à maioratibus.*

24 Cui verissimæ distinctioni conueniunt tradita à me *d. quest. 4.* nàm in *d. num. 84.* loquor de renunciatione, & cessione simpliciter facta in fauorem sequentis in gradu, absq; aliqua clausula, quæ denotet absolutam, & realem maioratus renunciationem, quæ cum personalis sit, mortuo cessionario sine liberis, vel si incapaces sint successionis, renuncians succedet in maioratu, exclusis alijs collateralibus, quasi non comprehensis in renunciatione, quæ cum stricti iuris sit, personas nominatas, & contemplatas non egreditur, *l. iubemus, C. ad Vell. latè Galleratus de renunciatione lib. 1. cap. 10. à nu. 1. Donadeus de renunciatione cap. 13. à num. 11. Cancer. 3. var. cap. 15. nu. 242. Vulteijs conf. 26. à num. 231. vol. 1. Dom. D. Aegidius de Castejon in Supremo Castellæ, & Cameræ Iustitiæ Consiliarius, vir doctissimus, & summæ venerationis, in locupletissimo Alphabeto iuridico, & politico, verbo renunciatio, num. 11. 13. & 17. At verò *d. num. 6. cum seqq. & à num. 4.* loquor in renunciatione in fauorem sequentis in gradu perpetua, & reali, quia renuncians omninò abdicauit à se maioratum, vel quando renunciatio simplex, & absoluta fuit absque alicuius contem-*

platione, in quibus casibus loquuntur DD. à me relati, & tunc iuxta superiorem distinctionem renuncians excludetur per alios Collaterales.

25 Manet iam *Vedoia* omni fundamento destitutus: nàm cum pro sua noua opinione nullum referat *Authorem*, videndum est, an se iuuare possit DD. à me relatis à *d. num. 4.* & certissimum est ei nò suffragari, cum expressè loquantur in renunciatione ad fauorem sequentis, successoris abdicatiua, & reali. Quare solum ei superest recursus ad id, quò dixi *dict. num. 6.* refutationem factam proximiori, perpetuam esse, licèt moriatur donatarius, & cessionarius ante cedentem. Quia respondeo, primò, quòd cum DD. quos refero in comprobationem, loquantur in perpetua, & reali renunciatione, in eadem me loqui intelligendum est: quia dictum Doctoris semper intelligitur iuxta iura, & DD. quos allegat, vt ex multis exornat *D. Valenzuela conf. 35. num. 10.* ex alijs pluribus *D. Vela difert. 42. nu. 40.* Secundò respondeo, quòd cum à *d. num. 4. cum seqq.* quæstio sit de renunciatione, quæ morti æquiparatur, & habet effectum vltimæ voluntatis, per quam vera vacatio maioratus inducitur, ac si per mortem vacasset, ideòque locum esse remedij possessorij, & iudicio tenutæ; consequens est prædicta verba ad realem renunciationem esse referenda, cum renunciatio, quæ simpliciter in fauorem fit; hos effectus operari non queat. Apertiùs hoc ità intellexisse probatur ex dictis à me *tit. 6. quest. 5. à nu. 25.* ad quem locum me refero in *dict. quest. 4. num. 9.* vbi expressè disputo de viribus renunciationis maioratus quòd ad remedia possessoria factæ in immediatum successorem absolutè, & absque retentione cum *Guttierez*, qui in eisdem terminis loquitur omninò videndus *dict. quest. 71. per tot. & in individuo nu. 14.* Quæ demonstrant verissima esse dicta à me *num. 6. & 48.*

Videat nunc *D. Emmanuel de Vedoia* repositionem, quam à me exposcit, & videat simul, an consultiùs ageret, si se abstinuisset ab his impugnationibus.

Cef-

*Cessionis iurium, & actionum conclusiones Spicilegij sui D. Carolus Antonius de Luca constabit, & D. Alphonfi de Olea responsum refellit.*

*Conclusiones firmatae in Spicilegio cessionis iurium, & actionum sunt sequentes.*

*Cesso nomine debitoris pro certo debito per viam dationis insolutum cum promissione euietionis, de iure quam de facto in ampla forma per euietionem de iure, & de facto promissam non venire exigibilitatem nominis de facto.*

*Cesso nomine debitoris censuali pro certo debito in solutum dato cum promissione euietionis de iure, & de facto euietis bonis omnibus debitoris cessi per anteriores creditores eiusdem debitoris, teneri cedentem de euietione promissa.*

*Ambae conclusiones luce clariores auctoritatibus intrinsicis, & extrinsicis demonstrantur per controuersiam in facti contingentia in foro Ecclesiastico disputatam, & definitam.*

*Quidam Sacerdos secularis habens praedium ingentis valoris prope Ciuitatem delectabile ob redditum, & voluptatem permutauit illud, in cuius excambium habuit nomen debitoris censuale. Et Dominus census cessit cum promissione euietionis tam de iure, quam de facto in ampla forma reseruato regressu in casu euietionis ad praedium, post aliquot annos defuncto debitore cesso huius hereditas aere alieno exhausta detecta fuit, & euieta omnia bona in concursu per creditores hypothecarios debitoris cessi. Redactum est in controuersiam an cedens teneretur de euietione nominis vigore promissionis.*

*Dominus census se tuebatur, quod tunc casus euietionis sequebatur, quando per creditores anteriores cedentis auocaretur nomen, ut reprobatis Paris. & Chartar. dictum est in Spicileg. quaest. 2. At in casu proposito aliter res se habeat, dum nulla inferebatur molestia per creditores ipsius cedentis super nomine cesso.*

*Præterea cedens dabat existentiam debiti, vel iuris cessi quamuis accidentaliter ob inopiam debitoris cesset exigibilitas de facto l. si nomen, cum l. seq. ff. de hæred. vel act. vend. Card. de Luca de cred. disc. 64. num. 7.*

*Tota pugna esse videbatur, an sub euietione promissa de facto venire posset exigibilitas de facto: Et dicebatur, quod sicut promissa euietione de iure non poterat venire exigibilitas, nec alia euietio, posset comprehendere, nisi quae per creditores cedentis. Itaque, nec poterat venire alia euietio de facto, nisi quae per creditores cedentis ex facto, & incuria Iudicis.*

*Consultus itaque desuper Card. de Luca respondit, promittentem euietionem nominis debitoris censuali teneri ex deficientia fundi, quia sit alienus, vel hypothecatus fundus, & euincerentur hypotheca bonorum debitoris cessi dum hoc casu census cessus non erat in rerum uatura, ut bene Rota penes Merlin. decis. 639. quae est magistralis in hac materia iuxta Cardin. de Luca ubi sup. & dixi cum Consil. de Rosa, & alijs.*

*Neque saluari potest opinio D. Olex, quia deficiente fundo censui obnoxio debeant subrogari alia bona. Dum supponimus omnia bona euinci, & cesset equitas pro subrogatione.*

*Elicitur, quam notabiles sint conclusiones per me firmatae, & nequeat saluari contraria opinio.*

*Respectu aliarum conclusionum Spicilegij mei iurgium debet transfundi in Autores à me nominatos, prout si quis aliquam rem precario detineat si nominet Dominum non cogitur Reus litem sustinere.*

*Coronat responsum suum Olea quam pluribus scribingentibus, qui eum concelebrant, & quidem merito. Orbis tamen intuetur ipsum à me in Frontispitio Spicilegij, & in corpore clarissimum, & celeberrimum nuncupatum Authorem tractatus semper tamen bene verum, non satis laudatum. Et si in scientijs per contraria incedimus, obiectiones debent esse placitae.*

*Euulgauit Spicilegium, quia passim in foro ventilantur quaestiones cessibilitatis iurium, & inextricabiles, unde prodijt Labyrinthus de cessione iurium, & actionum à me constructus intactas, & tactas controuersias continens, & nihilominus cum difficultates quotidie nouae exoriantur, volens nolens Geminum compilauit Spicilegium.*

## ARGUMENTVM.

Mater vidua filia maiori nubenti in dotem dedit interufurium antephati pro obitum mariti lucrati cum promissione euictionis, & deinde partem dotis recuperandae in bonis viri suae filiae secundogenitae in dotem dedit. Bona defuncti viri si vtrique credito non sufficiant, quae sit preferenda an filia maior pro antephato, vel secundogenita pro dote? Dissident *Reg. de Marin.* & *D. Olea*, & adducitur tertia opinio.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mater vidua in dotem sua filia maiori interufurium antephati iuxta taxam Consuet. Neapolitanæ. Et filia secundogenita partem sua dotis in bonis defuncti viri. Si illius bona vtrisque non sufficiant, quae filia sit preferenda.
- 2 Ambas filias eodem loco graduandas, sentit *Reg. de Marin.*
- 3 Pro crediti dotis prelacione decernat *D. Olea nuncupatim aduersus D. de Marin.*
- 4 Ratio pro crediti dotalis prelacione credito antephati.
- 5 Quae dotis priuilegia sint cessibilia.
- 6 Tertia adducitur inter duas extremas opiniones sententia.

## Q V A E S T. I.

- 1 **M**ater vidua collocans in matrimonio filiam maiorem dedit in dotem genero annum interesse antephati, iuxta Consuetudinis Neap. taxam sibi debiti ob praecedentiam mariti lucrati, cum promissione euictionis in ampla forma. Exinde filiae secundogenitae nubenti cessit in partem dotis, partem crediti sui dotalis, cum promissione euictionis in forma. Post interuallum aliquot annorum bona olim viri inuenta sunt non idonea, vtrique doti generis suis promissae. Dubitari contingit, quis sit preferendus an secundus pro credito dotium socerae, vel primus pro credito antephati in dotem cesso.
- 2 *Reg. de Marin. lib. 2. ref. 19. à num. 17.*

articulum nempe si mulier creditrix in bonis mariti pro dote, ac antephati cedat Titio actionem ad dotem, & Sempronio actionem ad antephatum, ac bona mariti non sufficiant ad vtriusque crediti solutionem, quis horum preferendus sit, vel cessionarius dotis, vel antephati? Et resoluit eos pro rata debere concurrere *Marin. ad Reuert. decis. 69.*

- 3 Hanc quaestionem tractat *D. Olea de cess. iur. tit. 6. q. 8. nu. 33.* ratiocinatur, diuersae qualitatis esse debitum antephati, quam dotis debitum apud cessionarios, vnum quodque debet retinere suum priuilegium, vt qui ius dotis cessum habet, preferri debeat cessionario antephati admittendo opinionem communem, quam sequitur de *Marin.* quamuis pro antephato, competat hypotheca, sed tamen sine prelacione *Amat. ref. q. 2. n. 5. Merlin. lib. 3. de pign. quest. 50. nu. 10.*

- 4 Rationem diuersitatis igitur assignat *Olea*. Nam concursus pro rata in duobus cessionarijs procedet, quando vnum idemque debitum quantitatis duobus ceditur, vna pars vni, & alia alteri. At duobus cessionarijs, quorum vni ceditur per mulierem actio ad dotem, ac alteri actio ad antephatum non ceditur vnum, & idem debitum, sed duo diuersa, ac diuersae qualitatis, quamuis procedant ab vno contractu, & obligatione. Cum igitur diuersae qualitatis sit debitum antephati, quam dotis debitum, apud cessionarios vnumquodque debet retinere suum priuilegium, & qui iure dotis cessa habet preferri debet cessionario antephati.

Neque inquit *D. Olea* quidquid opinionum contrariae fauet, quod si mulier ita ageret, & mariti bona soluendo non essent dotem, & antephatum, inutilis esset questio. Nam quamnis respectu mulieris nulla in hoc consideretur utilitas. Tamen respectu cessionarij dotis vtilissima erit controuersia, cum per eam consequatur, vt non concurrat, sed preferatur cessionario antephati.

- 5 Coeterum insurgit difficultas vtrum mulier quando dotis iura sua cedit, cessionarius dotis prelacioni priuilegio potiat? Questio haec difficilis, & venenosa

\* D nosa

noſa appellatur iuxta eundem *Oleam tit. 6. quaſt. 2. nu. 2.* Alij diſtinguunt an ceſſio ſit in cōmodum ceſſionarij, & cedentis, vel in ceſſionarij tantum commodum. Tandem idem *Olea* deſcendens ad priuilegium tacitæ hypothecæ, & prioritatis ſi eodem tempore confeſta ſint inſtrumenta, an hæc priuilegia tranſcant in ceſſionarium. Aliter ſi priuilegium eſſet dotis ceſſum pro dotibus repetendis cauſa interuertendi fidei commiſſum *Hodier. contr. 31. n. 98.*

- 6 In propoſito caſu, quo mulier ceſſit creditum dotale filix tunc citra dubium tranſit priuilegium prælationis ad filias, vt de *Marin. ad Reuert. deciſ. 349. nu. 44. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. quaſt. 47. nu. 41. Card. de Luca de dot. diſc. 166. nu. 44. & 45.* vbi aliter de priuilegio hypothecæ, quod ad omnes tranſit.

Diſſidium inter *D. de Marin. & D. Olea* dirimi poſſe alia via cenſeo, vt in quaſtione propoſita potior ſit cauſa antephati, quia quod ceſſum fuit in dotem filix maiori, promiſſum intelligatur fauore dotis exigibile, vt poſt alios *Andreol. contr. 333. num. 7. Galeot. lib. 1. contr. 32. à num. 76.* Et conſequenter prior erit cauſa antephati.

Prout ſi cedens cum hypotheca bonorum promiſit debitorem ceſſum idoneum, & ſoluendo eſſe, nam tunc reſiduum nominis, quod apud eum manet, eſt primo ceſſionario pro ſecuritate obligatum, nec ipſe cedens, nec eius ſecūduſ ceſſionarius ſi cum primo concurrant, quicquam ex nomine ceſſo conſequi poterit, quouſque primo ceſſionario ſit plene ſatiſfactum *Olea vbi ſup. num. 24.*

#### ARGUMENTVM.

Creditor Titio in mille ſi cedat Caio ſexcentum, & quattuor centum Sempronio de reſiduo, & debitor ceſſus non ſit ſoluendo pro tota ſumma, vtrum vterq; ceſſionarius concurrent per æs, & librâ, vel primus ceſſionarius præferatur pro tota ſumma ceſſa? Expenduntur *D. Olea*, & *D. Larrea* pro primo ceſſionario, & contrarium ſuadetur.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Creditor Titij in mille ſi cedat Caio 600. & Sempronio 400. de reſiduo, & nomen ceſſum non ſit verum pro integra ſumma, an primus ceſſionarius præferatur pro 600. ceſſis?
- 2 Similis caſus de legato proponitur.
- 3 Expenditur *D. Larrea*.
- 3 Concuruſ vtriuſque ceſſionarij per æs, & librâ mandetur.

#### Q V A E S T. II.

- 1 **C**reditor cui à Sempronio debebantur puta mille, ſexcenta ex eis ceſſa Titio, & alia quadrigenta, quæ ſunt de reſiduo ceſſa Sempronio. Si Caius debitor ceſſus integra mille ſoluendo non eſſet, vel ſi reuera tantam quantitatem non deberet, an Sempronius concurrat cum Titio pro rata? Negative reſoluit *Olea de ceſſ. iur. tit. 6. q. 8. n. 29.* ſcilicet quod Titius, integra ſexcentum habeat, & quod ſupereſſet ad Sempronium pertineret, ex *Coſta de rationi. vat. quaſt. 163. per tot.*
- 2 Hinc ſi Teſtator exiſtimâs ſibi deberi à Caio mille, cum reuera non niſi octingenta deberet, Titio ſexcentū ex eis legatis, & quatuorcentum ex reſiduo Sempronio. Titius ſexcenta ſua præcipua, & Sempronius ducentum dumtaxat *Alex. conſ. 21. num. 7. lib. 7. Corn. & Paul. de Caſtro* quos reſert, & ſequitur *Coſta vbi ſup.* aliud eſſe dicunt, ſi non adieſta eſſet dictio illa *de reſiduo*, aut *reſtanti*, quæ reſolutio in duobus ceſſionarijs vnus debiti æquè procedit, nam is, cui reſiduum fuit ceſſum, nihil amplius habeat, quam quod ſupererit poſt diſmiſſum primum ceſſionarium.
- 3 Conducit *D. Larrea alleg. Fiſcal. 82. à n. 6. tom. 2.* quod quando donatur, vel legatur reliquum, vel reſiduum ex aliqua re, vel credito, ſi ſoluto primo donatario, vel legatario nihil remaneat, nil donatū, vel legatū cenſetur iuxta *tex. in l. itē, quod Sabinus, S. ſed ſi ex aſſe, ff. de hered. inſtit.*
- 4 Cōtra primam cōcluſionem arguitur, quod in figuratiōe caſus non exprimitur

tur causa ex qua facta sit cessio ducatorum sexcentum Titio, & exinde quatuorcentum Sempronio de residuo: Etenim cedens pro debito in docatis 400. ex causa mutui, emptionis, vel alia cesserit suo creditori similem quantitatem pro residuo. In hoc casu secundus cessionarius, tanquam creditor cedentis debet concurrere cum primo cessionario per *æs*, & libram si ambo cessionarij sint chirographarij. Vnde si nomen cessum non existat verum pro tota summa cessa, vtrique cessionario tunc concursus fiet, vt supra dictum est. Aliter quando solum pro restu simpliciter sine specificatione quantitatis debita per debitorem, quia tunc acceptans secundus cessionarius cessionem de residuo videtur consentire cessioni summæ maioris primo loco cessæ, & residuum erit de omni quantitate, quæ remanebit.

Adhuc si quis per viam donationis, vel legati de mille, quos debet consequi Titio si donet, vel leget sexcentum Caio, & quatuorcentum de residuo Sempronio, & nomen cessum non sit verum nisi pro octocentis, hoc casu vterque concurret per *æs*, & libram, quia vterque per non existentiam crediti erit creditor præsertim causa taxationis fuerit specificatum nomen debitoris.

## ARGUMENTVM.

Cesso nomine debitoris solutionis causa creditori, & pro soluendo, an & quando cessionarius teneatur docere de diligentibus, & regressum habeat contra cedentem, & negligentia negligentiam absorbeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cesso nomine debitoris creditori solutionis causa cessionarius debet facere diligentias ad hoc, vt habeat regressum contra cedentem.
- 2 Declaratur propositio, & quam vim habeat cessio pro soluendo.
- 3 Negligentia, quædo negligentiam absorbeat

## QVAEST. III.

- 1 Cesso nomine debitoris creditori solutionis causa, & pro soluendo,

cessionarius, vt regressum habeat contra cedentem, an docere deat de diligentibus factis contra nomen cessum? Regula est affirmatiua, quia regressus est subsidiarius *Fontanell. decis. 124. & seq. Altograd. conf. 37. lib. 1. nu. 28. Merlin. dec. 633. Rota p. 13. rec. decis. 44. & 287. Card. de Luca de dot. disc. 7. num. 9.*

Cessionarius enim habens simplicem cessionem nominis debitoris loco pignoris, & hypothecæ, & pro maiori veritate tenetur facere, & factas ostendere diligentias contra debitorem cessum antequam possit redire ad cedentem *Ruin. conf. 44. nu. 7. lib. 1. Salgad. in labyr. credit. tom. 1. par. 1. cap. 27. nu. 56.*

- 2 Procedit quando facta est cessio de credito certo, & consignatio instrumenti crediti cessi, vt loquuntur *Ruin. & Altograd.* cum tunc per huiusmodi consignationem dicitur facta translatio, & cessio actionis *Alex. in l. debitorem n. 7. C. de pact.* Et consignatione instrumenti non facta, vim pignoris habet cessio, & specialis hypothecæ, & non arctat cessionarium ad aliquas diligentias *Altograd. ubi sup. n. 29.*
- 3 Nec mora in exigendo nocet *Rota coram Penia dec. 1541. num. 3. Rota Roman. decis. 59. num. 54.* Et ad effectum agendi contra nomen cessum sit necesse, vt cessionarius possit ostendere ius suum *Seraph. decis. 1477. nu. 8.* & probare existentiam crediti *Gratian. dec. 111. n. 11.* Alias cedentis culpa, & negligentia negligentiam absorbet *Bal. in l. præter, ff. de nou. oper. nunciat latissimè Possius Rota Bononiens. 59. per tot.*

## ARGUMENTVM.

Maioratu primogeniali masculino instituto per patrem in testamento ex summa ducat. 30. m. dandis in emptionem alicuius stabilis qualificati, vel in emptionem feudi facta casu extinctionis lineæ masculinæ, & agente secundogenito pro consequitione pretij, vtrum puellis in ætate immatura nuptiarum competat retentio, pro alimentis, & dotibus subsidiarijs *ex Auth. res quæ, C. de comun. de legat. & qualiter possit lis finire per terminos cessionis.*

\* D 2

SVM-

## S V M M A R I V M .

- 1 *Maioratus primogenialis masculini institutionis casus proponitur .*
- 2 *Dotes , & alimenta in subsidium an debeantur ex fideicommissio particulari .*
- 3 *In feudis non habet locum Auth.res, quæ communi de success.*
- 4 *Puella in ætate immatura ante nuptias an possint petere dotes subsidiarias ?*
- 5 *Discursus Card. de Luca .*
- 6 *Qualiter possit per terminos cessionis iurium lis terminari .*

## Q V A E S T. IV.

- 1 **D** Martius de Luca Melphictensis post institutionem in legitima D. Marcelli sui filij primogeniti in legitima, ex dotalis 30. m. in pecunia relictis institutionem maioratus primogenialis masculini ordinavit in emptionem alicuius qualificati stabili, vel feudi inuestiendis. Et Executores testamenti desuper consulti pecuniam relictam dederunt primogenito ad emptionem feudi Lizzani cū speciali hypotheca, & Regio beneplacito pro cautela D. Marcellus primogenitus. Vxoratus Lizzani Marchio decessit relicto D. Martio Marchione filio. Iste post paucos annos obiit relictis sororibus scilicet D. Portia, & D. Claudia. Per mortem dicti Martij Marchionis extincta linea masculina primogeniti Abbas Franciscus Antonius de Luca frater secundogenitus D. Marcelli immitti petijt in possessionem tenutæ feudi pro consequutione crediti Maioratus pretij emptionis feudi.
- 2 Cum ambigendum non sit Maieratum consistere in credito pecuniæ, & non in feudo spectante ad sororem primogenitam, ad impediendam immissionem conventæ sorores Marchionis opposuerunt velle retinere alimenta, & pro dotibus in subsidium, & defectum aliorum bonorum, ipsis competentibus in legato particulari relicto per D. Martium seniore scilicet ducatorum 30. m. ex dispositione *Auth.res. qua, C. cōmun. de legat.* dum agitur de fideicommissio ab ascendente ordinato.

3 Maioratus etenim si consisteret in feudo, tunc equidem cessaret dispositio *d. Auth. res. qua.* Quia dos in materia feudali nullum habet priuilegium, neq; intrat *d. Auth. res. qua, Pres. Merlin. contr. 99. lib. 2. post alios Card. de Luca de fideic. dist. 56. num. 24.*

4 Insurrexit difficultas contra opposcentes retentionem pro dotibus, quod ipsæ erāt puellæ, & etiam in ætate immatura, & proinde antequā nuptias cōtrahant, & nō sint in ætate nubili non valere dotis constitutionem ex bonis fideicommissi petere, vt *Petra de fideic. q. 8. n. 495.* & alijs relatis *Giarlin. contr. 62. num. 9.*

Ad fauorem puellarum è cōtrario, sint *Bar. in d. Auth. num. 5. & seq. Ruin. conf. 199. lib. 2. nu. 7. Odd. de fideic. quest. 84. cum seqq. Simon. de Pet. interpret. lib. 4. dubit. nu. 27. Castill. de alim. tom. 8. contr. cap. 36. S. 10. n. 30. Rota coram Dunozett. dec. 726.*

5 Relatis pro vtraque parte auctoritatibus, itā edisserit *Card. de Luca d. n. 115.* *Mibi vero attentis cōsideratis, verbis Bartoli, ac rationibus, quæ per dictos Autores præsertim Sfortiam Oddum deducuntur nullatenus hoc assumptum itā indefinite captum placet, cum certum sit ante matrimonium per ætatem illi congruam actionem ad dotem non competere. Ratio vero deducta ex mente Bartoli ad instar legitima est quidem applicabilis in dote debita filie in bonis patris tamquam loco legitima subrogata nullatenus verò in dote subsidiaria, quæ nihil commune habet cum legitima, sed est debitum mere conditionale, quatenus matrimonium sequatur, prout neque valet ratio alimentorum, quæ medio tempore pariter in subsidium puella sunt præstanda ex fructibus in dies pariter producendis. Hinc proinde non intrat ratio extractionis, seu separationis bonorum à fideicommissio in sorte principali.*

*Quare itā distinguendum videtur. Aut mulier, quæ dotem constitui petit, non possidet bona fideicommissi, sed Actricis personam agendo aduersus fideicommissarium dictam actionem intentat, & tunc omnino incongrua videtur eius petitio, præterquā ad illos effectus, quos aduersus quemlibet alium dotare obligatum intempestiue conceditur, cum non possit esse maior obligatio*

bonorum fideicommissi, quam esset illa Ascendentis fideicommissi ordinatoris, si viueret, neque subest ratio, quae huiusmodi praesentiuam extractionem suadeat.

Aut mulier possidet bona fideicommissaria, eaque ulteriori vocato restituere debeat, quia nempe eius fratre, vel patre defuncto fideicommissum masculinum alijs agnatis ab ipsa exclusa tanquam ultimi grauati haerede sint restituenda, ita ut potius contendat de retentione, quam de consecratione. Et tunc licet in stricta iuris censura, idem quod supradictum est, veniret dicendum. Attamen de aequitate, ac ad cuiusmodi inanem circuitum, ne scilicet mulier iam possidens bona illa dimittat, deindeque tam pro alimentis interim, quam deinde pro dote ab alienis manibus vendicare cogatur, probabilis ac recipienda videtur, dicta opinio mulieri fauorabilis & in his terminis, atque ex dicta ratione, illam de aequitate magis tenuit, Rota in allegatis decisionibus.

Rectius concludendum censeo. Aut agitur de alimentis, & certum est, militare oppositionem retentionis, pro alimentis. Sed quoties offeruntur, iuxta Iudicum arbitrium, tunc cessabit omnis praetensio retentionis. Aut agitur de dote, & haec simul, & semel non potest peti ante nubilem aetatem. Beneuerum ne tempore congruo det in dotem actionem de dote, & de facili non inueniat virum tunc potest agere, & obtinebit eum cautione de restituenda in casu non sequuti matrimonij dum extracta non transibit ad haeredes ipsius puellae, ita Simon. de Prat. conf. 116. lib. 2. num. 16.

Alimenta pure debentur puellis, dotes ante peti non poterunt ante nubilem aetatem nisi ad finem, vt in casu quo velint nubere virum inueniant promptum, non autem, vt solui debeat, nisi matrimonio sequuto, dum non agitur de dote constituenda loco legitimae, sed in subsidium in bonis fideicommissi habente implicitam conditionem si matrimonium sequatur, & conditio matrimonij purificetur, vel quando matrimonium carnale inearatur, vel puella Monasterium ingredi volens professionem emiserit, vnde coactioni ad assignandam dotem locus iam

erit, sed ad effectum ponendi eam in tuto, vt promptam habeat iuuenta occasione viri, siue quod occasionem faciliat, melioremque reddat Barbof. in l. 1. p. 4. num. 3. cum seqq. Imol. matr. Fontanell. de pact. nuptial. claus. l. glos. 3. p. 2. n. 52.

Quinimo si aliqua puella velit eligere matrimonium spirituale, & ingredi in Monasterium, non poterit petere aliam dotem, quam solitam dari professa in Monasterio Fusar. quest. 531. num. 28. Merlin. decis. 671. nu. 14. & cessante matrimonio carnali, vel spirituali cessant termini constitutionis dotis, & solum intrant illi alimentorum, propterea Iudicis arbitrio cautae esse debebunt puellae pro tempore nubilis aetatis, vt volentes nubere occasionem faciliat.

Dotes subsidiariae ex bonis fideicommissi debita peti valeant necesse est probare aliorum bonorum non existentiam ad repellendas puellas agentes, vel opposcentes Fusar. quest. 531. n. 123. Bossius de dote cap. 15. num. 128.

Cui autem incumbere probandi onus carentiae aliorum bonorum variant scribentes. Alij enim volunt, hoc onus incumbere fideicommissario. Alij quod incumbat mulieri, cum non detur ei actio, nisi in subsidium, & qualificatae, & ideo teneatur probare qualitatem suae intentionis, vt relati per Fontanell. claus. 5. p. 2. glos. 1. n. 18. Covar. p. 1. var. cap. 9. nu. 174.

In foro tamen praesertim in Curia Rom. possim recepta est sententia, vt sit onus agentis, & non possidentis probare existentiam ex regula, quod pro possessore sit praesumptio, & haec sit vnus de possessione effectus. Buratt. decis. 920. nu. ult. pluries decisum, refert Card. de Luca de dot. discurs. 145. num. 84.

Puellae igitur petierunt alimenta, & dotes in subsidium quia defint bona libera, ex quibus etiam ipsis valeant alimenta subministrare, & dotes assignari, & in subsidium eueri fideicommissum debeat.

6 Propterea Maioratus linealis masculinus reputatur fideiussor alimentorum, & dotium, & Maioratus ad instar feudi fit tanquam homo mutus, qui tamen agat, & conueniatur, & valeat petere cessionem omnium iurium, & actionum, & bo-



& bonorum, vt pōssit reintegrari fidei-  
commiffum, ac Maioratus ex feudo, vel  
pretio feudi, ac ex alijs bonis, quæ ne-  
gant exiftere neptes, cum hæres in feudo  
etiam pōssit cogi ad vendendum feudum  
pro debito defuncti adhuc si creditor sit  
in a<sup>c</sup>tione personali, certius dum agitur  
de credito ratione emptionis feudo per  
primogenitum contracti cum speciali  
hypotheca, ac Regio assensu.

#### ARGVMENTVM.

Feudatarius, qui iura fiscalia, & adhoas in  
pluribus locis, & feudis Regni emerat,  
& signanter præuia cessione iuris luendi  
à D. Rege impetrata affrancauerat ad-  
hoam sui feudi alijs prius venditam, si  
exinde in testamento legauerit suo con-  
sanguineo adhoas an sub generali di-  
ctorum iuriū legato censeatur legasse cū  
alijs iuribus, etiam adhoam feudi pro-  
prij, & suscitare ius ad fauore legatarij.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Baro s̄post emptionem iurium fiscalium, ac adhoarum in diuersis Regni Terris, & præuia cessione iuris luendi à D. Rege affrancasset adhoam in feudo proprio, an legando generaliter d. iura censeatur legasse etiam ius adhoæ sui feudi?*
- 2 *Baro emens, vel reemens ius adhoæ an emat ut alius, vel uti Baro?*
- 3 *In venditione Castri non veniunt particulari titulo quæsitæ.*
- 4 *Vendito feudo cum pertinentijs non veniunt, quæ separabiliter accedunt.*
- 5 *Vendita domo non venit via non expressa.*
- 6 *Castro vendito non veniunt functiones fiscales.*
- 7 *Feudum transit cum onere adhoæ.*
- 8 *Discursus contra legatarium iurium adhoarum cum assignatione fundamentaliū rationum.*
- 9 *Cedens ex titulo donationis, vel legati non cedit contra se.*
- 10 *In legato nominum debitorum an veniunt debita Campforum pro depositis irregularibus penès eos factis?*
- 11 *Sensus Authoris.*

#### Q V A E S T. V.

- 1 **B**aro cum emisset iura fiscalia, & adhoarum in diuersis locis, ac feudis & signanter præuia cessione iuris luendi impetrata à D. Rege affrancasset adhoam sui feudi, exinde in testamento legasset adhoas nūc dubitatur an sub legato generali adhoarum comprehendatur ius adhoæ proprij feudi, & successor legitimus in feudo teneatur ad illius solutionē?
- 2 **D**ifficultas oritur. Quia Baro repræsentat feudum vt Baro. Sed adhoam emit, vt priuatus, prout passim emptiones fiunt, & ius adhoæ esse distinctum, à Baroniam; Et quando duo iura in vnum deueniunt, censentur distincta, & nulla fit confusio *Surd. decis. 110. num. 8. & dec. 155. nu. 13. Fontanell. decis. 144. n. 4.* Ergo dum ius adhoæ est distinctum à feudo, veniet sub legato adhoarum.
- 3 **P**ræterea in Castri concessione non veniunt, nisi ea, quæ pertinent ipsi Castro licet cum quibusuis amplissimis clausulis, non ea, quæ sunt titulo particulari quæsitæ, vt ex pluribus latissimè id fundant *Reg. de Ponte conf. 63. Anna conf. 100. de Georg. alleg. 50.* qui omnes in vna eademque causa scripserunt pro Sereniss. Regina Poloniæ, & licet iudicatum fuerit contra consilia prædicta tam in prima, quàm in secunda instantia iunctis Tribunalibus S. Reg. Consilij, & Regiæ Camerae. Attamen decisio processit, quia multa fuerunt in facto probata in beneficium legatarij, & quia aderant verba amplissima in legato, sibi: *Eo modo, & forma prout dicta Testatrix eos tenuit, & possedit quomodocumq; & qualitercumq;*
- 4 **A**dhæc vendito feudo cum eius iuribus, ac pertinentijs, & integro statu non venit nisi quod rei venditæ inseparabiliter accedit, non autem id, quod penitus est alterius naturæ, *Innoc. in cap. ex litteris de iure patris, & in cap. cum ad Sedem de restit. spoliat.* At Baro ius adhoæ non eodem iure in feudo possedebat, sed vt diuerso *R. Latro dec. 27. n. 16.*
- 5 **M**axime in contractibus, in quibus non veniunt, nisi ea, quæ in contractu expressa sunt, hinc vendita domo non intel-

intelligitur vendita via, quamuis illa res vendita esset inutilis *Bar. in l. binas, ff. de seruis. ubi dicitur prae d.* Et quando accessorium potest esse separatum non sequitur rem venditam.

6 Vendito feudo an veniant functiones fiscales? Negatiuam probat opinionem *Reg. Latr. decis. 37. num. 27.* Quia diuerso iure Baro possidet feudum, & functiones fiscales. Et respondet ad *decis. S. C. relatum per Annam in alleg. 29. in fine*, quod ibi fuit decisum, venire functiones fiscales in venditione Castri, quia erant eodē iure concessa cum Castro, ideo iure liquidata loco introituum Baronaliū, ut refert idem *Anna*. Quod secus visum fuit in alio casu in *d. alleg. 36.* ubi contrarium fuit decisum. Vnde in casu controuerso de Castro vendito cum omnibus bonis feudalibus, & burgenfaticis non venire functiones fiscales particulari titulo quasitas decisum testatur *Reg. Latr. d. decis. 37.* & notat *D. Gizz. in obs.* Quidquid ostendere conetur *Moccia in Sylu. cas. for. cap. 18. cū trib. seqq.* Ex quibus inferitur feudum venditum non transire immune ab adhoā tanquam separata, & particulari, & diuerso titulo particulari quasito.

7 Accedit quod concessio siue venditio feudi habet annexum onus adhoā, ut *Reg. de Philipp. dissert. fiscal 32. nu. 70. Reg. Galeor. lib. 1. in add. ad contr. 52. art. 3. a nu. 51.* & hoc iure utimur in Regno, & omnes venditiones incuntur cū onere adhoā.

8 Aduersus legatarium iurium adhoarum huic ipsa clarior videtur relucere iustitia. Nam sumus in casu quo feudarius emerat, & possidebat multas adhoas in diuersis feudis, vnde non potest controuerti de utilitate legati, sub quo comprehenduntur plures adhoā, & pinguis lucra iurium sub legato contentorum, & dubitationi locus fuisset, si testator nullum aliud ius possedisset, & ita inutile fuisset legatum.

Altius indagando veritatem, ponamus itaque casum, quod emptor plurium adhoarum iurium, cessisset, & vendidisset huiuscemodi iura, posset ne inferri, quod ius affrancatum super proprio feudo cedentis, & vendentis comprehensum fuisset

sub cessione, donatione, vel venditione horum iurium? Equidem nullo pacto posset praetendi, nam apertum est inconueniens, & absurdum, cum tunc temporis feudi proprii onus fuerit reemptum, & nulla praestrabatur annualitas pro adhoā, & consequenter non poterat venire sub cessione.

Praeterea feudatarius pro extinctione iuris adhoā super suo feudo impetrauit ius luendi à Regia Curia, & praeterea cessione iuris luendi recedit à primis emptoribus dictum ius, & cum idem erat utilis dominus feudi; Consequenter per affraccationem extincta fuit seruitus cum res sua non dicatur omninò seruite l. uti frui, ff. si usufr. pet. l. si vnus, ff. de seruit. rustic. praed. l. neque pignus, ff. de regul. iur. l. tria praedia, ff. de seruit. rustic. praed. *Fontanelh. decis. 194. & seq. Reg. Rouit. dec. 98.*

9 Adhuc simpliciter cedens aduersus se cedere non intelligitur l. speculium, S. si cui, ff. de pecul. legat. glos. in l. emptor, ubi *Bab. C. de hered. vel act. vend. l. & conf. 104. nu. 2. Guzman. de enic. quest. 35. n. 95.*

Certius quando agitur de causa lucratiua, nam qui ex causa lucratiua cedit, nullas actiones contra se transfert *D. Olea de cefs. iur. m. 5. quest. 2. num. 23.*

Vlterius quia in legatis si stricta interpretatio contra legatarium quando legatarius est minus dilectus, quam haeres, attendi enim debet maior, vel minor coniunctio, *Rota decis. 303. coram Carill. Card. de Luca de legat. disc. 48. num. 9.*

10 Rursus, sub nomine debitorum veniunt solum illi, qui vere sunt tales, non autem illi, qui detinent bona testatoris iuxta doctrinam *Bal. in l. cum necessitate num. 2. C. de fideic. Mantie. de coniect. lib. 9. tit. 4. nu. 3. vers. ceterorum, Card. de Luca de legat. disc. 4. num. 6.* ubi ponit exemplum practicum omnium Magnatum, & nobilium, ac etiam Mercatorum, qui retinent eorum pecunias penes Cascerios aliosq; Ministros, & dici non possunt nomina debitorum. In casu nostro ius adhoā reemptae nullo pacto potest dici vere esse ius adhoā, dum sit affrancatum, dum possedit feudum liberum ab adhoā.

11 Cum sensu veritatis resoluendum venit sub legato iurium Adhoā, non com-

comprehendi adhoam reemptam per testatorem, cum per reemptionem desierit præstatio illius præstationis, ideoque nec propriè, neque vlllo pacto erat adhoa.

Punctus consistit an pecunia pro afrancatione restituta primis emptoribus per testatorem exercentem ius luendi ex cessione facta pro Regiam Curiam ex particulari contractu spectet ad hæredem in burgenfaticis, vel transierit feudum exemptum ad legitimum successorem in feudo? & dum testator fuit primus acquiritor feudi, videtur dicendum, quod sicut acquirere voluit feudum, ita & extinguere ius illud pro successoribus legitimis, & si alia inspectio esset cū fisco.

### ARGVMENTVM.

**Actio ad constituendum vsumfructum an cedi possit?** Negat *D. Olea*. Qui Magistraliter se habet in quæstione, vtrum morte cessionarij extinguatur vsusfructus si cedatur antequam incæperit, vel delegeretur ante, vel postquam incæperit, vel postea expendens *Marant. & Reg. de Marin.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Actio ad constituendum vsumfructum an cedi possit?*
- 2 *Negatiua opinio D. Oleæ, & quæ fundamentalis ratio.*
- 3 *Vsusfructus per mortem delegatarij, & non delegantis extinguitur.*
- 4 *Vsusfructus si cedatur antequam incæperit an morte cedentis, vel cessionarij extinguatur.*
- 3 *Laudatur D. Olea, & comprobatur.*
- 6 *Reproponitur assertum negans cessibilem actionem ad constituendum vsumfructus, & impugnatur.*

### Q V A E S T. VI.

- 1 **A**ctio ad constituendum vsumfructum numquid cedi possit? *Balduin. in S. finitur Instit. de vsufr.* affirmat. Quinimo eius est sententiæ, quod licet ius vsusfructus in alium transferri non possit, actio tamen ad vsumfructum

constituendum possit in alium transferri, facit etenim eum, cui ceditur actio, merum vsusfructuarium, in confirmationem sententia, adducit *tex. in l. si vsusfructus, ff. de nouat.* quem expendit.

- 2 Sed contrariam sententiam cum *Bar. Fabr. & Angel.* sequitur *Sanch. de stat. Relig. lib. 7. cap. 19. num. 14.* & hanc verissimam existimat *Olea d. nu. 23.* Quia actio ad rem eius est naturæ, cuius est res *l. qui actionem, ff. de regul. iur. l. si legatum S. si quis bona, ff. ad S. C. Trebell.* Si ergo vsusfructus cedi non potest. Ergo neque actio ad illum *Bar. in l. si vsusfructus n. 2.*

- 3 Nec in contrarium fuit *d. lex vsusfructu, ff. de nouat.* Num licet in ea eum, qui mihi vsumfructum constituere tenebatur, delegauerim creditori meo, & delegatio valida fuerit, sed ea ratione accidit, quia debitoris mei, qui dominus proprietatis erat, consensus, & voluntas interuenit, in cuius potestate fuit vsumfructum, qui in mea persona constitutus iam, vel constituendus erat, in personam creditoris mei transferre, vel constituere. Quia tamen alius est vsusfructus in persona, delegantis, alius in persona delegatarij *l. stipulatio ista, S. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig.* Ideo ipso iure non nouatur actio, sed ope delegationis, vt doctissimè explicat *Bar. in d. l. si vsusfructus.*

- 4 Tota difficultas est, vtrū quando adhuc non incæperit vsusfructus in persona vsusfructuarij, & cessa fuerit actio ad constituendum vsumfructum finiatur morte cessionarij? *Reg. de Marin. lib. 1. ref. 346. allegat. glos. in d. l. si vsusfructus, & Marant. in suis notabil. verb. vsusfructus volentes morte cessionarij finiri vsufructu.*
- 5 Rectius indistincte *Olea tit. 3. quæst. 5. n. 26.* Firmat siue ante, siue postea incæperit vsusfructus in persona vsusfructuarij, semper ait extingui per mortem cedentis, & ita ego censui in *melior resol. de Marin.* Quoad delegationem, etiam indistincte ait siue cæperit siue non, semper morte delegatarij finiri vsumfructum.

- 6 Resumenda nunc est prima assertio *D. Olea* firmantis non posse cedi actionem ad constituendum vsumfructum, quam sententiam verissimam esse tradit. Ducitur

tur quia actio ad rem eius sit natura, cuius est res, sed ususfructus cedi non potest. Ergo nec actio ad ususfructum.

At debote est medium assumpti. Quia ususfructum cedi non posse simpliciter negatur, cum si cedatur actio ad constituendum ususfructum, agnitus censetur ususfructus, ut per cessionem ususfructus, tunc comoditas translata censetur, & ususfructus per mortem cedentis finiatur, ut idem *Olea tit. 3. q. 5. n. 27.*

## ARGUMENTVM.

Mutuans ad rem emendam an possit gratificari creditorem posteriorem suum amicum. Et scientia creditoris anterioris an sit necessaria, ut mutuans pecuniam cum pacto de subintrando in locum creditoris dimittendi, ac speciali hypotheca acquirat iura anteriora creditoris dimissi? Expenditur *D. Olea*, in contrarium, & etiam ratio praedictij anterioris quandoque.

## S V M M A R I V M.

- 1 Mutuans ad rem emendam an possit gratificari creditorem posteriorem suum amicum?
- 2 Tacita cessio iurium creditoris anterioris dimissi an requirit scientiam pacti conuenti inter mutuantem, ac mutuatarium.
- 3 Ratio viua *D. Oleæ* nam alias nunquam tacita subingressio procederet.
- 4 Scientiam esse necessariam volunt *Reg. de Pont.* & alij.
- 5 Quando praedictum anterioris oriatur, exemplum adducitur.

## Q V A E S T. VII.

1 **M**utuans ad rem emendam potest gratificari aliquem creditorem posteriorem amicum mutuantis, & inire pactum, ut res emenda remaneat hypothecata ad fauorem alterius creditoris ipsius emptoris, ita *Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 23.*

2 Legalis subingressio in iura creditoris anterioris an locum habeat, si quis soluat creditori anteriori cum speciali hypotheca conuenta cum debitore, & cum pacto de subintrando, ac etiam requira-

tur scientia expressa, & consensus expressus, vel tacitus creditoris dimissi. Quod non sit necessaria scientia, imò creditore ignorante legalis subingressio inducatur, volunt *Arias de Mesa lib. 2. var. cap. 11. Theodor. alleg. 68. num. 11. Caneer. lib. 2. var. cap. 6. num. 44. Olea de cess. iur. tit. 4. quest. 1. num. 21.*

3 Ratio videtur euidens nam si esset expressus, vel tacitus consensus necessarius non diceretur mutuans succedere virtute subingressiois legalis, sed etiam virtute expressæ, & ita pluries iudicatum, refert *Olea*.

4 E contrario quod sufficiant alia requisita absque notificatione, & scientia creditoris sentiunt *gl. Bar. Bal. Alber. in l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss. Reg. de Franch. conf. 6. n. 2. & conf. 87. lib. 1. Amato ref. 9. num. 25. Galeot. contr. 56. nu. 31. lib. 1. Andreol. contr. 348. num. 5.*

Fundamentum est, quia nullum praedictum inferatur creditori antiquiori, unde eius consensus non sit necessarius ita *Mesa ref. 2. num. 5. Cuiac. in recunt. ad tit. C. de his qui in prior. credit. loc. succed.*

5 Unde consistit difficultas, quando potest adesse praedictum creditoris, quia is concurreret pro residuo sui crediti cum mutuate pecuniam. Et *Reg. de Marin. lib. 1. ref. 260. num. 10. & in add. ad Reuert. decis. 8.* vult credentem pro solutione partis debiti effici æqualem ipsi anteriori creditori. Verius tamen est posse oriri praedictum, quia posset fieri æqualis venditori *Card. de Luca de cred. disc. 4.*

## ARGUMENTVM.

Cedens, & cessionarius, quando concurrant, an tantum pro rata in concursu, & quomodo.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cedentis, & cessionarij concursus licitus, & pro qua parte.
- 2 Cessio non debet interpretari contra cedentem, & cedere quis non cogitur contra se ipsum.
- 3 Creditor potior sit censendus, vel qui potior est tempore.
- 4 Cessionarius representat cedentem.
- 5 Cessio quando contra cedentem intelligenda.

\* E

6 Cef-

- 6 Cessio ex causa onerosa multum differt à cessione ex causa lucratiua .
- 7 Obligatio legalis est fortior obligatione, ex facto hominis ,
- 8 Persona loquentis non continetur in dispositione generali .
- 9 Cessionarius aduersus possessores agendo debet deducere suam ratam partem , qua sibi ex toto debito continget viritim .
- 10 Cedendarum exceptio quando habeat locū .
- 11 Creditore vno immisso in possessionem, & tenutam bonorum debitoris, ceteri quoque immissi censentur, & concurrunt pro rata crediti ad pretium rei venditæ , quando sunt creditores eiusdem tituli , habentque pariter ius exequibile .

## Q V A E S T , VIII.

- 1 **C**oncurfus inter cedentem, ac cessionarium vigore hypothecæ deriuantis ab eodem fonte admittitur tantum pro rata , pro qua cessionarius intrat in locum cedentis l. 2. C. de his, qui in prior. credit. loc. Et cedens admittitur pro residuo ei debito, Angel. conf. 208. nu. 2. dub. Praef. de Franch. decif. 260. nu. 5.
- 2 Non obstant text. in l. 2. C. de fideiuss. l. si peculium, §. sicut, ff. de pecul. legat. Bal. in l. 2. C. an seruit. ex suo fact. vbi cessio non debet interpretari contra cedentem imo non potest , quis cogi ad cedendum contra seipsum .
- 3 Augetur difficultas , quia ex pluribus creditoribus habentibus eandem originem præferitur is, qui possidet l. si creditor, ff. de pignor. cap. qui prior. de regul. iur. n. 6.
- 4 Soluitur. vterque nodus hoc modo . cõcurfus præsupponit directã efficaciam, & intentatum iudicium contra tertium , & hoc casu prioritas non attenditur pro rata cessa , nam per cessionem fuit communicata cessionario, aut in istũ translata, & cessionarius repræsentet cedentem Marsil. singul. 335.
- 5 Præterea quandoque creditor cogitur cedere contra se Dec. conf. 104. veluti quando tertius possessor soluit creditori tenetur etiam contra se ipsum actionem, dum prætendit aliud creditum ex causa posteriori insignis est text. in l. mulier, ff. qui pot. in pign. hab. quem perpendit Dec. 4. conf. 104.

- 6 Rectius declaratur, quod cessio, quæ fit ex causa onerosa, & hæc habet locum etiam contra cedentem, l. si culpa, ff. de rei vendic. ibique Bar. & Angel. Secus ex causa lucratiua, vt loquitur text. in l. 2. C. de fideiussor .
- 7 Vltcrius in obligatione legali, nam hæc fortior est propterea quod dirigitur etiam contra se ipsum, non itã in obligatione causata mediante hominis facto ,
- 8 cum in dispositione generali non venit persona loquentis, l. inquisitio, C. de solut. Bal. in l. frater à fratre in vlt. notab. ff. de condict. indeb. Ad hæc non procedit, quando aliter esset prouisum cessionario Dec. vbi sup. col. vlt. & videnda apud Parlador. lib. 2. rer. quotidianar. in fin. p. 4. §. 1.
- 9 in fin. Vbi insuper admonet, quod is, cui iure sunt cessæ actiones aduersus possessores agendo deducere debet suã ratam partem, quæ sibi ex toto debito contingit Roder. de cens. reddit. lib. 6. q. 9. n. 62.
- 10 Quando verò habeat locum exceptio cedendarum actionum monet Soc. sen. conf. 200. lib. 1. plenissime, & Zanger. de except. p. 2. cap. 5. num. 14.
- 11 Concurfus etiam fit vno creditore immisso, vt ceteri immissi videantur, vt pro eorum ratis ad pretium simul vocantur, quando sunt creditores eiusdem tituli, vel etiam diuersarum similibium, vt quia omnes prætendunt causam onerosam, habentque ius pariter exequibile Negusant. de pign. 2. memb. 1. p. num. 8. Costa de ration. rat. quest. 115. per tot.

## A R G V M E N T V M .

Positio in locum an conueniat cum cessione, vel formaliter sit cessio, & statutum loquens de cessione locum habeat in positione in locum, & clausula ponens, &c. quid operetur in cessione iurium .

## S V M M A R I V M .

- 1 Positio in locum an differat à cessione, vel conueniat ?
- 2 Statutum præscribens certam formam in cessione an sibi vim habeat in positione in locum suum ?
- 3 Verbalis quando sit differentia.
- 4 Clau-

4 Clausula ponens, &c. quid operetur in cessionibus.

## Q V A E S T. IX.

- 1 **P**ositio in locum formaliter differt à cessione, non effectiue, vt dexterrime defendit *Bimius à nu. 59. lib. 1.*
- 2 Hinc Statutum Papiæ 135. de cessione iur. incip. vt multis fraudibus præscribens certam formam in cessionibus iurium cum clausula annullatiua non habet locum in positione in locum in constitutione procuratoris in rem propriam.
- 3 Hanc opinionem sibi accidere ait *Costa de ration. rata quest. 70. nu. 10. vbi certum est abesse omnem fraudulentiam, & cessare omnem simulationis suspicionem, alioqui non facile ipsum admittere hanc verbalem differentiam inter cessionem principaliter factam, & positionem in locum, quandoquidem positio in locum conuenit in effectu cum cessione licet modi sint diuersi.*
- 4 Clausula ponens, &c. quid operatur in cessione iurium? *Surd. conf. 22. num. 75.* stante hac clausula actiones penes cedentem remanere inutiles ait, & inefficaces. Distinguunt tamen aliqui inter cessionem ex causa necessaria, & cessionem, quæ fit ex causa voluntaria, vt primo casu illud ius directum repente remaneat inutile, apud cedentem. Secundo casu remaneat efficax quoadusque interueniat vnum de requisitis in *l. 3. C. de nouat.* reiecta opinione *Anzel. in l. si. cum emptore, ff. de pact. Rota decis. 453. p. 1. in nouis. Costa de ration. rata quest. 212. num. 2.*

## A R G V M E N T V M.

Mandare actiones an formaliter sit cedere actiones, & mandatum huiusmodi reuocari possit, & similiter procurator in rem propriam, & qualiter intelligenda sit reuocatio admilla per *Guzman. Caldas,* & alios congestos per *D. Oleam,* & resolutur cum *Præs. Merlin.*

## S V M M A R I V M.

1 Mandatum actionum an cessionem contineat?

- 2 Per mandatum actionum exercitium directarum actionum mandantur.
- 3 Cessionarius an dicatur procurator in rem suam?
- 4 Cessio differt à mandato actionum.
- 5 Mandatarius actionum, & procurator in rem propriam an reuocari possit?
- 6 Feliciter se habet *Præs. Merlin. in resolutione articuli.*
- 7 Mandatum ad exigendum, & soluendum creditori an reuocari possit?

## Q V A E S T. X.

- 1 **M**andatum actionum an cessionem contineat, elegans est indagatio. *Osuald. lib. 5. commentar. cap. 43. litt. L.* putat cedere, & mandare differre inter se, vt genus, & speciem, quia omne mandatum actionum cessionem continet, sed non omnes actiones cessæ dicuntur mandata, plus ergo esse asserit in mandato, quam in cessione, & post alios tenet *Galler. de renunc. lib. 1. cap. 4. nu. 12.*
- 2 Differre autem verius probat *D. Olea de cess. sit. 1. quest. 4. n. 34.* quod mandatum actionum aliud non contineat, nisi mandare exercitium directarum, & per mandatum solummodo mandantur actiones directæ exercendæ, mandantis nomine, & non cedantur actiones, cum per cessionem transferatur vtilis actiones, & exercitium directarum. Beneuerum quamuis *Guzman. de cuius quest. 35. nu. 21.* auferit dicere mandatis actionibus nõ effici quem procuratorem in rem propriam, nisi expresse in rem propriam constituatur, nominatim refellitur per *Oleam vbi sup. nu. 35. & seq. vbi quod is, cui mandata sunt actiones, procurator in rem propriam sit l. procuratore in rem suam, ff. de procur.*
- 3 Multoque magis cessionarius procurator in rem suam dicitur *l. si procuratorem, §. fin. ff. de procurat. Cancer. p. 1. var. cap. 6. num. 79. Fontanell. decis. 167.* & per mandatum actionum non transeunt vtilis *Rota vbi sup.*
- 4 Toto cælo differt cessio vtilium à mandato actionum, quia intentans vtilis, exercet eas nomine suo. Sed per mandatum exercet mandatarius directas nomi-

mine mandantis ad vtilitatem propriam  
*l. vlt. C. quand. fsc. vel priuat. fufe Olea  
num. 46. & seqq.*

- 5 Principalis articulus est vtrum con-  
stitutus procurator in rem suam sine ces-  
sione, cum tantum fuit mandatum exer-  
citiu directarum reuocari possit, si non  
interuenit vnum de requisitis *is l. 3. C.  
de nouat.* Affirmant *Bertazol, Guzman,  
Osch. Barbof. & Cald. de empt. & vendit.  
cap. 24. num. 30. Olea tit. 8. quest. 1. nu. 29.*  
licet recenseat *Schifordeg. & Salgad. con-  
tradicientes.*
- 6 Melius dic cum *Angel. conf. 259. nu. 3.*  
quod non reuocetur reuocatione simpli-  
ci, sed bene reuocetur solutionem reci-  
piendo. Aut compensando, quæ poten-  
tia reuocandi tolletur per denunciatio-  
nem, & nõ ante *Pres. Merlin. cõtr. 31. n. 15.*
- 7 Mandatum ad exigendum, & solu-  
endum creditori an reuocari possit? Rein-  
tegra posse, vult *Marsil. singul. 58. Costa  
de reintegr. dot. 46. nu. 1.*

### ARGVMENTVM.

Ius adeundi hæreditatem an cedi possit,  
dum transmissibile est ex capite iuris de-  
liberandi, vel suitatis, & transmissio sit  
ad hæredes extraneos. Edisseritur an-  
omne, quod ad extraneos hæredes tran-  
smittitur, sit cessibile cum *D. Olea.* No-  
uiter difficultas suscitata resoluitur.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Ius adeundi hæreditatem non est cessibile*  
2 *Ex capite iuris deliberandi, & suitatis  
ius adeundi ad hæredes extraneos tran-  
smittitur.*  
3 *An sit cessibile, quod ad hæredes extra-  
neos est transmissibile?*  
4 *Sententia D. Oleæ.*  
3 *Resolutio Autoris.*

### Q V A E S T. XI.

- 1 **I**Vs adeundi hæreditatem an cedi pos-  
sit? Negant *Monter. decis. 35. nu. 1.  
Bal. in l. 1. C. de iur. fsc. Massin. de confi-  
scat. quest. 45. nu. 2. Bottilier. de success. n. 2.  
theorem. 71. à n. 3. Olea de cess. tit. 2. q. 3. n. 9.*

Ius enim adeundi hæreditatem non  
est ius, sed facultas, non transit in cre-  
ditores, non venit in hypotheca bono-  
rum, ad creditores non transit non ve-  
nit in confiscatione bonorum, *Cancer. lib.  
3. var. cap. 21. à nu. 160. Reg. Latro decis. 8.  
per tot. Massin. sup. num. 10. & seqq.*

- 2 Distinguendum nihilominus videtur.  
Aut sumus infra annum à die hæredita-  
tis delatæ, quem hæres habet ad deli-  
berandum an velit adire, & tunc quia  
hoc ius transmittit ad quemcumque hæ-  
redem etiam extraneum *Gomes. var. to. 1.  
cap. 9. nu. 51. an in tract. de linea legal. lib.  
1. art. 26. nu. 5.* Vnde hæres hæredis intra  
annum defuncti non habebit integrum  
annum ad deliberandũ, sed tantum resi-  
duum anni dati à lege *Gomes. ubi sup. n. 51.*
- 3 Præterea sicut transmittitur ius de-  
liberandi, seu residuum anni dati ad  
deliberandum, & transmissarius poterit  
adire. Ità similiter poterit cedi, quæ  
etenim ad hæredes extraneos transmis-  
sibilia sunt, cessibilia sunt *Rol. à Valle  
conf. 20. lib. 2. Noal. de transmiss. cas. 43. nu.  
29. Molles ad Consuet. Neap. p. 5. quest. 10.  
num. 3. Larrea alleg. 120. nu. 6.*

Pariter hæreditas paterna delata filio  
ex capite suitatis potest trasmitti ad  
quoslibet hæredes extraneos *Gomes. ubi  
sup. annus, Mantie. de coniectur. lib. 5. tit. 5.  
num. 14. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 7.  
num. 2.* Consequenter filius poterit cede-  
re hæreditatem paternam ius adeundi.

Nihilominus *Vasq. de success. resolut.  
§. 20. num. 11.* falsam consequentiam te-  
statur esse, hoc est transmissibile. Ergo,  
& cessibile. Sed valere argumentum.  
Hoc est cessibile, Ergo, & transmissibi-  
le, licet enim omnia, quæ cessibilia sunt,  
transmittantur, non tamen omnia, quæ  
transmissibilia sunt, & transeunt ad hæ-  
redes extraneos, in cessionarium tran-  
smittuntur, *Noal. Pichard. & alij* quos cu-  
mulat *Olea tit. 3. quest. 8. num. 3.*

- 4 Idem autem *Olea num. 4.* ità loquitur.  
*Ego verò licet fatear, multa, quæ in suos  
hæredes transeunt cessibilia non esse, ta-  
menea quæ in hæredes extraneos transmit-  
tantur cedi posse existimo, in fine demum  
concludere videtur, quod actio tran-  
smissibilis est cessibilis quamuis aliquas*  
pa-



patiatur limitationes. Proportionem verò, seu regulam constituit, quod actio cessibilis sit transmissibilis absolute, & sine limitatione.

Posito igitur, quod hæreditas delata, & non agnita ex capite, & iure suitatis, & deliberandi transmittatur ad hæredes extraneos; Attamen illa ex persona defuncti transmittentis aditur, & hæreditas ponitur in inventaria bonorum transmittentis, *Cancer. p. 3. var. cap. 21. n. 144. Surd. decis. 140.*

- 5 Neminem hæcenus vidi tangentem hunc articulum arguentem ex motivo transmissionis, & ruminata difficultate, existimo esse extra terminos cessionis. Quia si cedatur ius adeundi hæreditatem, nihil acquiratur cessionario, & hæreditas adita censeretur per cedentem, sicut si constitueretur procurator ad adeundam hæreditatem, quo casu dubitatur, an ex ipsa constitutione procuratoris adita intelligatur hæreditas. Quando autem transmittitur ius deliberandi, vel adeundi ex capite suitatis, hic casus si hæreditas adeatur per transmissarium, totum cedit beneficio ipsius, & hæreditas ipsi transmissario acquiritur.

#### ARGUMENTVM.

Vendens nomen debitoris, & promittat facere verum, bonum, & responfale, & de defensione, & conseruatione indemnitate an teneatur de exigibilitate nominis? Et quid si vendat tale quale?

#### SVMMA RIVM.

- 1 Vendens nomen debitoris promittens facere verum, bonum, & responfale an teneatur prestare exigibile?
- 2 Recensentur Merenda, & alij affirmantes.
- 3 Cedens nomen debitoris tale quale ad quid teneantur.

#### QVAEST. XII.

- 1 Vendens nomen debitoris tenetur illud prestare, & manutenere verum, & legitimam debitorem, non exigibile, vel locupletem, aut soluendo, etiam si

promisisset facere verum, bonum, & responfalem, & de defensione, & conseruatione indemnitate, quia intelligatur secundum naturam actus *Beltram. ad Ludouif. decis. 579. lit. B. Gasp. T. besaur. lib. 4. quest. for. conf. nu. 3. Massin. de confiscat. bon. quest. 48. nu. 36. Mastrill. dec. 240. n. 9.*

- 2 Licet *Merend. lib. 24. contr. 10. nu. 80.* contrarium velit si cedens progressus sit & promisit cessionem bonam, & validam, & facere consentire omnem personam, nam saltem virtualiter dicitur promississe etiam exigibilem, *Merlin. decis. 789. num. 2.* & videtur sentire *Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 41. nu. 10. Mastr. n. 47. Vrceol. consult. 2. num. 4.*

- 3 Differt an quis vendat ius quod habet in re, vel vendat nomen debitoris tale quale, nam primo casu, etsi nihil cedat, non tenetur; nam venditur dubius euentus. Secus in secundo casu, quia tenetur de veritate ad restitutionem pretij, etiam quod noluerit de euitatione tenei, *l. emptorem, §. qui autem, ff. de act. empt. Vrceol. d. consult. 2. nu. 4.*

#### ARGUMENTVM.

Soluenti debitum proprium operabitur cessio crediti extinctione, *glos. in l. 2. C. de repud. vel abstin. hered. de Marin. lib. 2. ref. 105. à n. 1. vbi etiam in herede sine beneficio inventarij intelligit soluenti debitum proprium non fit cessio, etiam hæredi soluenti debitum defuncti. Quid in vno ex fideiussoribus, vel ex correis, qui magis priuilegiati, quam fideiussores sunt. Cessio ex interuallo facta actio hypothecaria an retrotrahatur.*

#### SVMMA RIVM.

- 1 Soluenti debitum proprium non fit cessio, vel debitum illius, cuius hæres est soluens.
- 2 Quid in vno ex fideiussoribus.
- 3 Correi debendi sunt magis priuilegiati, quam confideiussore.
- 4 Cessio ex interuallo an fieri possit vni ex fideiussoribus soluenti.
- 5 Actio hypothecaria cessa ex interuallo an retrotrahatur?

#### QVAEST.

## Q V A E S T. XIII.

- 1 **S**oluenti debitum proprium non fit cessio, *l. nulla, C. de solut.* si debitor expendit pecuniam pro sui cōmodo principaliter, & cui non competit regressus, *Costa de ration. rat. quest. 22. nu. 4. Giurb. decis. 83. Olea tit. 4. quest. 5. nu. 4.*
- 2 In vno ex confideiussoribus non consideratur illa ratio debiti proprii, attentō beneficio diuisionis, *S. si plures, Instit. de fideiussor. l. fin. C. de duob. res.*
- 3 Correi debendi magis priuilegiati sunt, quam fideiussores saltem quoad beneficium diuisionis, *l. si mandauero tibi, ff. de mandat, Costa de rat. q. 22. nu. 8.*
- 4 Cessio potest fieri ex interuallo aduersus confideiussores vno solum soluente, & aduersus debitorem, *l. cum is qui, ff. de fideiuss. Pres. de Franch. decis. 55. nu. 2.* ex quo non est sublata actio aduersus debitorem, ex quo non dicitur vna obligatio, neque vnus videtur contemplatione alterius soluere, proinde non videtur alterius contemplatione soluere, nec solutio vnus perimit obligationem alterius, *Costa de retrotract. cas. 5. cap. 9. num. 6. Caroc. decis. 87.*
- 5 Subdit *Costa nu. 3. ibi: Intelligendo de hypothecaria, qua creditori competeat, postquam personalis ex mandato competit absque cessione.* Notabilis est hæc declaratio de retrotractione hypothecariæ actionis ad tempus solutionis iuxta *Costam.* At vtrum in præiudicium tertii diuersa est questio.

## A R G V M E N T V M.

Cessio solutionis causa facit de creditore puro conditionalem ne possit conueniri ante excussionem bonorum debitoris principalis cessi. Excussionis exceptio an locum habeat inter Mercatores, & de iure Canonico. Quid si renunciatum fuerit exceptioni excussionis?

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio solutionis causa de creditore puro facit conditionalem, & qualiter.

- 2 Exceptio excussionis bonorum principalis debitoris cessi an habeat locum de iure Canonico, & inter mercatores, & in Concistorio Principis?
- 3 Exceptio præfata an fit de opicibus iuris?
- 4 Renunciatis huic exceptiori an impediatur creditorem cessionarium?

## Q V A E S T. XIV.

- 1 **C**essio solutionis causa facit de debitore puro conditionalem, vnde nō tenebitur, nisi quanto minus post factam excussionem bonorum debitoris cessi consequi potuit creditor cessionarius, iuxta *l. si mandauero, S. interdum, ff. mandat. Osa sch. decis. 62. Surd. conf. 22. num. 11. Cancer. lib. 2. var. cap. 6. de solut. nu. 198.* debitor enim conditionalis est, non purus, qui teneatur quomominus ab alio consequi poterit, *l. decem, ff. de verb. oblig.* ita de cessione solutionis causa in specie, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. num. 31.*
- 2 Difficultas oriri potest, vtrum hæc exceptio discussionis cesset de iure Canonico, cum sit de apicibus iuris de quibus nō curat ius Canonicū, sed de solo rei effectu, *Cæcer. 2. p. var. c. 5. de fideiuss. n. 150.* Maxime in Concistorio Principis, vt *Fontanell. vbi sup. nu. 35.* vbi ita decisum in Senatu Cathalon. refert.
- 3 Procedit limitatio, si exceptio opponatur respectu ordinis iudiciarij, vt prius discutiantur bona principalis antequam deueniri possit contra principalem debitorem, & fideiussorem secus si pro interesse partis, vt si bona cessa sint soluendo, nō possit molestari principalis, *quest. 10. nu. 13. Mastrill. decis. 128. num. 8.* Tota difficultas est, quomodo interesse partis possit separari ab ordine iudiciario. Vnde *Crauet. conf. 263.* reprobatur illam distinctionem, quæ si esset vera, nūquā rejiceretur discussionis exceptio. Saluari potest distinctio, vt vtrumq; simul creditor, & debitorem cedentem, & debitorem cessum, vel tertium possessorem conuenire possit *Guid. Pap. q. 472.* sed videndus fuse de hoc edisserens *Fontanell.*
- 4 Maior difficultas est, vtrum etiam renunciata in specie exceptione excussionis

his possit cessione solutionis causa facta cessionarius agere immediate contra cedentem, & non repellatur exceptione excussionis?

Ratio pro affirmatiua opinione est, quia d. exceptio excussionis est de natura contractus, & eius visceribus sic inest, vt separari non possit, & tali casu numquam possit dici, vt sit de apicibus iuris, & sic numquam possit reijci exemplum; ponit *Bar. in l. 1. nu. 2. C. de conuen. fisci. debit. lib. 10.* in fideiussore indemnitate, quem inquit posse exceptionem excussionis opponere etiam si renunciasset, quod natura magis obligationis, quam beneficio legis receptum esse asserit latissime *Fontanell. num. 53. & seqq. & nu. 59.* ita decisum refert, & dixi *in abs. 5. ad Pres. de Franzb.* Conueniunt pulchrè adducta per *Oleam tit. 7. quest. 3. nu. 37.* vbi de nomine debitoris insolutum dato.

## ARGUMENTVM.

Cessio an possit fieri ex interuallo fideiussori, qui se obligauit proprio nomine principaliter, & insoludum, an reputetur correus, ideòque post solutionem ex interuallo non sit locus cessione iurium? *Rota Romana* decisio laudatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio iurium an possit fieri post solutionem ex interuallo fideiussori principaliter, & insoludum obligato?
- 2 *Rotæ Romanæ* decisio laudatur.

## Q V A E S T. XV.

- 1 Cessio an possit ex interuallo reportari per fideiussorem, qui se obligauit vti correum? Dic quod licet de stricto iuris rigore per maiores nostros ponderato, vbi agitur de fideiussoribus, qui se obligando vti principales, & insoludum potius correi debendi, quam fideiussores dicantur, fieri non possit cessione ex interuallo, sed intret regula ex *l. Modestinus, ff. de solution. quasi quod correus non animo se releuandi à principali debitore, sed potius animo extinguendi*

propriam obligationem soluiffe dicatur iuxta *Surd. decis. 308.*

- 2 Nihilominus vbi verè, & realiter spectata facti veritate, ac rei substantia non est principalis Reus, qui se obligasset in causam propriam, sed alienam, tunc ex recepta æquitate admittitur cessione etiã, ex interuallo *Merlin. decis. 512. Card. de Luca de credit. disc. 104. num. 16.*

## ARGUMENTVM.

Fideiussor, qui cum alij pro Communitate se insoludum obligauit, & totum debitum, soluit reportata iurium cessione, an agat insoludum pro toto debito contra quemlibet ex confideiussoribus, vel pro virili. Et quid si non existat cessione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor Communitatis soluens totum debitum, cum cessione iurium an agat ad totum debitum contra quemlibet ex fideiussoribus?
- 2 Opinio distinguens inter correos ex causa non correpectiua, vel correpectiua.
- 3 Differentia si agatur ex dispositione legis, vel ex cessione iurium.
- 4 Quando agat contra correum non detraha virili sua.

## Q V A E S T. XVI.

- 1 PRO debito contracto pro indigentijs Communitatis plures ciues ad fauorem creditoris insoludum se obligauerunt. Cumque vnus eorum totum debitum soluisset reportata à creditore cessione iurium contra alios, eiusque vigore pro toto debito ageret contra illud coobligatum, qui tanquam Communitatis administrator pecuniam habuerat, ad effectum eam erogandi in vsus pro quibus debitum contractum fuerat.
- 2 Assumpta disputatione, & reassumpta quæstione, quæ ex *Bar. Bal.* alijsque antiquioribus tractata habetur, apud *The-saur. decis. 191. Reg. Latro decis. 32. Cenc. de censib. quest. 41. Olea tit. 5. quest. 5. Ludouif. decis. 190.* An scilicet, & quando inter Correos, vbi præsertim non sint ex cau-

causa correspondens, quia nempe nihil ad eorum manus peruenerit ex causa, pro qua obligati sint, intret beneficium diuisionis, ac an Correo contra alium Corream agat. Et in specialibus terminis plurium obligatorum pro debito Communitatis habetur, apud *Rotã ex Buratt. decis. 751. & dec. 24. post Merlin. de pignor.*

3 Ista quæstio cadit, quando Correo contra Corream agere velit ex sola iuris dispositione, & tunc intrant distinctiones inter Corream ex causa onerosa, & lucratiua. Secus ubi coobligatus non agat ex persona propria exercendo illam actionem, quæ ex dispositione legis, ac diuisionis beneficio resultat, sed agat ex iure cesso uti representans personam, & iura creditoris, cuius cessionarius dicitur procurator in rem propriam. Et uti tertius, & independentem à qualitate Correi, vel confideiussoris.

4 De duobus excipiebat Reus Conuentus. Primo scilicet, quod cum ipsi æqualiter, principaliter, & insolidum se obligassent, ita dicendi essent potius Correi debendi, quam confideiussores, & consequenter, quod diuisionis beneficium à lege inter confideiussores inductum in proposito non intraret, dum ita dici poterant Correi debendi ex causa lucratiua, seu non correspondens, dum pecunia ad eorum utilitatem non est versa, sed Correo se constituerant in gratiam tertij nempe Communitatis.

Et secundo, quod ubi etiam dicendi essent confideiussores ex dicto beneficio diuisionis, adhuc tamen ad solam virilem quilibet conueniri poterat, non autem vnus insolidum.

Inuoluta appellari solet quæstio. An vnus ex pluribus insolidum obligatis, qui totum soluendo cessionem iurium à dimisso creditore reportauit, agere valeat contra vnum, vel aliquos tantum in vim dictæ obligationis insolidum? In duas inspectiones distingui solet. Prima est, ubi Correo, qui iure cesso agit uti tertius representando personam cedentis exercere velit actionem absque detractioe propriæ virilis? Hoc casu quamuis in stricta iuris censura procedendo cum illa distinctione ideali, seu intellectuali

plurium personarum formalium in eadem persona materiali nonnulli præsertim antiquiores affirmatiuam teneant, quasi quod cessionarius ita censetur homo omnino diuersus a Correo, seu confideiussore representando personam creditoris cedentis quidquid scholasticè posset dubitari; In foro communiter est recepta opinio, ut scilicet ex regula *dolo facis*, &c. vel ex inanis circuitus prohibitione agere non possit ad totum, sed teneatur propriam virilem detrahere, ita *Cenc. de cens. quæst. 71. num. 4. Beltram. ad Ludouic. decis. 190.*

Aut Actor dicta circuitus exceptione non expectata propriam detrahat virilem pro reliquis autem nolit distributive contra omnes agere, sed ab vno, vel aliquibus tantum eligat recuperare, & tunc receptum est, ut id sibi liceat, neque intret obligatio diuisionis, quia non agit tanquam Correo, vel confideiussor ex diuisionis beneficio à lege tributo, sed uti cessionarius quemadmodum si ipse principalis creditor ageret contra vnum insolidum, ita ut vnus ex Correis, vel confideiussoribus esse non debet deterioris conditionis, quam sit quilibet extraneus, *Cenc. quæst. 71. num. 4. Rota decis. post Merlin. de pignor. Quidquid distinguat Roncbegall. in l. Reos, ff. de duob. Reis, inter confideiussores, & Correo Parlador. & alij quos refert, & sequitur Card. de Luca de credit. disc. 95. num. 8.*

Beneuerum id locum habet de rigurosa opinione, sed de æquitate supercederi debet, ut pulsatus cogat, alium qui sit facilis, & promptæ executionis ad soluendam suam virilem, ita *de Luca ubi sup. num. 11.*

#### ARGUMENTVM.

Primus creditor an possit cogere secundum ad cedendum sua iura super bonis communis debitoris. Vel potius secundus cogere valeat primum? Reijcitur *Placentini* opinio. Et distinguitur pro resolutione quæstionis.

#### S V M M A R I V M.

1 Primus creditor an possit cogere secundum ad cedendum sua iura super bonis communis debitoris? 2 Reij-

- 2 Reijcitur Placentinus negans anteriori creditori ius offerendi.
- 3 Resoluitur questio cum distinctione.

## Q V A E S T. XVII.

- 1 **P**rimus creditor an possit cogere secundum ad cedendum sua iura, super bonis communis debitoris, vel potius secundus cogere valeat primum?
- 2 Creditorem anteriorem posse cogere posteriorem per ius offerendi ad cedendum sua iura, nullibi se legisse tradit Placentinus, quem reprobat *glos. in l. cum notissimi, C. de praescript. 30. ann.*
- 3 Distinguendum crit nihilominus, quod aut possidet creditor possessor rem hypothecatam, & tunc iste praefertur in petendo iurium cessionem a priore creditore, & subintret in locum anterioris, & melior sit conditio possidentis. Aut vero possidet anterior, vel tertius, & tunc secundus praefertur per ius offerendi *Pacific. de Saluan. interd. inspect. 5. cap. 1. num. 36.*

## A R G V M E N T V M.

Verba translatiue, & non extinctiue cum sint incompatibilia cum extinctione, quae magis attendantur, an quae incipiant, & sequentia famulenter praecedentibus, & praeponderet quod principaliter agitur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Verba translatiue, & non extinctiue sunt incompatibilia.
- 2 Conuentio est attendenda, si actum sit de extinctione sortis censualis.
- 3 Verba famulantur intentioni contrahentium.
- 4 Ex proemio desumitur voluntas.
- 5 Clausula ponens non repugnat cessioni extinctiuae.

## Q V A E S T. XVIII.

- 1 **V**erba translatiue, & non extinctiue sunt incompatibilia cum extinctioni expresse repugnent *Bal. in l. 1. C. de act. & oblig. cum pluribus adductis per Casanatt. conf. 10. a num. 1. & conf. 11. num. 18. & seqq.*

- 2 Nihilominus attendenda est conuentio de erogando pretium, & pecuniam in extinctionem, nec censuale debitum etenim diceretur solutum, si census adhuc vigerent manente semper obligatione principalis debitoris *l. empti, C. de hered. vel act. vend. Rota decis. 183. post lect. de censib. num. 2.*

Si conuentionis verba incipiant a verbis extinctionem importantibus, tunc sequentia verba prioribus famulentur, etiamsi alioquin esse possent translatiua, nam semper attenditur, quod principaliter agitur *l. verum, ff. de furt. & potius veritas, & intentio Partium inspicienda est, quam verba, & extensio scripturae l. Labeo, ff. de suppell. legat.* Verba debent deferuire menti, non autem intentio verbis *can. humana aures 22. quest. 5.*

- 3 Quapropter ubi Partes egerunt de cessione non intellexerunt de translatiua formaliter, sed de extinctione census *Cenc. de cens. quest. 103. num. 27.*
- 4 Desumitur contrahentium voluntas ex proemio instrumenti, quia contrahens declarauit, velle sortes principales, & fructus persolvere, quae verificari non potest in cessione translatiua per quam debitor non liberatur, sed tantum, in extinctiua, cum sonent in liberationem *Rota decis. 14. p. 11. recent.*
- 5 Clausula ponens non operatur cessionem translatiuam. Quia sicut venditor census ponit dictam clausulam in fauorem emptoris, ita retrouendens in retrouenditione ad fauorem venditoris ad significandum actum in omnibus retro similem *Rota d. dec. 144. n. 27. & 28. p. 11. rec.*

## A R G V M E N T V M.

Creditor, qui Titium ad mille obligatum habebat duos fideiussores in distinctis summis recepit, & vni soluenti cedit sua iura contra principalem debitorem, aduersus quem non existentem idoneum, si vterque concurrant, & cedens principalis creditor, & cessionarius, an pro rata concurrant, vel potior erit Creditor? Expenditur *Socinus* amplexatus per *D. Oleam* quamuis reiectus, & ponuntur casus in quibus loquutus est *Salic.* in quo se fundauit *Socinus*.

\* F

SVM-

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditor in mille s; pro illis duos fideiussores in distinctis summis acceperit, & uni soluenti cessit sua iura, an potior sit in bonis debitoris non idonei, vel concurrat cum fideiussore cessionario.
- 2 Socinus consuluit pro creditore, & defenditur per D. Oleam, cuius verba transcribuntur.
- 3 Casus Socini, & Saliceti ponuntur, & tollitur æquiuocatio.
- 4 Sectatores utriusq; opinionis recensentur.
- 5 Assertiones certæ ab incertis separantur.

## Q V A E S T. XIX.

- 1 **C**reditor, qui Titium ad mille obligatum habebat, pro quo duo fideiussores intercesserant, vnus pro quingentis, vni, qui sua quingenta soluerat, cessit iura sua cōtra Titium principalem debitorem. Si fideiussor virtute cessionis agat pro illis quingentis à se solutis, & creditor virtute suæ obligationis, ea quæ ei quingenta adhuc debebantur ad eorum exactionem cum fideiussore eius cessionario concurrat, Titio non existente soluendo an potior erit pro suo credito, vel concurret pro rata cū cessionario?
- 2 Aduersus fideiussorem cessionarium pro creditore consuluit Socin. *conf. 206. lib. 2. quem expedit D. Olea de cefs. iur. tit. 6. quest. 8. num. 25. & seq. & defendit contra Præs. de Franch. decis. 260. sentientem pro concursu utriusque cedentis, & cessionarij, ita loquens Olea. Et licet contra Socinum sentiat Franch. decis. 260. in qua iudicatum refert fideiussorem, & creditorem pro rata deberè concurrere, quia vterque ex eodem fonte, & eadem obligatione causam habet sequitur Curia Philipp. 2. p. lib. 2. cap. 6. n. 50. Tamen mihi sententia Socin. videtur verior: Nam alias cessio contra ipsum cedentem retorqueretur, & impediret eum, ne quod sibi debetur, recuperaret, quod esset contra contrahentium mentem, & finem fideiussionis, quia dum eam cautionem exposcit, id agit vt indemnitati suæ consulat, ad hoc vt si forte debitor principalis soluendo non sit, id si-*

deiussorum non suo periculo cedat. Vltra quod quando creditor pro vna obligatione duos fideiussores pro vna admisit, non eo animo est, vt obligatio Rei principalis in duas summas diuidatur, sed tantum, vt duos illos fideiussores loco vnus, & quasi vnum accipit, quare eorum vllus nihil virtute cessionis consequi poterit à principali debitore, vsque quo creditori cedenti integre sit satisfactum. Ex quibus verius censeo, quod quemadmodum fideiussor, qui pro dimidia quantitate, quam soluit cessas habet actiones nullum habet ius contra cedentem, quamuis post cessionem, vel ante aliam dimidiam à debitore, vel alio fideiussore exegisset Franch. & Curia Philipp. vbi sup. ita etiam si cum cedente concurrat nullatenus ei erit impedimento.

- 3 Quoad Socinum dicimus illum consuluisse iuxta doctrinam Salic. in l. 2. C. de fideiussor. procedentem cum æquiuoco, dum se fundat Salic. in dispositione illius textus, qui procedit, vel vbi creditor aliud haberet creditū antè, in cuius præiudicium non tenetur sibi facere æqualem fideiussorem soluentem ex causa posteriori, & hos terminos percutit casus, de quo agit Socin.

Vel vbi creditor in parte satisfactus à fideiussore reperiretur in possessione bonorum debitoris, vnde propterea denegaret cedere eius iura fideiussori, non quidem simpliciter, sed ad effectum, vt ille agere non posset contra ipsum possidentem, non quia tunc cesset obligatio cedendi, vel ratio cedendarum, sed quia præsupposita etiam cessione illa operatiua non remaneret quoad bona per eum possessa ratione potioritatis, quæ data paritate causæ competit possessori.

- 4 Cæterum Salic. & Socin. reijciuntur per Negus. de pignor. p. 5. memb. 3. num. 34. & Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 74. nu. 15.

E contrario Salic. & Socin. sequuntur plures Ultramontani præsertim Modestin. Pistor. lib. 1. quest. 1. nu. 4. Harctaman. Pistor. lib. 1. quest. 48. nu. 2. Carpou. iur. prudent. forens. p. 2. Constit. 17. de fin. 22. nu. 1. cum seqq. & tâquam relator Tuscus verb. cessio conclus. 210. nu. 23. & 10. & clarius firmat Angel. *conf. 206. in 2. dub. in specie de fideiussore concurrente cum principali debitore.*

5 Certa ab incertis separando, quoties duo in diuersis summis fideiusserint, ita vt vnus non possit dici sub intuitu, & contemplatione alterius, sub spe contributi, & releuationis ab alio fideiussisse, & tunc non poterit ab vno fideiussore solvente peti cessio contra alium fideiussorem, *Olea vbi sup. nu. 25.*

Paritet vbi agitur de fideiussore praestito pro aliqua summa limitata eiusdem debiti, vti residuali, & suppletiuo eius, in quo deficeret principalis debitor, eo quia pro reliqua parte creditor verisimiliter tutus esset, ex iisdem effectibus, ex quibus resultat causa debendi, vt de fideiussore tutoris, & administratoris, qui longe maiorem quantitatem administraturus est, quoniam hoc casu fideiussio praesumitur praestita, pro summa residuali, & consequenter non tenetur creditor fideiussorem illum sibi facere aequalem.

## ARGUMENTVM.

Creditor an sit obligatus cedere iura tertio soluenti partem debiti, & pro sit conuentio inter debitorem, & creditorem de subintrando in locum dimittendi creditoris?

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditor an obligetur cedere iura sua tertio soluenti partem debiti?
- 2 Conuentio inter contrahentes de subintrando sine cessione iurium suffragetur.

## Q V A E S T. XX.

1 **C**reditor non est obligatus cedere iura tertio soluenti partem debiti, illumque facere sibi aequalem, sed solum teneri facere de aequitate illam cessionem, qua soluenti prodesset ipsi vero non noceret, eam scilicet faciendo *iuriu taliam qualium*, &c., & dummodo contra ipsum cedentem, etiam in concursu nec agendo, nec excipiendo retorqueri possint, *Bart. in l. Aristo nu. 1. & 2. ff. quaeres pign. oblig. poss. Negus. de pignor. part. 5. nu. 15. Olea de cess. iur. nu. 4. qu. 3. num. 20.*

*Rota decis. 242. part. 11. rec. nu. ult. Card. de Luca de cred. discurs. 4. nu. 14.*

2 Hinc occulta conuentio inter debitorem, & tertium sibi credentem non debet creditori dimisso praedudicare, nam venditor semper dicere poterit, se illam partem solutionis debiti recepisse, ideoque debitorem pro residuo tolerasse, quia credidit recipere de bonis proprijs ipsius debitoris absque timore habendi aequalem concurrentem. Nisi creditor conscius pacti id patiat, vt late de Luca vt supra nu. 10.

## ARGUMENTVM.

Vendita domo distributa solutione in plures pagas, si venditor cessit sua iura illi, qui credidit pecuniam pro soluenda prima paga, & post interuallum cessit iura credendi ad effectum soluendi alias pagas, an veniat praefendus primus Mutuator: Explanatur res, quando eadem causa debendi, & vnicitas, seu identitas, & origo attendatur pro concursu creditorum, & quando non.

## S V M M A R I V M.

- 1 Vendita domo distributa solutione in plures pagas, an praefatur qui credidit pecuniam pro solutione primae pagae; & expenditur celebris decisio R. de Ponte.
- 2 Causa quoties est aequalis, quando concurrent creditores in diuersis temporibus, pro rata expenditur decisio De Ponte.
- 3 Diuersitas temporis, quando inducat prioritatem crediti.
- 4 Recensentur casus, quando prioritas ad sit ratione temporis.

## Q V A E S T. XXI.

1 **V**endita domo distributa solutione in plures pagas, si venditor cessit sua iura illi, qui credidit pecuniam pro soluenda prima paga, & post aliquos annos alteri iura cessit credendi ad effectum soluendi alias pagas. Quis veniat praefendus.

2 Causa cum sit aequalis, & ambo mutantes sint creditores, & eadem causa

\* F 2 vide



videtur dicendum ambos concurrere pro rata iuxta *dec. 34. de Pont.* vbi scilicet ad eandem rem emendam, siue ad idem opus construendum plures diuersis temporibus credunt, quoniam licet ad sit discretio temporis attamen identitas causæ eos reddit æquales, nisi facti particulares circumstantiæ aliud suadeant.

3 Vnde non obstare dicendum est diuersitatem temporis, quod scilicet quis per annum circiter antea creditor communis debitoris effectus sit, & ab antiquo dimisso creditore iurium cessionem reportasset, quoniam cum eadem sit causa debendi, istius vnicitas, seu identitas attenditur, non curata diuersitas temporis, iuxta celebrem *dec. 34. de Ponté, Galeot. lib. 2. contr. 21. Salgad. in labyr. par. 1. cap. 21.*

4 E conuerso edifferitur, quod vbi est quidem eadem causa producendi totum debitum inspecta origine, sed diuersus est effectus, quia nempe pars vno tempore, & pars altero debita sit, cum tunc intret ordo temporis, idemque ille, qui in causam primi anni credidit, vincit alterum, qui est posterior pro credito secundi, iuxta dispositionem *text. in l. Insulam, ff. qui potior. in pign. vbi Bald. & alij.*

Præcisus casus *d. text. est*, vbi scilicet venditur prædium, quod ad plures annos erat conductum sub ea lege, vt pensio primi anni esse debeat venditoris, in futurum autem emptoris, & deceditur, vt in bonis inuectis, & illatis à conductore, quæ pro pensione hypothecata sunt, potior conditio sit venditoris attento ordine temporis, idque ex duplici ratione. Primo scilicet, ex verisimili voluntate contrahentium, vt post alios, *Arias de Mesa lib. 3. var. c. 17. nu. 12.*

Secundò, quia licet omnium bonorum debitum originem trahat ab eodem contractu locationis; Attamen in effectu videntur plura debita, etiam in substantia, quoniam in primo anno, in quo contractus iam effectum sortitus est, debitum est certum, & purum, in alijs sequentibus est incertum, etiam in substantia, quoniam ob rei peremptionem, vel euictionem, aliosque casus potest contractus euanescere, & cessare causa debiti.

Similis est casus in debito census annui, quoniam licet annuæ annualitates proueniant, ex eodem contractu, & ex eadem sorte habita, ex eodem pretio. Attamen quot sunt anni, tot sunt debita, ob incertitudinem, etiam in substantia, futurarum annualitatum, ex causa peremptionis fundi censuatæ, vel redemptionis census, aut quod licite defierit possidete, *Ludouif. dec. 345.*

Et consequenter qui credidit debitori pro solutione fructuum anni sequentis postponatur creditori pro solutione fructuum primi anni *Olea tit. 6. qu. 8. nu. 27. Celsus dec. 254.*

Conuenit casus de mutuantibus hæredi pro soluendis legatis, vt præferantur qui crediderunt pro soluendis legatis puris, priores enim erunt, illi, & postponantur qui crediderunt pro soluendis legatis purificata conditione, quoties nõ ad sit separatio bonorum hæredis à bonis defuncti, alias secus *Rota dec. 269. par. 6. rec. & dec. 14. p. 7. rec.*

## ARGUMENTVM.

\*Sub legato adoharum in diuersos feudis existentium, an comprehendatur adoha per acquirentem feudi reempta, per Testatorẽ præsertim, si ex verbis reemptionis colligatur voluntas exemptionis ab onere adohæ, & legandi adohas quæ ægibantur tempore legati.

## SVMMARIVM.

- 1 Legatum adoharum super diuersis feudis, an comprehendat adoham reemptam in proprio feudo.
- 2 Adohæ onus debetur ex fructibus feudi, & an veniat adoha reempta in proprio feudo.
- 3 Res semel extincta non renouiscit.
- 4 Legatum est strictè interpretandum.
- 5 In legato veniunt, quæ erant pænes Testatorem tempore testamenti.
- 6 Verba Testatoris debent intelligi secundum tempus verbi.
- 7 Verba Testatoris debent intelligi naturaliter proprie, & non fictè.
- 8 Persona loquentis non comprehenditur in dispositione.

9 Ver-

9 Verba ambigua declarantur ex alijs eiusdem præcedentibus, vel subsequen-  
dem præcedentibus, vel subsequen-  
tibus.

## QVAEST. XXII.

- 1 **S** Vb legato adoharum in feudis di-  
uerforum Baronum, an comprehen-  
datur adoha in feudo proprio virtute  
iuris luendi à D. Rege concessi reempta  
per Testatorem à posse Consignatariorum.
- 2 Negatiua opinio pro successore in feu-  
do iterum suadetur præcipue, nam cum  
ex fructibus feudi soluendi onus specta-  
bat ad feudatarium tanquam habens  
feudum, vt seruiat Domino *Anna conf. 4. n.*  
*29.* Consequenter sequuta reemptione,  
non poterit amplius idemet esse cre-  
ditor, & debitor, cum actio, & passio de-  
beant esse discreta *l. Vranus ff. de fi-  
deiussor. Costa de ration. rat. qu. 45. nu. 11.*
- 3 Præterea res semel extincta amplius  
non reuiuiscit, *Cyn. in Auth. Matri, &  
Auiæ qu. 8. C. quand. mul. tutel. offic. fung.  
pot. Boer. dec. 266. nu. 4.*
- 4 Vltterius legatum est stricte interpe-  
trandum *l. vnum ex familia, §. si rem ff.  
de leg. 2. l. nummis, ff. de leg. 3. Decius in l.  
in testamentis, ff. de reg. iur.* Vt minus cen-  
seatur grauatius hæres, *l. eum qui ita, ff. de  
verb. oblig. Mant. de coniectur. lib. 7. tit. 1.  
nu. 27.* Ita vt nec affectionis, vel consan-  
guinitatis ratione legatum sit ampliandum,  
nisi ad fauorem patris legatarij, &  
minor coniunctio non efficiat, vt rece-  
datur à regula; quæ vult minus grauan-  
dum esse hæredem. Vnde restringantur,  
etiam contra vxorem legatariam *l. qui  
concupinam, §. 1. ff. de legat. 1.* Sine dubio  
si minus coniunctus sit legatarius, vt ali-  
bi supradictum est, modo conceditur,  
quod aliæ adohæ in alienis feudis exi-  
stentes contineantur in legato. Secus il-  
la proprij feudi finita, & affrancata.
- 5 Adhæc testator reliquit adohas, quas  
dixit tunc habere vulgari eloquio, *che  
tengo.* Et sic de tempore testamenti, &  
certum est, quod ille dum verè non ha-  
bebat adoham super feudo proprio, dum  
percipiebat fructus, ex quibus soluitur  
adoha.

Iuris censura adohæ sub legato solum

veniunt, quæ testamenti tempore erant  
Testatoris, *l. Iulianus §. fin. ff. de legat. 3.  
l. vxorem §. testamento, ff. eod. Bar. in l. si  
ita scriptum nu. 4. ff. de aur. & arg. leg. Bal.  
in rubr. C. de testam. Paul. de Castr. in l. eum  
stipulamur nu. 3. ff. de verb. oblig. vbi cum  
quidam Hospitali legasset, quidquid de  
suis pecunijs soluto ære alieno remane-  
ret in Monte Florentiæ, & tempore te-  
stamenti remanebant mille, & postea per  
Testatorem fuere in Monte illo duo  
mille reposita Consuluit *Paul. de Castr.*  
mille solum deberi Hospitali, & ita Flo-  
rentiæ fuisse iudicatum, & sequuntur  
*Alex. in d. text. Menoch. de præsumpt. lib. 4.  
præsumpt. 127. nu. 12.**

Additur text. in *l. si ita scripsisset, ff. de  
legat. 2.* vbi si quis amico suo legauerit  
quidquid Titius debet ipsi, illud dumtaxat  
in legato continetur, quod Titius  
tempore testamenti, pure debebat,  
adeò vt si deinde aliud pure, vel condi-  
tionaliter debere constiterit, in legato  
non continetur.

Confert text. in *l. si ita legatum, & l. fin.  
ff. de aur. & arg. legat.* vbi in legato argen-  
ti illud cõtineatur, quod Testatore tem-  
pore testamenti habebat.

*Cauale. de vsufr. n. 86.* dicit, quod lega-  
tũ certarum rerum attentò *d. text.* non  
comprehendi, nisi res, quæ extabant tẽ-  
pore testamenti, non demum acquisita.

*Fulgos. num. 100.* consuluit, legatũ per  
virum vxori factum omnium, & singulo-  
rum bonorum mobilium non includi ac-  
quisita post testamentum.

*Alex. conf. 171. nu. 1. lib. 6.* probat, quod  
cum Testator reliquisset amico tertiam  
partem omnium bonorum ipsius Testa-  
toris, deberi solum tertiam partem bo-  
norum existentium tempore testamenti.

*Roman. singul. 503.* vult, in legato li-  
brorum venire solum, quos Testator tẽ-  
pore conditi testamenti habebat, sub-  
dens de hoc esse casum singularem in  
*l. Aurelius §. testamento ff. de liber. legat.  
Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 21. nu. 10.*

*Petr. Garz. à Toledo dec. 24.* refert de-  
cisum, prohibitionem factã à Testatore  
inter hæredes de non alienando bona  
extra familiam non comprehendi bona  
post testamentum quæ sita.

Theaur.

*Theſaur. in deciſ. 168.* refert Senatam iudicaffe, in vſufructu omnium bonorum mobilium, & immobilium vxori relicto non cōtineri vſumfructum bonorum poſt teſtamentum acquiſitorum.

*Marta voto 26.* deciſum teſtatur in legato vſufructus omnium bonorum Montium non venire vſumfructum Montium poſt teſtamentum acquiſitorum, a d huc ſi legatarius eſſet locus pius, vel coniuncta perſona.

Inſuper nam principaliter Teſtator in precibus R. Catholicæ Maieſtatis pro impetrando iure luendi potrectis de ſe liberando eo debito adohæ in executionem illiusque ſupplicationis verba liberationem importent, ſequentia illi verba famulantur, quia ſemper attenditur id, quod principaliter agitur, verba enim deſeruiunt intentioni *l. ſi quis, geſtum, C. plus valer, quod agit,* & voluntas contrahentium deſumitur ex præmio instrumenti, per quæ liberari voluit *l. liberationis,* & ibi *gloſ. ff. de verb. ſignific. Rota dec. 19. poſt Olea de ceſſ. iur. n. 5. & 8.*

6 Cōprobat ex textu in *l. ſin. S. 1. ff. de legat. 2.* vbi quod verba teſtatoris debent intelligi ſecundum tempus verbi; Vndè cum teſtator legando diſpoſuerit de adohis per verba præſentis temporis ſcilicet, *che tengo* res eſt extra controuerſiam, non comprehendi poſſe adoham proprii feudi, cuius percipiebat fructus diſponens.

7 Rurſus quia verba Teſtatoris debent intelligi naturaliter proprie, & non fiſte *l. fideicommiſſum, S. 1. ff. de condit. & demonſtrat.* Cum ergo adoha naturaliter non poſſit dici illa ex proprio feudo, quia fructus illius percipit feudatarius conſequenter non poſſet intelligi comprehenſa ſub legato adoharum.

8 Iuuat, quod inter alias adohas non debet connumerari adoha proprii feudi incompatibilis in perſona percipiente fructus, & in generali ſermone non venit perſona loquentis *Rota deciſ. 29. poſt Tarra de cambijs,* & dixi in *tractat. de pluralit. homin. legat. 97.*

9 Demum quia adohæ in aliorum Baronum feudis toto cælo differunt ab ideali, & imaginaria in proprio feudo, & pro-

inde inter adohas veras proprias, & reales non poſſet recenſeri adoha fiſta pro parte legatarij, & tota liſ eſſet pro melioratione feudi inter feudatarium ſucceſſorem, & hæredem in burgenſaticis proſūma erogata in liberatione ab onere adohæ in iudicio ordinario, & non iudicio legati quod redditur ordinariū dum cōtinetur articulus cōtrauertibilis.

#### ARGUMENTVM.

Creditor cedens iura crediti ſui cenſualis tertio ſoluenti pro diſmiſſione crediti cū clauſula præſeruatiua quod *non operetur in præiudicium cedentis directè, nec indirectè, nec in concuſſu* an ſibi præiudicet in credito poſteriori hypothecario, quod habebat ante ceſſionem ad rationem minoris interuſurij.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Creditor cedens iura ſua tertio ſoluenti ſortem cum cenſibus cum clauſula quod ceſſio non officiat directè, nec indirectè, nec in concuſſu an ſibi præiudicet in credito poſteriori?
- 2 Tertius ſit anterior virte ſubingreſſionis legalis.
- 3 Ceſſio creditori anterioris non eſt neceſſaria, & cogitur cedere creditor iura.
- 4 Cautela præſeruatiua explicatur.

#### Q V A E S T. XXIII.

- 1 **C**reditor cenſualis in annuis docatis octoginta pro capitali ducatorum mille, ſi tertio recementi virtute ceſſionis iuris luendi à debitore reportati cum pacto de ſubintrando in anteriores hypothecas ſoluenti capitale cum cenſibus ceſſerit primæua iura cum clauſula, quod *ceſſio non officiat cedenti nec directè, nec indirectè, nec in concuſſu,* & tunc temporis habebat aliud creditum hypothecarium poſterius an ſibi præiudicauerit in d. credito poſteriori ſortè cum cenſibus recipiens pro anteriori credito, vel ſibi non præiudicauerit ob dictam clauſulam præſeruatiuam?

2 Aduerſus cedentem arguitur. Quia ſtan-

stante pacto de subingrediendo in locum anterioris creditoris sequuta receptio-  
ne per subingressione legalem reemens  
acquirat iura anteriora primi crediti, &  
præferendus venit creditoribus iuxta  
anterioritatem crediti dimissi, nec sit ne-  
cessaria cessio creditoris anterioris, ita  
*Arias de Mesa lib. 1. var. cap. 11. Cancr.  
lib. 2. var. cap. 6. num. 44. Theod. alleg. 68.  
à num. 11. Olea de cess. iur. tit. 1. quest. 1.  
num. 15. & 16. vbi post quamplures firmat,*  
quod potiore creditore oblata pecuniam  
recusante accipere, tunc posse creditorem  
posteriolem offerre, & depositare absque  
aliqua cessione, & subingressio legalis  
habeat locum.

3 Conclusionem ampliat *Olea*, vt et si  
creditor ad cuius notitiam peruenit pactum  
inter debitorem, & creditorem mutu-  
uantem initum contradiceret subingressio-  
ni, pecuniamque sub eo pacto accipere  
recusaret, adhuc oblata sibi pecunia,  
& postmodum deposita mutuans eius locum,  
& anterioritatem occuparet *Olea vbi sup. num. 26. scripsi in obs. 97. ad  
decis. Pres. de Franch.*

Tertius ex conuentione cum debitor  
soluens sortem cum censibus anteriori  
ad effectum subintrandi in iura anteriora  
non indigebat cessione, & consequenter  
quod creditor dimissus sub specie fauoris  
cedendo iura soluentem circumuenerit  
sibi tollendo, quod iam cõpetebat  
mediante dicta clausula.

4 Cautela præseruatiua vigore dictæ  
clausulæ intelligitur, vt præseruet, si  
cedens possideret pignus ex posteriori  
credito. Et tunc directè nou præiudicaret,  
nam cessione deinde iuribus anterioribus  
non possit cessionarius ex primis cessione  
molestare cedentem, similiter si cedens  
ex posteriori credito habuisset bona, &  
alienasset in tertium, nam tunc indirectè  
cessionarius non possit agere contra  
tertium habentem causam à cedente, &  
ita indirectè præiudicando ex iuribus  
anterioribus cessione; Neque in concursu,  
si soluisset causam primi crediti, nam  
tunc cedens non faceret sibi æqualem  
*Card. de Luca de credit. discurs. 8. num. 2.*

## A R G V M E N T V M.

Cessio in dubio an sit pro soluendo, vel  
pro soluto præsumenda, & si contingat  
decoctio debitoris cessioni, cuius periculo  
cedat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio an iudicanda sint in dubio pro soluendo an pro soluto facta.
- 2 Resoluitur questio.
- 3 Mora in exigendo quando noceat cessionario.

## Q V A E S T. XXIV.

1 CESSIO in dubio an iudicanda sit pro  
soluendo, vel pro soluto facta, nisi  
verba, vel circumstantiæ aliud non sua-  
deant? Regula est, vt cessio potius cen-  
seatur nempe pro soluendo, quam pro  
soluto *Duran. decis. 266. num. 17. Rojas  
decis. 47. p. 10. rec.*

2 Indicata cessio importat mādatum ad  
exigendum nomen, quod perseverat in  
dominio debitoris, proindè periculum,  
quod contingit ex decoctione, vel alio  
casu nominis cessioni est cedentis, & so-  
lum cessionarius ob susceptione oneris  
mandati ad exigendum, vt regressum,  
habeat contra cedentem docere debet  
de diligentijs moralibus, & talibus qua-  
libus, pro facti qualitate, pro eius ex-  
actione, vt apud *Fontanell. decis. 124. Al-  
tograd. conf. 37. n. 28. lib. 4. Merlin. decis. 29.*

3 Vbi cessionarius diu exigere negli-  
gat, aded si diligentias adhibuisset, ex-  
actio sequuta esset antequam casus de-  
coctionis, vel impedimenti, & tunc se  
involuere videntur Scribentes, vt *Olea  
tit. 4. quest. 3. à num. 39. Salgad. in labyr.  
q. 3. cap. 11. à nu. 53. cum lapsus temporis  
non possit operari translationem domi-  
nij, & successiue periculi, ideòque negli-  
gentia nocere non potest, bene intrans  
termini susceptionis mandati pro-lata,  
vel leui culpa, quã mandatarius tenetur  
præstare mandanti ob male administra-  
tum mādatum. Nisi emanauerint de su-  
per pragmaticæ præfigentes terminum.*

Ex facti varietate potest ius variari,  
vt aliquæ partitæ datæ sint vt pignus,  
vel

vel pro soluendo alix pro soluto ob verba acceptionem denotantia, seu bonificationem, ibi: *Erano fatte buone l. si debitor, ff. quæ potior, Card. de Luca de cred. discurs. 65. per tot.*

### ARGVMENTVM.

Soluens Fisco pro debitore fiscali an valeat agere via executiua, qua poterat Fiscus absque cessione? Expenduntur *Olea, Noguerosol. Paschal. & alij* refertur casus decisis.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Soluens Fisco pro debitore si valeat agere uti cessionarius sine cessione?*
- 2 *Refertur casus decisis.*
- 3 *Suspensio exactio num fiscalium an operetur in præiudicium eius, qui soluit ante suspensionem emanatam.*
- 4 *Cessionarius Fiscus an habeat idem priuilegium conueniendi debitorem fiscalem in foro fisci?*

### Q V A E S T. XXV.

1 **S**oluens Fisco pro debitore fiscali an valeat agere eadem via executiua, qua poterat Fiscus absque expressa cessione? Negat *D. Rodoer. in addit. ad Reg. de Marin. ref. 166. nu. 15.* Quod comprobatur *Olea de cessione iur. tit. 4. quest. 1. n. 31. ex l. 3. & ult. C. de priuileg. Fiscus, & l. cum alter, C. de fideiussor.*

Contrarium volunt *Noguerosol. alleg. 11. num. 58. & Consil. Paschal. de virib. patr. potest. p. 1. cap. 8. num. 179.* quorum Ego ipse memini in *animaduers. ad cap. 269. Gratian. nu. 11.*

Attamen *Olea num. 33.* scribit his verbis. *Sine dubio teneas, Fisco nihil speciale esse concessum, & cessione indigere, qui eius Iura suscipere intendit, quam sententiam tuetur Gothofred. ita intelligens l. 2. C. de his, qui in prior. credit. locum succed. Iac. Cuiac. lib. 18. obseruat. cap. 40.*

Nihilominus verior, & in foro magis recepta est opinio *Noguerosol. & Consil. Paschal.* quod negare non ausus fuit *Schiffordegher. lib. 3. tract. 13. q. 23.* acerrimus

alioqui in hac re *Pragmaticorum* censor. Et hæc tacita cessio prorsus est ad fauorem Fiscus, ut unusquisque alliciatur ad soluendum debita fiscalia.

2 **C**ontrouersia hæc nuperrimè fuit disputata in *Reg. Cam. Summ. in causa verente inter Vniuersitatem Feroliti cum D. Io: Dominico Maiorano.* Casus narratur. Annis 1666. 1667. & 1668. per qu. V. I. D. D. Carolum Maioranum soluti fuerunt Regio Thesaurario ducati mille, & biscentum nomine dictæ Vniuersitatis pro functionibus fiscalibus, quas debebat R. Curia. Cumque conuenta fuisset Vniuersitas per dictum R. Io: Dominicum filium, & heredem dicti q. V. I. D. D. Caroli in R. C. S. ad solutionem dictorum ducatorum mille, & biscentum opposuit Vniuersitas non posse molestari ob suspensionem generalem R. *Pragmatica* editæ anno 1669. quæ est *Pragm. 7. in ordine sub tit. de Iurib. & exact. fiscal.* per quam remissæ fuerant omnibus Vniuersitatibus Regni tertiæ, & residua, quæ debebant R. Curia, & suspensæ, quæ debebantur Consignatarijs vsque ad annum 1669. his verbis: *Y en ultimo que me representais de la remision de los residuos, tanto que se deuen al Fisco, quanto à los Consignatarios de fiscales he tenido por bien de remitir desde luego todos los que pertenezzen à residuos pertenientes al Regio Fisco, y suspender lo que deuen à Consignatarios.*

E' contra aduersus Vniuersitatem replicauit Maioranus nullatenus sibi obstare præfatam *Pragmaticam* disponentem contra Fiscum, & Consignatarios, qui adhuc non exegerant; Secus quoad Titium, qui iam soluerat Fisco, vel Consignatarijs pro debito Vniuersitatis. Gratia enim Principis nunquam tollit Ius Tertio quæsitum, & ut mirificè aiebat Theodoricus Rex penès *Cassiodorum lib. 2. epist. 17. Munificentiam nostram nulli volumus extare damnosam, nè quod alteri tribuitur, alterius dispèdijs applicetur.*

Vlterius *Reg. Pragm.* tantum remisit tertijs decursas, seu residua, non verò fortes. Et pecunia soluta à Tertio pro tertijs, vel residuis consideratur uti fors non comprehensa in dispositione R. *Prag-*

ma-

*maticæ*. Cum in iure certissimum sit, quod interesse solutum à Tertio consideratur tanquam fors respectu illius, unde illi Tertio postea debetur interesse, illius interesse considerat tanquam sortis, *glos. in l. si prior, S. 1. in glos. verb. gessi, ff. qui potior. in pignor. Faber de error. Pragmaticor. decad. 20. error. 1. num. 7. Leonard. de usur. quest. 87. nu. 11. de Franch. decis. 254. in fin. & ibi Ego in obseru. Staiban. de interesse quest. 6. num. 12.*

Immò pro parte Maiorani afferbatur posse exequutiue agere contra Vniuersitatem. Nam certum est, quod ex Priuilegio Fisci contra debitores fiscales liquidò proceditur ad capturam personæ, & tenutam bonorum *l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Marant. in prax. par. 4. dist. n. 59. Peregrin. de Iure Fisc. lib. 6. tit. 7. num. 7.*

Quod sanè Priuilegium, procedendi scilicet exequutiue, in ipsomet actu solutionis transit in eum, qui pro debitore fiscali Fisco soluerit etiam absque cessione ad *textum* latis clarum in *l. 45. S. 9. ff. de iur. Fisci, l. 5. ff. de censib. l. 2. C. de iur. Reipubl. lib. 11.* Et hoc est alterum priuilegium Fisci speciale, vt quilibet de Populo promptior reperiatur ad soluendum debita fiscalia, vt benè considerat *Noguerol. loc. ubi supr. Peregrin. l. 1. num. 8.* tradès ità seruari in praxi apud Venetos.

Et si dicatur Fiscum hodie pro tertijs decursis antè annum 1669. non posse procedere contra Vniuersitates exequutiue, immò nec posse agere propter suspensionem, & remissionem generalem *Reg. Pragmaticæ*. Et sic si extincta fuere iura in Fisco cedente, multò magis erunt extincta in Titio cessionario.

3 Primò respondetur, suspensionem *R. Pragmaticæ* loqui dumtaxat de residuis, seu tertijs decursis; Pecunia soluta à Maiorano debet considerari vti fors, vt diximus suprâ, pro qua sorte repetenda omninò debet concedi via exequutiua. Et iste casus fuit omissus à *Reg. Pragmaticæ*. ideòque in illius dispositione non fuit comprehensus. Statutum enim tantum disponit quantum loquitur, & non vltra ad *text. in l. commodissime, ff. de liber. & posthum. Thomat. decis. 46. nu. 25. Altograd.*

*conf. 4. num. 23. & 24. lib. 1.*

Secundò, & melius respondetur. Quod pecunia fuit soluta à Maiorano antè *Pragmaticæ* promulgationem. Et iura Fisci tempore promulgationis *Pragmaticæ* iam reperiabantur translata in Maiorano ob solutionem iam sequutam, annis 1666. 1667. & 1668. Ideòque si dispositione *R. Pragmaticæ* extincta fuere iura Fisco competentia, nam fuerunt extincta iura iam quæ sita Tertio, & Fisco. Ità egregiè *Alexand. conf. 199. nu. 4. vol. 6.* vbi notabiliter tradit Statutum non comprehendere casus præteritos iam terminatos, putà transactione, vel solutione &c. In calu prænarrato iam negotium terminatum erat solutione facta nomine Vniuersitatis Regiæ Curiæ.

Denique pro parte Maiorani adducta fuit punctualis decisio R. Cam. Summ. in causa Vniuersitatis Roccæ Monsine, cum Angelo, & alijs de Rozzera, in qua disputatus fuit dictus articulus suspensionis *R. Pragmaticæ*, an scilicet comprehendat quantitates iam solutas à Tertio, & referente qu. Regente D. Iacobo Capycio Galeota tunc R. C. S. Præsidente, & Commissario etiam in gradu restitutionis in integrum decisum fuit contra Vniuersitatem, quæ allegabat dispositionem *R. Pragm.* Processus conseruatur in Banca Blasij Bottone R. C. S. Actuarij.

Quibus omnibus subtiliter adductis per elaboratum I. C. Neap. *Antonium Pistorium* tuentem iura dicti de Maiorano fuit per D. Præs. R. C. S. Franciscum Antonium Andreassum pronunciatum contra Vniuersitatem, cui præceptum fuit, vt infra dies quindecim solueret quantitatem petitam.

Cumque ad effugiendam solutionem Vniuersitas petijset causam remitti ad S. R. C. vbi aderat lis inter nonnullos Particulares eiusdem Vniuersitatis cum eodem Maiorano se opposuit doctissimus, & nunquam satis pro meritis laudatus Reg. Consil. D. Franciscus de Andrea tunc R. Patrimonij Fiscalis Aduocatus, qui sequentem efformauit instantiam contra remissionem petitam.

4 *Fiscus vsis Actis tam Sacri Consilij, quam Regiæ Camerae dicit causam introductam*

\* G

ductum in Sac. Conf. anno 1669. ad instantiam quorundam particularium Terra Feroleti petentium non molestari à q. Carolo Maiorana vigore obligationis penès acta, tanquam per ipsos stipulata pro debito vniuersali, in qua fuit processum vsq; ad annum 1670. quo tempore supponitur fuisse pro debito satisfactum, esse longè diuersam ab alia introducta ad instantiam eiusdem Vniuersitatis in Reg. Cam. anno 1690. petendo non molestari in Regia Audientia ab herede dicti q. Caroli pro solutione ducatorum mille, & ducentum, solutorum diuersis vicibus à dicto q. Carolo Regio Thesaurario nomine, & pro parte ipsius Vniuersitatis in causam functionum fiscalium ab anno 1664. vsque ad annum 1667. In qua cum per Reg. Cam. fuisset processum ad dationem termini, fuit postmodum ordinatum, suspensio dicto decreto, ut Vniuersitas intra dies quindecim solueret quantitatem petitam, fol. 32.

Quapropter cum in hac non de alia re agatur, nisi solū an suspensio ordinata in beneficium Vniuersitatum anno 1669. comprehendat etiam quantitates solutas ab alio de mandato Vniuersitatis ante suspensionem, huiusmodi articulus non ab alio erit decidendus, quam ab ipsa Regia Camera, qua sola est Iudex competens contra Vniuersitates circa solutionem functionum fiscalium, quantumuis ponantur soluta ab alio. Cum ex Iuris dispositione Iura omnia, & privilegia Fiscii aduersus debitores fiscales, ipsi iure transeant in eum, qui pro illis soluit, etiam sine cessione ex privilegio eiusdem Fiscii, ut Doctores docent, ut quilibet de Populo promptior reperiatur ad soluendum debita fiscalia.

Instat ideo ordinari, ut Regia Camera continuet in procedendo, etiam pro executione alterius scripti eiusdem Collateralis Consilij. Non obstantibus alijs obtentis ex parte Vniuersitatis, tanquam nixis false cause allegatae, quod de huiusmodi creatio fuisset olim introducta in Sac. Conf. Quam ex relatione ultimo loco facta ordine Reg. Camera constat non esse veram. Die 12. Februarij 1693.

Demum per supremum Coll. Conf. referente Spectab. D. Regente D. Nicolao Galcon decisum fuit, quod Reg. Cam.

Summ. procedat. Processus est in Banca Iosephi Pinti R. C. S. Actuarij.

### ARGUMENTVM.

Donatore credente se posse de mille aureis disponere, cum tamen quingenta solum reseruauerit falsa opinione ductus cesserit vni per viam donationis septingentū, alteri tercentū qualiter fiat adiudicatio?

### S V M M A R I V M.

- 1 Cedente ducatos septingentum alicui de mille, de quibus credebatur posse disponere, & ducatos tercentum alteri, qualiter fiet diuisio.
- 2 Recurrendum est ad iudicium ratae iuxta Paul. de Castro.
- 3 Ex duobus cessionarijs an praefertur prior nominatus?
- 4 Attenditur temporis interuallum.
- 5 Praefertur is cui primo facta est traditio.

### Q V A E S T. XXVI.

- 1 Donatore credente se posse de mille disponere, cum tamen quingenta solum reseruauerit falsaque opinione ductus cesserit per viam donationis vni septingentum, alteri tercentum, quis erit modus diuidendi?
- 2 Recurrendum est ad iudicium ratae, ex eleganti conf. 331. num. 4. lib. 1. Pauli de Castr. vbi docet diuidenda quingenta in decem partes, quarum quaelibet facit quinquaginta, & tres partes ex suprascriptis nimirum 150. pertinebunt ad illum, in quem donans disposuit de tercentum residuum verò scilicet 350. adiudicabitur alteri, cui donator assignauit septingentū.
- 3 Nec obstat, quod ex duobus assignarijs, vel cessionarijs praefertur prior nominatus, ac primo loco honoratus Bal. conf. 248. lib. 3. Cuman. conf. 173. Alex. conf. 14. nu. 8. lib. 1. Afflicti. decis. 335. n. 22. Ojasi. b. decis. 63.
- 4 Respondetur bifariam. Et prima est resolutio, ut intelligatur dubium, quando concurrunt temporis interuallum, postquam in his, quae coniunctim fiunt, seu simul, & semel fiunt, non datur nec po-



posterius *l. inter heredes Instit. de legat. l. quidam testamento, ff. de pecul. legat.*

- 5 Alia est responsio, vt prælationi sit locus, quando primo facta esset traditio citra errorem illum in mente. Alioqui vbi neutri sit facta traditio, & idem error vtramque assignationem inuaserit, sit vtrobi diminitio pro rata ad tradita per *las. in l. quoties, C. de rei vendit. ita Costa de rat. ratæ quest. 125. num. 4. & 5.*

## ARGUMENTVM.

Traditio non habet locum in incorporalibus, sed illa fit organo cessionis, vt in societate vniuersali, & donatione vniuersali omnium iurium, & actionum

## S V M M A R I V M.

- 1 Rerum incorporalium non est propria traditio, & in incorporalibus fit organo cessionis.
- 2 In societate corporalium qualiter fiat traditio.
- 3 Cedens nomen debitoris illud nequit à se separare, & quis effectus.

## QVAEST. XXVII.

- 1 Rerum incorporalium non est propria possessio, ideòque nec traditio habet locum *glos. in l. 3. ff. pro socio*, nec potest fingi traditio in ius intercessisse, cum ad id porrigatur fictio, quod per naturam fieri potest. Vnde in societate incorporalium sufficit actiones inuicem præstari organo cessionis.
- 2 In societate corporalium statim fit communicatio etiam sine ope specialis traditionis, cum possessio acquiratur in communi, & dominium ex vi tacitæ traditionis *glos. vbi sup. Costa de retrotract. monit. 3. ad cap. 2.*
- 3 Quam obrem cedens nomen debitoris nequit illud à se ita separare, quin debitor cessus, si post cessionem fuerit exactus liberetur à cedente, dummodo cessionarius non præuenerit litem constando, vel non receperit à cesso cum ostensione instrumenti cessionis, & con-signatione eiusdem copix iuxta *l. 3. C. de nouat.*

Excepto casu frequentissimo in praxi de quo apud *Thesaur. decis. 201.* nempe quando cessio respiceret commodum cessionarij, quia tunc nullum ius etiam directum reale relinquit cedenti, qualis est cessionarius constitutus dominus, & procurator in rem propriam cum positione in locum, & ius cedentis. Tamen si distingui solet inter cessionem, quæ fit ex causa necessaria, & eam, quæ fit ex voluntaria, vt primo casu illud ius remaneat inutile apud cedentem. Secundo remaneat vtile, donec interueniat vnum de tribus requisitis in *d. l. 3. vt Costa de ratione rat. quest. 213.*

Clausula *ponens &c.* importat in venditionis instrumento cessionem actionum, & iurium venditoris in emptorem, nec non constitutionis procuratoris in rem suam, qui procurator in rem suam est loco domini *l. non totum, ff. de pact. Papon. conf. 52. num. 18.* Imò stante d. clausula censetur à cedente abdicata potestas, ita vt nihil aliud possit peragere ad præiudicium cessionarij *Mastrill. decis. 133. nu. 11.* At aliter si facta sit solutio quia liberabitur soluens ignorans cessionem, vt dixi in *Spicileg.*

Vel quando esset donatio omnium bonorum commemoratione facta iurium, & actionum cum iuramento de non contrahendo tunc enim donator, & cedens priuatur omni iure, actione *Paris. conf. 15. lib. 3. Costa vbi sup. num. 6.*

## ARGUMENTVM.

Venditor per clausulam *dedit tradidit, & cessit* an liberetur ab actuali traditione, & quid importent ille verba? Ad iudicatio nominis debitoris facta per iudicem an transferat quasi possessionem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Per clausulam *tradidit cessit &c.* an liberetur venditor ab actuali traditione?
- 2 Ad iudicatio nominis debitoris facta per iudicem an transferat quasi possessionem nominis debitoris.
- 3 Quid mobilibus venditis.

## Q V A E S T. XXVIII.

1 **O**mnibus perspicua est illa theoricæ Bar. in l. prædia, ff. de acq. possess. cōcipientis per clausulā tradidit, & cessis censerī cōcessam licentiā ingrediēdi propria auctoritate, & nō liberari promissorē ab actuali traditione rei, quæ per dicta verba non probatur, nisi res, quo tempore prolata sunt hæc verba, essent in præsentia, & conspectu partium Roman. conf. 509. num. 23.

Nec dicta verba important confessionem rei traditæ, quando sunt verba probata extra fundi conspectum, sed solum important licentiam intrandi propria auctoritate Crass. de except. 13. num. 9.

2 Immò etiam si in datione insolutum iudiciali adesset clausula cedens, & transferens adhuc non censetur translata possessio in creditorem non procedente eiectione debitoris adiudicati, qui dominus sit, & possessor Alba conf. 292. lib. 2. n. 54. Costa de re integr. dist. 15. num. 7.

3 Aliter si agatur de re mobili, quæ fuerit in præsentia partium, & exceptio rei non traditæ detegitur calumpniosa, secus in re mobili positâ extra conspectum Partium. Et non liberabitur cedens ab actuali relaxatione Costa de clausul. conuentional. claus. 2. num. 2.

## A R G V M E N T V M.

Antefato in usufructu per viduam lucrato per præcedentiam mariti secundo verò in dotem cesso, vel usufructu alterius rei, siue annua quantitate legata in dote in dotem cessa viro quid veniat soluto matrimonio restituendum an sint deducenda onera matrimonialia.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vsufrectu in dotem cesso quid comprehendatur, & quid restituendum soluto matrimonio.*
- 2 *Intellectus l. dotis fructus, §. vsufrectus, ff. de iur. dot. & l. vsufrectu in dotem dato, ff. sol. matrim.*
- 3 *Annui redditus inter immobilia comprehenduntur.*

4 *Fructus bonorum immobilium dotalium spectant ad maritum.*

5 *Utilitates exactæ sortiuntur nomen accessionis.*

6 *Intellectus l. vxori, & de vsufr. legat.*

7 *Mulierem indotatam remanere ratio publici boni non postulat.*

8 *Vsufrectus ceditur viro ab vxore duobus modis, nimirum vel nomine dotis, vel interesse.*

9 *Pactum de utilitatibus annuis restituendis soluto matrimonio detractis ad ratam detrahendis quomodo intelligatur.*

10 *Clausule detractis detrahendis vis, & efficacia.*

11 *Proprietas nuda potest dari in dotem, & quid censeatur esse datum in dotem eum datur proprietas nuda.*

12 *Vsufrectus legatum quomodo aestimetur.*

13 *Text. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. fundatus est in dubio euentu.*

14 *Proprietas nuda quam suscipiat aestimationem.*

15 *Proprietas nuda data in dotem an vsufrectu finito dos augeatur nec ne.*

## Q V A E S T. XXIX.

1 **Q**uotidianæ quæstionis examen est argumentum propositum, quando annui redditus dati sunt in dotem, vel usufructus alicuius rei, aut annum legatum in dotem per vxorem sit cessum, & matrimonium perduravit aliquod lustris nunquid proventus, qui medio tempore nuptiarum ad maritum peruenierunt sint restituendi.

2 Ad huius puncti resolutionem succurrit textus elegantissimus in l. dotis fructus, §. si vsufrectus, ff. de iur. dot. vbi concludit negatiuè, quando speciatim aliud actum non apparet. Id ipsum comprobant l. si fundus, & l. vsufrectu in dotem dato, ibique Castr. ff. solut. matr. quem textum expendit solertissimè Gamma decif. 314. num. 8.

3 Ratio duplex est. Vna, quia redditus annui inter immobilia computantur Clement. exiui, §. cumque annui de verb. signific. vberimè Tiraquell. de retract. lignangier. §. 1. glos. 6. Sed fructus bonorum immobilium dotalium pertinent ad maritum,

ritum, neque sunt restituendi, cum debeantur pro oneribus matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iur. dot.*

4 Altera assignatur ratio, quia utilitas illa annuatim exacta sortitur nomen accessions, ideò soluto matrimonio restitui solum debet ius vsusfructus, vel ceditur dumtaxat illud ius in posterum percipiendi annuos redditus, ità in indiuiduo arguit *Crauet. conf. 782. l. b. 5. num. 2.*

5 Beneuerum inicit scrupulum *textus in l. uxori, ff. de usufr. legat.* vbi quasi certa quantitas constituta videtur, & distributa in plures annos, quando datur vsusfructus in dotem, vnde fit coaccruatio summarum tot annorum, quot durauit connubium, atque illarum fit restitutio vxori soluto matrimonio, cum satis sit eam annuam pecuniam fuisse apud maritum, quia ea interim vti potuit.

6 Sicut quando sunt promissa genero alimenta ad certum tempus, illa augent dotem, debeatque reddi adueniente casu restitutionis, pro quibus competit hypotheca à die promissionis, *Socin. conf. 240. lib. 2.*

7 Stringitur difficultas, quia nisi ità intelligatur, fiet profecto, vt datis redditibus annuis in dotem, mulier soluto matrimonio relinquatur indotata repugnante ratione publici boni, *l. 1. ff. solut. matrim.* Ad quem modum vxor vsusfructuaria in bonis mariti, qui conduxerat gabellas poterit exigere datum, sed in fine vsusfructus debet restituere quidquid exegerit, *Bald. Odofred. Castr. in l. 1. C. de usufructu. Surd. conf. 575. num. 2. lib. 4.* Sic in redditu prothocollorum *Alex. in l. diuortio, S. si vir, num. 5. ff. solut. matrim.* & istam difficultatem sic euadere docet *Crauet. d. conf. 782.*

8 Luculentius *Garz. in tract. de expens. cap. 23. num. 6.* ad oculos ponit duos casus. Primus est, quando sortis nomine dignoscitur vsusfructus datus in causam dotis, & tunc etiam quarumcumque utilitatum perceptarum medio tempore faciendae est restitutio, quoniam hoc modo vxoris dos petret in accessorio, quod est absonum, & inuicissimile. Secundus est casus, quando accessions nomine essent traditi in dotem annui prouentus,

qui suppullulant etiam soluto matrimonio, non aliter, ac fructificat praedium, cuius instar est ius percipiendi annuum redditum, & tunc non sunt restituendi redditus constante matrimonio percepti, sed cessisse intelligantur marito ob onera matrimonij *d. l. pro oneribus.*

9 Vel distinguendum est, aut dos sit constituta in re, & tunc maritus lucratur fructus, aut constituta est in fructibus, & tunc maritus nil lucratur praeter solam commoditatem vtendi, & fruendi, *Bald. in l. 4. ff. de pact. dotalibus.*

Quo circa ad *tex. in d. l. uxori* respondetur, vt procedat quando vsusfructus nõ fuit datus in dotem simpliciter, sed ad certum tempus, quo casu videtur certa quantitas data in dotem, tum maxime distributa in annos ad ratam temporis, quo maritus pertulerit onera matrimonij, & fungitur vice sortis, alioquin non est tutum tenere, quod dotis restitutio regulatur, secundum modum, aut ordinem constitutæ, siue exactæ dotis, *Castrensis. in conf. 470. num. 1.*

10 Cæterum declarationem insignem recipiunt praedicta, ne habeant locum, si redditus annui sint dati in dotem, qui sunt duraturi ad tempus, & intercesserit pactum de illis utilitatibus restituendis soluto matrimonio deductis ad ratam deducendis, quoniam in isto casu singulis annis fit detractio ad rationem, saltem quinq; pro centenariis, & reliquum ingreditur calculum sortis, & sic obseruabitur de anno in annu, *Crauet. Gama, & Garz. & latissime Costa de ratione rata q. 131.*

11 E contra si contingat in dotem dari nudam proprietatem reseruato forte vsusfructu penes datorem in eius vita, prout potest *l. 4. ff. de iur. dot.* & in loco matrimonij vigeat Statutum, vel consuetudo de antefato, quod ad ratam capitalis soluti debetur, tunc dicitur tantum esse in dote, quantum constet aestimatio nudæ proprietatis abscedente vsusfructu, quæ aestimatio regulanda est ad praescriptum *l. hereditatum, ff. ad l. Salcid.*

12 Sicut aestimatur vsusfructus legatum iuxta *Galliam conf. 26. Surd. conf. 451. num. 37. lib. 3.* Immo, & ipsa legitima eodem ambulet gressu, ait *Richard. in quo ego*

cogitarem, nā illa assignanda est statim in fructibus pro alimentis filij.

13 Verumtamen sublato dubio euentu, in quo fundata est *d. l. hereditatum*, vt certa sit dos, & certum sortiatur augmentum, scilicet antefatum eiusdem dotis correspondens, non incongrua esset æstimatio nudæ proprietatis arbitrio boni viri, *Bald. conf. 103. lib. 1. Viuius decis. 500. nu. 13. lib. 3.* vbi declaratur, quomodo sit estimanda nuda proprietas.

14 Facit in argumentum *text. in l. si cui fundus instit. de legat.* scilicet per substationes, quæ indicant verum valorem. Et minus æstimatur res concessa ad tertiam generationem, & longe minus res concessa ad vitam vnus, *Bald. conf. 133. lib. 3. & conf. 161. lib. 4.*

Quinimo finito vsufructu dos suscipit incrementum, & accessionem, vnde per retrotractionem fingitur dos longe pinguior, & consequenter debebitur pinguius antefatum ad ratam sortis.

#### ARGUMENTVM.

An creditor, qui alteri cessit creditum, valeat cessione non obstante debitorem cessum cogere siue ab eo solutionem debiti recipere, vel liberare, aut nouare in præiudicium cessionarij? Explicantur cessionum species.

#### SVMMARIVM.

- 1 *Creditum suum cedens an possit deinde cessionario præiudicare, etiam sine interuentu requisitorum l. 3. ff. de nouat.*
- 2 *Cessionum species assignatur plures.*
- 3 *Exemplificantur casus omnimodæ utilitatis cessionarij.*
- 4 *Casus mixtus cessionis.*
- 5 *Cedens semper potest agere pro utilitate cessionarij in quacumque specie cessionarij.*

#### QVAEST. XXX.

1 **C**reditor, qui alteri creditum cessit, an possit deinde solutionem recipere, aut alias præiudicare cessionario si non interuenerunt requisita *l. 3. C. de nouat.* scilicet interpellationis, seu denun-

ciationis, aut recognitionis?

2 Cessionum species plures assignantur. Aut enim cessio est in solam gratiam cedentis, quod ab aliquibus explicari solet, quando cessionarij nihil interest, an nomen exigatur nec non, vel quod interesse sit modicum, quale considerari solet in exactore, vel administratore, seu negotiorum gestore obtinente mercedem exactoris. Siue etiam in cedentis creditore, cui nomina debitorum cessa, siue assignata fuerint pro soluendo, ac iure impliciti mandati per debitorem idoneum, & soluendo, contra quem facilis sit regressus. Et tunc parum refert quæstiones has assumere, quoniam siue per veram, siue per fictam solutionem, debitor cessus liberatur, nihil enim, vel parum interest, ideoque non videtur congrua ratio denuo molestandi debitorem iam liberatum, *ita Card. de Luca. de credit. discurs. 70. nu. 13.*

3 Aut verò interesse est omnimodum, & magnum, seu considerabile, & tunc vel debitor cessus contendit de lucro, & de gratuita liberatione, cessionarius autem de damno. Et videtur extra controuersiam respondendum pro cessionario, quamuis in debitore cesso ignaro, vel nō inhibito de tempore obtentæ liberationis bona fides concurreret, cum tali casu licet ex parte ipsius debitoris bona fides concurreret, & sic non adsit fraus, quæ dicitur consilij, adesse tamen dicitur fraus respicienda, quæ dicitur præiudicij.

Aut verò constat de vera, & effectiua solutione absque fraude, & collusionem, vel eius probabili suspitione, & tunc nimum circumspecte procedendum est, vt quoties *d. requisita d. l. 3.* non verificentur, non de facili ille, qui vere debitum semel soluit, denuo ex rigorosa legali subtilitate, iterum cogi soluere debeat, vbi præsertim ob impotentiam, vel maiorem potentiam eius, cui solutum est, præiudicium habeat de irreparabili, quoniam in concursu culpæ maior videtur illa cessionarij, cui minus commiserandum est, dum sibi imputari debet, cur obtenta cessione neglexerit formiter inhibere, & adhibere remedia, & cautelas per legem sibi traditas.

Vbi

Vbi autem casus sit mixtus, seu ambiguus, in quo certa, & concludens veritas, & effectiua solutionis probatio non habeatur, neque explicite constet de remissione gratuita, puta quia agatur de quietantia per confessionem de recepto, & tunc procedendum videtur eum ijs, quæ habentur in materia confessionis in calibus prohibitis, nempe de confessione viri de dote recepta, vel Prælati, seu tutoris, aut alterius administratoris, in quibus simplex confessio non est præiudicialis nisi sit adminiculata, & adminicula sint talia, quæ veritatem, probabiliter suadeant.

4 Quatenus autem agatur de alio actu mixto partim continente veram solutionem, & partim remissionem, vt in transactione, & tunc procedendum est cum similibus de hærede grauato transigente, quando scilicet transactio dicatur bonafide inita, adeo vt obstat etiam tertio venienti ex persona propria, ita de Luca ubi supra.

5 Cedens, etiam si ipsi cedenti non possit solui, potest exercere directus in gratiam cessionarij ad effectum, vt cessionario solvatur, neque debitor cessus potest eum recusare, vt ex deductis per Burat. decis. 135. nu. 8.

### ARGUMENTVM.

Forma cedendi, si quod habeo, qualiter differat ab ea, si dicatur *cedo nomen debitoris quale est*. Quando intrent termini læsionis, & doli.

### S V M M A R I V M.

- 1 Cessio conditionalis, & dubitativa quid contineat.
- 2 Doli, & læsionis termini an intrent, & contineatur exigibilitas de iure?
- 3 Cessio nominis quale est, excludit solum exigibilitatem de facto.

### QVAEST. XXXI.

- 1 Cessio facta, cum hac forma *ius si quod habeo, vel iura, si & quatenus competant*, an præsupponere habeat veritatem debiti? Videtur negandum, quia

hæc cessio est conditionalis, & dubitativa *l. quod si in venditione ff. de hæred. vel act. vend.* & dicendum sit in animo Partium fuisse assignandi, & recipiendi incertam aleam, quo casu debitor liberatur, & ad aliud non tenetur, vbi sic cedens aliquam euictionem non præstet, nisi ratio doli ab ipso cedente, vel assignante concurrat ad terminos *text. in l. si plus in fin. ff. de euict. & d. l. quod si in venditione*, & videatur solum spes, seu prætentio per spem incertæ aleæ in conuentionem deducta.

2 Cæterum intrant termini doli, vel læsionis in datione insolutum, quæ fraternizat cum emptione, & venditione, eademque exigit essentialia requisita circa consensum, rem, & pretium, ex deductis per Burat. dec. 372. Ideoque siue debitor nomen debitoris eius creditori det insolutum, siue tertius pro conuento pretio, vel recompensa idem nomen, vel ius vltro cedat, adeo vt emptionis, & venditionis contractum redoleat iuxta terminos *l. si nomen ff. de hæred. vel act. vend.* tunc oportet dare existentiam debiti, vel iuris cessi, quamuis accidentaliter ob inopiam debitoris, siue ex alio casu cesset exigibilitas de facto, quoniam alias esset deficere res in contractum deducta, & sic vnum ex tribus requisitis essentialibus, Card. de Luca de credit. discurs. 64. nu. 5. & seqq.

3 Forma cedendi nomen *quale est* excludit exigibilitatem de facto, non autem iuris, quia nempe tunc vere nomen debitoris non sit, vel sit exceptione elidibile, sed verum de iure sit *l. si plus, & l. si nomen de Luca ubi sup. nu. 5.*

### ARGUMENTVM.

Exigibilitate de iure, & de facto promissa, quæ inexigibilitas dicitur, si ex facto Principis veniat inexigibilitas præsupposita etiam exigibilitate? & exempla. Quid si ex facto Principis euictio promittatur.

### S V M M A R I V M.

- 1 Exigibilitate de iure, & de facto promissa si impedimentum oriatur ex facto Principis

*cipis, qua exigibilitas oriatur.*

- 2 *Exempla adducuntur.*
- 3 *Eiictione de iure, & de facto promissa, & ex facto Principis an veniat si impedimentum oriatur ex facto Principis?*

Q V A E S T. XXXII.

- 1 **E**xigibitate de iure, & de facto promissa, si ex facto Principis eueniat inexigibilitas, an hæc dicatur de iure inexigibilitas, vel de facto supposita etiam priori de iure exigibilitate.
- 2 Posita exigibitate de iure, si Princeps, vel alter supremus Magistratus ad id sufficientem habens potestatem edicto; seu lege caueat, quod census vel alij redditus ad minorem summam reducantur, seu per aliquod tempus suspendantur, vt in censibus, cum Communitatibus frequenter contingit ex deductis per *Cenc. de cens. qu. 3. Rouit. Prag. 5. de cens. Olea de cess. iur. tit. 7. qu. 7. & in supplem.* Siue quod debitoribus moratoriae concedantur ex causa belli, vel sterilitatis, aut alterius accidentis, an tunc etiam, quod cedens vtramque exigibilitatem promiserit, & iuris, & facti cum verbis denotantibus, etiam tractum successiuum, & perpetuum, adhuc istud accidens cedere debeat in damnum cessionarij, cum sit casus, qui eius damno cedere deberet amissio census in toto, vel in parte, ita *Card. de Luca vbi sup. nu. 15.*

Exoritur difficultas, quia passim cessi fuerint in dotem annui census, cum promissione exigibilitatis de iure, & de facto debiti per Vniuersitatem alicuius Terræ ad rationem ducatorum septem pro centenario, & eiictio etiam ex facto Principis promissa sit, quoties Princeps edicto, vel Pragmatica census ad minorem summam reduxerit, vtrum ob talem reductionem cedens teneatur cessionario? *Card. de Luca de discurs. 68. num. 15.* sentit amissionem census in toto, vel in parte, & hoc accidens debere cedere in damnum cessionarij, cum casus hic sequi, debet dominum, idque nimium probabile videri ait.

Cæterum de *Luca* mox citatus non tangit hunc articulum, quando eiictio

fit promissa ex facto Principis in Regno hoc plures factæ sunt cessiones huius formæ, & à nullo cessionario petitur, fuisse regressum contra dotantes, vel cedentes, & cum probabilitate, quia si, ex aliquo accidenti Princeps lege vniuersali caueat census cum Communitatibus redigi ad minorem summam, hic casus non concernit eiictionem, neque potest dici eiictio, sed statuitur pretium census ad minorem rationem. Et desuper scripsi in *Spicileg.* & controuersia est inter *D. Oleam*, & *Conf. ac Patrimonij Fisci Aduocatum D. Altim.*

Ampliat idem *Card. de Luca*, si debitoribus moratoriae seu per aliquid tempus exactiones suspendantur, vt frequenter contingit, cum Communitatibus, vel ex causa belli, vel sterilitatis, aut alterius accidentis ad fauorem debitorum.

Cautela itaq; erit, vt potius cessio sit pro soluendo, non autem pro soluto prout edifferit idem *Auctor vbi sup. num. 16. & 22.* vbi quod cessio, seu assignamentum pro soluendo redoleat mandatum ad exigendum tanquam simplex assignamentum.

ARGUMENTVM.

Statuto concedente debitori ius luendi pignus venditum infra certum tempus an capiat solum casum venditionis factæ ipsimet creditori, vel etiam tertio licitatori, & an hoc ius sit cessibile.

S V M M A R I V M.

- 1 *Statuto concedente debitori ius luendi pignus venditum infra certum tempus, qualiter intelligatur an de empto per licitatorum, vel solum per creditorem?*
- 2 *Ius luendi pignus statutarium an sit cessibile.*
- 3 *Opinio Card. de Luca.*

Q V A E S T. XXXIII.

- 1 **I**us luendi concessum debitori rem pignoratam venditam statuto concedente an sit cessibile per debitorem, & procedat solum contra ipsum creditorem euentem. 2 Dicen-

2. Dicendum videtur, ius luendi debitori concessum competere aduersus ipsum creditorem bona debitoris obtinentem, non autem contra tertium licitatore. Quia differentiam inter vnum, & alterum casum, de respectu tertij, certum fit illum esse tutum à iure offerendi. Sed quando creditor emit subhasta dicitur emisse iuris sui tuendi causa, & cesset contra eum ius offerendi, vt *Præf. de Franch. decis. 69.* plenè *Duran. decis. 445. ex num. 33. vsque ad finem.*

Præterea eiusdem Statuti littera probari, dum debitor volente dictum redimendi ius exercere, disponit vt creditori debeat solui suum debitum vna cum expensis, id enim congruere non videtur casui, in quo venditio facta esset extraneo licitatori.

Quoad alteram inspectionem, an hoc statutarium ius luendi sit alteri cessibile? Negant ex *Angel. in l. ad officium num. 2. C. commun. diuid. Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 164. num. 19. Thomat. decis. 46. num. 3. Postius de subhastat. in addit. ad inspect. 17. num. 12.*

3. Nihilominus contrarium censet *Card. de Luca ubi sup. discurs. 142. nu. 20.* vt opinio *Angeli* procedat in iure prælationis, vel redimendi concessio ex mero priuilegio à iuris dispositione exorbitante, & quod solam habeat rationem ab *Angelo* consideratam conseruationis bonorum in familia.

### ARGVMENTVM.

Emptor bonorum debitoris soluens pretiū creditori anteriori venditoris an petere possit cessionem actionum, & si reportauerit an ea iuuetur, dum nihil soluit de suo, sed de re venditoris? Conclusiones nonnullæ firmantur.

### S V M M A R I V M.

1. Emptor soluens de pretio rei emptæ creditoribus anterioribus venditoris, & reportans cessionem an ea iuuetur.
2. Cessio facta emptori an resoluatur in quietantiam?
3. Emptor soluendo creditori anteriori an

iuuetur retentione aduersus posteriores?

4. Quid si fuit conuentum, quod soluens succedat in ius anterioris?

5. Distinguantur plures casus.

### Q V A E S T. XXXIV.

1. Emptor bonorum debitoris soluens pretium creditori venditoris an petere possit cessionem, vel si cessionem reportauerit iuuetur ea. Dicendum videtur, quod emptor soluens de pretio reieptæ creditoribus anterioribus venditoris, quamuis cessionem iurium à creditore obtinuerit, cessio tamen illa non possit suffragari, cum non soluat de pecunijs proprijs, sed de pecunijs debitoris, nempe de pretio rei emptæ, quod spectat ad venditorem, & ideo ipse emptor soluere videatur, & debitum fuit extinctum, & proinde non sit de subingressione tractandum *Add. ad Buratt. decis. 420. num. 8. & Tondut. resol. 29. num. 7.*

2. Cessio reportata in d. casu videtur resolui in quietantiam iuxta *Card. de Luca de cred. discurs. 58. num. 3.* qui Addit; Nisi ex pacto adiecto ab initio in gratiam ipsius tertij pro casu euictionis, vel molestiarum verificabilis remaneat terminus cessionis translatiæ *Ludouif. decis. 68. & 75. Buratt. decis. 520.*

3. Rectius dixeris, quod ad effectum retentionis respectu posteriorum creditorum, & ad effectum excipiendi non sit necessaria cessio, sed sufficiat, quod simpliciter emptio soluat pretium creditoribus anterioribus *Add. ad Buratt. ubi sup. Amat. resol. 7. nu. 22.*

4. Quando in instrumento venditionis fuit conuentum, quod soluens succedat in ius, & hypothecas anteriores creditoris, & quod sibi fuit facta cessio iurium, hoc casu valida est cessio facta emptori, quamuis soluat de pretio, tunc enim ad utilitatem propriam, & vt ius sibi acquirat soluisse videtur, & quasi nomen emisse *Addit. ad Buratt. decis. 421. nu. 8. Tondut. num. 8.* Sed hæc opinio reprobatu à *Carleual. de iudic. disp. 35. num. 21.* & aduertit *Andreol. contr. 348. num. 19.*

5. Difficultas est, quando emptor simpliciter emit, & venditori libere, & sim-

\* H plici-



pliciter absque villo pacto soluit, si postea idem venditor conuertit in extinctionem creditorum anteriorum, an emptor succedat in ius illorum anteriorum creditorum, & possit vti retentione? Et *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 29. nu. 5.* Ac magis communis opinio est in contrarium *Mesa lib. 4. var. num. 5. Rota post Merlin. decis. 95. num. 13.*

Si quis emat cum pacto, vt ex pretio dimittatur creditor anterior, tunc quoad retentionem prodest solutio, non autem quoad actionem, & ad hypothecariam, si desit pactum de subintrando *de Ponte conf. 87. lib. 2. Gasp. Thesaur. quest. for. 30. lib. 2.* Et si an sit pactum de subintrando ministerio legis tacita cessio inducitur *Mesa lib. 2. cap. 1.*

#### ARGVMENTVM.

Plures obligati in solidum, & conuenti pro solido cum protestatione *unica solutione contentus* si fuerint simpliciter condemnati censentur pro virilibus condemnati, vtrum deinde creditor possit omiſsa re iudicata petere solidum actione veteri? Opinio affirmatiua adducitur *Lara*, & aliorum laudata per *D. Oleam* notantem *Præs. de Franch.* Et assumitur articulus an Correi in solidum obligati, & conuenti, si exinde simpliciter condemnentur censeantur virtualiter absoluti à ratis aliorum?

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Plures in solidum obligati, & conuenti simpliciter condemnati, pro virilibus censentur condemnati, & qualiter.
- 2 An possit creditor omiſsa re iudicata petere solidum veteri actione?
- 3 Recensentur pro vtraque parte Scribentes.
- 4 Expensa an sint reficienda per creditore de nouo agentem.
- 5 Sensus Authoris super questione principali.
- 6 Recensentur casus in quibus simpliciter condemnati, censentur in solidum condemnati.

#### Q V A E S T. XXXV.

1 Plures obligati in solidum, & conuenti pro solido si fuerint simpliciter

condemnari censentur pro virilibus partibus condemnati, si causa ciuiliſ sit, & alterius inopia alterum non onerat, quamuis in solidum essent obligati, & à creditore conuenti *l. 1. C. si plures vna sententia, l. paulus, ff. de re iudicata, & ibi glos. celebris est decisio, Afflic. 215.* vbi sexdecim Iudæi se obligauerant soluere cuidam nobili ratione cuiusdam debiti in solidum ducatos 400. ille creditor conuenire fecit quatuor ex illis in d. quantitate in solidum cum protestatione, *quod unica solutione erat contentus*, postea sententia simpliciter per S. C. condemnantur illi quatuor ad soluendum ducatos 400. & dicitur quod censentur condemnari pro rata habito respectu ad omnes sexdecim, & non respectu conuentorum, quam conclusionem firmant *Paulus de Castro in d. l. 1. Cancer. variar. par. 3. cap. 17. De sententia, & re iudicata nu. 292. Olea de cessione iurium tit. 5. quest. 6. num. 1.*

2 Quando Iudex simpliciter condemnat plures in solidum obligatos, posse Actorem si solidum ex quolibet de obligatis consequi velit omiſsa iudicati actione agere veteri actione virtute instrumenti, & sententiam non impedimento esse quin prima actione experiri possit, ita *Cancer. & Olea vbi sup. num. 3.* qui subiungit, ibi: *videndus omnino Lara vbi sup. qui aliquibus fundamentis hanc tuetur sententiam, quam equissimam puto licet in puncto iuris difficilis videatur Vincentio de Franch. decis. 680.*

3 Difficultatem in praxi videtur habere supra d. opinio *Lara* volens, vt omiſsa prima via, vt eius exequutione agatur actione veteri.

4 Examen enim postulat, si omnes simpliciter condemnantur vtrum virtualiter vnusquisque à residuo, & portione aliorum debitorum absolutus videatur; Et firmant *glosa in d. l. 1. verbo virilibus, Cancer. num. 193.* tradens quemlibet ex d. Reis soluendo partem ad quam erat condemnatus, & opponendo exceptionem rei iudicatæ posse effugere exequutionem, quæ vigore instrumenti fieri poterat, ergo creditor si agat ex sententia, non poterit solidum exigere sine actione veteri quia semper ei obstabit exceptio rei

rei iudicatæ, vt ex *Iacob. de Butrig. in d. l. 1. Pres. de Franch. dec. 680. nu. 1.*

- 5 Ingens pugna est, an plures in solidum obligati ad certam summam absque clausula *in solidum*, dum censentur condemnari pro rata vtrum à residuo censentur absoluti, vel potius supersit prima actio creditori agendi pro residuo donec exegerit solidum? & in hoc variæ sunt opiniones.

*Azo in summa C. si plures vna sententia nu. 2.* dicit quod in reliqua parte censentur tacite absoluti per Iudicem.

*Accursus in l. 1. C. eod.* refert opinionem *Azonis*, sed postea inquit quod prima actio adhuc in solidum duret.

*Matthesil. in d. l. 1. nu. 5.* sequitur opinionem *Accursij*, sed subdit ex mente *Butrig.* quod si condemnatus soluat suam dimidiam habebitur perinde, ac si fuisset absolutus ab alia parte.

*Fulgosius in d. l. post nu. 3.* ait quod opinio *Accursij*, vbique concorditer approbatur, & Iudicantes ab hac sententia nunquam recedant, sed disputando articulum concluditur, quod à reliqua parte censentur absoluti, videtur enim Iudex diuississe actionem illam in solidum contra plures, si à singulis petierit partem.

*Salicetus in l. fin. C. de usuris rei iudicata*, tenet opinionem *glosæ*, sed subdit ex mente *Butrig.* quod si creditor recepit partem ab vno ex condemnatis, quia ex hac receptione videtur sequi sententiam, & sic elegit remedium sententiæ præiudicans, sibi in actione antiqua in solidum, quia ipse admittendò pro rata diuidit, & idè sibi præiudicat, vt ultra ab eo petere non possit, quod si Creditor partem ab vno tantum oblatam non recepit, tunc licet ille deponat non obstat Creditori postea ad solidum agenti exceptio rei iudicatæ, quia condemnatoria non parit exceptionem rei iudicatæ condemnato.

*Bald. in l. 1. C. si plures vna sententia nu. 4.* sequitur opinionem *glosæ*, vt non censentur absoluti, & reprobatur opinionem *Iacobi Butrig.*

Quam plures varij inter se varia dicunt *Scaccia de sententia, & re iudicata gl. 14.*

*quest. 22. num. 1.* format opinionem, quod sententia debeat intelligi lata, eo modo quo de iure fieri debuit, cum *Surd. dec. 93.* Vnde non exprimendo quomodo cõdemnet, debet intelligi secundum actionis propositæ naturam, scilicet in solidum, quæ hoc modo erit iusta, sed respondet *Scaccia* procedere obiectionem, quando verba sententiæ sunt apta admittere duplicem intellectum seu interpretationem, quia tunc sunt intelligenda secundum naturam actionis. Modò quando plures condemnantur, sententia non admittit hunc intellectum, sed intelligenda erit secundum naturam verborum, & si illa non dicit in solidum, nec nos dicere debemus.

Peius videtur asserere *Scaccia num. 4.* nempe quod licet sententia diuidat, quod secundum naturam actionis tenorem libelli non esse diuidendum, tamen non reputetur iniusta, quia illa obligatio in solidum habet hunc finem, vt is sit securior de vnica exactione, & sententia non adimit hunc finem, & sic non infringit obligationem, sed modificat illius exactionem, vt quod in effectu pro æqualibus partibus debetur à duobus, non exigat ab vno, nisi in subsidium, quando ab altero partem non exiget; poterit contra alium, ex prima actione agere ad solidum, & sic in effectu creditor remanet sine damno, quia quod differtur, non auferitur, & licet creditor cogatur aliud instituire iudicium pro alia parte, tamen si illam consequeretur ex illa sententia, ipsa esset satisfactum, & cuitaretur alia, quam si exigente solidum ab vno, subiret, ille quod soluisset repetendo à correo. Vnde cum hinc inde possint oriri lites, & non adimatur ius, sed bono zelo paululum differatur, non debet sententia de re minima, ita scrupulose censurari.

Prosequitur *Scacc. nu. 12. 13.* quod soluens vigore sententiæ partem suam, non teneatur soluere partem alterius, etiam si ille alter non sit soluendo, quia non reperitur condemnatus, nisi ad partem suam, *Paul. de Castr. in d. l. Gomez tom. 2. var. cap. 10. nu. 4.* Sed poterit agi contra eundem, qui soluit partem suam ex pri-

ma actione. Ecce igitur qualiter *Scaccia* asserit, sententiam diuidentem obligationem solidi contra correum non esse iniustam, dum non videtur posse eam saluari prolatam contra pactum, & provisionem solidi. Et quando erunt petendæ expensæ litis à correo obligato, quoties contra eum ex prima actione agetur, & quando opus erit, nouum iudicium instituere, & erogare nouas expensas, & propter longitudinem temporis in terminatione litium erogationes expensarum, & cauillationes, proderit potius creditori filere, quam de nouo agere, & sustinere litem, cum tot exceptionibus, & controuersijs, cum hodie lites vitam hominum excedant:

Melius me Iudice discurrit *Ronchegall. in repetit. l. 3. C. de duob. Reis*, ubi resumens *dec. Afflic. 215.* improbat illam, uti perperam iudicatum, ut condemnati censerentur pro rata ad ducat. 400. quatuor conuenti ex 16. insolidum obligatis, dum erant obligati insolidum, & renunciauerant beneficio diuisionis.

Aduersus *Oleam*, ita formiter arguitur, quod aut condemnati sunt virtualiter absoluti à ratis aliorum, vel non. Si dicis quod sic. Ergo obstabit rei iudicate exceptio creditori iterum agenti. Aut non sunt absoluti, & respectu capituli omisi poterit agi pro residuo, & exequi sententia pro parte, eo propensius quia non fuit discussum, an quilibet teneretur insolidum, & non videtur decisum. Aut fuit discussum, & sine dubio non poterit agi priori actione, pro consecutione solidi, ita *Osuwald. ad Donell. lib. 1. e. 2.*

Habet aliam duritiem assertum *Olea, & aliorum*, quia existimant non aliter posse ex veteri actione agi, quam si expensæ primi iudicij refunderentur Reo, qui posset omnes exceptiones, etiam antea reiectas obijcere, ut post alios *Cancer. nu. 300.* Sed verius ego puto non esse refundendas expensas, cum error Iudicis non debeat obesse Parti, & sententia contineat condemnationem, iuxta opinionem *Salic.* & maxime quando procederet sola facti veritate inspecta, ut fuisse probat *Ceual. comm. controu. comm. quæst. 315. prope finem.*

Intrepide ego teneo, sententiam simpliciter latam contra plures insolidum obligatos, & conuentos, cum renunciatione per ipsos factæ beneficio diuisionis, iuxta *dec. Afflic. Scaccia, & Costa de portion. rat. qu. 33.* Sed iniquitatem ponderatam per *Ronchegall.* dum creditor sibi prospexit obligatione solidi, quæ supponitur in *dec. Afflic.* demum concedi posse creditorem iterum agere primæ uæ actione solidi. Igitur ad euitandum omnem circuitum inutilem, & grauamen creditoris, remedium esset, ut Iudices sententiam interpetrando, declarent, fore eorum mentem condemnandi insolidum, & non pro rata, ut ex *Vrsill. decis. 215.* Cum temperamento nonnulli benenerum restringunt hanc potestatem ad Iudicem supremum, & Præfetti Prætoris, non ad Iudicem subordinatum. Vel ad euitandum circuitum inutilem, & multiplicationem sumptuum posse Iudicem à prima actione dum constructus est processus, super petitione solidi condemnare ad solidum quemlibet ex conuentis.

Expresse autem tradit *Salgad. in labyr. credit. par. 3. cap. 1. S. unico nu. 46.* quod si creditor virtute sententiæ executionem petierit aduersus aliquem pro sua rata, quam exegit, quod non poterit agere, nec aduersus eundem, nec aduersus correos pro solido, sed obstabit exceptio rei iudicatæ. Vnde iterum debet agere pro condemnatione solidi, & renunciatione beneficio diuisionis, & propterea ad effugiendum expensas in causa appellationis, & circuitum inutilem vigore processus compilati ex libello continente obligationem solidi procedi ad condemnationem solidi, vel interpetranda condemnationem pro solido.

6 - Vix tamen hodie potest euenire casus condemnationis pro rata, nam passim sententia refertur ad acta, si dictum sit in condemnatione ad ducatos puta mille peritos, de quibus, ut in actis, hoc casu intelligitur in solidum, ita *Bart. in d. l. 1. Anchar. qu. 31. nu. 32. Gratian. discept. 33.*

Idem si adiecta sit clausula, omni meliori modo in sententia, ita *Vrsill. ubi sup. Giurb. dec. 46. nu. 6. Costa d. qu. 33.*

Pariter si, Iudex procederet per viam præ-

præcepti vigore pacti executiui contra plures insolidum obligatos, vt in casu relato *in dte.*

## ARGUMENTVM.

Reconuentio an possit fieri, si Aëtor cessit, & renunciauit liti? Disputat *Reg. Marcian. de iudicijs duplicibus*. Et procurator Aëtoris, an possit cedere liti?

## S V M M A R I V M.

- 1 Reconuentio an possit fieri, si Aëtor cessit liti.
- 2 Affertur opinio distinguens.
- 3 Disputatio *Reg. Marcian. de iudicijs duplicibus*.
- 4 Procurator Aëtoris nequit liti cedere.
- 5 Iudicium quando inchoatum dicatur.
- 6 Dubitatio Auctoris de praxi tradita à Pragmaticis.

## Q V A E S T. XXXVI.

**I**N praxi hæsitatur, vtrum reconuentio possit fieri, postquam Aëtor à cõuentione recessit, & cedit instantiæ, prius quam facta sit reconuentio? Affirmant *Bald. in Auth. & consequenter vers. quæro vtrum C. de sentent. & interlocutor. Iud. Marant. de ord. iudic. par. 4. disp. 6. nu. 7. & 55. Caraut. tit. 67. n. 9. & sequuntur Canc. par. 2. var. cap. 13. de reconuent. nu. 39. Alex. 35. lib. 2. de mutuis petitis resol. 2. nu. 33. Gifbert. de reconuent. c. 30. Reg. Marcian. disp. 73. nu. 8.*

Ea ratione ducuntur, quia nullum ius fuit quæsitum Reo, dum ante reconuentionem re integra Aëtor liti renunciauit, & deficit in hoc casu conuentio, super qua fundatur reconuentio, *Ripoll. var. tit. de except. nu. 71.*

2 Distinguunt igitur communiter Doctores, quod aut reconuentio est deducta in iudicio, aut non, si Aëtor cessit liti, antequam reconuentio in iudicio deducatur, & tunc cessat reconuentio, nam ex parte Aëtoris integra res est, *Barbos. de iur. Eccles. tit. de priuileg. Cler. cap. 39. §. 2. nu. 140.* Aut reconuentio est deducta in iudicio; & postea Auctor malit desistere

liti, & tunc quia per præuentionem est ius quæsitum Reo, & post quasi contractum perfectum, reddatur iudicium inuinitum, & tunc cogatur respondere reconuentioni, nec possit conuentioni cedere, ita *Salic. & Cyn. in d. Auth. & consequenter.*

Nec obstat, quod reconuentio, se habeat ad conuentionem, sicut umbra ad corpus, vt *Fontanell. dec. 449.* & cessante principali cesset accessorium, quia verius est, quod reconuentio non est accessoria conuentioni cum sit iudicium æque principale, quamuis institutum occasione conuentionis, ita *Gifbert. & Ripol. ubi supra.*

3 Acrior est difficultas in iudicijs duplicibus, an antequam Aëtor per actum posituum reconuentionis fuerit reconuentus, possit desistere, & cedere instantiæ in dictis iudicijs, puta familiæ erciscundæ, communi diuidendo, pro socio, & similibus, cum in ijs Aëtor dicatur, etiã Reus necessarius ex natura iudicij duplicis, nec opus sit expressa reconuentione per actum facti, cum videatur interuenisse quædam legalis reconuentio, & possit Iudex ratione connexitatis causæ sententiam proferre tam in beneficiũ Aëtoris, quam Rei conuenti, licet non adsit ex parte Rei conuenti specifica reconuentio *glos. in cap. 1. & 2. de mutuis petit. & l. 1. ff. de quib. reb.* Vnde non poterit Aëtor ante reconuentionem expressam cedere instantiæ ad euadendam reconuentionem, cum adsit prius legalis reconuentio iam facta.

Contrarium probat *Fab. lib. 20. coniectur. cap. 20. de reconuent. col. 2. vers. in quo erant*, vbi dicit, hoc euenire ex natura iudicij duplicis, quæ operatur, vt qui vult esse Aëtor, debeat necessario esse Reus, sed non ideò qui non vult esse Aëtor, cogendus sit necessario esse Reus, etiam inuinitus, & ideò etiam poterit à lite desistere, antequam per actum posituum reconuentionis fuerit præuentus, probat *Marcian. nu. 13.* & decisum testatur per Sac. Conf.

4 Procurator Aëtoris, an possit renunciare liti ad effectum effugiendi reconuentionem? Negatiuam opinionem docet

cet, *glos. in l. cum pridem ff. de pact. Golin. de procur. par. 2. cap. 5. nu. 126. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 5. num. 17. Cancer. part. 3. var. cap. de renunc. nu. 326. qui ita decisum refert.*

5 Conuentio ad hoc vt dicatur facta necesse est, quod petitio fuerit legitime per exequutorem intimata Reo, *l. sicut, vers. nec sufficiat, C. de prescript. 30. vel 40. annor. Et nulla adest pendentia litis ante intimationem primi libelli, quem potest etiam Actor rehabere ab Actuario, Muscatell. in prax. par. 2. glos. 1. à nu. 9. Conf. D. Petra super tit. 67. nu. 8.*

6 Praxis ad euitandam reconuentionem, quod renunciatur liti per Actorem, antequam Reus praueniatur in reconueniendo, vix quisque reperiri poterit, qui liti motæ renunciatur, nam lis finitur per renunciationem, nec ad eam amplius Actor redire potest *l. postquam liti C. de pact. per literam text. & glosam docentem non posse renunciantem liti in progressu temporis mouere primam actionem, sed excludi in totum, vt in puncto Marcian. nu. 17. Aliud est quando renunciatur instantiæ, nam qui huic renunciatur, reseruat sibi ius agendi, & iterum agere potest, si soluat expensas, Gallus de renunc. centur. 1. renunc. 156. nu. 8.*

#### ARGUMENTVM.

Ius patronatus an veniat in cessione hæreditatis facta post eam per cedentem, aditam amplissimis verbis concepta? Distinguitur inter venditionem hæreditatis, & cessionem.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Post hæreditatem aditam in illius cessione amplissimis verbis concepta an ius patronatus veniat?*
- 2 *Hæreditatis venditio est ius vniuersale, & cessio omnium bonorum, & iurium.*
- 3 *Ius vniuersale quando resoluetur in particularitates.*
- 4 *Exemplificatur per Rotam Rom.*

#### Q V A E S T. XXXVII.

1 **P**ost hæreditatem aditam in cessione illius, quamvis amplissimis verbis

concepta ius patronatus an veniat? Negant *Paul. de Eleuzaro quem sequitur Costa in cap. si pater verb. trebellianica nu. 7. de testam. Peregr. conf. 11. nu. 3. lib. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 13. Barbof. de post. Episc. alleg. 71. n. 8. Viuian. de iurepatr. lib. 4. cap. 1. nu. 9.*

Contrarium volunt *Molin. de primog. lib. 1. cap. 24. num. 26. Sanch. respons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 80. nu. 8. & 9.*

2 Distingunt alij inter venditionem hæreditatis, quæ est ius vniuersale, & cessionem omnium bonorum, & iurium, quod hoc casu vniuersalis resoluitur in singularitates, in primo autem transit cū hæreditate vendita, *Marescott. var. lib. 2. cap. 55. nu. 9. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 9. nu. 1. Ricc. dec. 116. nu. 1. Rota post Pacific. de Saluian. dec. 100. nu. 1.*

3 Si filia post aditam hæreditatem paternam recepta deinde promissione certæ quantitatis pecuniæ pro suis dotibus, fecerit pactum de quicquam amplius nõ petendo, non venit ius patronatus in hac cessione, non comprehenditur ius patronatus sub cessione iurium, *Bald. conf. 1. nu. 4. lib. 3. Seraph. dec. 725. num. 1. Garz. de benef. p. 5. c. 9. nu. 12.*

Post aditam enim hæreditatem ius patronatus in cessione hæreditatis consideratur vti vnum ex iuribus cæsis debet de eo fieri specialis mentio, *Costa ubi sup. Rota pænes Garz. & debet adhiberi consensus Ordinarij, Rota dec. 164. p. 11. recent. nu. 5. & 6.*

4 Ius patronatus translatio fit quando cessio, vel alienatio vniuersalis fit respectu rei, sine vlla specificatione rerum particularium, *Seraph. dec. 725. nu. 2. & 3. Rota post Pacific. ubi sup. Secus autem vbicumque assignatur, vel alienatur vniuersitas, cum specificatione rerum particularium Rota dec. 70. par. 12. rec. num. 10. vbi exemplificatur, his verbis, Assignamus, & concedimus d. tenimentum S. Ioannis ad Assum cum omnibus adiacentijs, & in d. Curia existentibus, quod tenimentum, & bona sunt infra scripta videlicet, la tenuta, & Palazzo, &c. Hoc enim casu ius patronatus consideratur tãquã vnum, ex iuribus particularibus non venit sub generali assignatione, nisi de eo fiat specialis*

lis mentio *Costa Lotter. Lambert. & alij plures, quos Rota d. decis. 70. num. 11.*

Dictio enim præfata videlicet *Bona sunt infra scripta videlicet* quamvis nomen tenimenti esset generale, ad certa corpora particularia inferius expressa restringit iuxta theoricam *Bar. in l. questum, S. si quis, Surd. num. 15. ff. de fund. instruct. Beltram. ad Ludouif. decis. 257. num. 11.* & operatur, quod assignatio simpliciter facta dicatur de corporibus particularibus, quo casu ius patronatus nõ transit cum generalitate verborum, etiam si assignentur bona alicuius Castri, vel loci.

## ARGUMENTVM.

Testator si legauerit annuos ducatos 72. pro celebratione missæ quotidianæ perpetuæ, an reservato iure nominandi Cappellanum hæredibus, possit hæres reportare partem eleemosynæ, in electione Cappellani, & possit Cappellanus electus in cappellania laicali amouibili cedere eandem partem lucri.

## S V M M A R I V M.

- 1 Testator si legauerit annuos ducatos 72. pro celebratione missæ quotidianæ perpetuæ reservato iure nominandi Cappellanum hæredibus, an possit hæres reportare partem eleemosynæ in electione Cappellani.
- 2 Sacerdos omittens celebrare per se, vel per alium an teneatur ratã restituere iuxta taxam Testatoris.
- 3 Hæres tenetur soluere eleemosynam pro missa quotidiana iuxta consuetudinem, & præscriptam taxam.
- 4 Sacerdos an possit omittendo celebrationem missæ alteri retinere partem eleemosynæ.
- 5 Hæres est merus executor voluntatis Testatoris, nec potest aliquod emolumentum percipere.
- 6 An possit Sacerdos electus cedere ex sua liberalitate partem eleemosynæ.

## Q V A E S T. XXXVIII.

1 **T**estator si legauerit annuos ducatos septuaginta duos pro celebratio-

ne missæ quotidianæ perpetuæ an reservato iure nominandi Cappellanum suis hæredibus, possit hæres acquirere partem stipendij, & soluere stipendium ad rationem vnius caroleni pro qualibet missa, & reportare celsionem illius duplicatæ eleemosynæ relictæ, à Testatore dum missa perpetua taxatur ad rationem duorum carolenorum, & Cappellania est laicalis, & legatum pium cum onere missarum. Negandum videtur quia Testator expressit capitale pro annualitate percipienda ex eo ratione stipendij duplicati, quod pro missa quotidiana perpetua debetur, quo casu totum capitale à Testatore relictum inuestiendum est, etiam si ex eo colligeretur stipendium, duplicatum iuxta consuetudinem, & illud totum est à Testatore, & destinatum pro stipendio celebrantis, & in casu in quo non satisfaceret Sacerdos tenetur totum sibi relictum restituere.

- 2 Sacerdos enim omittens celebrare si non satisfacit per alium nec per se tenetur totum restituere cum sit obligatum pro celebratione missarum *Pasqual. quest. 167. Bordon. de legatis cap. 10. num. 82.*
- 3 Præterea si agendū sit contra hæredes pro stipendio missarum de quibus Testator disposuit in hoc casu agitur contra hæredem de stipendio iuxta consuetudinem Regionis, vt *Tambur. in method. celebr. miss. lib. 2. cap. 1. num. 71.* Sed in casu nostro stipendium iuxta consuetudinem de missa quotidiana est ad rationem iuliorum duorum, ergo hæres tenebitur iuxta consuetudinem.
- 4 Adhæc Sacerdotes quibus aliquando offertur eleemosyna maior solito pro celebranda missa, debent dare eandem integram eleemosynam, quibus missam celebrandam committunt, vt *Tambur. ubi sup. num. 23.* consequenter hæredes tenentur ad stipendium à Testatore præscriptum, & non possunt committere celebrationem alijs ad minorem rationem.

Accedit quod etiam vbi Testator nullam certam eleemosynam reliquisset etiam ad eandem rationem a Testatore relictam debetur stipendium ab hærede.

5 Insuper nec potest retinere aliquid hæres, quia in hoc casu est merus executor

voluntatis Testatoris, & nihil de proprio tribuit, quādo h̄ereditas est pinguis.

- 6 Tota difficultas est quando Sacerdos electus ab h̄erede cederet ex sua liberalitate partem stipendij, & in hoc casu, vis consistit in discernendo meram liberalitatem, & libertatem Sacerdotis; vix enim separabilis est libertas ab industria h̄eredis quia magis consideranda est industria, ex facto ipsius h̄eredis, quam Sacerdotis electi liberalitas, cum volens, nolens exercet d. liberalitatem vt obtineat celebrationem, & electionem in sui personam.

Tutius quia ratione maioris elemosynæ maius suffragium recipit Anima Testatoris, & consequenter ille videtur priuari illo pinguiori suffragio. At alij iudcent.

#### ARGVMENTVM.

Creditor chirographarius soluens creditori anteriori hypothecario an subrogetur sine cessione actionum in locum, & hypothecas illius. Et quid si possideret? Quid si in chirographo adesset hypotheca? Extraneus soluens creditori quando succedit in iura illius?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Creditor chirographarius soluens creditori hypothecario anteriori quando succedit in hypothecas illius.
- 2 Quid si emerit nomen ad sui utilitatem,
- 3 Extraneus simpliciter soluens succedit in privilegio personalium actionum.
- 4 Tertius mutuans debitori census, vt redimat censum cum pacto de subintrando an melius sit, quod ille met soluat, quam debitor?

#### Q V A E S T. XXXIX.

- 1 **C**reditor chirographarius soluens creditori anteriori hypothecario consolatione non consequitur subrogationem in ius, & hypothecas eius, cui fit solutio nisi volente illo, qui recepit solutionem, vel nisi rite creditor chirographarius possideret, quo casu nō tanquam creditor, sed vt i possessor consideratur

*Negus. de pignor. 3. memb. 5. p. p. cap. num. 6. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 28. nu. 26. Tondut. resol. 29. nu. 2. Amat. resol. 7. nu. 9. Arias de Mesa lib. 1. ref. 16. num. 2. & 25.*

Quod procedit etiam si in chirographo ad esset hypotheca bonorum *Salyc. in l. scripturas, C. qui pot. Castrens. cōf. 337. lib. 2. Morott. de iur. off. c. de secund. credit. offen. num. 41. Nisi concurrant requisita contenta in d. l. scripturas.*

- 2 Quando solutio fit ab extraneo nomine debitoris, ille non succedit in ius, & locum creditoris, nisi cessionem obtinuerit, sed solum habet actionem personalem negotiorum gestorum aduersus debitorem, nisi proprio nomine soluerit emendo creditum, seu nomen ad sui utilitatem, etiam absque vlla iurium cessione succedit in ius creditoris *Bar. in l. Aristo, ff. qua respign. oblig. poss. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 28. n. 14. Gratian. discip. 107. num. 7. Amat. & Tondut. ubi sup. Arias de Mesa lib. 1. ref. 14. nu. 2.*

- 3 Extraneus simpliciter soluens succedit in privilegium personalium actionum *gl. in d. l. Aristo verba debet Andreol. contr. 348. num. 10.*

- 4 Tertius si mutuatur pecuniam debitori census, vt sortem cum fructibus creditori restituat, & fiat pactum inter extraneum dantem pecuniam, & debitorem pecuniam recipientem sine interuentu creditoris, cui pecunia soluenda est, & re vera pecunia perueniat ad creditorem, tunc eadem hypotheca, quæ est apud creditorem anteriorem transfertur in secundum creditorem, vel extraneum dantem pecuniam, & poterit à debitor introitus decurrendos exigere prout anterior creditor; Et multo magis si secundus creditor nolit cum interuentu debitoris dare pecuniam primo creditori, sed perseipsum *Carleual. de iudic. disp. 35. num. 19. Andreol. ubi sup. nu. 23.*

#### ARGVMENTVM.

Cessionarius an sit manutenendus ex quasi possessione cedentis? Quid si non fuerit cessum ius reale census. Quid in specie cessionis rei corporalis potissime facta à Principe. Cedendo rem quando quis



liberetur, si onus sit occasione rei, & census sit occasionalis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionarius an sit manutenendus in quasi possessione cedentis?
- 2 Quid si non fuerit cessum ius reale census?
- 3 Cessio an respiciat petitorium.
- 4 Quasi possessio transit actione, & possessione in cessionarium.
- 5 Cessio rei corporalis quid operetur absq; actuali traditione rei.
- 6 Cessio rei corporalis facta à principe transfert.
- 7 Idem si extet Statutum, vel consuetudo.
- 8 Cessionarius potest possessorium prosequi iudicium inchoatum per cedentem.
- 9 Cessione rei onerata quando quis liberetur.

## Q V A E S T. XL.

- 1 **C**essionarius est manutenendus ex quasi possessione cedentis ut probat Gratian. discept. 310. Postius de manutent. obs. 55. nu. 5. nam possessio cedentis transfertur in cessionarium per cessionem.
- 2 Adhuc si non fuerit cessum ius reale census, sed instrumentum consignatum pro recuperandis fructibus sufficit enim, quod actio, & exercitium iuris illius iuris realis fuerint cessa Postius ubi sup. ex Rota coram Merlin. decis. 224. post tract.
- 3 Nec obstat, quod cessio non sit attendenda uti respiciens petitorium, quia satis est per cedentem fuisse acquisitam possessionem ad fauorem cessionarij, ita decisum tradit Postius ubi sup. num. 8.
- 4 Quasi possessio exigendi transit actione, & passiuè in successorem singularem Peregr. decis. 115. num. 4. Post. num. 10.
- 5 Si agitur de simplici cessione rei corporalis sine alia traditione, & apprehensione cessionarius agit nomine cedentis, & suo nomine, & potest manutentionem obtinere Menoch. de retin. remed. 3. n. 265. Boccacc. de interd. uti possid. cap. 2. num. 67. Gratian. ubi sup. nu. 24. sicut posset manuteneri ipse cedens contra Tertium, donec cessionarius nanciscatur possessionem Boccacc. ubi sup. Hinc possessio capta vigore Breuis nomine Camere facta cessione

ne constituit eum, ad cuius commodum capta fuit, iustum possessorem, & est illi vigore cessionis concedendum mandatum de manutenendo, non aliter ac si ipse prouisus possessionem à principio apprehendisset Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 34. num. 128. post alios Postius num. 15.

Verum quando sumus in simplici cessione rei corporalis absque actu traditionis, & cessionarius agat nomine proprio, tunc verior est opinio, quod non obtinebit remedio manutentionis Gratian. ubi sup. num. 24. Caualer. decis. 14. num. 4. Nam personalis cessio cedentis, seu dimissio possessionis absque clausula *constituti* in corporalibus non transfert possessionem in cessionarium, seu illum in cuius fauorem possessio relaxatur, sed requiritur actualis apprehensio etiam quod cedens cessisset omne ius suum, & facultatem intrandi, & apprehendendi possessionem, nam non idè potest manuteneri in possessione non apprehensa Menoch. & Boccacc. ubi sup. Postius à n. 16. cum seqq.

- 6 Limita in cessione facta à Principe, quia per solam cessionem transfertur possessio Gratian. num. 5. Postius num. 20.
- 7 Idem si extet Statutum, quod cessionarius in omnibus, & per omnia succedat loco cedentis, vel extet consuetudo Gratian. num. 20. Postius ubi sup.

Rursus in cessione facta in conspectu rei Gratian. num. 15. Postius num. 21. Rota post tract. decis. 162. num. 1. & decis. 170.

- 8 Cessionarius potest prosequi iudicium manutentionis inchoatum à cedente ex iure sibi cesso Fab. S. retinenda num. 6. Instit. de interd. Menoch. ubi sup. nu. 62. Rota decis. 423. num. 18. ubi quod generale sit, vbicumque utilis actio euellitur de corpore directæ actionis Bal. in c. licet causam Noal. de transmiss. cas. 40. Rota decis. 323. num. 18. & seq.

Cedendo rem quis liberatur, si tenetur occasione, & respectu rei Bal. in l. creditor n. 2. ff. si cert. per. Rota dec. 558. n. 4.

- 9 Legato alicui fundo, & rogato dare Titio decem, si is dixerit, quod fundus tantum valet, & velit tradere fundum, debet audiri non obstante acceptione fundi, cum non sit æquum, ut possit in plus grauari, quam commodum sentiat

\* I

Paul.

*Paul. de Castr. in l. filius fam. §. Marcellus num. 1. ff. de leg. Aliter videtur esse, quoties fundus plus valeat Tiraquell. de retract. num. 20. & seq. Rota ubi sup. nu. 16.*

### ARGVMENTVM.

Creditor anterior an teneatur cedere iura sua possessori iniusto? Possessori iusto quādo competat exceptio cedendarum, & quid autem si minor post pubertatem liberauerit cum auctoritate curatoris debitorem an repellatur exceptione cedendarum? Quid si creditor ex natura obligationis non possit cedere iura, quod exemplificatur. Depositum pecuniæ sine obsignatione an habeat vim solutionis ad effectum, videlicet succedendi in iura creditoris? Expenditur *Antonell.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Creditor anterior an teneatur cedere iura sua possessori iniusto?*
- 2 *Iusto possessori an competat exceptio cedendarum?*
- 3 *Minor si cum auctoritate curatoris liberauerit debitorem an exceptione cedendarum possit repelli?*
- 4 *Quid si ex natura obligationis non possit creditor cedere iura? Et exemplificatur.*
- 5 *Ad effectum succedendi in iura creditoris anterioris quale depositum suffragetur?*

### Q V A E S T. XLI.

- 1 **C**reditor tenetur cedere iura iusto possessori offerenti *l. mulier, ff. quod potior. in pign. hab.* Nō autem iniusto possessori, vt probat *tex. ibi: An si ei iussus possessor offerat,* ducto argumento à contrario sensu, quare iniustus possessor potest quidem offerre ad effectum liberandi pignus, non autem ad effectum obtinendi cessionem iurium *l. nulla, ubi glos. C. de solut. Capyc. decis. 202. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 65. nu. 11. 41. q. 76. n. 12.*
- 2 Nec iusto possessori competeret exceptio cedendarum actionum, si creditor aliqua bona pro suo credito obligata absque dolo, & fraude liberauit, & ideò nequeat possessori cedere iura contra

bona liberata *Gratian. decis. March. 215. num. 9. Merlin. lib. 4. quest. 68. num. 6.* Et ideò satis est, cedat, vt creditor iura talia qualia *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. ult. num. 130.* Nec obstat *text. in l. stichum, §. si creditor, ff. de solut.* Quia loquitur de fideiussore, qui intercessit contemplatione beneficij cedendarum, possessor vero non accepit possessionem hac mente, vt iura sibi cedantur à creditore agente hypothecaria, sed potius istud venit extra considerationem intellectus; Aliter respectu fideiussoris, cum si creditor liberauerit principalem debitorem eum suis fideiussoribus, & deinde fideiussores ad soluendum astringerit, possunt fideiussores indebite solutū repetere, tum quia liberato principali debitore, censentur etiam liberari fideiussores, tum etiam quia nequit in tali casu creditor actiones contra principalem debitorem cedere *Boccac. de societ. offic. num. 131.*

- 3 Hinc ortum fit, vt si pupillus post pubertatem legitimi curatoris auctoritate alterum ex tutoribus liberauit; non potest totum petere ab altero contutore, quia sibi obstat exceptio cedendarum. Ideòque dicendum in administratore Reipublicæ liberato, quia neque alter poterit conueniri pro parte alterius, qui liberationem obtinuit *l. si pupillus, ff. de oblig. tutor.* Nisi expresse huic beneficio renunciatur *Merlin. lib. 4. quest. 72. num. 28.* tunc enim nulla considerari potest culpa creditoris *Antonell. ubi sup.*
- 4 Idē si creditor non possit cedere actionē ex natura obligationis, quia nulla sibi competat actio, puta si mulier iuuetur Velleiano. Vel si cessio fieri non posset facto ipsius debitoris, quia fideiussor soluerit partem debiti cum pacto, vt pro sit solutio vni fideiussori, quod est ei permiffum *l. in ijs, §. si duos, ff. de solut.* Quia his casibus non obstat exceptio cedendarum *Antonell. ubi sup.*
- 5 Ad effectum succedendi in ius primi creditoris non sufficit offerre, ac deponere, sed requiritur obsignatio, hoc est prius pecunia numeretur, & deinde reponatur in sacculo, & signo obsignanda, & deponatur penes idoneam personam *l. 1.*

*l. 1. §. si pecunia; ff. deposit. ita Antonell. ubi sup. num. 139.* Rationem assignat quia, per oblationem, & depositionem sine obligatione transfertur dominium, & possessio in depositarium, & ideo non est proprie depositum, cum depositarius possit conuertere pecuniam in usus proprios *l. Lucius Titius, & l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. deposit. Merlin. lib. 4. quest. 91. num. 3.* ubi dicit; quod depositum sine obligatione non liberat debitorem.

In praxi hæc conclusio non recipitur, quando in Banco pecunia deponitur, quia habet eandem vim acsi esset obligata, & passim admittitur depositum in Banco publico, vt in hac Ciuitate Neapolis.

## ARGUMENTVM.

Facultas declarandi voluntatem Testatoris an cedi possit, vel transmittatur ad hæredes? Quid de executore testamentario; Et de iure nominandi intelligentia *text. in l. illud, aut illud, ff. de opt. legat.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Facultas declarandi voluntatem Testatoris an sit cessibilis?*
- 2 *Quid in executore testamenti.*
- 3 *Nominandi ius an sit cessibile?*
- 4 *Legatū cum optione factum an cedi possit?*
- 5 *Nudum ministerium an sit personale, & cedi non valeat?*

## Q V A E S T. XLII.

- 1 **F**acultas declarandi voluntatem Testatoris an cedi possit, vel transmittatur ad hæredes? Negatiuam opinionem docet *glos. notabilis in l. inter stipulātem, §. sacram, ff. de verb. oblig. Bar. ibi 2. col. l. as. in l. si stipulatus fuero, ff. eod.*
- 2 Hinc executor testamentarius non potest alteri cedere facultatem declarandi. Quia electa est industria personæ. *R. de Ponte decis. 78. n. 6. Montan. de regal. num. 29. Rouit. decis. 72. num. 35.*
- 3 Nominandi enim ius est personale nec ad alium cessibile *Costa de patruo, & nepot. fol. 103. Larrea decis. 31. n. 22. Gomes.*

*lib. 2. var. cap. 11. num. 90.*

Ad exemplum iurium personalium, quæ non possunt in aliū transire, & cedi, aut transmitti. *quia tale, ff. sol. matrim. l. licitatio, §. Mercatores, ff. de publican. Altograd. conf. 39. num. 23.* Etenim personæ coherent, vt extinguantur cum illa. *l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & estiu. Tappia in l. fin. p. 2. cap. 3. num. 19.*

- 4 Neque facit quidquam *tex. in l. illud, aut illud, ff. de opt. legat. l. huiusmodi, §. fin. ff. de leg. 1.* Quia loquitur, si relinquatur res cum optione. Quo casu si legatum transmittitur ad hæredes legatarij transmittitur quoque optio, nam hodie hoc legatum est conditionale, *§. optionis In sit. de legat. Noal. de transmiss. cap. 37. n. 2.*
- 5 Adhæc quando transmittitur nudum ministerium, tunc censetur electa personæ industria, ita vt illud ministerium non possit alteri, committere *cap. fin. §. ult. de offic. deleg. latissima de his Capon. contr. for. 54. per tot.*

Facultas declarandi transit ad hæredes quando in ipsa voluntate defuncti consistit substantia, & sola executio committitur *Ias. in l. post dotem num. 49. sol. matr. Noal. cas. 16. nu. 13. de transmiss.*

## ARGUMENTVM.

Ius optandi an sit cessibile, & optionis legatum sit transmissibile? Optionis vocabulum in genere masculino, & feminino explicatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Ius optandi an sit cessibile. Explicatur vocabulum optionis in genere masculino, & feminino.*
- 2 *Eligendi facultas competit iure suo.*
- 3 *De iure antiquo aliter est quam de nouo.*

## Q V A E S T. XLIII.

- 1 **I**us optandi an sit cessibile, & legatum optionis possit transmitti, vel cedi? Supponendum est, quod optio sumitur in genere masculino, & in genere feminino. In genere masculino proferatur interdum, vt in *l. fin. C. de apoch. publ.*

\* I 2 lib.

lib. 10. & in l. fin. ff. de iur. immunit. l. super, C. de iur. fisc. lib. 10. Et accipitur pro custode carceris, & optio significat adiutorem quemcumque rerum perficiendarum, Veget. de re milit. lib. 2. cap. 7. Adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum Plaut. in Asinario Act. 1. Scen. 1. vers. 88. Dicuntur etiam optiones, qui annuam militarem diuidebant, qui exactores erant tributorum, qui apparitores Magistratum, vt in d. l. fin. C. de apoch. publ. lib. 10. & ibi Amaia.

In genere fæminino optio explicatur per Larream decis. 51. & 52. Merend. lib. 8. cap. 8. & latè per Athanasium Ortizam. Olanum in Paralipom. iur. cap. 1.

- 2 Facultas eligendi, optandi quamuis habeatur iure suo, idest quando quis eligit pro se, & ad sui commodum dicitur pura, & non conditionalis, ideò ipso non eligente illam ad hæredes transmittit, quandocumque decedere contingat l. illud, aut illud, ff. de opt. leg. §. opinionis, Instit. de legat. in quibus iuribus probatur, quod legatario, cui electio rerum legata est, illo non eligente, legatum electionis tanquam iure suo, & ad sui commodum competentis ad hæredes transmittitur Bar. in d. l. illud num. 2.
- 3 Iure antiquo optionis legatum habebat tacitam conditionem legatarij personæ adscriptam, & ad hæredes non transibat d. §. optionis. Aliter hodie ex Constitutione Iustiniani, latè Capon. controu. 19. num. 23. Quia optio non est factum cohærens personæ, vt non possit adimpleri ab alijs, & in rei veritate purum est, & à die mortis cedit Arpree. in d. §. optionis num. 10.

#### ARGVMENTVM.

Constitutione concedente tenutam viduæ per mortem viri cum facultate faciendi fructus suos donec restituatur dos vtrû cessibilis sit tenuta? Exempla rerum iudicatarum de directo contraria adducuntur. Distinctio Fontanell.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Tenuta bonorum viri attributa per Constitutionem donec soluator viduæ dos vtrum sit cessibilis.

- 2 Negatiua suadetur opiniò cum exemplo rei iudicata.
- 3 Verior opinio affirmatiua.
- 4 Distinctio Fontanell. inter cessionem voluntariam, & necessariam.

#### Q V A E S T. XLIV.

- 1 **C**onstitutione Regni aliqua existente concedente tenutam bonorum viri defuncti donec satisfacta fuerit de dotibus, & faciat fructus suos, vtrum hoc beneficium transeat in cessionarium? Negandum videtur ex personalitate priuilegij, & quod hoc ius non sit transmissibile ad hæredes præterquam in filios Fontanell. de pact. nuptial. claus. 9. gl. 3. par. 18. num. 27. Et quod ad hæredes non est transmissibile non est cessibile l. mulier, §. & esse, ff. de iur. dot. Barboj. in l. quia tale num. 20. ff. sol. matr.
- 2 Simile est, quod dicimus de exceptione declinatoria fori, & de compromisso inter coniunctos faciendo, quod non transeat in cessionarium Afflic. decis. 74. Fontanell. vbi sup. num. 21. Et in materia tenutæ ità decisum refert Fontanell. num. 26. vbi quod cessionarius mulieris condemnatus fuit ad dimittendam vacuam, & expeditam possessionem D. C. Vilaplanæ vna cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à tempore finitæ tenutæ viduæ, vsque ad realem restitutionem.
- 3 Opinionem de directo contrariam simpliciter tenentem cessionarium scilicet facere fructus suos durante vita mulieris ratione commoditatis percipiendi fructus, quam posse transferri, & secundo viro in dotem dari cum Cancer. p. 3. var. cap. 7. num. 46. & seq. Fontanell. vbi sup. n. 31. vbi ità decisum refert in Senatu.
- 4 Beneuerum idem Fontanell. nu. 32. distinguit cessionem voluntariam à necessaria, vt prima opinio locum habeat in cessione voluntaria, opinio affirmatiua in necessaria cum Bar. in l. post dotem nu. 35. ff. sol. matr.

#### ARGVMENTVM.

Neptis ex filio post mortem patris mortuo ante agnitam hæreditatem paternam ante

præferatur nepti ex filio prædefuncto suo patri, ex *Constit. Regn. in aliquibus* præferentis masculos fæminis; Et cum qualitate exclusiua viuente patre radicata valeat per donationem cedere suæ Sorori vterinæ pro dote? Ostenditur ingens dissidium, & adducitur sensus *Authoris*, & æquiocatio plurimum Neotericorum. Nepos ex filio prædefuncto an præferatur nepti ex alio filio item prædefuncto in successione auix ex dispositione dictæ *Constit. Reg. In aliquib.*

## S V M M A R I V M .

- 1 Neptis ex filio post mortem patris mortuo ante agnitam hæreditatem, an vigore Constitutionis Regni in aliquibus præferatur nepti ex filio prædefuncto, & qualitas exclusiua sit cessibilis, prout est transmissibilis.
- 2 Recensentur verba Belloni pro transmissione, & cessibilitate.
- 3 Qualitas masculina excludens radicata in filio ad neptem transmittitur.
- 4 Recensentur dissidentes, & refelluntur.
- 5 Resolutio *Authoris*, & adducuntur Eminentissimi Tuscus, & de Luca.
- 6 Nepos ex filio præmortuo an præferatur nepti ex alio filio præmortuo in successione auix ex in *Constit. In aliquib.*

## Q V A E S T. XLV.

1 **D**ecessit ab intestato Paulus relicta nepte ex filio prædefuncto, & superstitite filio, qui non adita hæreditate patris paucis viuens horis filiam reliquit. Hæc ex causa dotis per viam donationis cessit sorori vterinæ hæreditatem sui Aui paterni. Controuertitur nunc vtrum cessionaria concurret cum sorore consobrina ad successionem Aui, vel potius illa præferatur ex dispositione *Constit. Regni in aliquibus*, quia donata fuerit sibi hæreditas per sororem cum qualitate exclusiua vigore statuti acquisita per filium post mortem patris defunctum. Quod enim est transmissibile, est cessibile. E contrario autem neptis ex filio prædefuncto excludenda sit vti fæmina, eum non possit repræsentare sexum, sed

2 tantum gradum patris præmortui auo. Pro exclusione neptis ex filio prædefuncto stat *Gramat. decis. 63. nu. 11.* quem refert *Bellon. de iur. accresc. cap. 9. quæst. 12. num. 61.* cuius verba sunt, *Nec obstat, quod etiam filia videatur habere qualitatem masculinitatis, eo ipso, quod descendit à masculo, & eum repræsentat. Quia, hoc procedit, quoties filia venit ex persona patris, ut cum pater erat viuus tempore delatæ successionis, & postea decessit, tunc enim verum est, posse filiam, quæ venit, ut eius hæres dici masculinum non quidem vere, sed repræsentatiue, quia repræsentat patrem, & sic masculinum, ut declarat Cyn. in l. 1. num. 6. C. ad l. Iul. de adulter. Ceterum quoties venit ex persona propria, prout euenit, cum pater est præmortuus, tunc verius est, eam tunc possit dici masculinum, quia venit ut ipsa, & sic ut fæmina, non ut masculus, & qualitates à Statuto requisitæ debent verificari in ipsa nepte, non in patre, ut ait *Gramat. decis. 63. num. 11.**

In terminis *Constit. Regni in aliquibus* fæminis masculos præferentis an hæreditas patris delata filio transmittatur ad neptem cum iure excludendi amitam?

3 Pro nepte viua ratio est; Quia radicatum fuit ius in masculo decedente post delatam hæreditatem, quæ transmittitur ad descendentes ex capite suicitatis, vel iuris sanguinis, & qui adit iure transmissio repræsentat personam transmittentis, ita vt hæreditas transmissa sit ponenda in inuentario bonorum transmittentis, vt *Reg. de Marin. alleg. 118. Reg. Latro decis. 84.*

*Prouenzal. ad Consuet. si moriatur obs. 5. num. 6. Surd. decis. 138. Marta de success. p. 1. quæst. 24. num. 4. nu. 26. Noal. de transmiss. cap. 8. nu. 1. Pras. de Franch. decis. 32. vbi ego laudo Vrsin. de success. p. 1. quæst. 5. art. 6. Altograd. conf. 82. à num. 35. Botolier. de success. ab intest. tit. de exclus. parag. & masculiat. num. 46.*

Et quamuis contrarium alij velint scilicet quod ad exclusionem fæminæ requiratur nedum existentia masculi, verum etiam, vt iste succedat, vt nouiter firmat *Cirocc. discept. 42. num. 39. ex Duran. dec. 36. & voluerunt Angel. conf. 81. Peregr. dec. 87. Paschal. de patr. pot. p. 4. cap. 1. n. 32.*

Con-

Confundit enim *Ciroccus* terminos, quando filius moritur post delatam hæreditatem à casu, quando præmoritur parentibus nam est maximum discrimen, & *Rota coram Durân.* contraria loquitur, quando filius decedit viuo patre nam hoc casu non potest agi de transmissione cum qualitate exclusiua. Et *Paschal. p. 4. 1. quest. nu. 20.* est sibi inconstans, & defendit *Cynum* pro prima opinione allegatum.

- 4 Hinc si filius præmoritur patri, & neptis concurrat cum amita, ambo concurrunt ad successionem, iuxta *Capyc. dec. 21. Vrsill. ad Afflict. decis. 63. n. 11. de Ponte de potest. Proreg. tit. 5. de success. mulier. à num. 38.* & iudicatum testatur *Vrsin. p. 3. quest. 1. art. 12. num. 21.* & verissimam existimat *Rouit. num. 18.* Nam filia subingreditur in gradum, non in personam patris *Fab. C. de pact. def. 14. Merlin. cent. 2. contr. 4. num. 20.*

Beneuerum ego in *d. obs. 32. num. 5.* retuli plures contradicentes *Minad. in Constit. Regn. in aliquibus num. 44. de Marin. lib. 2. ref. 145. Rouit. conf. 74. lib. 1. Martam votu 71. num. 12. de Ponte l. 1. Marant. disc. 12. num. 49. & alios.*

- 5 Ceterum in *d. obs. 32. nu. 6.* resolutum pro concursu cum amita, & hæc non excludatur per neptem ex filio masculino prædefuncto cum *Hodiern. contr. 23. num. 11. & 12.*

Conueniunt tradita per *Staiban. resol. 181. num. 1. & seqq.* vt nepotes masculi ex filia præmorta æqualiter succedant Auiæ ab intestato cum neptibus ex filio masculino, non obstante *Constit. Regn. in aliquibus*, cum fæminæ descendentes ex masculino non subingrediantur locum patris ad finem excludendi amitã, sed ad finem cõcurrenti cum eis *Buccin. in Consuet. Neap. si moriatur, Lanar. conf. 1. num. 58. & seqq.* vbi quod neptis ex masculino non excludit in bonis Aui filiam eiusdem Aui *Marant. disp. 10. nu. 17. Gramat. decis. 63. Camill. Salern. in Consuet. si quis moriens in add. num. 22.* referens decisum iunctis Aulis in causa Doctoris Ludouici Follerij cum Rendina.

Consonant conclusiones adductæ per *Card. Tusc. practic. iuris conclus. conclus.*

675. à num. 72. ibi: *Limita, quia Statutũ excludens filiam à successione patris stante filio masculino, excludit etiam neptem à successione Aui stante nepote masculino, quando constat de mente statuentium in genere, quod masculus præferatur fæmina, quia exempla non restringunt Statutum Angel. conf. 389. col. fin. ver. mulier, Castrens. conf. 83. num. 3. lib. 2. Alex. conf. 134. lib. 6. Extende quia Statutum, quod filius excludat sororem à successione patris illam conuenienter dotando licet nihil dicat de successione Aui, habebit locum etiam in successione Aui Alex. conf. 134. in princ. lib. 6. vbi Apostill. in verb. Auo dat concordantes. Et num. 4. extendit etiam si extet nepos ex vno filio mortuo, & neptis ex alio filio mortuo, quia nepos excludet neptem à successione Aui. Extendit, vt idem sit etiam si Statutum dicat, quod verba Statuti recipi debeant secundum proprium significatum, & communem vsum loquendi Alex. d. conf. 134. num. 4. lib. 6. Extendit quod sicut Statutum excludens filias à successione patris stante masculino habet locum in successione Aui. Hactenus *Tuscus.**

Additur, quod Statuta exclusiua fæminarum non habent locum ad fauorem ipsorũ masculorum filiarũ fæminarũ antequam casus successionis euenerit *Castill. lib. 3. controu. 19. num. 159. Borgnin. decis. 3. num. 6. p. 4. Hodiern. controu. 23. nu. 11. & 12. Gabriel. conf. 18. & 19. lib. 2. Card. de Luca de dote discurs. 139. num. 6.*

- 6 In terminis Statuti excludentis à successione filias propter filios, vt vi prædicti Statuti neptis ex filie excludatur à nepote ex filio, ita ex *Iacob. de Aren. Bal. in l. nimes nu. 14. C. de in offic. testam. Barry de success. ab intest. lib. 18. tit. 1. n. 7.*

*Minadous in repet. d. Constit. in aliquibus ver. filiorum à num. 35.* docuit sub appellatione filiorum venire nepotes, ibi: *Et ex eadem Rubr. & verb. filiorum in ea posito colligi etiam potest nepotes filiorum appellatione contineri, quia non de filijs tantum, sed etiam de nepotibus Constitutio loquitur, & ita declarat Andr. in Constit. seq. Et Minad. laudat. Alciat. & Alex.*

*Alex. in l. venia num. 19. C. de in ius voc. scribit. Aliud exemplum in lege Municipi-*

nicipali accipi potest, qua Statutum sit, existentibus masculis filias feminas patri non succedere, hæc enim lex ex receptiore sententia simpliciter fauorabilis est, Curt. cōf. 9.

Alex. conf. 89. à num. 14. lib. 6. hæc habet Statutum disponit quod frater possit repellere sororem à successione fratris dotando eam conuenienter, an idem obtineat, si Auus decessit relicta nepte ex filio prædefuncto, qui sunt ad inuicem frater, & soror patruelis, & nepote ex alio filio prædefuncto, qui sunt ad inuicem frater, & soror patruelis, & dubium facit secundum eum, quia Statutum loquitur de fratre, & sorore, non de nepote, & nepte, refert quod in illa quæstione Iacob. de Aren. dicebat, quod hic nepos, & neptis appellabantur fratres Instit. de grad. S. quarto gradu; Et quod Auus representatur in appellatione patris l. iusta, ff. de verb. signif. & quod eadem ratio erat in istis, quæ erant in patre, & sic nepos potest repellere neptem dotando eam conuenienter.

Suffragatur text. in l. iusta, ff. de verb. signif. ibi: iusta interpretatione recipiendum est, ut appellatione filij, ita & nepos comprehendens.

Terret attamen Reg. Rouit. in conf. 74. lib. 1. qui decisum refert in Sacro Consilio neptem ex filio prædefuncto non excludi à patruo in successione Auiæ, ex vi dictæ Constitutionis.

Quia Rouitus se fundat in dispositione iuris communis indistincte vocantis ad successorem Aui, ita filium, ac neptem ex filio præmortuo sed, & melius quod non potest sustineri decisio per eum relata.

Opinio Rouiti est contra plures decisiones Sacri Consilij, quæ admittunt neptem ex filio cum amita ad successorem Aui, ex eo, quod neptis cum possit representare patris dumtaxat gradum, nullo modo potest representare sexum, & proinde Sacrum Concilium habuit neptem veluti in eodem gradu cum amita, sed non in maiori prærogatiua, & decisionum Sacri Consilij testes sunt Afflicti. in Constit. in aliquibus num. 39. Capoc. decis. 2. Gramat. decis. 63. Vrsin. de success. feud. p. 3. quæst. 1. art. 12. num. 21. Bottilier. de success. ab intest. cap. 1. theor. 2. n. 18. & 19. dicti in d. obs. 32. de Franch. & de linea d. art. 2. num. 11. lib. 1.

Masculinitas, quæ in erat personæ prædefuncti patris nequeat à filia representari legum auctoritate, & Doctorum auctoritate firmat Robles de represent. lib. 1. cap. 12. à num. 21. Præs. Merlin. contr. cent. 1. cap. 4. à nu. 20. Vrsin. ubi sup. nu. 13.

Vt probaret Rouitus filiam nedum gradum, verum sexum prædefuncti patris subingredi adducit textum in l. Gallus, S. nunc de lege Velleia, ff. de liber. & posthum. in quo legimus omnem descendentem à masculo dici virilis sexus, ibi: Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus hæres futurus erit.

Illustrat hanc rem Bottilier. num. 35. probans Sceuolam nullo modo somniasse de feminis, sed tantummodo de nepote, ibi: Quid ergo si filium habens, & nepotem nondum natum.

#### ARGUMENTVM.

Datio in solutum nominis debitoris cum reservatione primæuarum hypothecarum an sit cessio simplex nominis debitoris, vel habeat vim dationis insolutum, præsertim quando insolutum dantur annui introitus?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Datis insolutum annuis introitibus pro extinctione censualis crediti cum promissione euictionis, & reservatione primæuarum hypothecarum an censeatur cessio solutionis causa, vel datio insolutum?
- 2 Expenditur Marta.
- 3 Quid si fuisset retrouenditio promissa annui census post exactiorem totius crediti censualis cum annuis introitibus.
- 4 Promissio euictionis an sit incompatibilis cum datione insolutum.
- 5 Socin. Sen. Consilium ponderatur.
- 6 Cessionem solutionis causa factam decidit Rot. Rom. in casu qui reproponitur.
- 7 Datis insolutum tertijs consequendis à nomine debitoris an sit cessio solutionis causa.
- 8 Quando sit simplex cessio solutionis causa declaratur in Spicilegio Authoris.
- 9 Cessionarius quando habeat regressum contra cedentem in cessione solutionis causa facta.

QVAEST.



## Q V A E S T. XLVI.

1 **D** Atis insolutum annuis introitibus donec creditor fuerit satisfactus de credito, & censibus vtrum censeatur facta simplex cessio solutionis causa quoties datio insolutum fuerit facta citra præiudicium primarum cautelarum, & hypothecarum ?

Affirmatiuam opinionem docet *glos. in l. eleganter, verb. limita in fine, ff. de pign. act. & Bar. ibi: dicit dictam glosam esse veram, & notandam, Castrens ibidem n. 8. dicens esse bonam cautelam, Bald. col. 1. vbi ait, hoc esse notandum Fulgos. nu. 6. vers. in ea glos. idemq; Bart. in d. l. libera, vbi attestatur veram hanc opinionem, & pluries pro ea consuluisse, Bald. ibidem col. 2. vers. item non videtur, Salicet. nu. 1. in prima opposit. Castrens. num. 3. Alberic. num. 7. Fulgos. num. 2. & Bartol. in d. l. si quis aliam num. 1. vbi Addentes dicunt, quod est notabilis, & verissima practica, Castrens. num. 4. Bald. conf. 77. vol. 1. Ceppoll. cautel. 123. Gozadin. conf. 38. num. 12.*

2 At contra *Mart. vot. Pisan. 109.* vbi ait non obstare, quod datio in solum extinguat præcedentem obligationem, & ideò nequit stare cum præcedentis obligationis reservatione, ac propterea, quod nomen debitoris sit datum potius per modum accessionis, Nam respondet *nu. 3.* per hæc verba: *Quia sufficit, quod sit impeditiua præcedentis actionis, vt agi non possit, nisi vigore præcedentis obligationis in casu euictionis, vel impedimenti dati ad exigendum, vt considerant præcitati Doctores, qui firman datationem insolutum posse fieri cum dicta reservatione, Menoch. conf. 201. nu. 25. vers. nec dicatur, vbi præsentim inquit: Et licet dixerunt se confirmare hypothecationes, quod id refertur ad generales hypothecas bonorum Domini Ducis pro obseruatione assignationis, seu insolutum datationis, vbi sequeretur alia euictio, & ideò referenda sunt singula singulis, hoc est assignationis, respectu translationis dominij, atque insolutum datationis, & hypothecationis, respectu euictionis, sicut & ipse Dominus Dux promiserat, vt propterea concludendum sit*

*eum Mart. dicto vot. Pisan. 110. num. 10. vbi ait: propterea conclusimus, quod translato dominio per datationem insolutum non potest hodie hic assignatarius agere, quia non docuit de euictione subsequuta, neq; de impedimento euictionis, neque de denuncia-tione facta debitori cedenti, & assignanti, & propterea obstant l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit. l. emptor, & l. si parentes, Cod. de euiction. cum concordantibus per Decium conf. 102. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 16. & quod ex dicta reservatione non impediatur effectus datationis insolutum, sed solum sit compatibilis in casu euictionis, aut alterius euenientis casus reservati, Consil. de Rosa consult. 15. num. 15. & 16. & num. 23. lib. 2.*

3 Nec refragatur præterea, quod extinctio, & retrouenditio annuorum ducatorum centum, & quinque fuerit promissa pro rata exigenda post solutionem annatarum medio tempore decurrendarum, & ex nunc pro tunc, & è contra facta solutione dictarum quantitatum fuit promissa retrouenditio, & cessio Iurium in beneficium dicti debitoris dantis insolutum, & propterea non fuisse datum insolutum nomen debitoris, quod solutionis vim à principio habuisset, sed tantum cessum solutionis causa.

Et enim non poterat à principio fieri retrouenditio, & extinctio dictorum annuorum ducatorum centum, & quinque, ac sortis ducatorum mille, & quingentum, dum erant reservata primæua Iura in casu euictionis, sequestri, & impedimenti in exactione dicti nominis debitoris cessi, prout in indiuiduo latissime probat *Gozadin. conf. 38.* omninò videndus, & eo non relato, *Menoch. conf. 201. num. 25. in fin.* his verbis præsertim: *Et verba, quæ subijciuntur, donec dos fuerit restituta, non efficiunt, quin sit in solum datio, & si resolubilis dote repetita, sicuti esset resolubilis qualibet venditio simili pacto adiecto.*

4 Alioquin inutilis foret promissio euictionis de iure, & de facto, ac quod teneretur ipse cedens in casu sequestri, vel impedimenti in exactione nominis debitoris cessi, si cessio fuisset simplex, & solutionis causa, quia tunc esset liberatus, cum re vera debitor cessus soluis-

set

set quantitates cessas dicto cessionario creditori, etenim si cessio fuisset simplex, dominium nominis cessi non transferebat in cessionarium, & propterea frustratoria, esset promissio euictionis, *Duran. decis. Rot. 266. num. 17. Confl. Staiban. in obser. ad resolut. 96. num. 7. & reseruatio primæuorum Iurium fuisset incongrua, cum cessio simplex non liberet debitorem cedentem, sed actio primæua remanet in suo robore, Scacc. de commerc. §. 2. glos. 5. num. 251. Consil. Staib. loc. cit. num. 1.*

Neque refragatur tertio, quod ex eo, quod non fuerit assignatum nomen ipsum debitoris, sed tertiæ consequendæ ab ipso debitore cesso, usque ad integram satisfactionem sortis, & tertiarum, cessio prædicta, & si concepta sub nomine dationis insolutum non habuerit vim dationis insolutum, aut venditionis nominis debitoris, sed tantum simplicis cessionis ex *Soccin. Sen. conf. 93. num. 3. lib. 1. Surd. conf. 243. num. 7. Alba. Mandell. conf. 740. num. 17. tom. 3. Rot. Rom. decis. 392. tom. 2. par. 5. recent. & decis. 330. par. 11. recent. Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 266. nu. 21. & 22. ut ego in Spicileg. de cess. Iur. & act. quest. 10. num. 3.*

5 Quoniam ex prædictis Doctorum autoritatibus non inferitur, quod datis insolutum tertijs consequendis à nomine debitoris, non sit facta datio insolutum, sed tantum simplex cessio. Etenim *Soccin. Sen. d. conf. 93. lib. 1.* in ea facti specie calamum arripuit, in qua filius volens fare il douere, & assureate, com' è debito, & onesto, la madre per le sue doti, le obligà, dà, e consegna alcuni beni, & dicit non fuisse ex hoc translatum dominium dictorum bonorum, sed tantum ea fuisse data loco pignoris, cum etiam verbum dare, & consignare intelligatur in pignus ratione subiectæ materiæ ex verbis adiectis, volendo assureare, & ex alijs verbis, le obligà, ac etiam ex testium depositionibus, quod noluit filius insolutum dare, sed tantum securam reddere matrem, & quod ita fuit conuentum inter eos, ac propterea non excluditur datio insolutum ex cessione tertiarum, sed ex eo quia bona assignata fuerunt loco pignoris ex præcitatis verbis, ut notat

*Andreas. controu. 285. num. 28. vers. Soccin. Sen. conf. 93. num. 3. lib. 1.*

6 *Rota Rom. decis. 392. num. 24. per nu. 36. tom. 2. par. 5. recentior.* quæ est repetita pænes *Duran. decis. 266. tom. 2.* dicit, quod cessio pensionis facta per Capitulum Mediolanense fabricæ maioris eiusdem Ecclesiæ fuisset simplex solutionis causa, & sic importabat simplex mandatum, cum ex verbis, pro solutione facienda præfata pensionis ut infra assignandæ, & usque quo fuerunt soluta scuta tria mille, assignauerunt, & delegauerunt, ut assignat, & delegant ad solutionem infrascriptarum aliarum literarum, non inducta fuerit venditio, ut ad oculum patet, nec insolutum datio, quia non fit, nisi expressè dicatur, & postea sequatur cessio, ex *Gozadin. conf. 38. Soccin. Sen. conf. 37. nu. 8. cum seqq. lib. 4. Card. Paris. conf. 69. nu. 10. & seq. lib. 1. Surd. conf. 145. num. 28. Bellon. decis. Genuæ 2. nu. 26. Carthar. decis. Genuæ 19. num. 2.* Nec etiam fuerit inducta delegatio, quia licet aderat verbum, delegatio, non intercessit stipulatio inter cessionarium, & nomen debitoris cessum, Ideoque nihil inferitur ad speciem, de qua agimus.

7 *Consil. Hodiern. in addit. ad Surd. decis. 266. nu. 21. & 22.* non dicit, quod datis insolutum tertijs consequendis ab aliquo nomine debitoris non inducatur datio insolutum dictarum tertiarum, sed tantum disputat, an assignatio alicuius rei importet de sui natura translationem dominij ipsius rei, præcedente causa habili ad illud transferendum, vel tantum custodiam, & administrationem, aut pignus, & ibi subdit, quod quidquid esset in dicta questione, ubi fuisset assignata ipsa res, si fuisset assignatio facta de fructibus tantum, & non de ipsa re, nullum est translatum dominium ipsius rei in creditorem, sed potest tantum fructus assignatos percipere, tanquam ex pignore, ideoque non loquitur, cum fuerint data insolutum tertiæ consequendæ à nomine debitoris usque ad integram satisfactionem.

8 *Ego similiter in Spicilegio de cess. Iur. & act. quest. 10. numer. 8.* loquor recentis terminis Doctorum prædictorum,

\* K quos

quos allegat, vt scilicet non censeatur data insolutum ipsa res ex assignatione facta eiusdem rei ad tempus, & vsq; ad crediti satisfactionem, & præsertim stante reservatione dominij, non autem quod ipsi fructus nõ fuerint insolutum dati, vt patet ex *Andreol. contr. 285. n. 28. & 29.*

Etenim triplici modo possunt transferri fructus alicuius fundi, vel nominis debitoris. Primo per venditionem, seu insolutum dationem proprietatis ipsius fundi, vel nominis debitoris. Secundo per dationem insolutum fructuum percipiendorum ex tali fundo, vel nomine debitoris, ac tertio per modum pignorationis, cum non venduntur, nec fundus, aut nomen debitoris nec fructus. Et certum est posse fieri dationem insolutum fructuum absque venditione fundi, aut nominis debitoris etiam temporaliter, & & ita possunt vendi, aut dari insolutum, *l. 17. C. de vsur. l. 8. & l. 34. S. liberum, ff. de contrab. emptio. l. fistulas, S. frumenta, ff. eod. l. cum ita, ff. de vsufruct. legat. l. necessario, S. ult. ff. de pericul. & commod. rei vendit. l. item si fundi in princip. l. qui vsufructum, S. ult. leg. quasitum, & leg. si quis ita, & ibi glos. ff. de vsufr. Bart. in l. cotem, S. maximes, ff. de Publican. Crauet. conf. 145. num. 20. Card. Paris. conf. 55. num. 47. & 48. lib. 3. Leotard. de vsur. quest. 54. nu. 21. Andreol. contr. 285. nu. 26. & seqq.*

- 9 Quandoquidem etiam si cefsio simplex facta fuerit, tunc cefsionarius habet regressum contra cedentem, cum cefsionarius diligentiam adhibuerit pro exactione nominis debitoris cefsi, & diligentiam ad finem perduxerit, excutiendo, nè dum bona, sed etiam personam, adeò vt ei non possit aliqua imputari negligentia, *Ruin. conf. 44. nu. 6. & 7. lib. 1. Becc. conf. 105. num. 25. vers. hoc idem expressius, Scacc. de commerc. & camb. S. 2. Glos. 5. num. 254. & seqq. Altograd. conf. 37. num. 28. per nu. 30. & per nu. 42. vbi quod si fuit negligens, & exactorem distulerit, non propterea potest habere regressum contra cedentem, Consil. de Rosa consult. 7. nu. 77. lib. 1. & consult. 15. n. 27. lib. 2. Andreol. controu. 115. num. 4. Mastrill. decis. 175. num. 5. Cyriac. controu. 110. num. 7. & controu. 374. num. 28. & controu. 476.*

*num. 5. Tondut. resol. ciuil. par. 1. quest. 49. num. 44. per num. 47. Vrceol. consult. forens. 2. num. 15. & seqq. Olea de cess. Iur. tit. 7. qu. 3. num. 39. & seqq. Cum videatur quodammodo cefsionario ob stare exceptio non implementi, donec non doceat se diligentius vsu fuisse, sine qua iustificatione præsumitur, quod fuerit negligens, *Ruin. conf. 44. num. 7. vers. ex quo erat lib. 1. Becc. conf. 105. num. 25. & 26. Scacc. loc. cit. Grat. discept. forens. 527. nu. 9. Thomat. decis. Macerat. 29. num. 19. & seqq. ideòq; æquitas non patitur, quod culpa, seu dolo cefsionarij præiudicetur cedenti contra text. in l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. cred. Fab. C. lib. 7. tit. 29. defin. 20. num. 9. Vrceol. d. consult. 2. num. 27. & in 2. appendic. ad d. cap. 2.**

Imò, etiam si cefsio facta fuerit gratia facilioris exactiois, tenetur omnes diligentias, ac etiam excussionem facere, quas si non fecerit, sed negligens in exigendo fuerit, periculum nominis pertinet ad ipsum, nec poterit amplius habere regressum contra cedentem, *Ruin. conf. 43. num. 4. & 5. lib. 3. Becc. conf. 105. nu. 10. & 26. Eugen. conf. 73. num. 5. lib. 1. Surd. decis. 326. num. 42. Card. Mantica. de tacit. lib. 4. tit. 14. nu. 8. Felician. de censibus tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 15. Mangilius de euiet. quest. 79. num. 11. Gusman. de euiet. quest. 35. num. 34. & 37. Cancer. var. lib. 2. cap. 6. num. 187. Consil. de Rosa d. consult. 15. nu. 27. vers. secundo suppono. Et negligentia desumitur ex eo, quod cefsionarius multos terminos labi permisit absque eo, quod doceat debitis temporibus pulsasse debitorem cefsū *Ruin. vbi supra, Becc. dict. conf. 105. num. 25. in fin. Thomat. decis. 29. nu. 29. Thesaur. qq. forens. 10. num. 8. lib. 4. Tbor. in supplem. compen. decis. verb. Cefsionarius fol. 83.**

#### ARGUMENTVM.

Creditore habente iura anteriora, & posteriora solutionem recipiente pro iuribus posterioribus cum clausula solita ceden-  
di præseruatiua, quod non officiat directe, nec indirectè, nec in concursu an possit agere deinde pro anterioribus, vel exceptione indebiti excludatur in petendo  
fa-

fatisfactionem duplicatum? Quid si noua post cessionem superuenerint anteriora iura?

## S V M M A R I V M .

- 1 *Ioannes cessionarius Petri iurium posteriorum, quando anteriora habebat cum clausula præsueruatiua solita, an possit deinde molestare pro causa anteriore?*
- 2 *Exceptione doli an repellatur creditor in molestando pro duplicata satisfactione?*
- 3 *Creditor an consideretur uti diuersa, & duplex persona.*
- 4 *Operatio, & effectus clausulae præsueruatiuae.*
- 5 *Resolutio questionis nouae molestiae per cedentem ex iuribus post cessionem superuentis.*

## Q V A E S T. XLVII.

1 **P**etro molestante Ioannem possessorem cuiusdam vineæ pro credito contra eiusdem Ioannis auctore, iste soluit creditum reportata cessione iurium cum clausula solita. Dummodo contra cedentem nec directè, nec indirectè, nec in concursu, neque in bonis communis debitoris officiat cedenti.

Idem Petrus exinde successit Francisco habenti creditum antèrius ex quo intendit iterum molestare D. Ioannem vineæ possessorem.

- 2 *Dicendum videtur non posse. Quia non fit iustum, & rationale, ut creditor duplicatam satisfactionem, seu duplicem valorem reportet, ideoque cum Ioannes possessor pretium, seu æquivalentiam in pecunia soluerit, non potest nouas molestias inferre, neque ex causa posteriore, vel æquali puta pro residuo pretij, neque ex anteriore, quin ita sibi obstare videatur exceptio doli, vel circuitus, ut impossibile sit, ex re quæ valet decem, possit vnus, & idem reportare viginti, ita Card. de Luca de credit. discurs. 8. num. 6. Rota dec. 18. par. 11. rec. num. 11. vbi quod ab omni iustitiæ, & æquitatis ratione prorsus abhorret, ut à cedente inferantur molestiæ super eadem re, cuius pretium illi solutum fuit, l. bona fides, ff. de*

*reg. iur. Dec. conf. 104. nu. 4. & pluries testatur per Rotam decisum.*

- 3 *Hæc equidem bene procedunt, quando cedens tempore cessionis habet diuersa iura ex causa anteriori, & posteriori, tunc enim recipiendo solutionem ex causa posteriori, non poterit molestare ex anteriori duplicatam satisfactionem accipiendo, cum ita sibi obstaret exceptio doli, dum sciebat habere iura anteriora, & cessit posteriora ad finem eludendi cessionem, & iterum agendo pro anteriori causa, & auocatione vineæ. In casu nostro superuenit causa anterior post cessionem, & non potest obstare doli exceptio, si agatur ex alijs, & diuersis iuribus anterioribus ex diuersa causa competentibus, ut ex Peregr. conf. 93. nu. 15. lib. 1. Riminald. iun. conf. 75. nu. 48. & seqq. Decian. conf. 21. nu. 75. lib. 1.*
- 4 *Cautela adijci solita per creditores cedentes corū iura tertio soluenti operatiua est ad fauorem cedentis in concursu æquali pro resta crediti, si cessionarius vellet agere ad bona possessa per debitorem, vel pro cedente ipsum, vel tertium, qui retorquere se posset contra ipsum cedentem; Aliter si cedens sit diuersus homo, ex causa anteriore superueniente.*
- 5 *Suffragatur quod reportans cessionem iurium cum præsueruatiua cedentis non impeditur quin ex propria persona possit agere contra cedentem ex alijs iuribus anterioribus à diuersa persona, celsis Rota dec. 49. p. 11. rec. nu. 31. Ita viceversa neque cedens impediti poterit, quin agat contra cessionarium, ex nouis iuribus anterioribus superuenientibus.*  
*Cœterum quando cessionarius molestaretur ex noua causa anteriori superuenta à cedente super vinea videtur, quod primo loco fuit solutum, ex parte soluentis indebite datum, & eiusdem vineæ duplicatum valorem dari, ut propterea condictio indebiti competat, vel exceptio repetitionis pecuniæ data.*

## A R G V M E N T V M .

In dotem directè si cedatur nomen debitoris, & euincatur, indistinctè an teneatur

\* K 2 dotans

dotans de euictione ? Qualiter differant dari nomen debitoris in dotem, & dari tamquam speciē, vel loco quantitatis. Verba quando sunt æquiuoca, nomen debitoris quando cessum censeatur demonstratiuè, vel taxatiuè. Dotans ex necessitate ad quid tenetur, & quid si ex liberalitate.

## S V M M A R I V M.

- 1 In dotem directe qualiter cedatur nomen debitoris, & intret euictio.
- 2 Nominis debitoris periculum quando fit viri.
- 3 Nomen debitoris qualiter cedatur in dotem vti species, vel loco quantitatis.
- 4 In dubio nomen debitoris, an censetur demonstratiue, vel taxatiue datum in dotem?
- 5 Dos, ex parte viri continet causam onerosam, & quid ex parte mulieris.

## Q V A E S T. XLVIII.

- 1 **I**N dotem directe potest promitti, vel cedi aliquod nomen debitoris, vel annuus redditus, qui sit verus, & exigibilis, sed per alium euincatur habentem causam ab eodem dante, seu promittente, puta ab eius creditore anteriore, vel alio, cui ipse antecederet cesserit, & tunc intrant termini euictionis, de qua indistincte dotans in hoc casu tenetur, dum sciens alteri cessisse, vel hypothecasse in dotem dedit existens in dolo, & mala fide, l. 2. C. de iur. dot. Card. de Luca de dot. discurs. 157. nu. 27.
- 2 Si autem nomen sit verum, non autem exigibile, & euincatur à tertio absque facto, & culpa dantis, & inspiciendum est, an promittatur, vel detur in dotem tanquam species, vt puta de in dotem talem censum, tale creditum, & hoc casu videndum est, an de tempore promissionis debitor erat idoneus, vel non. Si erat idoneus, ac cessio fuit pro soluto, & periculum est viri, tanquam domini. Si cessio fuit pro soluendo, & vir de sola negligentia tenetur Rota decis. 342. par. 11. ret. conf. 4. Et maritus de qualibet negligentia tenetur, quia bonorum dotalium

à lege administrationem habet, ideoque in officio boni administratoris delinquere videtur, non curando debitam adhibere diligentiam tempore opportuno super debitoris exactione, & ne alias mulier ex legis dispositione, sub mariti administratione viuendo eiusque speratæ diligentia, & veræ iustæ acquiescendo decepta maneat, quatenus tamen tale tempus intercesserit, quod probabiliter exactio per diligentem patrem familias sequi potuerit Card. Luca de dote discurs. 163. num. 7.

- 3 Potest dari in dotem nomen debitoris loco quantitatis; quia nempe dicatur, promitto mille, que consequenda sunt à Titio, vel sint debita per Sempronium, & tunc intrant termini taxationis, an scilicet locus, vel persona, vel modus, vnde promissa quantitas retrahi debet fuerint adiecti taxatiue, vel demonstratiue, nam primo modo dotans cedendo ius tale, quale habet liberatur, neque ad aliud tenetur, si non existere detegatur, quoties culpa eius non intercedit. Secundo verò casu tenetur, quia obligatio est personalis, & generica, illa vero qualitas demonstrationis gratia tantum est adiecta, neque substantiam dispositionis respicit, vt generaliter in materia legatorum, vel obligationum constat, ex Castrensis. conf. 338. lib. 1. Dec. conf. 183. Et dispositio dicitur taxatiua, quando vnica oratione concepta est, tam circa substantiam, quam circa modum, seu locum. Et si locus, & modus est adiectus oratione separata, postquam oratio dispositionis erat perfecta, & tunc dicitur demonstratiue, Montan. contr. 44. num. 4. lib. 1. Rouit. decis. 57.
- 4 Quoties verba sunt æquiuoca, neque facti circumstantiæ verisimilem voluntatem disponentis ostendant, & versetur in dubio, tunc locus, vel modus censebitur potius demonstratiue, quam taxatiue Gratian. discept. 256. Fortius vbi causa dispositionis pietatem continet, Rouit. decis. 57.
- 5 Si quis dotet ex liberalitate, quia extraneus, & capienda videtur interpretatio pro taxatione, vt donatio quanto magis fieri possit excludatur, & verisimilis

lis

lis voluntas quod extraneus non nisi illud nomen tale quale sit, donare voluerit, non autem teneatur de proprio. Aut dotat ex necessitate, & tunc in dubio censetur datum demonstratiue.

Dos si detur ex necessitate si excessiua sit, dos dicitur ex liberalitate extra, solos congruitatis cancellos, & videtur voluisse dare illud nomen, vel ius ex abundanti, tale quale; Vel si agatur de vltioribus nuptijs vltra primas, pro quibus dotans, iam dotem dederat, nam si dotem ab hæredibus primi viri consequendam promiserit censetur taxatiue *Card. de Luca vbi sup. nu. 29.*

Dos respectu viri dicitur continere causam onerosam. Respectu vero mulieris causam lucratiuam textus est ad literam, *in l. fin. S. si à socero, ff. qua in fraud. credit. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. num. 39. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 3. glos. 5. p. 1. nu. 12. & seqq.*

### ARGUMENTVM.

Maritus, & vxor si vendant aliquam rem cum renunciatione, & cessione iurium ipsius mulieris, & ipsa retineat sibi facultatem petendi dotem, cessio an importet iurium translationem, vel solummodo effectum liberationis rei venditæ à nexu hypothecæ.

### S V M M A R I V M .

- 1 *Marito, & uxore uendentibus rem viri cum renunciatione, & cessione iurium ipsius mulieris an cessio importet translationem iurium dotalium, si ipsa reseruaue- rit sibi creditum dotis?*
- 2 *Resoluitur questio, ut inducatur liberatio à nexu hypothecæ dotalis, & non traslatio iurium dotalium.*
- 3 *Declaratur assertum per Andreol. & Cardinal de Luca.*

### Q V A E S T. XLIX.

1 **M**aritus, & vxor si vendant aliquam rem viri cum renunciatione iurium, & cessione ipsius mulieris, si ipsa retineat sibi facultatem petendi dotem,

tunc hæc cessio non importat aliquam iurium translationem, sed solum effectum producit liberationis à nexu hypothecæ, etiam quod vna cum viro vendat *Gabriel. conf. 41. lib. 2. Scapuccin. de Saluian. lib. 2. qu. 7. nu. 2. Thomat. dec. 109.*

2 Quoties enim mulier cedens dotis creditum sibi retinet, tunc non potest cedi hypothecaria, & cessio nullum operatur effectum, nisi liberationis bonorum venditorum, & non quod emptores vti possint anterioritate, & hypotheca mulieris ad excludendum creditores, qui emptoribus sunt anteriores licet mulieri posteriores, & in effectu remanente credito dotis apud cedentem, adeo vt dos eadem solui non possit emptori, nec ab ipso exigi, & cessio hypothecæ nullum potest operari effectum retentionis, nec exclusionis aliorum creditorum, sed vel est inutilis, vel solum operatur liberationem à nexu hypothecæ dotalis, *Gabriel. vbi sup. ex Bar. in l. fideiussor, ff. de fideiuss. Beneuerum inquit Andreol. contr. 162. nu. 7. quod si euenisset casus restitutionis dotis, & ipsa dos.*

3 Si non fuerit ab hærede mariti restituta dos vxori, si contingat ante restitutionem emptorem bonorum mariti à creditoribus posterioribus vxore molestari, poterit ipse emptor, qui habet obligatam mulierem, quæ simul vendiderit cū marito excludere creditores molesantes, *Laderch. conf. 8. nu. 19. Ciriac. controu. 252. nu. 41.* Non sub prætextu, quod dos ipsa, & creditum dotis sit translatum in ipsum emptorem, sed ea ratione, quia emptor, & successor potest vti pro defensione rei emptæ omnibus exceptionibus, & iuribus competentibus suo auctori, & venditori, quoties mulier sit valide obligata, & in Regno cum assensu, sed si dos fuerit soluta vxori ab hæredibus mariti, emptor solum tunc possit agere de euictione contra hæredes mariti, & contra mulierem, non autem possit se defendere ex iuribus dotalibus, tamquam extinctis per solutionem factam ipsi mulieri, *lis qui in Prouincia, vbi glos. & Bart. ff. si cert. pet. Card. de Luca de dote discurs. 85. nu. 6.* Debito enim persoluto, quoties non accessit inhibitiõ hominis, nomen debi-

debitoris est etiam dissolutum, cum non prohibeatur debitor soluere proprio nomiui *l. nomen debitoris C. quæ res pign. oblig. poss. Andreol. contr. 162. nu. ult.*

Ceterum mulier quoties interueniat cum viro tamquam principalis, & correa euictionis, dum negotium principaliter spectat ad virum consequenter ab eo ipsa reuelanda est *Card. de Luca d. disc. 85. num. 5.*

Tota difficultas est, si constante matrimonio emptor molestaretur, vtrum ipse valeat excipere, & se defendere cum iuribus dotalibus ad vxorem spectantibus? Negandum videtur, quia nec ipsa vxor posset, cum costante matrimonio, non competat actio vxori ad recuperandam dotem, *l. i. C. si dos constant. matrim. & dixi ad melior. resol. 72. Reg. de Marin. num. 4.*

Contrarium verius mihi videtur, quoties mulier est bene obligata, & æque principalis correa, pro præstatione euictionis cum assensu Regio in Regno, non enim est nouum, vt mulier interueniat cū viro, tamquam principalis venditrix; Ergo sub hypotheca ad fauorem emptoris contracta, veniet suum creditum, quod non magis excipiendo, quam agendo exerceri poterit. Et ratione inanis circuitus, quoniam si Actor obtineret contra emptorem, iste ageret contra mulierem, quæ pro suo credito dotali anteriori excluderet Actorem.

#### ARGUMENTVM.

Legatum Monacagij factum alicui puellæ consanguineæ, si ista ingrederetur Monasterium, quod dotem non recipit, possit alteri cedere, & quid si relictum esset pro anima legantis, & ad alios pios vsus legatum illud conuertendum esset. Et ad pios vsus eiusdem Monasterij cedi?

#### SVMMARIVM.

- 1 *Legatam dotem pro monacagio, an puella consanguinea professura in Monasterio Capuccinorum incapace possit illam alteri cedere?*
- 2 *Expenditur Reg. de Marin. in simili de paragio.*

- 3 *Retrahi non debet quis à Religione.*
- 4 *Quid si legatum Monacagij, pro anima relictum esset puella extranea?*

#### Q. V. A. E. S. T. L.

1 **E** Legans dubium est, si legatum Monacagij alicui puellæ consanguineæ relictum esset, vtrum puella illa Monasterium ingressura, quod dotem non recipit, prout in hac Ciuitate est Monasterium Sanctæ Mariæ in Hyerusalem Ordinis Capuccinorum S. Francisci; possit cedere, & donare ad beneficium sororis, vel fratris?

Videtur negandum. Quia si non cederet, in hoc casu, non transmitteret legataria ad suos hæredes, sed potius remaneret apud hæredes Testatoris, ita *Reg. de Marin. resol. 146. nu. 10.*

2 Contrarium suadetur. Quia si legetur certa summa pro dote Monacagij, sufficere videtur, quod legataria ingredatur, & profiteatur in aliquo Monasterio, nec attendendum sit, quod dos excedat dotem dari solitam, & negandus sit excessus per hæredes Testatoris, & penes ipsos remanere debeat, sed valeat cedi excessus, & donari alteri arguendo à simili in filia mortuo patre ingressura in Monasterium, cui deberetur integrum paragium super hæreditate patris, & si excedat paragium solitum dari Monasterio, poterit filia cedere additamentum, & excessum ad beneficium vnus fratris vel sororis, ita idem *Reg. de Marin. ad Reuerter. obs. 1. & 52. nu. 9.*

3 Comprobatur. Quia in legato dotis cuiuslibet quantitatis relicto, non attenditur si dos sit excessiua, consequenter sponsa cælestis non debet esse deterioris conditionis sponsa terrestri, cum vita contemplatiua salubrior sit vita actiua, *cap. sane de regular. Afflict. decis. 348.* nec debet quis aliquo respectu retrahi à religione, quod esset quando vellet ingredi Monasterium strictioris obseruantia.

Præterea nec puella posset cedere Monasterio Capuccinorum pro Fabrica, vel Sacristia, quoties non est legatum pium.

Beneuerum est, quod *Consil. Prouēzal.*  
in



*in Consuet. si moriatur obs.* 1. contrarium probat quem refellit *de Marin.* quos ego recenseo *in obs.* 44. *ad decis. de Franch.*

- 4 Proponit aliam quaestionem *de Marin.* *ubi sup. nu.* 21. quando pro anima relicta esset certa quantitas alicui puellae pro dote Monasterij, & ista profiteretur in Monasterio Cappuccinarum incapaci, an legataria possit donare dotem alteri puellae? Et resoluit *de Marin. nu.* 12. & *seq.* Testatoris haereditatem super tali quantitate legata nihil posse praetendere per ea quae tradit *Genuens. in practicabil. Eccl. tricennal.* 8. *quest.* 213. ubi voluit, quod si Testator alicui Ecclesiae pro fabrica, vel ornamentis, quibus non indiget, mille reliquerit, legatum hoc Episcopi autoritate in alios vsus commutari debeat, & obseruauerit *Moneta de commut. ult. vol. cap. 9. num.* 233. Hinc puella cui factum fuit legatum, & pro anima, illo non indigente, conuertendum erit in alios pios vsus, vt Testatoris animae suffragium consequi possit, & ita resoluit *de Marin. num.* 23.

## ARGUMENTVM.

Ius institutionis directae an haeres institutus viuo Testatore possit alteri cedere. Et an pater institutus possit cedere ius institutionis filio? Quid si superuixerit Testatori an haeres adeundo haereditatem acquireret cessionario. Vel cessionarius acquireret ex persona cedentis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ius institutionis directae an cedi possit?
- 2 Ius nominandi nec transferri potest in filium.
- 3 Quid si cedatur ius institutionis, & cedens super uiuat Testatori an cessionarius acquirat haereditatem?

## Q V A E S T. LI.

- 1 **I**us institutionis directae an possit viuo Testatore haeres institutus alteri per donationem cedere? Negandum indistincte videtur, quia ius institutionis est personalissimum, & proinde cedi, nec

in alium transferri potest prout privilegium personale *de reg. iur. in 6. Archidiacon. in cap. hinc est 16. quest. 1. Surd. conf. 463. n. 3. Cancer. var. lib. 3. cap. 21. num. 83.* Quia etiam institutio haereditatis debet nominatim, & expressim fieri proprio ore Testatoris, *l. haeres palam, ff. de haered. instituend. Noal. de transmiss. cas. 8. nu. 164.*

- 2 Imo nominatio patris facta in filium non transfertur, eo quia est persona omnino distincta, ita *Surd. conf. 463. nu. 4. vers. Et quia orbet haeres, Rota decis. 294. p. 11. rec.* Nec vis aliqua fieri potest in representatione, quia non versamur in successione ab intestato, sed in successione ex testamento, & in vocatione proprio nomine haereditatis facta, quo casu non est locus representationi, *Seraph. decis. 1579. num. 2. Rota ubi sup. num. 6.*
- 3 Quoad articulum an cessionarius possit acquirere successione ex persona cedentis, si iste superuixerit Testatori. Negandum videtur. Quia pactum affirmatiuum super haereditate certae personae ad fauorem alicuius factum non valet vti contra bonos mores, & inducens votum captandae mortis *l. fm. C. de pact. etiam cum iuramento iure Canonico attento late in obs. 89. ad Praef. de Franch.*

## ARGUMENTVM.

Legatum relictum alicui cum haeres morietur an valeat cedi per legatarium viuentem haerede? Quod si relictum esset post mortem ipsius legatarij, vel cum morietur ipse legatarius. Aut post tertij mortem. Adducuntur differentiae.

## S V M M A R I V M.

- 1 Legatum cum morietur haeres alicui relictum an possit cedi per legatarium ante mortem haereditatis?
- 2 Quid si legatur post mortem haereditatis?
- 3 Cessibile est legatum post mortem haereditatis relictum.
- 4 Legatum post mortem tertij an sit cessibile?

## Q V A E S T. LII.

- 1 **L**egatum cum morietur haeres an valeat dispositio? Dic certum esse, quod

quod valeat, sed tanquam conditionale, continens conditionem, si tunc temporis legatarius, vel fideicommissarius fuerit superstes, *l. hæres meus, ff. de cond. & demonstr.* idèque non cedit antea dies, quam temporis conditio purificetur *l. 1. §. dies, ff. de cond. & demonstr.* Consequenter non cedit dies, nec transmitti poterit ad hæredes, si viuo grauato decesserit legatarius, nec poterit alteri per legatarium cedi *d. l. 1. §. dies Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quest. 18. num. 39. & 40.*

2 At si Testator dixerit relinquo post mortem hæredis? Licet antiquitus legatum non valebat, vt in *§. post mortem, Instit. de legat.* tanquam relictum ab hærede hæredis. Hodie aliter est per *l. scrupulosas, C. de contrab. & committ. stipul.* Cedi tamen non poterit per legatarium viuentem quia non potest transmitti ad hæredes *d. l. 1. §. dies.*

3 Quid si dictum esset, relinquo Titio cum morietur, & valet legatum *l. hæres meus, ff. de cond. & demonstr. l. si cum hæres, ff. quand. dies leg. ced. glos. in l. extraneum, verb. cum quis morietur, C. de her. instit. vbi Castr. & Ias.*

Expectanda tamen est dies ad effectum pensionis, & non ante res legata peti poterit, quam legatarius, & fideicommissarius moriatur, vt declarat *Castr. nu. 2.* Et cum certum sit legatarium moriturum, idè legatum non dicitur conditionale; sed purum *d. l. hæres meus, vbi Bar. n. 1. Menoch. conf. 1067.*

Ideòque quantum ad cessionem pro puro habetur, & secundum naturam puti legati regulatur *l. si post diem, ff. quand. dies leg. ced.* Et cum transmittatur ad hæredes quocumque decesserit legatarius dummodo post Testatoris obitum, vt in *d. l. hæres meus, Per consequens cedi potest per legatarium viuentem Bellon. vbi sup. num. 24.*

4 Cæterum si legatum, esset relictum alicui post mortem non grauati, nec legatarij, sed tertij, valebit legatum, vt in *l. si post mortem, ff. de leg. 1. si præmoriatur,* non poterit legatarius ad suos hæredes transferre, quali factum caducum, apud hæredem remanebit *Craff. in §. legatum, quest. 63. num. 8. Bellon. vbi sup. 62. Idèque*

cedi non poterit *Craff. vbi sup. quest. 63. num. 8. Nouar. p. 1. quest. for. 168. num. 4.*

### ARGUMENTVM.

Legatum, vel fideicommissum particulare an transmissibile, vel cessibile sit? Pro absoluto *D. Olea* affirmat. Distinguitur an ante aditam hæreditatem, & nara sit obligatio hæredis, & ante translationem dominij rei legatæ. Legatum ad diem certum potest cedi antequam veniat dies Quid de fideicommissu vniuersali? Ostenditur ingens dissidium, & resoluitur questio.

### S V M M A R I V M.

- 1 Legatum, vel fideicommissum particulare an transmissibile, vel cessibile sit?
- 2 Distinguitur an ante aditam hæreditatem quam transeat dominium rei legatæ.
- 3 Ante aditam hæreditatem contra hæredem nõ nascitur obligatio illius pro legatis.
- 4 Expositio Belloni super difficultate.
- 5 Legatum ad certum diem potest cedi antequam veniat dies, & exemplificatur.
- 6 Fideicommissum vniuersale an cedi possit ante restitutionem fideicommissi?
- 7 Resolutio questionis.

### Q V A E S T. LIII.

1 **L**egatum aut fideicommissum particulare, vel singulare an cedi possit? *Olea de cefs. iur. tit. 3. quest. 8. n. 7.* conclusiue resoluit apud omnes constans esse, fideicommissum singulare sicut ad hæredes extraneos transmittitur, si eius dies viuo fideicommissario cefsit *l. 2. & 3. C. quand. dies leg. vel fideicomm. ced.* Itaque etiam, & per cessionem in alium transferri posse *Andreol. contr. 241. num. 18. Fusar. de substit. quest. 524. num. 6.*

2 Magis distincte procedendo inspiciendum est, vnum ante aditam hæreditatem per hæredem sit cessibile particulare legatum ratio dubitandi oritur, quia ante aditam hæreditatem nondum cefsitur dominium translatum in legatarium *l. seruum filij, §. 1. l. si sibi homo, cum seruus, ff. de leg. 1.*

Præ-

3 Præterea ante aditam hæreditatem, nec hæres obligatur legatarijs, & fideicommissarijs particularibus, *l. ex maleficijs, S. hæres quoque, ff. de act. & obligat. S. hæres quoque Instit. de oblig.* Et legatarius particularis non potest officio Iudicis cogere hæredem adire, *l. nam quod, S. vlt. ff. ad Trebell.*

4 Dilucidat hanc rem, *Bellon. de iur. accresc. cap. 7. qu. 41. nu. 74. & seqq.* explanando, vt legata particularia transmittantur à morte Testatoris, si sint pura, vel ab euentu conditionis, si sint conditionalia, *l. si post diem, ff. quand. dies leg. ced.* Imò cessio diei nihil aliud sit, quam ius transmissionis, *S. si speculum Instit. de legat. & transmissio pendeat à cessione diei, non ab acquisitione dominij.* Assignat rationem *Bellon. nu. 80.* Quia transmissio fit, etiam si legatarius, aut fideicommissarius moriatur ante aditam hæreditatem. *l. hæredis aditio, ff. quand. dies leg. ced.*

5 Legatum ad diem certum puta post quinquennium cessibile est antequam veniat dies, licet peti non possit, *Bellon. cap. 7. qu. 18. nu. 5.*

6 Circa verò fideicommissum vniuersale in dubiũ vertitur, an transmitti, vel cedi possit? Quoad transmissionem attinet, *Fab. de err. Pragmat. error. 1. per tot.* viriliter probare intendit negatiuam opinionem. Quia Senatus Consulti Trebelliani, verba cum dumtaxat casum comprehendant, quo hæreditas restituitur ei, cui Testator iussit, eique tantum ius compellendi hæredem habere concedit, *l. sed si ante, ff. ad S. C. Trebell.* Alias Senatus Consulti, forma priuatorum patris subuertetur.

Hinc *Pichard. in S. restituta num. 41. Institut. de fideicommiss. heredit.* firmat, quod fideicommissum vniuersale cedi non possit, quia cum fideicommissum vniuersale in restitutione comprehendat actiones actiuas, & passiuas, & fideicommissarius conueniatur, à creditoribus, hæ actiones passiuæ cedi, vel in alium transire non possunt:

Cessibile non esse fideicommissum vniuersale tenuerunt, *Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 4. n. 119. Noal. de transmiss. cas. 8.*

*nu. 530. Virgil. de legit. person. cap. 20. n. 15. Hodiern. ad l. hac edictali qu. 34. nu. 13. C. de 2. nupt. Fusar. q. 524. & videtur textus expressus, in l. si mulier, S. si ex asse, ff. de iur. dot.* vbi cessio fideicommissi vniuersalis à muliere dotis causa à marito facta inutilis fuit.

7 *Enixe Olea vbi sup. num. 12.* tenet fideicommissum vniuersale, sicut transmitti, ita & cedi posse dummodo ex persona fideicommissarij cedentis restitutio petatur, *Fusar. d. qu. 524. Cancer. par. 3. var. cap. 2. nu. 186. Cenc. de censib. qu. 27. num. 4.* vbi quod etiam potest super bonis eius censum imponere.

Nec obstare ait *Olea textum d. l. si mulier, S. ex asse.* Quia ibi non agitur de cessione, sed de delegatione, cum delegatus, non vtatur iure delegantis.

Quinimo *Censal. ad Peregr. de fidei. art. 31. nu. 25.* tradit fideicommissa conditionalia, quoties ex coniecturis transmitti possunt, etiam cedi poterint.

Certius itaque est fideicommissum vniuersale ante agnitionem cedi posse, & ex ipsa cessione eius agnitionem induci, ita in terminis fideicommissi vniuersalis, *Thor. tom. 3. compend. verb. cessio medietatis, Olea d. qu. 8. nu. 27.*

Ius substitutionis pupillaris licet delatum non sit, cedi, & vendi potest, *l. 2. S. illud, ff. de hæred. vel act. vend. de cuius intellectu Pacius centur. 1. q. 11. Forcatul. dialog. 55. num. 8. & videndus Guid. Pap. decis. 232.*

#### ARGUMENTVM.

Promissio mulieris de cedendo iura competentia super re per virum vendita, si deinde mulier cesserit cum promissione libertatis rei ab omni canone, & onere vtrum cessio restringatur ad iura tantum competentia tempore promissionis, etiam si cessio, & promissio sit generaliter facta?

#### S V M M A R I V M.

1. Promissio de cedendo iura competentia super aliqua re an restringat cessationem generalem iurium cum promissione libertatis

\* L

tis

- tis rei ab omni onere census, & canonis?*
- 2 Verba iura competentia sunt præsentis temporis,
  - 3 Cessio verbis generalibus facta restringenda ad limites præcedentis obligationis.
  - 4 Promissio libertatis ab omni onere qualiter intelligenda.
  - 5 Scientia oneris super re empta impedit, quin de euictione agat emptor.

## Q V A E S T. LIV.

**P**romissione de cedendo iura sibi cōpetentia super aliqua vinea per aliū vendita per quandam mulierem facta, si deinde cessio iurium subsecuta sit, & promissa libertas ab omni censu, & canone, & alio onere, quo reperiebatur grauata vinea an cessio intelligenda sit ad limites præcedentis obligationis, hoc est ad ius tantum mulieri competens.

Resolutiue respondetur, quod promissio de cedendo iura competentia super vinea intelligenda sit de iuribus talia, qualia pēnes ipsam promittentem de tempore contractus reperiebantur, *l. mulier ff. qui potior. in pign. habeant, Bar. Alex. & alij in l. si sic, §. 2. ff. de leg. 1. Mantio. de tac. & ambig. lib. 4. tit. 10. nu. 6. Alex. conf. 187. num. 9. lib. 2. Pras. de Franch. dec. 527. num. 2.*

- 2 Certius si dictum sit iura competentia, quæ tanquam præsentis temporis restringunt promissionem ad iura, quæ cōpetebant de tempore contractus, *glos. in clem. 1. verb. dignitatib. & præbend. Ruin. conf. 158. nu. 8. lib. 3. Surd. conf. 125. nu. 101.*
- 3 Incongruum est, quod ipsa mulier voluerit se obligare in plusquam ex præcedenti contractu tenebatur, *Buratt. decis. 36.* Ideoque cessio quamuis verbis generalibus concepta ad limites præcedentis obligationis, hoc est ad ius tantummodo cōpetens restringi debet, *l. quædam mulier cum glos. ff. de rei vendic. l. Insulam, ff. de verb. obligat. Ludouif. dec. 502. num. 2.*
- 4 Promissio libertatis ab omni censu, & canone, & alia seruitute facta in instrumento dictæ cessionis intelligi debet de libertate ab oneribus, quæ medio tempore imponi fortasse potuissent, non au-

tem à canone, & alio onere, quo iam grauata reperiebatur vinea de tempore promissæ cessionis.

- 5 Multo magis si adfuerit scientia, quod domus subiecta erat canoni, regulare enim est, quod emens scienter rem oneri obnoxiam ius solum venditoris emisse dicitur *glos. & Bald. in l. 1. C. si pign. dat sit Mangil. de euict. qu. 106. num. 10. ita Rota dec. 323. p. 11. rec.*

## A R G V M E N T V M.

Concordia, & transactio facta cum pacto, ut vnus litem suis sumptibus prosequeretur, & in compensam impensarum, & laborum medietatem eius, quod recuperabitur reciperet, an talis cessio valeat? Pro negatiua expenduntur, *Franc. Marc. Cancer. & Fontanell.* Pro validitate Rota Roman.

## S V M M A R I V M.

- 1 Concordia cum conditione, ut vnus litem suis sumptibus, & laboribus litem prosequatur, & in compensam recipiat medietatem illius, quod recuperabitur an valeat hæc cessio?
- 2 Pro negatiua expenduntur *Franc. Marc. Cancer. & Fontanell.*
- 3 Verba Rote Roman. pro validitate.

## Q V A E S T. LV.

**C**oncordia inter duos in diuisione facta, ut vnus litem suis sumptibus prosequeretur, & quasi in recompensam sumptuū, & laborum reciperet medietatem eius, quod lite terminata recuperatum fuisset, an promissio, & cessio valeat de medietate in lite deducta? Videtur negandum ex traditis, *per Franc. Marc. dec. 19. nu. 4. par. 1. & per Addit. ad Farin. in conf. 30. lit. C. lib. 1. & in tract. de var. ac diuers. crimin. qu. 106. nu. 257. & 265.*

Quia præsumunt iura animum delinquendi in paciscente de quota litis, quod per fas, & nefas procurabit victoriam, sciens nihil nisi vincat, ei ex illa causa ad acquirendum, & ad aliquid lucrandum necessaria sit victoria, *Fontanell. dec.*

decis. 178. num. 8. & seq. vbi quod experientia doceat has cessiones esse factas, & simulatas in fraudem legis prohibentis pactum de quota litis.

Vnde Plotus de in lit. iur. §. 16. num. 11. in fin. tenet, quod vbiq; cessio potest praesumi facta in fraudem, & in redemptionem litis, semper sit tenenda pro reprobata, sicut si esset pactum de quota litis.

- 2 Paciscens sub praetextu sumptuum, & expensarum, quos, & quas promittat rependere in lite ad consequendam victoriam obtineat a Parte promissionem de dimidia lite, seu de medietate illius, quod debite resultaret, id non licere, imo restituendo paciscenti, quod pro lite distraxerit, absolvendus veniat Cance. p. 3. var. cap. 1. num. 161. Ramon. conf. 14. vbi decisio Fontanell. vbi sup. num. 20.
- 3 Contrarium videtur decidere Rota. decis. 294. p. 1. num. 8. ibi: Quia Dominis visum fuit hic non agi de simplici cessione facta ex causa lucratiua, sed potius de mutua conventionione, qua Partes concordarunt, ut Monasterium suis sumptibus, & expensis, prosequeretur, & e contra quasi in recompensam dictorum sumptuum, & laborum & iuris sibi ex persona Fratris Hyacinthi competentis reciperet medietatem illius, quod lite terminata recuperatum fuisset, & ita cessat quaecumque praetensa fraus, & simulatio Matri, ne dum apparet de bono iure Ioannis Francisci, quo sane casu non consideratur aliqua nullitas cessionis, quasi tunc cesset ratio prohibitionis ob calumnia, ac redemptionem litium, quae non habet locum stante veritate cause Aretin. conf. 136. col. pen. Gratian. discept. 8. num. 42. Rota post Cenc. decis. 54. an siue 57. num. 14. Gratian. discept. 286. num. 8. Haec tenus Rota d. decis. 204. num. 8.

#### ARGUMENTVM.

Permutatio sororum si fiat inter duos fratres eum dotium constitutione absque earum consensu an soluto matrimonio per mortem viri, sine liberis vxor habeat actionem contra fratrem, & super bonis illius, ac parentum, de quibus constituisse dotem dixere fratres dotante, ex-

penduntur Ifern. Reg. de Marin. Bottiglier, & Fontanell. & Card. de Luca.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Permutationis sororum, & dotium inter fratres narratur.
- 2 Compensatio dotium, & solutio an sit inducta.
- 3 Ex verbis excludentibus solutionem an exclusa fuerit compensatio?
- 4 Verbum materno idiomate godcre non est translaticium dominij.
- 5 Compensatio inducit de obligationem.
- 6 Expressio voluntatis non soluendi dotes promissas excludit compensationem.
- 7 Distinguitur pactum de non petendo ab acceptilatione.
- 8 Creditor mariti an possit opponere compensationem vxori ex persona viri creditoris vxoris?
- 9 Consignatio dotis promissa post solutum matrimonium repugnat cum solutione, & compensatione dotis.
- 10 Promittens restituere, seu consignare dotes per dictionem, seu correctiuam prioris verbi censetur obligari ad consignationem dotis.
- 11 Verbum restituere supponit precedentem receptionem.
- 12 Compensatio an fiat in praedictu vxoris.
- 13 In praedictum tertij non potest fieri compensatio.
- 14 Contra alimeta nequit fieri compensatio.
- 15 Dos an habeat priuilegium ne fiat compensatio.
- 16 Frater sine consensu sororis non potest liberari ab onere eam dotandi absque solutione vera dotis per eum promissa.
- 17 Soror sine approbatione capitulorum matrimonialium potest agere super bonis paternis, & maternis pro consequitione dotium.
- 18 Dos an praesumatur soluta, & non competat actio sorori contra patrem, & super bonis parentis?
- 19 Discursus Authoris. Et expenduntur Ifern. Fontanell. & alij.

#### Q V A E S T. LVI.

- 1 **D** Ioannes Baptista Greco in matrimonio collocauit suam sororem Catherinam cum D. Antonio Iordano: Et

\* L 2 hic

hic suam sororem Dominicam cum d. Iohanne Baptista, constituta dote ducator. quatuor mille, hinc inde his verbis.

*Per contemplatione, e causa di qual matrimonio gli detti vt supra, si promettono ad inuicem in dotem, & dotis nomine, di robbe paterne, e materne, docati quattromila di moneta contanti, coll' infra scritti patti v3. Che detti docati quattromila, nessuno di essi Promissori sia tenuto pagarli, ne sborsarli, ne assignarli, stante, che l'una si obliiga all' altra, mà sia lecito ad ogni vno di essi tenerse li, e goderse ne li frutti, e proprietà: Verum in casu quod absit, che per morte di alcuno delli due sposi senza figli legitimi, e naturali descendenti da loro corpi, per lo che, alcuna di dette parti fosse obligata alla restitutione, seù consignatione di dote; In tal caso sono conuenuti per patto espresso, che à quella parte spettasse fare consignatione di dote, non sia obligata ad altro, che à pagarne l'interesse à ragione di cinque per cento.*

- 2 Videamus modò, sed breuiter, an de iure dotes prædictæ solutæ, & compensatæ existimari possint inter viros, etiam in præiudicium vxorum, ità quod istæ necessariò gressus suos dirigere debeant, soluto matrimonio, contra eos, vel potius censeantur non compensatæ, vt remaneat quilibet ex fratribus promittentibus obligatus suæ sorori.

Certè si perpendamus dicta verba capitulorum, compensationem non fuisse factam, absque dubio affirmare debemus, nam compensatio in eo casu, in quo de iure fit, potest à contrahentibus excludi, cum enim compensatio inducta sit in fauorem partium l. 3. ff. de compensatione. succedit regula l. penult. C. de pactis, & in specie affirmat textus in l. si cum dos 8. in princip. ff. de act. rer. amotar. l. in rebus, S. fin. ff. commod. Barbof. in l. diuortio, S. ob donationes num. 29. ff. soluto matrim.

Exclusa sanè fuit in dictis capitulis compensatio, quia hæc est species solutionis, l. solutionis, ff. de solut. l. si debitor, ff. qui potior in pig. habeatur, Reg. Latro decif. 25. num. 30. Et natura solutionis est, vt id, quod soluitur exeat de dominio soluentis, & transeat in dominium illius, cui soluitur, cum autem ex

dictis verbis habeatur contrahentes conuenisse, vt nihil exiret de dominio alicuius ex promittentibus, ibi: *nessuno di essi sia tenuto pagarli &c.* Clarè sequitur fuisse compensationem exclusam.

- 3 Confirmatur hoc, nam in dicto instrumento conuentum fuit, quemlibet ex promittentibus debere, constante matrimonio gaudere de suis dotibus, Vnde non possunt dici compensatæ, quia verbum, *gaudere*, secundum propriam suam naturam significat non transferri dominium rei, quo quis gaudere debet, sed potius significat vsum rei absque dominij translatione l. 11. S. 1. ff. de pignor. Leonardus de usuris quest. 15. in principio: Si ergò promittentes, constante matrimonio de dotibus gaudere debebant, absq; compensatione. Id contingere poterat, vtendo scilicèt dotibus ex se absque translatione dominij vnus in alterum, & tamen si compensatæ fuissent, dominium hinc indè transferretur, quod manifestè repugnat naturæ dicti verbi *gaudere*, vsum tantum rei concedenti.

- 4 Maximè conuincit Ratio deducta à causa compensationis, nam hæc inducitur non ex eo, quod alter, alteri obligetur: sed ex eo, quod alter alteri est obligatus, quia compensatio, vt diximus, est solutio. Hæc secundum suam naturam tollit obligationem per extinctionem illius l. 1. & toto tit. ff. de solutionibus. Itaq; cum tempore constitutionis ambarum dotium promittentes, ambo se obligabant, ibi: *stante, che l'uno si obliiga all' altro*, non possunt tunc esse compensatæ.

Coadiuuantur prædicta, nam si tunc es creditor meus, & ego dò tibi centum mutuo, & tunc mihi soluere obligaris, certè postea non est in tua potestate, mecum compensare, quia si voluisses, tunc potuisses compensationem facere, cum ergò mihi obligatus fueris, compensationi renunciaasti Paris. Grat. Capyc. Osiscus, Alba. Caualar. Afflic. quos refert, & sequitur Gras. de except. excep. 16.

Vnde, cum in casu nostro, alter, alteri obligetur, quando poterant tunc compensare huiusmodi compensationis renunciare videntur.

- 5 Vrget, quod compensatio sit species so-

solutionis in dicto verò pacto expressè dicitur, quod promittentes solvere nonlebant, nec assignare, constante matrimonio, vndè nec compensare, quia quod non potest solui, non potest compensari *Ant. Fab. de compensat. definit. 11.* Itaque si alter non poterat cogi ad soluendum virtute dicti pacti, nec ad compensandū.

6 Aduertendum quoque est ad dictam conuentionem, quia dictum fuit, quod nemo ex promittentibus solvere dotes teneretur; Imò quod posset quilibet, pães se eas tenere, ex quo clarè designatur non fuisse solutas; Ergò nec compensatas, nam si compensatae fuissent, nemo ex ipsis pães se, eas teneret, sed quilibet rei veritate, compensando solueret, quod translationem rei solutaè includit, & hoc repugnaret dicto verbo, *tenereseli*, translationem excludenti.

7 Porro aliud non intelligebant contrahentes, quam facere ad inuicem pactum, de non petendo, constante matrimonio, & non compensationem, quoniam per hanc, nec promittens, nec hæres vnuquam teneretur, vt asserunt aduersarij, & tamen contrahentes verbis personalitatem significantibus, loquuti fuere: ibi: *nessuno di essi sia tenuto, &c.* Dicitio enim, *ipse*, est personalissima, & demonstrativa ad oculum personæ expressæ, & aliarum Personarum exclusiua *Bald. conf. 304. num. 1. in fin. vol. 5. Soccin. & Menoch.* Ergò tantum fuit factum pactum de ad inuicem non petendo, constante matrimonio, quod vti personalissimum ligat promittentes, non tertium, scilicet dictam Catherinam, alias sequeretur, quod pactum non esset amplius personalissimum, contra naturam dictæ dictionis, *ipse*.

Ad vnguem facit pulchra *Castrens. doctrina in l. panult. §. si vir, ff. solut. matrim.* dicens: *Pactum de non petendo dotes, si non sit conceptum per verba perpetuitatem, denotantis, putà nunquam petere contra Titium, & eius hæredes, sed simpliciter sit conceptum de non petendo à Titio, tunc pactum non comprehendit hæredes Titij.* Itaque pactum, quod nemo ex promittentibus teneretur dotes soluere, constante matrimonio, hæredes ipsarum,

& multo minus dictam Catherinam omninò extraneam personam à pacto comprehendere, & per consequens non potest esse vera compensatio, quia per istā promittentes, & hæredes nunquam tenentur, & tamen per dictum pactum, vt diximus, Iordanus, & Ioannes Baptista tantum, dotes constante matrimonio, ad inuicem petere non possunt.

8 Insuper ponamus maritum esse creditorem vxoris in quantitibus diminuentibus dotem ipso iure, iuxta *tot. tit. ff. de impens. in reb. dotalibus*; tunc certè fuit facta compensatio inter maritum, & vxorem, & tamen creditor mariti non potest opponere mulieri dotis compensationem cum eo, quod debebatur marito ab vxore; Itaque a fortiori non potest dictus Ioannes Baptista creditor D. Antonij, & è conuerso compensare in præiudicium suæ vxoris, nam si non potest creditor mariti compensare in præiudicium vxoris debitoris mariti *Faber. de compensat. definit. 16.* eò fortius non poterat dictus Ioannes Baptista compensare in præiudicium suæ sororis, cum hæc non sit sui mariti debetrix.

9 His ad stipulatur, quod id, quod mihi, non quod alteri debetur compensari potest, etiam si ille sit debitor meus, nam, quod alteri debetur peti non potest, vt ipsa actionis definitio demonstrat *l. nihil aliud, ff. de actionib. & consequenter neque compensari l. 9. C. de compens. l. in rem suam 18. §. 1. ff. eod. Faber. d. definit. 16. in allegat. nu. 6.* ad summum ergò poterant promittentes compensare pro tempore, quo constabat matrimonium, non pro tempore, quo soluebatur, nam pro hoc tempore non mihi, sed vxori meæ debetur.

Quod clarè contrahentes dixerunt tempore capitulorum, *verum in casu, quod absit &c. in tal caso sono conuenuti con pacto espressamente, che à quella parte spettasse fare consegnatione di dote, non sia obligato ad altro, che à pagar l'interesse à cinque per cento:* Quæ dicitio est aduersatiua, ex *Grat. Bart. & alijs*, & inducit repetitionem qualitatū antecedentiū; Si itaque antecederent intellexerunt de ipsis promissoribus, vt soluere constante matrimonio non tenerentur, subiungentes



tes postea, *verum in casu, &c.* posuerunt casum, in quo soluere tenerentur, & sic qualitas promissionis, ex dicta dictione aduersatiua, repetita censetur, in casu mortis sponsi, vnde non possunt esse dotes compensatæ, quia ita contra naturam dictæ aduersatiuæ non qualitas promissoris repetita esset, sed qualitas restitutoris censeretur adiecta.

- 10 Augetur quia contrahentes promiserunt, tempore mortis cuiuslibet ex sponsis consignare dotes prædictas, soluendo dictum interesse, & proinde non habebantur, vt solutæ, sed potius, vt promissæ, & sic promittens tenetur, vt promittens, & non tenetur maritus, quia dotem non recepit, nec est persona promittens respectu vxoris.

Nec dicatur, quod loquuti etiam fuerunt contrahentes, cum verbo restituere, quod præsupponit receptionem, nam postea statim post illud verbum, dixerunt, *seu consignare*: Quæ dictio ex *Grat.* est correctiua, vel explicatiua, vnde, quod antea improprie dixerunt, cum verbo restituere, competere marito, correxerunt cum dicta dictione: *seu consignare*, competente promittenti.

- 11 Sed clarius hæc comprobantur: Si enim esset dos compensata, maritus teneretur restituere vxori, & pactum, eo tempore in casu restitutionis, debebat concipi per modum supponentem dotem iam receptam, & in dictis capitulis obligabantur mariti illas restituere, modo quo consignarentur, & sic per verba futuri temporis sermonem habuerunt circa consignationem, & futurum de perse rem imperfectam significat *Bart. in l. si quis stipulatus 112. ff. de V. O. & in l. centesimis eodem tit.* & ita expresse dotem non fuisse compensatam, nam si esset compensata, fuisset iam consignata, quod repugnat dictis capitulis experimentibus consignationem per verba futuri temporis, & propterea non fuerunt tempore capitulorum compensatæ.

- 12 Multum iuuat compensationem non posse fieri in præiudicium vxoris, nam sicuti non potest fieri compensatio de debito vxoris cum pecunia viri, etiam si hanc habuerit ab vxore, *Font. de pactis*

*nupt. clausula 6. glos. 1. par. 3. num. 27. P. Afflict. contr. 28. sub num. 57.* Ità nec fieri poterat de pecunia vxoris cum debito viri cum correlatiuorum eadem sit ratio; Non valebat igitur dictus Iordanus compensare cum dicto Ioanne Baptista, etiam pro tempore soluti matrimonij, quia ita fieret compensatio de debito viri cum pecunia vxoris.

- 13 Non distat à prædictis, quod compensatio non possit fieri in præiudicium tertij, *de Franch. decis. 13. Teodor. allegat. 98. num. 21. Seraphin. decis. 302. nu. 4.* Ergò nec à marito in præiudicium vxoris, quia si in eius præiudicium fieret, tolleretur vxori actio contra fratrem promittentem absque facto vxoris, quod iuri repugnat, quia non possum actionem alteri quæsitam, etiam ex facto meo sibi auferre sine voluntate sua *l. stipulatio, ff. de iure dotium*; Vnde non poterit dictus Iordanus per compensationem tollere actionem suæ vxori quæsitam absque sua voluntate.

Iuuat pariter ad excludendam compensationem, quod contra alimenta non possit opponi compensatio, *Caluin. de equit. lib. 1. cap. 7. nu. 3. Cyriac. controuers. 34. num. 25. sequitur Gizz. obseruat. 25. nu. 7.* Igitur nec poterit fieri contra mulierem dotem a promittentibus petentem, quia dos includit alimenta, ad *l. pro omnibus, ff. de iur. dot.*

- 14 Imò non desunt DD., quod nec vir creditor vxoris possit compensare cum dote, ex priuilegio dotis *Glos. in l. 1. ff. solut. matrim.* quanto fortius non poterit ea fieri à viro non creditore vxoris in præiudicium eiusdem.

Saltem compensatio fieri non potest in præiudicium tertij, si hic, debitori nè illa fiat denunciatur *Reg. Latro d. decis. 25. num. 28.* Hæc autem denunciatio fauore dotis à lege semper fit, quia maritus non potest reddere deteriores conditionem illius; Ergò non poterat dictus D. Antonius compensare cum Ioanne Baptista, quia sit extingueretur obligatio Ioannis Baptistæ, & deterior redderetur conditio suæ vxoris.

Sed instando contra aduersarios dicimus: Aut hæreditas viri dictæ Catheri-

næ est soluendo : aut non: si primum, cur d. D. Dominica vxor dicti Ioannis Baptistæ vti tertia se opponit assistentiæ petite ab hæredibus dictæ quond. Catherinæ in bonis dicti quond. Ioannis Baptistæ, cū ipsamet sit debitorum dictarum dotium, vti hæres D. Antonij sui fratris, viri dictæ Catherinæ: aut non est soluendo hæreditas dicti viri, & dictus Ioannes Baptista mihi tenetur, vt aduertit *P. Afflicti. vbi sup. relatus à de Luca ad Franch. dec. 53. n. 6. ibi: posset saluari decisio, quia Marchionissa non patiebatur iacturam sui crediti, dum pro eo habebat assensum, & obtinuerat assistentiam super feudis viri debitoris, & creditoris. Et ex hoc casu nec cum consensu vxoris potuisset fieri compensatio, quia remaneret indotata, Bald. in l. debitor ad finem, ff. de iure dotium Alex. in l. 2. in princip. nu. 9. in fin. & de Franch. ibidem num. 29. & 33.*

15 Demum pecunia dictæ Catherinæ per compensationem factam à Iordano suo viro peruenit ad Ioannem Baptistam; ergo saltem in subsidium, hæreditate Iordani non existente soluendo, datur auocatio ex priuilegio doti competente, latè *Reg. de Marin. ad Reuert. dec. 86. n. 5. vbi plures S. C. decisiones refert, Tasson. de antefat. vers. 12. obseru. 2. nu. 34. Gallup. post praxim tit. de iur. par. 3. cap. 3. n. 8.*

16 Aque huius articuli veritas pateat, ecce duo iuris lumina, *Isernia scilicet in constitutione, vt de success. in verb. coniugata, vbi expressè dicit non posse fieri compensationem in proposita nostri facti specie, in præiudicium vxoris, & de Marin. lib. 1. cap. 126. nu. 39. ibi: Querit ulterius in eadem constitutione Andreas eodem verbo coniugata, quid dicendum, & est casus quotidianus, si do tibi, vel filio tuo, filiam, vel sororem meam in uxorem, & tu mihi tuam, vel filio meo, tu mihi nullam dedisti dotem, nec Ego tibi, an sat sit, vt soror mea possit dici dotata, & à mei successione in feudo ab alia in capillo exclusa, vt locus sit citata constitutioni, vt de success. Et negatiuè respondit, vbi nulla dos hinc indè fuit constituta, vel ab aliquo eorum, secus verò si esset promissa, & compensata, tunc enim liberatione sequuta, videtur dari id de quo liberatur, & hinc*

indè acquiri. Ratio est, quia matrimoniū sine dote esse potest, licet non è contra dos sine matrimonio, vbi autem dos pro sorore, vel filia promittatur, ipsis nolentibus, & inuitis, vel ignorantibus, aut dotari non consentientibus, præiudicium non infertur, & per hoc à feudo Patris, vel fratris successione non repelluntur, quod etiam voluit *Affli. in cap. 1. de gradibus succession. in feud.*

17 Strictiùs progrediendo, vt rem gratà aduersarijs faciam, affirmo compensationem fuisse factam; An nihilominus possit Catherina agere contra Ioannem Baptistam pro recuperatione suarum dotium? Dicendum sanè est in eius electione esse, quem malit conuenire, maritum scilicet, eiusque hæredes, vel dictum Ioan. Baptistam promissorem. Hoc demonstratur, ex *Fabro definitione 6. iuncta definit. 5. nu. 4: C. de dote cauta non numer. Quæritur ibi si præcedat dotis promissio, & sequatur dotis confessio à marito facta, quo in casu dos soluta præsumitur, nec exceptio non numeratæ dotis opponi potest, etiã si tempus à iure statutum non sit elapsū, iuxta *tex. in l. in contractu C. de non numer. pecun.,* quamquam inter promissionem, & confessionem adsint creditores, qui medio tempore contraxerunt *Afflicti. dec. 402. præcipuè si de dote non soluta, nunquam maritus sit conquestus, & alimenta vxori præstitit, vt aduertit Faber. d. definit. 5. Quæritur inquam, an possit mulier conuenire maritum ad dotem restituendam; Et siquidem, quia pro soluta habetur, mulieri nihil obstat, quin agere possit: Difficultas videbatur consistere, an etiam possit mulier conuenire promittentes ad dotes soluendas, quæ verè numeratæ non fuerunt? & quoque affirmatiuè respondetur.**

18 Et si objiceretur dotem præsumi solutam in dicta facti specie proposita, ergo debere vxorem contra maritum actiones suas exercere, *Faber. d. definit. 5. ità respondet: Id tamen eo pertinet, vt ex huiusmodi confessione parata esset mulieri actio aduersus virum, aut viri hæredes ad dotem repetendam, non etiam vt debitoribus, qui non soluerunt liberati intelligantur, si propter mariti inopiam,*

piam, inanis aduersus eum futura sit de dote actio, si ergò Iordanus non est soluendo, compensatio facta cum Ioanne Baptista non nocet dictæ Cathærinæ suæ uxori, quin agere possit contra promittentem eiusque hæredes.

Eadem facti specie retenta sequitur *Faber. in d. definit. 6. his verbis. Quid ergò si maritus soluendo fuisset, noceret utique ea confessio, quamuis simulata, mariti hæredibus, saltem ut iure donationis defenderetur, & confirmata videretur; sed non id circò fieret consequens, ut contra dotis debitores, agere mulier si mallet, minus posset, siquidem per confessionem, quam maritus animo donandi uxori fecisset, non essent illi liberati, & Faber ad id probandum allegat seipsum in defn. 5. nu. 4.*

Etiam ergò si Iordanus sit soluendo, compensatio cum Ioanne Baptista facta iuuat Catherinam, vt agere possit, si mallet, contra virum, non tamen nocet, vt agere nequeat contra promittentes: Nā non magis liberat promittentem compensatio à solo viro facta, quam dotis solutio confessata à marito, & pro vera à lege habita, absque spe opponendi exceptionem dotis non numeratæ, maximè si fiat animo liberandi promittentem, sicuti igitur confessio non liberat promittentem, si mulier nolit: Itā nec compensatio si soli viro facta.

His perpensis, & rectè consideratis D. Nicolaus la Banchi anno elapso, vt hæres dicti Ioannis Baptistæ ad transactionem deuenit, cum Magnifico Ioanne Iacobo Ginnaro cessionario hæredis dictæ quondam Cathærinæ, & se obligauit suo nomine proprio, & insolidum, quam tutorio nomine suorum fratrum in ducatis termille, & quingentum infrà spatium trium annorum soluere; Et dictus Ginnarus cessit omnes quantitates sibi debitas ex causa dictarum dotium, & itā dictus Nicolaus pro debito ascendente ad summam ducatorum quindecim mille, etiam ratione dicti interesse decursi ab anno 1644. vsque ad annum dictæ transactionis, promisit soluere solūm dictos ducatos termille, & quingentum, renunciando beneficio præuentionis, etiam liquidæ cum iuramento.

Herclè transactio magis utilis, magisque exclusiua læsionis, quam ista excogitari non potest; At dictus Nicolaus contra proprium, & fratrum Pupillorum commodum laborans, aduersus dictum instrumentum, remedium præuentionis intentauit.

Consulerem dicto Magnifico Ginnaro, quod à dicta transactione recederet, & ad sua primeua iura, luce meridiana clariora rediret; attamen, vt odia litium terminentur laborando potius pro dicti Nicolai comodo eos esse cogendos ad soluendum quantitates iam maturatas via executiua, quia instrumentum transactionis est vtile dictis Pupillis, nec pactonatum, sed liquidum, vnde omnino exequendum ex *Dom. Petra, & Carauit. rit. 166.*

Obstare proindè non poterit præuentionio iam facta, antequam solutionis dies venisset, quia ei in dicto instrumento fuit renunciatum, & tali renunciatione liquidatio instrumenti, & multò minus via executiua impeditur, vt decisum testatur *Pres. de Franch. dec. 670. & det. exornant Staiban. resol. 31. Dom. Petra ritu 168. nu. 4. Galter. 3. par. 2. partis principalis rubr. 2. nu. 26. Thor. vot. 60. lib. 2. Amat. resol. 36. nu. 13. Mauson. de causis executiuis qu. 2. nu. 30. Gallerat. de renunciat. par. 3. centuria 2. renunciat. 144. à nu. 3. Donadeus de renunciat. cap. 33. num. 43. quod procedit etiam obtenta habilitatione à iuramento interposito super renunciatione præuentionis ex *Carauit. Carleual. scripsit de Luca ad Franch. dec. 170. nu. 2.**

Totam vim faciunt aduersarij dicendo, quod aut dictus Cessionarius, vult conuenire pupillos pro quibus stipulatus est vt Tutor dictus Nicolaus, & non poterit, quia nulla est dicta transactio, vt facta ab eo, qui non erat legitimè tutor; Nam dictus Nicolaus erat minor, qui nō potest esse Tutor vulgatis iuribus.

Aut in iudicium vocare intendit dictus Cessionarius *Nicolaum*, & hic non potest pariter conueniri, quia tempore dictæ transactionis erat minor, & petijt restitutionem in integrum aduersus eam, & etiam ex capite enormissimæ læsionis rescindi.

Verum

Verum pro cessionario dicimus, quod quantum attinet ad fratres pupillos transactionem non esse nullam, quia eam fecit dictus Nicolaus uti tutor, ita declaratus per M. C. & interposito decreto quod expedit, quo in casu habemus *Pauli responsum in l. minor 25. annis 33. ff. de minoribus*, statuens contractum gestum cum tutore habito pro tali sub fide prestita iudicis decreto esse validum absque spe restitutionis in integrum *Reg. Merl. tom. 2. controu. 73. nu. 19. ibi, sed magis ex eo, quia pro tali in S. C. habitus fuit, licet nunquam vera sit limitatio superius tradita ad tex. in l. Barbar. de officio Praetor.*, quod scilicet procedat eius regula in officijs necessitate, & utilitate publicis, non tamen habebit locum, ubi communis ille error ex Praetoris quoque decreto robor, viresque accipit, quo casu, & si verè talis non esset, rectè cum ea contrahi posse probatur mihi argumento *tex. à nemine ad hoc ponderatus in l. minor 25. annis ff. de minoribus*, & inferiùs, *idem Merlin. addit.* cum ergò S. C. Principissam ipsam pro tutrice vera, & legitima habuerit, dū super eius instantia pro venditione suū interposuit decretū, quid ultra ab emptore exquirendum est, nè alias iudiciali auctoritate deceptus videatur, quomodo ait *text. in l. 1. C. de his, qui veniam aetatis*, ita *Merlin.*

Eo fortius hæc locum habent, quia dicta transactio maximam attulit utilitatem dictis pupillis, ut supra fuit ostensum, nam pro ducatis quindecim mille, solvunt ter mille, & quingentum; Et propterea taliter gesta à Tutore, qui pro tali habebatur subsistunt, *Alex. Rot. quos refert Pacion. de loc. cap. 8. num. 25.* ubi id pluribus eiusdem Rotæ decisionibus comprobatur.

Minus inualida dici potest respectu dicti Nicolai; Nam hic pro maiore fuit habitus per decretum Iudicis, quo casu minor pro maiore habitus à decreto beneficium restitutionis in integrum amittit, *l. minor 25. annis ex aspectu ff. de minor. ubi Bart. nu. 5. Simoncel. de decretis lib. 3. tit. 7. nu. 2. in fin. & nu. 10.*

Similiter magna vis facienda est in iuramento interposito à dicto Nicolao

in dicta transactione efficiente cum haberi pro maiore, & excludi à beneficio restitutionis in integrum ex vulgata Imperatoris constitutione, *Auth. sacramenta puberum.*

Paruifacienda non est assertio dicti Nicolai se maiorem dicentis, & uti talis cum iuramento contrahentis, unde maior tempore contractus supponi debet, nec potest se minorem probare. Nam nota est omnibus distinctio, quod aut minor asserit se maiorem absque iuramento, potest se minorem probare per testes, & per scripturas, aut cum iuramento verbali, & tunc potest se minorem probare solū per scripturas, si verò iuratum fuerit corporaliter, tunc nulla spes probationis admittitur, & omnis spes restitutionis excluditur, *l. 3. C. si minor se maiorem dixerit*, cum autem dictus Nicolaus corporaliter iurauerit se esse maiorem, quia uti talis contrahit cum dicto decreto, & iuravit super contractu, non poterit se minorem probare etiam per scripturas, cum sit præsumptio iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in contrarium, *l. fin. ubi DD. C. de iur. liber.*

Opponi verò non potest fuisse enormissimè lesum, quia iam demonstravimus notoriam iustitiam dictæ quond. Catherine, eiusque heredis, & dicti Cessionarij, & proindè maximam habuerunt utilitatem ex dicta transactione, ut supra pluries diximus; Ergò ex hoc capite, etiam nullo interveniente decreto valida fuisset, *§. Pupillus ubi DD. institut. de inutilib. stipulat. Felicius de societate cap. 3.*

Vel saltem dubium erat, an victoriã habere potuissent dicti Nicolaus, & fratres in dicto iudicio intentato contra ipsos uti heredes dicti Ioannis Baptistæ, quod causa sufficiens erat dictis minoribus, ut potuissent se transigere, etiam sine decreto, prout idem facere potest Ecclesia sine assensu, *ex Galeot. Alex. Trentacinq. Hermusilla, Simongello, Tiràquell. Fontan. Molina, & alijs firmat Olea de cess. iur. tit. 2. qu. 1. à nu. 46.*

Demum dicta transactio fuit facta mediante Iudicis decreto, quo casu non desunt DD. beneficium restitutionis in integrum minori denegantes, *de Monte*

*de empt. quest. 5. principali tit. de solemn. in alienatione rerum minoris nu. 97. in fin. ex l. ait Prætor S. permittitur, ff. de minor. & saltem quò vsque non probetur læsio præsumitur pro decreto, Bart. in l. 1. C. de prædij. cur. lib. 10. Simongel. loco cit. sub nu. 4. Vnde via executiua dicti instrumenti liquidi per dictam allegationem læsionis illiquidæ impediri nequit, in puncto Carauit. ritu 166. nu. 52. & seqq. dicēs ità seruari in Regno, Beraus cons. 119. nu. 1. lib. 3.*

Nec remedium restitutionis in integrum habet hanc virtutem retardandi viam executiuam, quia vltra, quod illa indiget, vt diximus, probatione læsionis, quæ vti illiquida in iudicio executiuo non admittitur, *Pacion. de loc. cap. vlt. nu.*

Rursus respondetur virtute instrumenti dictæ transactionis dictum, cessionarium esse in possessione exigendi, nam in computum recepit ducatos bis centum quinquaginta, quorum solutio effecit remedium restitutionis in integrum, viam executiuam non impedire, *Bero. loc. cit. interminis Lancellot. de attent. 2. par. quest. 18. nu. 131. & seq.*

Et tanta est vis possessionis exigendi, quæ per vnicum actum acquiritur, *c. cum Ecclesia extr. de causa possessionis, & proprietatis Rosa consult. 21. nu. 5.* vt etiam si exceptio oriatur ex ventre instrumenti, vt est exceptio non adimplementi, nõ tamen impedit continuationem possessionis exigendi singulariter, *Post. de manutent. obseruat. 42. nu. 8. Decian. cons. 87. nu. 6. & seq. lib. 1. Seraphinus decis. 717. nu. 2.* quibus relatis idem firmat *Pacion. cap. 44. nu. 30.*

19 Supradicta cum omni profunditate ingenij allegata fuerunt per Aduocatum D. Carolum de Alexio, demonstrantem excessiuam læsionem D. Io: Iacobi Ginnari ex transactione per eum facta de summa ducatorum 16. mil. circiter pro quantitate modica, & ad elucidandam magis iustitiam causæ, ità edissero.

Resumendo articulum principalem de mutua compensatione dotium recenseo *Fontanellam decis. 561.* docentem formam inducendi compensationem abstrinsecam, vt debeant sibi ipsis ad inui-

cẽ parentes, eorũ manu firmare apochas de recepto, & hoc modo quasi permutando, & compensando videbitur vnusquisque eorum suam dotem recepisse, & suam dotem respectiuè soluisset, & euitabitur circuitus, qui foret sine dubio inutilis, vt vnus soluere habere decem mille libras numerando, alteri pro dote per eum pro filia promissa, & is deinde restitueret soluendo pro alia simili dote filię suę, & factis istis cautelis, & securitatibus inter ipsos ad inuicem, hinc *Fontanell. nu. 1.* respondet ex hoc remanere probatam dictam solutionem, sed mediante compensatione consimili dotis per fratres constitutæ sorori, quam alter frater, ac dotator in vxorem duxit iuxta dotium permutationē illã de qua loquitur *Andr. de Ifern. in d. Constit. vnde successione verb. coniugata, & Fontanell. dec. 561. Botigl. & de Marin.*

Quidquid sit in specie *Constit. vt de successione*, excludentibus dotatam à successione feudi in qua re ignorantibus sororibus nullum præiudicium posse fieri circa successionem à feudis per mutuatam permutationem sororum, & dotiũ sentiunt, *Andr. de Marin. & alij.*

Si loquimur de bonis burgenfaticis quoties sumus in fratribus inuicem permutantibus sorores, & dotes cum sensu veritatis teneo, sororem pro consequutione dotis sibi competente in bonis maternis, & paternis posse agere super illis, cum non obtinuerit liberationem frater, neque potuit liberari sine cõsensu ipsius sororis nuprui traditæ. Nam dotes expresse fuerunt constitutæ, non de bonis fratris, in quibus poterat pacisci, prout de sua re, sed de bonis paternis, & maternis, quo casu ipsa soror sibi constituisset dote, vt *Card. de Luca de dote disc. 142. nu. 39.* Consequenter vti meri, executores, & debitores intelliguntur fratres, & constante matrimonio poterunt pacisci, vt *Card. de Luca de dote disc. 142. num. 6.*

Adeò, vt soror actionem in rem scriptã pro paragio in bonis parentum agens, & præferatur creditoribus hypothecarijs fratris etiam priuilegiatis, *iuxta dec. 162. Afflic. Tappia decis. 48. Thor. in supplem.*

cum-

*compend.dec.verb.filia pro dote, Rot. Rom. pluries, vt Card.de Luca de dote disc. 4. num. 11.*

Præterea an mulier, vel eius hæredes habeant actionem directam contra dotantem pro dote promissa viro sine cessione viri, vel eius hæredum negat *de Franch. decis. 33. & alij plures in obs. per me relati vbi quod ita viriliter, resoluit Olea.* Quamuis de æquitate aliud seruari tradant *Sanfelic. vbi sup. & alij per me cumulati in obs.* Quæ æquitas cessat in casu proposito cum pinguius, & melius consulatur sorori saluas habere actiones contra fratrem actione in rem scripta super bonis parentum.

Forma capitulorum nullo modo coincidit, vel æquipollet compensationi, dum non fuit facta liberatio, & quietatio promissionibus, vt indicat *Fontanell.*

Neque maritus in casu soluti matrimonij se obligauerit ad restitutionem dotis constitutæ, quinimo nec adfuerit obligatio de restituendo in omni casu sub quo comprehenditur etiam casus vergentiæ ad inopiã constante matrimonio, vt supra fusè pro exclusione compensationis in allegatione edisserturn fuit.

*Reg. de Marin. lib. 1. ref. 126. num. 39. recenset Andream in d. Constit. vt de successioneibus verb. conjugata,* proponit eundem casum, quem appellat quotidianum, si do tibi, vel filio tuo filiam, vel sororem meam in vxorem, & tu mihi tuam; Tu nullam mihi dedisti dotem, nec ego tibi, an sat sit, vt soror mea possit dici dotata, & à mei successione in feudo, ab alia in capillo exclusa, vt locus sit citatæ *Constit. vt de success.* Et negatiue respondit, vbi nulla dos hinc inde fuit constituta, vel aliquo eorum. Secus vero si esset promissa, & compensata, tunc enim liberatione sequuta videtur datum id, de quo liberatur, & hinc inde acquiri. Ratio est, quia matrimonium sine dote esse potest, licet non è contra dos sine matrimonio, vbi autem dos sorore, vel pro filia promittatur ipsis nolentibus, & inuitis, vel ignorantibus, aut dotari non consentientibus eis præiudicium non infertur.

Ecece igitur, quod *Andreas, & de Ma-*

*rinis*, aperte stant pro sorore à fratre nuptui tradita dote constituta sine effectiua, & reali solutione, sed tantum per altrinsecam promissionem dotis. Quia non sequuta fuit apocha de recepto ad inuicem, neque liberatio, iuxta *Fontanell. & de Marinis*, & nec consensus sororis; qui requirebatur expressus, vt præiudicium inferri potuisset cum declaratione virium mutue compensationis, vt in terminis *Reg. Sanfel. dec. 130.*

*Bottiglier. de success. tit. de success. feud. & vita militia theor. 108. cap. 3. nu. 25.* exponit *Andream* exemplificans in duobus parentibus filias nuptui tradentibus filijs suis ad inuicem, puta pater meus nuptui tradit sororem cum Caio, & pater Caii nuptui dat filiam suam Titio fratri meo, si tali casu vtraque filia excludatur à successione feudi? Et respondet negatiue, eo quia nulla dicitur dotata, verum si adfuerit dotis promissio, & vterq; ad inuicem compensauerit quantitatem promissam, locus daretur Constitutioni, vt *de successoribus*, & competit *de Marin. Cuman. & Fontanellam* decisum referentem data tali promissione, & facta ad inuicem compensatione vnaquæque ex filiabus dotante dicitur, & facto casu dissolutionis matrimonij poterit superstes agere pro restitutione dotis promissæ, & nulla obstat exceptio nonnumeratæ dotis. *Bottiglier.* itaque scribit in dotatione filie per patrem in mutua compensatione dotis promissæ ab altero patre.

*Cardin. de Luca de dote disc. 121. num. 1.* narrat casum matrimonij initi de anno 1608. inter Camillum, & Iuliam de eadem familia de Sanitate cum dote scutorum 67. mille incōtinenti soluta nõ in pecunia, conuincenter, quia non fuit expressus omnis, vel generaliter casus soluti matrimonij, sed tantum mortis viri sine filijs. Vnde non potest cadere liberatio nec mutua compensatio.

Vnde transactio vtilissima fuit Reo conuento, post plures annos, quibus lis fuit agitata, & sumus in transactione, cuius utilitas eo ipso probatur, quod à lite discedetur, *glos. in cap. penult. de empt. & vend.* & transactio extinguit litem ta-

liter quod adimit iurisdictionis à Iudice Bal. in Rubr. de transact. nu. 7. & vt valeat capi debet omnis interpretatio.

### ARGVMENTVM.

Sacerdos hæres institutus in testamento si decesserit in eadem Terra, in diuersis tamen locis, Terræmotu per tres horas, postquam erutus fuit ex macerie lapidū superuiuens, testator autem post septem dies sub mole saxorum mortuus fuerit repertus, an caducetur testamentum ex incertitudine præmorientiæ, vel potius ius adeundi transmissibile sit per viam restitutionis in integrum ex dispositione *Tex. in l. Pantonius 85. ff. de acquirend. hered.* ad hæres Sacerdotis in concursu proximiorum ab intestato venientium ipsius testatoris? expenduntur *Faber. Andreol. Thesaur. Odd. Menoch. Altograd. Peregr. Fontanell. & alij.*

Pater hæredis defuncti si donauerit, & cesserit hæreditatem ex iure sibi transmissio alteri, cedendo etiam restitutionem in integrum ex iusta causa ignorantia mortis testatoris, vtrum donatio per viam cessionis huiusmodi sit operatoria ad finem acquirendi hæreditatem ex testamento delatam ex dispositione *Tex. in dicta l. Pantonius?*

### S V M M A R I V M.

- 1 Testatore, & hærede eodem Terræmotu decedentibus, an caducetur testamentum ob incertitudinem præmorientiæ?
- 2 Arguitur præmorientia ex maiori vi ruina, & molis lapidum collapsi super testatorem.
- 3 Ius institutionis hæredis est personalissimum, & incessibile antè mortem testatoris.
- 4 Ignorantia mortis testatoris impedit transmissionem iuris deliberandi ad hæres hæredis instituti.
- 5 Vtrum ex æquitate per viam restitutionis in integrum ex dispositione *l. Pantonius, ff. de acquirend. hered. transmittatur ius adeundi ad venientes ab intestato ipsius hæredis instituti.*
- 6 Dispositio dicti *Tex. in l. Pantonius*, an locum habeat in qualibet causa iusta ignorantia.

7 *Quid si concurrant proximiores testatoris magis coniuncti, expenduntur* *Faber. Andreol. & alij.*

8 *Pater non potest adire hæreditatem filio Clerico delatam, & quare.*

9 *Pater Sacerdotis hæredis instituti senio confectus per viam donationis cessit cuidam ius sibi transmissum ad adeundam hæreditatem ex æquitate sibi competens ex remedio dictæ *l. Pantonius cedendo specialiter remedium restitutionis in integrum implorationis, queritur, an operatoria sit cessio?**

### Q V A E S T. LVII.

**C**Asus mox propositus transmissus fuit ab V. I. D. Domino Antonio Cecci Terræ Sancti Felicis V. I. D. Domino Ioanni Stephano Cecci eius filio, per quem subtiliter, & doctissime sequentia fuerunt allegata.

Testamentum per Reuerendum D. Franciscum de Augustino conditum instituto hærede vniuersali Reu. D. Dominico Codone, defunctis ambobus Terræmotu in diuersis locis Terræ Ruborum de Montanea die octaua mensis Septembris decursi anni 1694. ob incertitudinem præmorientiæ vtriusque ipsorum, cum hac differentia, nam hæres statim semiuivus tribus circiter horis superuixit, postquam ex saxis extractus est, & testator post septem dies in diuerso loco eiusdem Terræ compertus, & mortuus subtus maceriem petrarum, an fuerit carit caducatum, vel confirmatum, & sit locus successioni ab intestato, vel ex testamento?

1 Quoties agitur de confirmatione, vel eaducatione, seu infirmatione testamenti, & testator, & hæres eodem casu decesserint, tunc irritatur testamentum, eo ipso, quod probatur hæredem, & testatorem insimul eodem periculo occubuisse, *l. vnica, §. sed cum triplici, C. de caduc. tollend. l. qui duos, §. cum in bello, & h. idem est, ff. de reb. dub. Surd. decis. 152. Andreol. controu. 163. nu. 5. Altograd. conf. 69. lib. 1. per tot. Sabell. in summa tractat. tom. 4. §. testamentum, nu. 28.*

In casu nostro, quamuis moriens, & paucis horis vixerit hæres post extractio-



tionem ex macerie, & congerie lapidum per diligentiam statim adhibitam, & post septem dies in diuerso loco, & eodem casu testator mortuus fuerit compertus sub saxa, nesciri potest, an eodem momento, quo die intra dies septē, & qua hora interierit, ideòque dubitari contingit de caducatione, vel confirmatione testamenti.

2 Cœterum pro veritate respondendo, concludendum videtur, quod sit quæstio facti, & iuris, & rem dirimendam ex aspectu loci, & euentu rei.

Aut enim testator sub magno terræ, & lapidum acruo percussus cum fractura capitis, & deformitate cadaveris fuerit repertus, ita vt impossibile iudicetur potuisse superuixisse, & tunc superuientia hæredis probata existimetur in excidio terræmotus eodem momento, & confirmatum sit testamentum, & non caducatum.

3 Caducationi etenim testamenti locus est, quoties hæres præmoritur testatori, nam personalissimum est illud ius institutum in testamento antè mortem testatoris, nec transmissibile, nec cessibile, si non superuixerit; si fortiore impetu sit vulneratus, & oppressus testator, præsumendum sit, quod ille prædecesserit, *Azetin. cōf. 10. Soccin. sen. in l. si mulier, ff. de reb. dub. de Luca obser. 454. n. 4. ad Præs. de Franch.*

Aut ex iudicio eorum, qui aspexerunt locum, & maceriem collapsam non potest iudicari præmorientia, vel superuientia, quia ignoratur, an sit mortuus de recenti, & tunc cum ex vna parte certa, sit superuientia hæredis, & incerta illa testatoris, & cum sit ordo naturæ, vt qui primus in lucem sit editus, prior sit in obitu, videtur dicendum, quod superuixerit hæres pubes ætatis, & minoris, quam testator.

4 Tota pugna est, vtrum, concesso, quod superstes fuerit hæres, & confirmatum testamentum ex superuientia hæredis morte intercedente testatoris, hæreditas non adita possit transmitti?

Transmissioni locū nō esse res absoluta videtur, quia ex sufficienti partium enumeratione, non est locus transmissioni ex iure suitatis, cum non agatur de hæredi-

tate Patris non adita per filium in potestate existentem; nec de transmissione iure sanguinis, nam hæres institutus nō est descendens, nec agatur de transmissione hæreditatis paternæ pro filio emancipato, vel hæreditatis maternæ, *Capon. controu. forens. contr. 55. nu. 2. cum seqq.*

Difficultas restat de transmissione ex iure deliberandi, & cessat in casu nostro transmissio ex dicto capite: essentialis etenim est pro huiuscemodi transmissione, vt testatoris obitus hæres institutus scientiam habuerit; ignorans etenim non transmittit, *l. cum antiquioribus, §. & si quidem, sibi: Qui sciens hæreditatem, vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam, C. de iur. delib. Capon. d. controu. 55. nu. 8. Dom. de Luca in tract. de linea legal. tom. 1. art. 26. n. 5. Gomes. var. 10. 1. cap. 9. n. 53. Deliberatio namq; est animi præmeditatio, quæ non cadit in ignorantem, Bich. dec. 320. num. 13. Rota dec. 234. part. 18. rec. Sabell. in summa diuers. tract. §. transmissio nu. 3. & in resol. 89. nu. 32. Barry de success. tom. 1. cap. 6. nu. 20. Noal. de transmiss. cas. 8. nu. 145. Merlin. decis. 505. nu. 39. Vasquez de success. tom. 2. lib. 1. §. 2. Mart. de success. legal. part. 1. qu. 24. art. 1. num. 7. & Rota par. 18. rec. decis. 687. vbi quod probari debet scientia obitus testatoris, & testamenti.*

Ignorantia in casu nostro præsumitur certa, nam ignorantia præsumitur *cap. ignorantia de reg. iur. in 6. Reu. D. Dominicus hæres sequuto terræmotu erutus ex macerie vixit paucis horis, in quibus non potuit haberi à nemine sciētia mortis Reu. D. Francisci testatoris, dum post septem dies habita est notitia mortis; quoniam in actu moriendi existens ob turbationem mortis, etiam in facto proprio est ignorans, Marant. in l. is potest, nu. 27. ff. de acquirend. hæred. Sabell. in §. ignorantia nu. 2. vers. quod ignorantia; Certius quia ambo erant in diuersis locis, rām hæres, quam testator, vt Sabell. in summ. tract. vbi supra.*

5 Necessaria inspectio est, an hæres institutus ob iustam causam ignorantie mortis testatoris, dum timore mortis perterritus tribus circiter vixit horis, possit transmittere ius petendi restitutionem;

in

in integrum ex æquitate *tex. in l. Pantoni-  
nius 85. ff. de acquirend. hered.*

Prò transmissione suffragatur *tex. in  
dicta l. Pantonius*, quoties hæres institu-  
tus, etiam maior ignorauit hæreditatem  
sibi delatam, nam eius hæredes poterunt  
petere restitui ex clausula generali, si  
qua iusta causa, &c. *vt Dominus de Luca  
de linea legal. tom. 1. art. 26. nu. 11. Gomes  
dict. cap. 9. n. 56. Cancer. par. 3. cap. 21. n. 19.  
Vela Iurisc. Granat. dissert. 11. n. 112. & alij.*

6 E' contrario subtilissimus *Faber. de  
coniectur. lib. 14. cap. 1. nu. 12. cum pluribus  
seqq. vsque in fine.* viriliter probat, resti-  
tutione in integrum non iuari, nisi eū,  
qui Reipublicæ, & necessaria absentia  
causa abfuerit, qui si sciisset adire po-  
tuisset, vt de ijs omninò intelligi debeat  
dispositio prædicti *tex. in l. Pantonius*, ar-  
guens ex *l. vlt. ff. de in integr. rest. ibi; Ca-  
teris quoque, qui in eadem causa habentur,  
& text. est in l. cum quidam 30. ff. de acqui-  
rend. hered. eo quod, inquit, Reipublica cau-  
sa aberat.* Prætereà à simili, miles si intrà  
diem aditionis decesserit, neque restitui-  
tionem hæredi eius competere, quia, nec  
ipsi militi quamdiù vixit competiit, *l. 1.  
C. de restit. milit. subdens Faber*, quod con-  
textus *d. l. 1.* in hac re clarus, & apertus  
sit, vt non facillè sit adinueniri, quod re-  
sponderi possit, neque ad sit vlla ratio,  
qua competere possit hæredi restitutio,  
quæ nunquam competiit defuncto, qui  
scilicet, quamdiù vixit non fuit læsus; nō  
videtur enim læsus in vita sua hæres in-  
stitutus, quia moriens perdidit poten-  
tiam adeundi, hoc est, perdidit volunta-  
tem, sine qua per eum adiri hæreditas  
non potuit, is etenim, qui nunquam sci-  
uit delatam sibi hæreditatem non potuit  
habere voluntatem adeundi, consequē-  
ter, nec eam proindè amittere.

Strictius iuxta *Fabr.* quia voluntas  
amittitur propter mortē, aduersus quam  
non est præter Deum, qui dare possit in  
integrum restitutionem, ac propterea nō  
videri quemquam læsū ex eo solo, quod  
perdat voluntatem adeundi, & ex nulla  
Iuris ratione competere possit restitutio  
hæredi, qui intrà diem aditionis moritur,  
nè plus habeat ille, quam habuerit de-  
functus. His, & alijs fundamentis *Fa-*

*ber.* excludit restitutionem in integrum  
maiores, qui ex alijs causis, quam lega-  
tionis Reipublicæ absint, neque ad alios  
casus ignorantia se extendat.

7 Posito, & non dato, quod competat re-  
stitutio in integrum ex æquitate *dicta l.  
Pantonius*, punctus principalis consistit.  
Vtrum in præiudicium proximiorū ma-  
gis coniunctorum, quibus defertur hære-  
ditas ab intestato, militet restitutio in  
integrum ad fauorem hæredum hæredis  
instituti, qui non potuit adire?

In proposito articulo partes hæredum  
hæredis tenet *Menoch. in cons. 1081.* &  
videtur inclinare, *Fontanell. tom. 2. decis.  
485. in fine*, prout etiam *Odd. de restit. in  
integr. qu. 50. art. 8. nu. 82.* sentiens ad ex-  
clusionem restitutionis in integrum pro-  
bandam esse prædilectionem venientiū  
ab intestato ex mente testatoris, vt non  
sufficiat præsumpta prædilectio, & *Ga-  
spar. Thesaur. qu. forens. lib. 4. qu. 78. nu. 12.  
vbi ex Peregr. Decis. Patau. 87. num. vlt.*  
quod admittitur agnatus hæres hære-  
dis instituti, etiam exclusis filiabus.

Oppositum intrepidè tamen tenen-  
dum est pro magis coniunctis testatori,  
quibus defertur hæreditas ab intestato,  
quia beneficium prædictum restitutio-  
nis in integrum concessum ex edicto mi-  
norum, vel maiorum, & ex benignitate  
*dicta l. Pantonius*, non posse hæredibus  
minorum, vel maiorum competere ad  
adeundam hæreditatem in præiudicium  
proximiorum defuncti, cuius hæreditas  
non adita reperitur, & cessare æquitatem  
inductam ex *dicta l. Pantonius*, quando  
petitur aduersus eos, qui ab intestato  
sucedunt, vel in præiudicium personæ  
magis dilectæ illius, de cuius hæreditate  
agitur, prout probat *Bald. in l. 2. C. de Se-  
nat. Consult. Orfic. Durand. de art. testam.  
cap. 6. nu. 5. & Bellon. de iure accresc. cap. 7.  
qu. 41. nu. 53.* quia ex æquitate resultaret  
iniquitas in specie nostra, nam hæreditas  
aufereretur à Dominico, & fratre de  
Corritore filijs ex sorore Reu. testatoris  
defuncti venientibus ab intestato, tan-  
quam proximioribus, *Alex. cons. 168. nu.  
20. lib. 7. Barfatt. cons. 61. per tot. eo fortius,*  
quia proximiores sunt filij ex sorore,  
quos testator alere tenetur, & è contra,

*Larrea*

*Larrea decis. seu disp. 47. per totum, & in terminis indiuidualibus scribunt Altograd. in consil. 69. num. 36. ibi: nec pariter locus esse potest transmissioni restitutionis in integrum ad hereditatem ad eundem ex capite iusta ignorantia à defuncto non aditam iuxta equitatem l. Pantonius, ff. de acquirend. hered. quia huiusmodi beneficium cessat, ubi adest persona magis dilecta, hoc est consanguineus personae defunctae, cui potius hereditas non adita debetur, quam transmissario, & idemmet Altograd. in consil. 63. num. 84. testatur, ita obtinuisse in Rota Luccensi in causa Stephani Buontempi cum Phylippo Binio. Andreol. in controu. 163. num. 24. qui in num. 26. refert ita decisum in eadem causa ab Altograd. relata, ubi supra, ibi: Reuocauit igitur Rota sententiam D. Iudicis à quo, & declarauit hereditatem dictae Catherine spectare ab intestato ad D. Stephanum Buontempum eius proximiorum condemnando Phylippum Bini ad dimittenda bona hereditaria una cum fructibus. Sabell. in summ. tract. tom. 4. §. transmissio num. 2. vers. quod tamen, ubi ex Rota Rom. part. 16. recent. decis. 407. num. 2. & 3. quod equitas dictae l. Pantonius non procedit in praedictum proximiorum, quibus de iure communi magis debetur hereditas, & Rota Rom. recent. part. 18. decis. 687. num. 6. ibi: Nec pretendi potest transmissio ex capite restitutionis in integrum iuxta equitatem l. Pantonius ff. de acquirend. hered. cuius beneficium hereditas etiam non adita ab ignorante transmittitur, quoniam illud non conceditur, ubi adest persona magis coniuncta, & dilecta personae defunctae, de cuius hereditate agitur, & quae ab intestato in concursu transmissarij succedat, hactenus Rota.*

Hinc decipitur *Thesaur.* quando pro sua opinione laudat *Peregr.* in dicta decis. 87. quia *Peregr.* stat, & pugnat pro nostra sententia, ut cesset restitutio in integrum per concursum proximiorum ab intestato, & ita num. 7. refert decisum, & quatenus in contrarium allegetur *Peregr.* n. ult. referens decisum pro agnato herede heredis instituti exclusis filiabus, hoc processit vigore Statuti admittentis agnatos excludendo faminas.

Verum arguet quis contra personas venientes ab intestato à prædilectione heredis instituti, & ex exclusione per testamentum proximiorum ab intestato.

Hoc assumptum, quod uti Achillæum pars magnificat claudicat in Iure, nam peccat in transitu de persona ad aliam, scilicet à persona heredis instituti ad personas heredum illius, dum ius institutionis est personalissimum, & expirat per mortem ipsius heredis instituti, & conclusio est magis communiter recepta, & in foro amplexata, iuxta *DD. supracit. & Rot.* ut cesset restitutio in integrum ex æquitate dictae l. Pantonius, quoties agitur de personis magis coniunctis, quibus debetur hereditas ab intestato.

In casu nostro venientes ab intestato præsumuntur, & ad exuberantiam ex actis probantur prædilecti, magis, quam prætensi transmissarij satis in remoto gradu attinentes, inter quos adsunt sorores heredis instituti nuptæ extra domiciliū, & originem testatoris, de quibus, & earum viris omnino extraneis, nullo pacto verisimile est talem affectionem habuisse, ut eis relinquere voluisset, proprijs consanguineis exclusis, hoc enim, ut ait *Odd. dicta quest. 50. art. 8. n. 81.* nimis ab æquitate, & ciuili ratione alienum est, *Andreol. dicta contr. 163. num. 24. in fine,* quia de his nunquam cogitasse censetur testator.

Ut nullus dubitationi locus relinquatur adducitur recens *S. C.* decisio, nam de anno 1671. in *M. C. V.* dictus articulus controuersus fuit inter Ioannem Antonium Ferro, & Ioannem Sebastianum Gazinum Ianuenses super hereditate filiorum qu. Iosephi Pino, & Angelæ Mariæ Gazino peste mortuorum, scilicet an cesset æquitas dictae l. Pantonius, quando petitur restitutio in integrum ad ad eundem hereditatem aduersus eos, qui ab intestato succedunt, & per *Mag. Cur. Vic.* referente Domino D. Hyeronimo Acquaiua, tunc Iudice eiusdem *M. C.* fuit decisum, esse locum transmissioni, patrocinante Aduocato *S. R. C.* Domino Ioanne Giura, ut in processu in Banca Auerfani. Introducta deinde causa in *S. R. C.* per viam appellationis fuit reuocatum decretum prædictum *M. C.* & de-

ci-

cifum, non esse locum transmissioni, & proindè hæreditatem filiorum qu. Iosephi Pino, & Angelæ Mariæ Gazino spectare ad Ioannem Sebastianum Gazino proximiorum ab intestato venientem ad relationem tunc Regij Consiliarij Domini D. Lucæ Iacca, postea spectabilis Regentis, nunc dignissimi Locumtenentis Reg. Cam. Summ. vt in processu in Banca Lombardi, Maiuro Scriba. Et à prædicta decisione non potest recedi ob maximam authoritatem S. R. C. vbi articulo acriter discussio ita fuit decisum.

8 Inutile demum est edisserere quoties pars aduersa motiuaret, quod delata filio hæreditate possit adire Pater, si non adijisset filius. Nam caderet difficultas, quoties filius fuisset laicus ob acquisitionem vsusfructus in bonis aduentitijs filij. Nos autem sumus in filio Sacerdote, cui si obueniunt bona, vt in thesi nostra, post Clericatum sunt quasi castrensia, *Andreol. contr. 326. num. 3.* de quibus potest filius Clericus testari, *per text. in auth. Presbyteros, C. de Episc. & Cler. Vr sill. ad Afflic. decis. 241. num. 1. & 3. Gratian. discept. cap. 576. num. 16. & latissimè post quamplures probat idem Andreol. cit. contr. num. 2.* tam si bona sint acquisita ex Clericatu, & eius contemplatione, quam quocumque alio modo, vt apertè colligitur ex dicta *auth. Presbyteros, & post alios Grass. de effect. Cler. effect. 19. num. 66.*

Ex quibus omnibus, & singulis pro veritate concluditur, esse locum successionem ab intestato, & admittendos ad successionem d. quond. Reu. D. Francisci de Augustino, Dominicum, & fratres de Corritore, exclusis parentibus, fratribus, & sororibus prædicti qu. Reuer. D. Dominici Codone.

Ita in casu transmissio ab V. I. D. Antonio Cecci meo Domino Patre, & Magistro respondeo.

Cætera supplicat doctrina integerrimi Domini Iusdicentis, cui hæc, & me humiliter submitto.

*Ioannes Stephanus Cecci.*

9 Pater Sacerdotis hæredis instituti senio confectus per viam donationis cessit restitutionem in integrum ad adeundam hæreditatem ex benignitate d. l. Pantbo-

nus cedendo specialiter remedium restitutionis in integrum, quæritur, an valeat cessio.

Cum grano falis propositus fuit articulus in Sacerdote hærede instituto habente patrem, nam si institutus fuisset laicus filius familias, tunc patri competeret vsusfructus in hæreditate obueniens filio, & difficultas esset in casu, quo superuiuet filius hæres institutus, num posset pater adire hæreditatem filio delatâ ex l. ult. §. i. C. de bon. quæ liber. & pleno iure acquirere hæreditatem, vt in d. l. ult. §. i. & ibi *Bar. Castrens. Bal. & alij*, cum pater, & filius vna, & eadem persona reputentur, latè *Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quest. 42. num. 364.*

Quidquid sit de veritate d. assumpti quando filius non repudiat hæreditatem, vt *Bellon. vbi sup. num. 379.* filius familias Clericus, vt dictum est, posset testari, & cedere.

#### ARGUMENTVM.

Filia de consensu patris nupta nulla sibi constituta dote, si deindè ne cõtemnatur à viro cedat ius compellendi patrem ad dotandum, an operatoria sit cessio? Quid si aliunde sit prouisa de dote, vel quid si spreto patre nupserit? Expenduntur *Postius, & Card. de Luca.* Et quæ cautela patris. Filia nupta ob pulchritudinem, vel nobilitatem dotata à viro, an possit petere paragium, & illud cedere pulchra *decis. Pras. de Franch.*

#### SVMMARIVM.

- 1 *Filia de consensu patris nupta absque dote constitutione, & cum patris consensu, an possit agere pro dote, & in dotem cedere viro.*
- 2 *Quid si maritus conuenerit cum socero de non petendo dotem?*
- 3 *An constante matrimonio possit pater molestari?*
- 4 *Quæ cautela patris. Et an filia dotata à viro agat pro paragio.*
- 5 *Filia vbi nubit viro digno patre ignorante, an possit agere pro dote? Opinio Card. de Luca.*

QVAE-

## QV AEST. LVIII.

1 **F**ilia de consensu patris nulla constituta dote nupsit, ut à viro deinde non contemneretur, & ad sustinendum onera matrimonij dotis causa cessit ius compellendi patrem ad constituendam dotem, quæritur an sit operatoria dicta cessio?

Prima causa dotandi citra dubium, est patris cuius proprium, & præcipuum munus est filiam dotare *l. fin. C. de dot. promiss.* Siue filia sit in potestate, siue non ut *d. l. fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. cap. 3. glos. 3. num. 4.*

Locum habet conclusio firmata etiam in filia nupta de consensu patris, nubere siquidem, & dotare tenetur *glos. in l. obligantur verb. lege, ff. de act. pot. alios Boss. de dote cap. 4. num. 97.*

Idque verum etiam si viro nulla esset constituta dos, neque ipse illam peteret *Boss. ubi sup. num. 99.*

2 Si maritus in gratiam soceri ex pacto uxorem duxerit absque dote, vel modica, adhuc tamen pater à filia vrgeri potest, quasi quod ei non consentienti conventio inter socerum, & generum de non petendo dotem adhuc tamen pater à filia vrgeri potest, quasi quod ei non consentienti talis conventio præiudicare nequeat ita firmant post *Bal. & Castrenf. in Auth. res qua, C. commun. de legat. post alios Boss. d. num. 99.*

Beneuerum *Soc. iun. in l. 1. sol. matrim. num. 229.* accedente hac conventionem expressa, vel tacita inter socerum, & generum patrem excusat, cum pater vivens ad nihilum teneatur nisi ad alimenta subsidiaria, quatenus aliunde non sint prouisi filij, & eatenus dotem filiabus, vel ratione alimentorum, quatenus fauor honestatis ac matrimonij ob incompatibilem dilationem, ita postulat.

At *Card. de Luca de dote disc. 142. nu. 6.* edisserit, quod dum lex tribuit hunc fauorem filiabus petendi dotem à patre viuente, non debeant illæ priuari, cum dilatio possit esse præiudicialis ex futura diminutione substantiæ paternæ.

3 Credit demum *Card. de Luca* ius esse

filiae cogendi patrem in tali casu ad dotem congruam, sed non ad soluendam constate matrimonio, quoniam hoc tempore durante solum interesse est viri, cui proinde conventio debet obstare, ut obseruat *Bossius de matrim. cap. 11. num. 185.*

4 Raro hæc euenire ait *Guttier. de matrim. cap. 80. num. 6.* nam vel his conventionibus consensum mulieris adhiberi curatur, vel maritus se obligat de proprio releuare indemnem socerum, à molestijs per uxorem inferendis constante matrimonio præstandis, vel quia istæ conventiones, ut plurimum fiunt inter maritos inæquales, ipsimet viri de suo in gratiam soceri dotem constituunt, & hæc videtur melior cautela, & hæc dos dicitur profectitia. Nisi mariti bonis fortunæ deficerent ad onera matrimonij ferenda, nam tunc intrat obligatio dotandi.

Pulchra est *dec. 119. de Franch. à princ. firmantis*, quod mulier dotata à marito ob eius pulchritudinem, vel nobilitatem petit paragium à patre *Card. de Luca num. 7.*

5 Vbi filia nubit viro digno patre ignorante, etiam si filia sit diues, & habeat aliunde dotem, pater dotare tenetur *Boss. d. cap. 11. nu. 193. & de dote cap. 4. nu. 24.*

Quidquid velint *Boss. & alij, Card. de Luca num. 26.* sentit durum esse patrem cogere, ad filiam inobedientem dotandam ad maiorem luxum, quando est aliunde prouisa.

## A R G V M E N T V M.

Exceptio cedendarum actionum quando cesset, casus enumerantur, & constituitur regula cum exemplis.

## S V M M A R I V M.

1 *Creditor si factio proprio, vel culpa iura cedere non potest, repellitur exceptione cedendarum.*

2 *Prior creditor si iura sua cedere non potest secundo, & posteriori, hic euadit anterior.*

3 *Pupillus si liberauit unum ex tutoribus*  
\* N *repet--*

- repellitur exceptione cedendarum .*
- 4 *Quid si ex natura obligationis cessio fieri nequeat, & exemplificatur .*
  - 5 *Pater si iussit filio dari pecuniam, an opponere possit exceptionem cedendarum, & petere solutum à filio ?*
  - 6 *Quid si debitor liberauit vnum ex fideiussoribus soluens pro eo ?*
  - 7 *Quid si fideiussores diuersis temporibus intercesserint .*

## Q V A E S T. LIX.

1 **C**reditor facto proprio, vel culpa si iura cedere non potest, repellitur exceptione cedendarum actionum *l. Stichum §. si creditor, ff. de solut.* exemplificatur, quando fideiussor soluens debitum instat à creditore contra Reum principalem, & confideiussores iura ad eum tangentia sibi cedi iuxta *tex. in l. cum bis qui ff. de fideiussor.* tunc si non cedentur sibi iura, vel actiones facto, vel culpa ipsius creditoris repellitur hac exceptione, *Acosta de priuileg. credit. regul. 3. ampl. 2. num. 71.*

2 Ex eadem regula secundus creditor priori præfertur, si iura sua cedere non poterit, *Tusc. verb. hypotheca conclus. 131. num. 7. Surd. conf. 139. num. 16. Acosta ubi sup*

3 Ampliatur, si pupillus vnum ex tutoribus liberet, alter contra eum poterit opponere hanc exceptionem *text. est in l. pupillus, ff. de admin. tut. Gratian. discept. 409. nu. 12. Cancer. var. cap. 7. nu. 35.* siue per pactum, siue per legatum liberatio facta sit, *Acosta ubi sup. nu. 72.*

4 Limita primò, quando talis cessio ex natura obligationis fieri nequeat; quia fideiussor, quem creditor liberauit erat tutus exceptione, vt si esset mulier, quæ Velleiano iuuatur, *l. quamuis, §. mulier, & §. Marcellus, ff. ad Vellean.* idem si is cum quo creditor transegit erat tutus exceptione, *Acosta ubi supra nu. 73.*

5 Limita secundò si pater iussit filio pecuniam solui, & sic pater pro filio intercedit, quia non petit beneficium cedendarum, nec potest repetere solutum, *l. cū filius familias, ff. de verb. obligat. Baer. dec. 221. nu. 11.*

6 Limita tertio. Si cessio fieri non possit facto ipsius debitoris, quia debitor dederat duos fideiussores, & dederit pecuniam, deinde creditori pro liberando vno fideiussore, nam istud impedimentum prouenit facto debitoris, *gl. & Bar. in d. l. his, §. si duos, ff. de solut. Fab. lib. 11. coniect. cap. 15.* Quia pecunia soluta auocari non potest, *Card. de Luca de cred. discurs. 145. nu. 5.* Contrarium tamen arguitur, *ex l. tres tutores, ff. de administr. tutor. & quod nequeat fieri deterior conditio fideiussoris, neque per creditorem, neque debitorem simul Surd. conf. 170. n. 16. Gratian. discept. 975. à nu. 8. Acosta nu. 79.* idque verius est, si ex pretio bonorum debitoris facta sit solutio, *Card. de Luca de credit. discurs. 145. nu. 6.* Vel solutio non sit facta in statu valido, vt idem *de Luca num. 5.* seu per hæredem facta sit solutio *de Luca num. 5.*

7 Limita quarto. Si fideiussores diuersos temporibus fideiusserint, nisi pactum interuenerit, quod secundus fideiussor daretur, *Bart. & alij in l. si stipulatus est §. fin. ff. de fideiuss. Acosta nu. 81.*

Limita quinto, si creditor, qui vnum ex fideiussoribus liberauit, sibi ius contra alium fideiussorem in solidum reseruauit, nam tunc non cessabit exceptio, *Affl. dec. 182. nu. 10.*

## A R G V M E N T V M.

Hypotheca nominis debitoris an effectum cessionis nominis in beneficium creditoris operetur? Ex hypotheca qualiter orientur actio utilis personalis in personam debitoris debitoris, utilis hypothecaria, & vtile *Saluianum*. An sit audiendus debitor principalis, Põderatur *Olea* discursus.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Creditor chirographarius an valeat agere contra debitorem debitoris ?*
  - 2 *Per hypothecam an creditor habeat cessionem nominum debitorum ?*
  - 3 *Hypotheca nominum quot operetur ad beneficium creditoris .*
  - 4 *Hypothecatio creditori triplex remedium competit.*
- 5 *Quid*

- 5 *Quid de utili hypothecaria.*
- 6 *Motiva Nicolai de Mattarellis.*
- 7 *Sensus Noguerola.*
- 8 *Conclusio libelli in utili personali.*
- 9 *Ponderatur D. Olea contra creditorem agentem utili personali, & concedens d. utilem contra debitorem arumnosum.*
- 10 *Iuribus contrarijs quis intellectus iuxta Oleam.*
- 11 *Discursus Auctoris.*

## Q V A E S T. LX.

- 1 **C**reditori chirographario non licet contra debitorem debitoris sui agere, quia nullum cum eo negotium gestum est, & sententia præcedere debet, & deinde capiatur nomen in executionem iudicati, in subsidium tamen mobilium, & si deinde fateatur debitum l. 2. 3. & 4. C. *quand. fisc. vel privato l. à Diuo Pio, S. sic quoque, ff. de re iudic. ibi. Possent enim nomen iure pignoris capi Imperator noster rescripsit;* Idque si fateatur debitum, sed si negat, nulla datur actio, qua possit conueniri, sed dandus est curator bonis, qui contra eum actionem moueat, l. 2. C. *quando fisc. vel priuat.*
- 2 Aliter si creditor habeat à debitore suo sibi vel generaliter, vel specialiter nomen obligatum, quia tunc per illam pignoris obligationem debitor videtur illi cedere actiones, quas habebat contra suum nomen, & ideo illi acquiritur utilis actio, quas suo nomine contra illud posset exercere ad instar cessionarij remanente apud debitorem directa inefficaci, & inutili in concursu actionis utilis, & creditor æquiparatur cessionario nominis, l. *postquam C. de hered. vel act. vend. Noguerol. alleg. 35. nu. 4.* inquit per hypothecam nominis transferri ius utile, & esse veluti specialē cessionem nominis, cuius virtute potest recta via agi, & *Surd. conf. 4. nu. 33.* scribit, creditorem censerī constitutum veluti procuratorem in rem propriam, & posse agere, ac si demandatæ essent actiones, *Gratian. discept. 509. n. 11.*
- 3 Hinc per solam nominis hypothecam potest creditor exigere à debitore pecuniam debitam, quia per hypothecam inducitur cessio, & ab hoc pendet, vt sicut

cessionarius potest denunciare debitori cesso, ne soluat, ita creditor possit nomini sibi obligato protestari, ne soluat suo creditori, & si solueret, male esse solutum, l. *nomen, qua res pign. oblig. poss. ibi: Nisi ei, cui debuit, soluit, non dum certior à te de obligatione factus.*

Quod adeò verū est, vt dubitent Scribentes, an sufficiat sola scientia obligationis absque vlla denunciatione. Vnde *Bald. nu. 3.* Consulit debitori, qui nimis rigidum habet creditorem, vt roget creditorem sui creditoris, cui nomina sunt obligata, vt sibi denunciaret, ne soluat, nam facta protestatione non poterit debitor soluere, cuius nomen extitit obligatum creditori, & *Fab. defn. 2. C. quand. fisc. vel priuat.* extendit, etiam si debitoris debitor negaret se debitorem, adhuc creditor, cui nomen fuit obligatum posset ei inhibere, ne solueret, ne si probaret postea, cum esse debitorem inutilem inueniret actionem, vt quæ foret, fuisset per solutionem sublata.

- 4 Hypothecario creditori triplex remedium competit, nempe utilis actio personalis, cum directa detur debitori contra debitorem suum, & utilis creditori contra debitorem debitoris, *Fab. lib. 8. coniectur. c. 16.* dum comparatur emptori nominis, & est utilis personalis, quæ penes debitorem est directa, utilis hypothecaria in bonis debitoris debitoris, & vile *Saluianum.*
- 5 Difficultas est de utili hypothecaria. Nam *Bart. in d. l. nomen* reprehendit *glosam*, tenentem utilem hypothecariam dari hypothecario creditori in bonis debitoris debitoris, & iterum *Bart. in l. 3. C. de hered. action. in antiqua lectura* carpit *glosam*, quatenus hanc actionem vocauerat hypothecariam inquit. *Hæc glosa non videtur vera, quia contra debitores debitoris non datur hypothecaria, sed utilis personalis, quæ ipsi primo creditori competit directa.*

*Nicolaus de Mattarellis adductus in Bald. in d. l. 3. nu. 8.* docuit hanc actionem, qua debitoris debitor potest conueniri proprie loquendo non posse dici utilem hypothecariam propter tria.

Primo, quia hypothecaria auocat pos-

\* N 2 -fes-





sessionem, & exigit dominium, scilicet pecuniam debitam, quæ reperitur p̄nes nomen debitoris.

Secundo, quia in hypothecaria requiritur corporalis possessio, quæ auocatur à Reo, sed hæc datur ad pecuniam in genere, & generis nulla est possessio.

Tertio, quia in hypothecaria opus est, vt præcedat discussio principalis debitoris.

6 Exemplificantur motiua *Nicolai de Mattarellis*, quando creditor anterior virtute anterioris hypothecæ ageret pro auocatione nominis cessi, cum possessio non detur in incorporalibus.

7 *Noguerola d. allegat. 35. num. 9. allegat Albericum in rubr. C. quand. fisc. vel priuat. nu. 5. docentem*, posse creditorem, cui nomen fuit obligatum, reuocare cessionem eiusdem nominis factam creditori posteriori, etiam agendo recta via contra nomen alij cessum, vt sibi soluat, nec requiri libellum, aut litis contestationem inquit ipse nec contra cessionarium, nec contra cedentem, quam resolutionem appellat notabilem.

Maior difficultas exoritur, quoties debitor principalis est in quasi possessione exigendi, qualiter possit auocari illa debitor quasi possessore non citato.

Euertitur motium, quia debitor soluens creditori sui creditoris, ipsi suo immediato creditori soluere videtur *Surd. decis. 187. num. 6. Reg. Latr. decis. 194. n. 43.*

Præterea, si debitor soluens creditori sui creditoris illum spoliaret, non esset tutus contra eundem creditorem, si ab eo conueniretur prout dicitur in *l. si conuenierit, ff. de pignor. act.* quo enim iure possit quis spoliare possessione creditores.

*Faber de error. pragmat. decad. 5. error. 10. inquit. num. 6. Nihil in causa est cur non rectu via conueniri possit debitor debitoris per hypothecariam, non quidem ita vt personali actione urgeat ad solutionem, sed itaut proprio creditori soluere prohibeatur, nomenque suum perinde, ac fundum, aut aliam quamlibet rem pignori obligatâ publice, & solemniter distrabi patiatur.*

Quotiescumque creditor non hypothecaria, sed utili personali experietur experitur contra nomen debitoris sui

debitoris, nec petit ipsum nomen vendi, nec abdicari à bonis sui debitoris, sed potius vt debitor nominis compellatur sibi satisfacere, iuxta textum in *d. l. si nomen actio* omnis dirigitur, ad petendam pecuniam in genere, quæ in nomine possidetur, scilicet non à principali debitor, sed à debitor debitoris.

Audiendus erit principalis debitor, si creditor ageret actione hypothecaria super ipso nomine, tamquam super ipso iure spectate ad suum debitorem, vt procedatur ad illius venditionem, seu adiudicationem, quod posse fieri, probat de *Georg. alleg. 30. num. 58.* vbi scripsit creditorem in actione hypothecaria cum clausula constituti, & precarij posse agere iure assistendi ad finem adiudicandi super illo iure competente suo debitori agendi contra illius debitorem, eoque adiudicato ipsi creditori posse exerceri contra illum actionem, quæ competeat suo debitori.

Quamuis plerique velint hanc esse utilem personalem. Tamen *Faber in d. l. si conuenierit*, in *rationalibus* improbat expresse hunc circulum, tamquam inutilem. Et admissio, quod fieret, si creditor vellet, tunc in hoc iudicio erit audiendus principalis debitor, vti quasi possessor nominis, dum ageretur de eo priuando iure illo, quod p̄nes ipsum residet.

8 Quotiescumque creditor, non utili hypothecaria, sed utili personali experietur contra nomen debitoris sui debitoris, nec petit ipsum nomen vendi, sed potius, vt debitor nominis compellatur sibi satisfacere iuxta text. in *d. l. nomen*, actio dirigitur ad petendam pecuniam in genere, quæ à nemine possidetur, cum non circumscribatur loco, vel si possideatur possidetur à debitor, & non a debitor principali.

9 Examinandum est, quod scripsit *D. Olea tit. 4. qu. 4. nu. 38.* ibi. *A iure, & ratione alienum videtur, vt creditor cui nomen fuit obligatum agere possit personali actione, vel executiue conuenire debitorem debitoris, cum quo non contraxit, tantoque magis si nomen non specialiter, sed in generali solum obligatione, & hypotheca fuit comprehensum, multa enim damna oriri pos-*

*possens ex eo, quod creditori actionem personalem contra debitoris nomen exercere permetteretur, nam debitor conueniens solueret forte debitum, & obligationem, aduersus quam exceptione solutionis falsitatis, vel alia simili se tueri posset debitor principalis.*

Concedit *Olea* ubi supra nu. 5. creditorem etiam in actione personali, posse conuenire debitorem debitoris ærumnosi, vel calamitatem passi pro extremo subsidio, & tamen hoc casu posset resultare idem inconueniens.

10 Principalis debitor si difficilis sit citationis posse creditorem recta via agere contra debitorem debitoris tradit *Gratian. d. discept. 507. in fin.*

Idem *Olea* iura contraria intelligit, quando nomen non tantum obligatum, sed instrumentum debitum continens fuisset etiam traditum creditori, quo casu pignus etiam proprie contrahi dicitur ad *text. in l. si rem, §. si proprie, ff. de pign. act.*

11 Verius enim est, iura de pignoris conuentione tantum loqui, non vero de traditione instrumenti, vel chirographi, ut ex *text. in d. l. si conuenerit, ff. de pign. act.* ibi: *si conuenerit, ut nomen debitoris mei sibi sit, ubi non additur quod pignori sit traditum.*

Quod vero pignus proprie contrahi dicatur, cum res traditur creditori, hypotheca vero cum remanet penes debitorem iuxta *l. si rem, ff. de pign. act.* nihil spectare videtur ad rem, de qua agimus dum loquitur de rebus corporalibus. Super nominibus enim neque pignus proprie, neque hypotheca contrahitur, quod nec inter mobiles, nec inter res immobiles connumerentur nomina.

Ad *Cencium, Gaitum, Hieronym. de Leo Negus. Fabrum*, quos colligit *Oleam* num. 31. non est necesse respondere, & idem *Faber. lib. 8. coniectur. cap. 16.* expressim docet concedi contra debitoris debitorem utilem personalem. Et in *Cod. d. tit. quand. fise. vel priuat. def. 2. & de compensat. def. 3.* expressim scripsit concedi creditori utilem actionem, quam creditor haberet directam ad consequendam pecuniam. Et in *Rational. in d. l. si conuenerit verb. ut & te in exigenda pecunia,*

hanc sententiam plenius docuit. Inquit enim loquens de actione, qua creditoris creditor agere potest contra debitorem debitoris, ibi: *Nec aliam causam admittere potest, quam quia nomen, in quod agitur, sit obligatum, quamuis non ideò sit hypothecaria, sed mere personalis.* Aliud enim est dicere esse illam hypothecariam. quod falsum est, aliud vero habere conuentionem pignoris pro causa, vel saltem pro conditione sine qua, & non pro medio, ut loquuntur, actionis.

Et inferius idem *Fab.* expresse improbat, quod quidam putabant, ut potius oporteret agere contra nomen debitoris hypothecaria, qua pronunciaretur esse illud obligatum, & deinde contra illius personam, siue bona, si debitum esset cum hypotheca, gressus dirigendos. *Quid enim, inquit, huiusmodi circuitu opus est? Satisque esse ait, probare nomen debitoris esse obligatum, & eodem iudicio actionem utilem, aut in illius personam, aut in pignora ab eo data instituere.*

### ARGUMENTVM.

Creditor hypothecarius an possit agere contra debitorem debitoris etiam utili actione personali, vel si velit agere hypothecaria, possit, non excussio principali debitore.

### SVMMARIVM.

- 1 Creditor hypothecarius an possit agere utili actione personali contra debitorem debitoris distinguitur?
- 2 Quid de hypothecaria, & an requiratur excussio?
- 3 Refertur Bartolus, & laudantur Affecta.
- 4 Via executiua an competat.

### QVAEST. LXI.

1 **D**istingendum primo loco nobis est inter creditorem hypothecarium, & personalem. Creditor personalis agere sine cessione contra debitorem debitoris non potest. Hypothecarius non item. Diserte id cautum est (ad personalem quod attinet) *l. penult. C. de*

novationib. his verbis: *Alioqui aduersus eum experiri pro Chirographario debitore tuo frustra conaris.* Quod verò attinet ad hypothecariam nulla illi opus cessione, vt agere possit contra nomen sibi obligatum, etiam vtili actione personali: cogere enim potest debitorem sui debitoris, vt sibi soluat, quod sine actione personali non posset. Atque ad id concessæ à iure sunt creditori hypothecario actiones vtilis, vt nomen sibi obligatum ad solutionem vrgeri possit. *Nomen inquit Imperat. Alex. in l.4. C. quæ res pign. oblig. quoque debitoris pignori, & generaliter, & specialiter posse iam pridem placuit. Quare si debitor is satis non fecerit, cui tu credidisti, ille cuius nomen tibi pignori datum est vtilibus actionibus satisfacere, vsque ad id quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur.* Certum itaque est creditorem, cui obligatum nomen est aduersus nomen agere vtilibus actionibus posse, igitur non alia actione quam personali. Quo enim modo si rectam iuris rationem inspicimus, posse hypothecaria cogere debitorem ad soluendum? Hac lege scriptum est vtilibus actionibus, posse debitorem debitoris compelli satisfacere creditori. Sanè hæc non est formula actionis hypothecariæ, sed personalis. Atque hanc sententiam tuetur *Bartolus ad l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss. nu. 7.* vbi postquam egit, an sit necessaria excussio principalis debitoris, quoties agitur contra nomen actione hypothecaria obligatum, ait non esse necessariam excussionem ex sententia *Iacobi de Aret. & Iac. Butr.* & subdit demum hæc verba: *Et maxime dicit ipse, non est necessaria excussio, si agat actione vtili, quæ penès debitorem erat directa, quia excussio secundum eum habet locum solum in hypothecaria.* Igitur sentit *Bartolus* vtilem actionem competere creditori contra debitorem debitoris. Atque ita sensere veteres ferè omnes interpretes *Speculator de Procur. S. sequitur col. 2. vers. in summa, Cynus, Bald. Salyc. Castrensis, Aret. & alij,* quos recenset *Gratian. cap. 507. nu. 2. & 11.* Post tot tantosque clari nominis Iurisconsultos hanc opinionem sequutus est *Iacobus Cuiacius lib. 8. obseru.*

*cap. 9. Hugo Donellus lib. 15. comment. cap. fin. nec contentus vno loco est hanc sequi sententiam Antonius Faber nam lib. 8. coniect. cap. 6. hæc ait. In eo autem pignoris huius utilitas versabitur, quod habiturus sit creditor creditoris vtilem actionem personalem contra debitoris debitorem.* Iterum in *Rationalibus ad l. si conuenerit, ff. de pignor. act. sed tantum inquit vt exemplo eius, qui nomen emit, cui vtilis actiones ex ipsius persona accommodata rescripto Diui Pij, etiam ei cui nomen pignori datum, æquè vtilis actiones accommodari debent, l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.* Et in *Codice titul. de compens. defn. 3.* in hæc verba: *Nam ex quo cæpisti ei debere, cæpit quoque nomen tuum esse mihi obligatum, vt proinde ex persona illius vtili contra te actione, etiam citra cessionem agere potuerim.* Instar omnium esse mihi posset doctissimus Iurisconsultus, qui pluribus in locis eadem inculcat. Verum sunt, & alij Recentiores, qui idem sentiunt *Iacobus Cancer. lib. 1. variar. cap. 6. de solution. num. 83. Tepatus variar. titul. 501. de pignoribus cap. 18. vers. nomen, Alexan. Trentacinq. lib. 3. variar. titul. de solut. resolut. 29. num. 5. & 8. Cyriacus lib. 3. contr. 430. num. 1. & 8. Milanensis decis. 9. num. 90. Noguero. alleg. 35. num. 4. alijq; quos omitto.*

2 Quæ diximus de actione personali locum etiam habent in actione hypothecaria, nimirum vt creditor etiam si agat actione hypothecaria contra nomen debitoris, non solum nõ debeat excutere, sed nec citare quidem principalem debitorem. Quod si probauero, de causa benè ominari licet, nam qualibet agat actione, nõquam ille principalis debitor excutiendus est, ac proinde rectè iudicium consistit illo inaudito: neq; est cur ille quæstionem vllam de Iudice mouere possit. Ea est huius actionis hypothecariæ conditio, qua contra nomina experimur, vt secum adiunctam non habeant excussionem, vel quia excussio, quæ iure nouissimo inducta est, loquitur in rebus corporalibus à tertio possessore possessis, non autem in nominibus, quæ vt res incorporales minimè possidentur, vel quia excussio non habet locum, quoties res hy-

hypothecatae non possidentur à tertio possessore, ut est in nominibus debitorum, in quibus ipsum nomen residet penes ipsum principalem debitorem. Hæc duo solidissima fundamenta sunt, quæ hanc sententiam probant quorum alterum est *Speculatoris*. Alterum *Bartoli*. *Speculator tituli de Procuratore, §. sequitur nu. 8. hæc habet. Quid si mihi obligasti nomen debitoris tunc, nunquid priusquam conueniam principalem, conueniam illum utili actione, secundum l. conuenerit, ff. de pignor. actionib. postquam autem primo conueniam principalem secundum Auth. postam, C. de action. & oblig. l. final. dicunt quidam quod non per l. C. quando fiscus, vel priuatus, non desunt alij contradicentes quod hoc locum habet in tacita hypotheca, secus in expressa, nec obstat Authentica predicta, quæ loquitur in re corporali, quæ possidetur non in incorporalibus, quæ non possidentur. Hactenus Speculator. Quoniam igitur nomina res incorporales sunt quæ minimè possidentur, non habet locum Authentica, sed hodiè, quæ induxit excussionem. Aliam verò huius sententiæ rationem reddidit, *Bart. ad l. nomen, Cod. quæ res pignor. oblig. poss. in hæc verba. Item quero ecce debitor meus obligauit mihi nomen debitoris, ago contra istud nomen, opponitur mihi quod non fuit facta excussio. Queritur quid iuris? dixerunt quidam quod etiam in nominibus requiratur excussio principalis debitoris, quia lex generaliter loquitur in Authentica hoc ita supra de pignor. & hæc opinio videtur tutior, Iacob. de Aret. & Io. But. hic tenent quod in nominibus non sit necessaria excussio, quia ius nominis dicitur residere penes ipsum principalem debitorem, quo casu debitor principalis habet res hypothecatas non est necessaria excussio, ut videbitis in Auth. hoc ut &c. Certum itaque est excussionem necessariam non esse quoties agitur actione hypothecaria contra nomen debitoris, quæ alioqui requireretur, si super alijs bonis à tertio possessore possessis creditor experiretur, vel quia nomina non possidentur, ut ait *Speculator*, vel quia nominis ius est penes principalem debitorem, ut opinatus est *Bartolus*.**

- 3 *Bartolus* sequuti sunt Doctores ferè omnes quos colligit *Negus. de pignor. 8. par. memb. par. 19.* qui ex veteri quodam interprete refert ita sentire totum Mundum, & præter *Iacob. Belu. Odofred. Abb. Papien. & Nicolaum de Matt.* quos pro sua opinione refert *Bart. in l. si conuenerit, ff. de pignor. action. addit cum eodem conuenire Cynum in l. nomen quæ res pignor. oblig. poss. Alexan. cons. 15. vol. 6. Raphaellem, Fulgosium, & Imol. in l. Iulianus, ff. de verbor. oblig. Aretin. in §. item seruiana institut. de actionibus. Quorum opinionem amplexus est etiam *Theob. decis. 51. num. 8.* vbi adducit *Ludou. decis. Perus. 45. num. 13.* Sed omnium elegantissimè rem omnem explicat *Anton. Faber lib. 6. Codicis titul. 10. def. 2.* Sed in eo inquit ille multum refert, an qui agit in debitorem debitoris fuerit creditor pignoratitius nec ne? Quod si pignoratitius non fuit, non aliter benè captum pignus intelligitur, quam si bona nulla sint mobilia, aut immobilia, aut semouentia. Hæc enim si qua sunt prius capi, & excuti oportet, quia nomina debitorum non sunt ex ijs bonis, quorum obligatio summo, & stricto iure permissa sit. Quod non similiter locum habet, si omnia bona debitoris creditori fuerint obligata. Est enim eo casu in arbitrio creditoris quanam pignora malit persequi. Nec debitor iuari poterit exceptione non facta excussionis, quæ nouo iure competit tertijs possessoribus, quandoquidem vulgatum est iura non possideri. Hæc *Faber*.*
- 4 Quod adèò verum est, ut etiam via executiua possit agi contra nomen debitoris, eodem ferè modo, quo creditor aduersus suum principalem debitorem posset agere, & sic nulla necessaria excussio est, *Angel. in l. à Diuo Pio, §. sic quoque num. 2. Alexan. ibidem Imola num. 29. ff. de re iudicata, Surd. cons. 4. num. 24. lib. 1. Cassaneus super cons. Burg. rub. 7. §. 2. in princ.* Et licet aliter sentire videatur *Rebuff. de litt. oblig. art. 1. glos. 9. nu. 31. tom. 1. fol. 72.* tamen opinio *Rebuff.* illo casu tantum locum habet, quando debitum non constaret. Tunc quia debitum non constat, via executiua contra nomen debitoris agi non posse, æquum est: si verò constabit debitum, vel quia illud debitor

tor fateretur, vel quia adesset instrumentum, quo debitum probaretur, tunc contra debitorem debitoris executiuè agi potest, non secus, ac debitor principalis eius creditor ageret, vt explicat *Suarez in l. post rem iudicatam notab. 7. vers. addas alium casum, ff. de re iudicat. & Colerus de processibus execut. par. 2. cap. 3. in fin. num. 494.*

### ARGVMENTVM.

Hæres grauatus censum annum redimens an censeatur in suum beneficium affrancare, & an adsit incompatibilitas cessionis translatiuæ, cessio translatiua ex quibus colligatur.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Hæres grauatus redimens censum hereditatis, & reportans cessionem an acquirat sortem cum fructibus pro se, & an adsit incompatibilitas actionis, & passionis.*
- 2 *Titularis super proprio beneficio an possit acquirere commoditatem pensionis à pensionario?*
- 3 *Dominus directus an possit acquirere commoditatem emphiteusis?*
- 4 *Extinctio census super feudo cum cessione iurium an importet extinctiuam cessionem, vel translatiuam? Quod sit translatiua cessio, & non extinctiua edisserit Reg. de Marin. lib. 2. ref. 21. nu. 41.*

### Q V A E S T. LXII.

1 **H**AERES grauatus redimens annuū censum hæreditatis, si nomen proprium exprimat, & reportet cessionem de luitione, & affrācatione, tunc cessio in sui beneficium operatur, & non hæreditatis, *ad text. in l. 3. ff. ad l. falcid. & contra ipsam hæreditatem ad text. in l. si creditores, §. sed si post, ff. de separat. vt probat, & decisum in S. C. refert Montan. controu. forens. 60. num. 1. & 2.* Hinc est, quod hæres cum inuentario si non exprimat qualitatem hæreditariam in restitutione sortis creditori censuali hæreditatis, & importet cessionem translatiuam, & nō extinctiuā, potest agere vti tertius

quicquā refragante, quod actio, & passio non dentur in eodem subiecto, & nemo possit esse sui ipsius debitor, & creditor, cum cesset incompatibilitas, dum est hæres cum beneficio inuentarij, ob cuius beneficium non dicitur verè, & propriè hæres, sed potius administrator hæreditatis, *Card. Mant. decis. 326. Reg. Rouit. decis. 48. Reg. Capyc. Latr. consult. 13.* & ob reduplicationem personarum, quæ in vno, eodemque subiecto datur absque dubio diuersis respectibus non implicet, quem esse creditorem, & debitorem sui ipsius, prout bona hæreditatis sibi vendere potest cum verificentur duæ distinctæ, & separatæ personæ, *Ego de plural. homin. legal. cap. 89.* quod latissimè cōprobauerat *Cardin. de Luca de cens. disc. 29.* Et hæres cum inuentario potest habere ius actiuum, & passiuum in eadem hæreditate, & non adest incompatibilitas, *Card. de Luca de societate offic. disc. 6. num. 5. Ego de plural. homin. legal. cap. 90. num. 5.* Cum inuentarij beneficium à quacumque actionum confusione eximat hæredem, qui suo successit debitori *l. fin. §. & si præfatam, & §. in computatione, vers. si verò, C. de iur. delib. Glos. in l. qui debet. verb. confusa, C. de pactis, Antonin. de Amat. variar. res. cap. 86. num. 3. lib. 2. Reg. Marcian. disp. 95. num. 3.* Imò etiam actus, qui potest respicere aliquem, & vti hæredem, & vti nomine proprio, videtur factus nomine proprio, *Casanat. conf. 10. num. 142.*

2 Hinc licet non possit vnus, & idem esse debitor, & creditor, tamen licet titularis super proprio beneficio non possit habere pensionem, cum res sua nemini seruiat, non prohibetur tamen titularis acquirere vti tertius pensionis commoditatem, *Card. de Luca de societate officij disc. 6. num. 4. Ego in meo d. tract. de plural. homin. legal. cap. 90. num. 1.*

3 Sicuti quamuis nemo possit esse dominus directus, ac feudatarius, seu emphiteuta, non prohibetur tamen dominus directus commoditatem feudi, vel emphiteusis acquirere, vtpote quid diuersum, *Surd. decis. 102. num. 14. Conf. Hodiern. in addit. ad eundem Surd. decis. 160. num. 3. Card. de Luca d. num. 4. Ego d. cap. 90. nu.*

## Q V A E S T. LXIII.

90. num. 2. Ac etiam licet nemo possit eodem tempore esse hæres grauatus, & fideicommissarius, tamen non prohibetur fideicommissarius durante vita grauati eius commoditatem acquirere, *Salgad. in labyrint. cred. lib. 2. c. 15. Ego in d. tract. ubi sup. n. 3. & de Mar. lib. 2. c. 21. n. 41. ibi:*

4 Quintò, & ultimò, quod hæc fuerit contrahentium mens, & intentio tantis medijs declarata, ut penitus cessaret omnis dubitatio, curarunt super hac cessione obtinere Regium assensum, prout obtinuerunt, cuius impetratio in simplici census extinctione nullatenus erat necessaria. Constat enim apud nos usu receptum esse, quod quando tractatur de liberando feudum ab onere, hypotheca assensu non indigemus, ut post *Bartol. de Capua, & Ant. de Alex. testatur Afflict. decis. 232. ibique Addentes Capyc. decis. 156. Camerar. & alij nostri communiter, & quotidiana docet praxis. Bene tamen assensu egemus in translatione, siue cessione actionis super feudo, quam habens D. Cardinalis super Statu Celani, & Baronia Piscina, & volens in Principem transferre, ad hoc ut in illius persona radicari potuisset, consultò impetrarunt assensum.*

## A R G V M E N T V M.

Cessio annui census sub fideicommissio comprehensi per hæredem grauatum facta an valeat vsque ad vitam cedentis, vel etiam in proprietate? Expenditur decisio *Rotæ Rom.* penes *Bichium*, & sensus *Autoris* pro electione vendicandi censum à tertio, vel reintegrandi censum ex bonis hæredis alienantis.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio annui census sub fideicommissio comprehensi per hæredem grauatum facta an valeat vsque ad vitam alienantis, vel etiam in proprietate.
- 2 Validitas ex ignorantia fideicommissi exoritur.
- 3 Fideicommissarius an habeat electionem vendicandi censum, vel illum reintegrandi ex bonis grauati alienantis.
- 4 Ex duabus vijs, quæ tutior.
- 5 Mala fides an requiratur in alienante, & recipiente?

1 Cessio per hæredem grauatum facta annui census in fideicommissio comprehensi si non adsit expressa prohibitio alienationis an sit ipso iure nulla, vel potius valeat.

Ex *Menoch. Surd. Fusar. & alijs pluribus* relatis per *Add. ad Buratt. decis. 159. num. 6.* negat cessionem esse nullam *Rota* penes *Bich. decis. 514. num. 16.*

- 2 Nec dicendum subiungit *Rota nu. 17. & 18.* quod cessio comprehendat solum ius cedenti competens donec viuat. Quia in dubio rei proprietates cessæ censetur, quando cedens vinculi desuper existentis certam notitiam non habuit iuxta distinctionem *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 11. quest. 6.* quam magis communiter receptam inquit *Alex. in l. si domus, §. fin. num. 4. ff. de leg. 1. Ias. Negus. & alij relati à Surd. conf. 13. num. 29. Cenc. de cens. quest. 20. num. 6.*
- 3 In stricta disputatione successor in fideicommissio an habeat electionem agendi, vel contra tertium, in quem est facta alienatio pro vëdicatione fideicommissi, vel contra grauatum alienantem pro reintegratione fideicommissi, & quanti interest alienationem non esse factam, siue scienter, siue ignoranter id gestum sit ad *text. in l. quidam, §. fin. ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 45. n. 20. Fusar. quest. 558. num. 121. 679. num. 54. Cyriac. contr. 5. num. 25. plenè Merlin. decis. 831. num. 1. & 844. Cels. decis. 141.*
- 4 At ex duabus vijs tutior, & melior, honestior reputatur illa agendi contra alienantem, seu eius hæredes, ut *Cephal. conf. 171. num. 14.* quem laudat *Rota decis. 402. par. 9. rec.* ex ratione circuitus. Et etiam quia tertius, in quem alienatio facta est de facili potest se tutum prætere ratione ignorantie fideicommissi iuxta terminos *l. fin. §. fin. ff. de leg. 2.*
- 5 Licet enim istius legis dispositio non procedat, vbi vnus ex alienantibus est fideicommissi conscius, neque vbi agitur de fideicommissio particulari. Nihilominus res est controuersa, iuxta *Card. de Luca de fideic. disc. 173. num. 3. & disc. 84.*

\* O

num.

*num. 12. & seq.* vbi quod sit necessum probare scientiam fideicommissi, ac malefidei in alienante, & recipiente. Nisi adfit prohibitio alienationis. Vel de fideicommissis ordinato pro conseruatione agnationis. Et sibi non potest esse consultum in bonis grauati alienantis pro reintegratione fideicommissi. Vel magis interfit habere rem quàm pretium, quia agatur de bonis conspicuæ familiæ nobilitatem conseruantibus.

### ARGVMENTVM.

Vendens feudum cum pacto de retrouendendo cum assensu, cedens deinde pactum cum assensu, & antequam exercitum fuerit, remiserit illud, an cessionario præiudicatum sit?

### S V M M A R I V M.

- 1 *Venditione feudi cum pacto de retrouendendo facta cum assensu, & cesso deinde pacto, sed antequam exercitum fuerit pactum, ius illud sit remissum sine assensu, an possit postea exerceri pactum?*
- 2 *Ius reemendi feudum an possit remitti sine assensu.*
- 3 *Ex pacto de retrouendendo an formetur ius in feudo?*

### Q V A E S T. LXIV.

- 1 **V**enditione feudi facta cum pacto de retrouendendo assentiente Domino, Titius deinde emit à venditore ius illud luendi cum assensu; sed antequàm experjatur, vt supra nominatus Titius de iuribus suis in iudicio, Venditor remisit emptori illud ius luendi sine assensu. Agit deindè Titius iure luendi cesso, replicat possessor se feudum liberum possidere, cum sibi fuerit remissum ius luendi, nec requirebatur assensus, quia cessio erat in augmentum feudi. Queritur quid iuris?

*Vrsill. decis. 286. ad Afflic.* refert iudicatum, esse præferendum Titium, quia cessio hæc secunda erat in præiudicium Tertij, videlicet Titij, qui habebat ius formatum in feudo mediante assensu.

Hæc ratio non placet, nam ex illo pacto de retrouendendo nõ erat formatum ius in feudo, sed tantum actio personalis, qua emptor cogi poterat ad vendendum, cumque per cessionem iura solum vtilia transeant, cum directa sint inseparabilia à persona, cui competunt *glos. in l. venditor, Cod. de hered. vel act. vend.* ità quod non data scientia cessionis, possi solui cedenti *l. 3. C. de nouat.* & extinguatur actio in præiudicium cessionarij. Licet detur Titio actio contra venditorem ad interesse. Vnde si cessio illa extinctiua iuris luendi fieri potuisset emptori, possessorique feudi sine assensu, possessor præferri debuisset Titio, quia erat ille possessor liberatus ab illa actione personali, qua tenebatur antequam Titius experiretur iure luendi sibi cesso, & potuit iure licito fieri præiudicium Titio cessionario ignorante emptore actionem cessam.

- 2 At quia actio illa extinctiua iuris luendi fieri non potuit possessori feudi sine assensu, nam feudatarij tantum vtilitatem respicit, non domini, nec feudi, ideò Sacrum Consilium iure debito prætulit Titium cessionarium cum assensu, non enim possessor feudi fuerat liberatus ab illa actione personali, qua tenebatur, nam remissio iuris luendi carebat assensu, qua ratione attenda etiamsi remissio illa facta fuisset ante cessionem Titio factam, adhuc Titius præferri deberet contra opinionem *Vrsilli*, cum ex defectu assensus non erat extincta actio per remissionem iuris luendi. Vnde cedendo deinde Titio cum assensu trāsmittebatur actio in Titium, qua cogi poterat emptor ad vendendum feudum.

- 3 Quæstio principalis est, si Rex permittit feudatario, vt vendat feudum cum pacto de retrouendendo, an possit venditor remittere hoc pactum sine nouo assensu? *Camer. in repet. l. Imperialem, fol. 17.* negat, quia sit distrahere.

E contrario quia non distrahitur feudum, quod est prohibitum, sed distrahitur, idest remittitur ius illud, quod ius reemendi penes venditorem non constituat feudum, sed eo poterat consequi feudum, quod erat penes emptorem. De his vide *Montan. ad l. Imperialem n. 143.*

AR-



## ARGUMENTVM.

Debitoris nomen cessum vbi euincitur quando agitur de euictione conclusiones quamplures recensentur. Et notatur *Mangilius*.

## S V M M A R I V M.

- 1 Debitoris nomine cesso si hypotheca euincantur an cedens teneatur de euictione? Notatur *Mangil. confundens cessionem nominis, cum cessione redditus*.
- 2 Promisso nomine debitoris cessi certo, vero, & securo, cum clausula de defendendo, & conseruando emptorem indemnem, an veniat exigibilitas?
- 3 Quid si promittantur hypotheca idonea?
- 4 Venditor sciens debitoris cessi inopiam an teneatur de dolo?
- 5 Delegans post delegationem nominis quando teneatur.

## Q V A E S T. LXV.

1 **D**ebitoris nomen Datum insolutum, vel venditū, vel alio modo cessū euictio debetur, si tertius euincat, hoc casu venditor de euictione tenetur, quia praestare debet nomen verum, scilicet quod nomen sit ipsius venditoris, vel sit debitum *l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend. Mangil. de euict. quest. 80. num. 12.*

Aliter si hypothecae euincantur, aut distrahantur pro debitis anterioribus, & debitor non sit soluendo quia non intrat euictio *l. periculum, ff. de pignor. Praes. de Franch. decis. 108. num. 1. Mangil. num. 13.* Nisi essemus in casu annui census cessi; nam deficiente corpore, quia non fuerit liberum ab hypothecis debetur euictio, vt pluries fuit dictum. Licet contrarium indicet *Mangil. nu. 13.* confundendo nomen debitoris cum reddito, ibi: *Et tunc venditor redditus non tenetur.*

2 Venditor si promiserit nomen debitoris, seu redditus fore certum, verum, & securum cum clausula de defendendo, & conseruando emptorem indemnem, &c. quia non tenetur venditor praestare debitorem idoneum, & soluendo *Paul. de Castr. conf. 170. nu. 2. lib. 2.* quia dicta clau-

sula intelligitur secundum naturam contractus, cui adijcitur, nec plus obligat *Mangil. vbi sup. num. 14.*

3 Venditor nominis si promittit hypothecas fore idoneas, tunc tenebitur, si nomen non sit soluendo *Paul. de Castr. vbi sup. Mangil. num. 15.*

4 Si venditor sciens debitorem cessum emptorem deceperit, & dolose versatus sit, & tenebitur *Roder. de ann. redd. quest. 21. lib. 2. num. 22. Mangil. num. 19.* Nisi in cessione dictum sit, quod cedens non solum transferat omnem actionem, quam habet contra debitorem, sed etiam omnem spem, & exercitium actionis, ita vt apud cedentem nullae remaneant reliquiae, nam tunc cedens nullatenus poterit in iudicio experiri *l. in l. cum emptore num. 11. ff. de pact. Mangil. vbi sup. n. 20.* Qui tamen aliter videtur sentire, si emptor habuit iustam causam ignorantiae.

5 Delegatione nominis debitoris proprie facta, si in delegatione sint apposita pacta, quod debitor delegans teneatur facere bonum nomen, & exigibile, vel quod debitor delegans remaneat obligatus, donec facta fuerit solutio actualis, vel quod salua sint iura, & hypothecae contra debitorem delegatum, haec pacta inficiunt naturam delegationis. Quamuis regulariter per delegationem actio prima tollitur *Mangil. vbi sup. n. 22. & seq.*

## ARGUMENTVM.

Iura personalia sunt inaccessibilia? An pignori aut vendi possit vsusfructus?

## S V M M A R I V M.

- 1 Iura personalia regulariter sunt inaccessibilia.
- 2 Vsusfructus pignori, hypothecari potest, & vendi.

## Q V A E S T. LXVI.

1 **I**ura personalia regulariter sunt inaccessibilia *l. ex pluribus, ff. de admin. tut. l. non solum, S. puella, ff. de rit. nupt. Mangil. de euict. quest. 156. num. 7.* vbi quod vsusfructus cedi non potest extraneo ob

ipsius naturam, quæ non patitur illum à persona separari, sed non idè amittatur vsusfructus lex *Mangil.num.15.*

- 2 Tamen vsusfructus pignorari, & in creditorem transferri potest per vsufructuarium *l. si is qui, S. vsusfructus, ff. de pignor. ibi: Qui solum vsusfructum habet ad mandatum creditoris.* Et alias inutile esset pignus, si vendi non posset *l. si conuenerit, ff. de pignor. act.* Tandiu durabit vsusfructus, quamdiu viuit vsufructuarius *l. necessario, S. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. Mangil.num.19.*

### ARGUMENTVM.

Nominis debitoris cessi in dotem non existentis soluendo cuius periculum sit an promittentis, & cedentis, vel viri? Priuilegium dotis an competat tam viro, quam mulieri an adsit diuersitas inter virum, & vxorem, & vir an habeat causam onerosam, & mulier lucratiuam. Adducuntur dissidentes, & resoluitur quando euictio debeatur cum distinctione. An adsit dolus, & mala fides in constitutione dotis cum exemplificatione.

### SVMMARIVM.

- 1 *Nominis debitoris in dotem cessi non existentis soluendo cuius periculum sit an promittentis dotem, vel viri?*
- 2 *Scientia cedentis nomen non soluendo quid operetur.*
- 3 *Cui magis succurratur an viro, vel mulieri?*
- 4 *Dos respectu viri an contineat causam onerosam.*
- 5 *Dos à patre constituta an contineat causam onerosam?*
- 6 *Distinctiones varia adducuntur.*
- 7 *In constitutione dotis si deinde sequatur euictio, quando debeatur.*

### QVAESIT. LXVII.

- 1 **N**ominis cessi in dotem non existentis soluendo an periculum sit viri, vel promittentis dotem? Distinguunt communiter Doctores an adsit in viro scientia inopiæ nominis cessi, & pericu-

lum sit viri, nam donare censetur vxori valorem, seu quantitatem in eo nomine demonstratam. Aut vir ignorauit, & periculum est promittentis dotem iuxta textum expressum in *l. promittendo, S. si à debitore, ff. de iur. dot. l. si cum dotem, S. si mulier, ff. sol. matr. vbi Bar. Barbof. in l. estimatis nu. 11. de Franch. decis. 108. Reg. Galeot. lib. 1. contr. 32. num. 20.* Recipiendo enim videtur voluisse donare ex *Castrens. in Maui num. 4. ff. sol. matr. num. 4. Add. ad Alex. in d. S. si mulier.*

- 2 Contendunt Doctores an dictarum legum dispositio tanquam fundata in ignorantia recipientis procedat in quocumq; ita vt nullus adsit fauor dotis, vt sentit *Bar. Barbof. & Galeot. vbi sup.*
- 3 Nihilominus d. priuilegium ita competit mulieri, ac viro, quinimo fortius viro competit vti fouenti causam onerosam *Galeot. vbi sup. num. 78.* cui magis fauetur, quam vxori *Giurb. ad Consuet. Messanic. col. 4. gl. 5. p. 1. nu. 12. cum seq. Card. de Luca de dote disc. 62. num. 9.*
- 4 Cæterum notabile est, quod dos respectu viri dicitur continere causam onerosam, respectu vero mulieris causam lucratiuam ita ad litteram probat *text. in l. fin. S. si à socero, ff. quæ in feud. credit. cum alijs deductis per Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 1. num. 39. & seq. vbi varia sententiæ pro ista conclusione referuntur, quodque respectu viri dos dicatur titulus onerosus *Giurb. ad consuet. Messan. cap. 3. gl. 5. p. 1. num. 12. & seq.**
- 5 Pater compelli potest ad dotandam filiam saltem Iudicis officio, nihilominus Iurisconsultus docet in *d. l. fin. S. si Socer.* dotem censi quoad filiam causam lucratiuam, ibi: *Quia intelligitur. quasi ex donatione aliquid ad eam peruenisse ad quem textum inquit Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 26. C. de bon. matern.* non aduertere qui frequentius in filia contradicunt, & Imperator in *l. fin. C. de dot. promiss.* dationem dotis, quam pater erga filiam facit, liberalitatem appellat.
- 6 Quoad maritum autem est causa onerosa *Pinell. vbi sup. num. 62. Tiraq. in l. si unquam verb. donatione largitus Fontanell. num. 40.*

Distinguit *Barbof. in l. 1. p. 4. num. 23. sub*

*sub matr.* quod pater si dotet antequam cogatur per Iudicem, sit datio dotis liberalitas, secus si actus exercetur compellendi patrem.

*Velasch. consult. 31. per totum* aliter distinguit. Aut loquimur in patre, & alia persona obligata ad dotandam, & dos non dicatur titulus lucratiuus. Aut in extraneo, & sit mera donatio, quia fit nemine cogente, approbat hanc distinctionem *Annaeus Robert. rer. iudic. lib. 3. cap. 11.*

Intelligunt alij causam onerosam in patre dotante intra legitimam. Secus in excessu. Et in Cathalonia titulum dotis tam respectu viri quam mulieris semper in hæreditate paterna onerosum esse firmat *Fontanell. vbi sup. num. 44.* in materia euictionis in re dotali.

7 Quamuis respectu viri dos dicatur titulus onerosus. In contractu cæterum dotali de sui natura non venit regulariter euictio, nec promissio aliqua defensionis nisi expresse promittatur, *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 20. num. 28. Fontanell. claus. 5. glos. 8. p. 14. num. 3.*

Vbi dotans est in malafide dando rem alienam, vel oneri subiectam, & sit in dolo, semper tenetur de euictione, siue sit pater siue extraneus, siue dos incipiat à promissione, siue à traditione, & supplementio debetur *l. euicta, C. de iur. dot. Boss. de dote cap. 17. Burast. dec. 745. Card. de Luca de dote disc. 157. nu. 3. & 29.* vbi quod indistincte debetur euictio dum sciens alteri cessisse, vel hypothecasse in dotem dedit *l. 2. C. de iur. dot.* Si euincatur à tertio absque culpa dotantis, & tunc distinguitur an detur nomen tamquam specie vt do in dotem talem censum, & intrant termini euictionis. Aliter si loco quantitatis puta promitto mille, quæ consequi debeo à Titio latè *de Luca num. 27.* attenditur enim an taxationis gratia sit adiecta illa qualitas.

Si agatur de euictione præterea per virum pro suo interesse fructuum dotaliū, oritur actio æquitatiua ad interesse, quidquid sit de euictione etiam extraneo dotante *Card. de Luca vbi sup. nu. 4.*

Cum ipsamet mulier seipsam dotat, ex voluntate dicitur dotare, cum matrimo-

onium possit esse sine dote, si incipiat à traditione dotatio, non tenetur de euictione, sed si alia bona habeat, tenetur præstare alia bona in dotem.

## ARGUMENTVM.

Facultas alienandi concessa hæredi grauato an possit cedi? Expenditur *Spada cum text. in l. fin. ff. de verb. oblig.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Facultas alienandi tributa hæredi grauato an possit cedi?*
- 2 *Laudatur text. in l. fin. ff. de verb. oblig.*

## Q V A E S T. LXVIII.

1 **F**acultas alienandi tributa Alexandro grauato an possit cedi? Elegâter *Spada conf. 342. n. 5. & seqq.* in hoc articulo probat, quod ista facultas non potuerit cedi, cum sit facultas factæ cohærens, cum in ea tantummodò de Alexandro fiat mentio, & eius fauorem recipiat, *Natt. conf. 163. num. 7. Bursat. conf. 281. num. 27. lib. 3.* Videtur enim in hoc Testatrix elegisse industriam Alexandri; & de eo omninò confidisse, nec fortasse ità de facili processurus fuisset ad huiusmodi alienationem, & propterea hoc nõ potest transferri in aliū, *Crauett. conf. 203. nu. 2. Menochius de arbitrar. quæst. 68. sub num. 11. vers. accerit quod quandi, &c. Honded. conf. 55. num. 77. lib. 1. vbi in specie loquitur de facultate alienandi, & consequenter ista facultas non potuit in alium transferri, cap. is cui il 2. de offic. delegat. in 6. & cap. final. §. autem extra eod. tit. Honded. d. conf. 55. num. 79. lib. 1.* Potuisset enim per hanc cessionem fieri præiudicium intentioni Testatricis cedendo alicui, qui esset nimis pronus ad vendendum, quam rationem considerant omnes *in l. si stipulatus fuerim 76. vbi in specie Bartolus sub nu. 3. vers. ratio quare est personalis, &c. de V. O.*

- 2 De hac re adest optimus *textus in leg. final. D. de V. O. ibi: magis probandum est à persona non esse recedendū eius, cuius arbitrium insertum est.*

AR-

## ARGVMENTVM.

Cessionarius commoditatis fructuum feudi, emphyteusis prohibita alienari, aut alterius rei inalienabilis an possit exercere actionem contra tertium possessorem constituitur regula cessibilitatis commoditatis percipiendi fructus feudi, emphyteusis inalienabilis, aut rei prohibita alienari? *Rota Romana* pluries determinavit pro affirmatiua opinione, cum *Surd.* & *Hodiern.* At contrarium verius ostenditur, & *Rotam* recessisse ab opinio-  
contraria.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionarius commoditatis percipiendi fructus ex feudo, vel emphyteusi inalienabili, vel alterius rei prohibita alienari an possit exercere actionem contra tertium possessorem?
- 2 Commoditas percipiendi fructus feudi, vel emphyteusis prohibita alienari an possit hypothecari?
- 3 *Rota Romana* decisiones recensentur cum *Surd.* & *Hodierna*.
- 4 Arguitur contrarium.
- 5 Commoditas est durabilis quousque feudatarius, vel emphyteuta viuit.
- 6 Ratio assignatur cum praxi in personarijs.
- 7 Prima opinio quatenus sit sustentabilis.

## Q V A E S T. LXIX.

- 1 Cessionarius commoditatis feudi, rei emphyteuticæ aut alterius rei prohibita alienari an possit agere contra tertium possessorem?
- 2 Prohibita alienatione rei, vt feudi, rei emphyteuticæ, vel alterius rei permittitur alienare, & cedere commoditatem competentem percipiendi fructus, non tamquam ius reale afficiens corpus, sed tamquam ius personale inhærens personæ, seu verius non tamquam ius, sed tamquam nuda facultas iuxta theoricam *Bart. in l. is qui §. usufructus, ff. de pignor. l. codicillis, §. instituto nu. 4. ff. de leg. 2. Negus. de pignor. 2. membr. 5. par. nu. 9. Rosen-*

*thal. de feud. cap. 9. concl. 9. nu. 1. Amicangel. 9. feud. 18. nu. 10.* Et in materia emphyteusis alienari prohibita *Rota* post *Merlin. de pignor. decis. 57.* & coram *Zarata, vt Card. de Luca de dote disc. 146. nu. 26.*

- 3 *Rota Rom.* In allegatis decisionibus huiusmodi comoditatis cessionario tribuit propriæ actionis exercitium, etiam contra possessorem titulo particulari, cū *Surd. dec. 102. nu. 14.* & *Hodiern. in add. ad dec. 160. nu. 30.* Qui firmant quod deuento feudo, vel emphyteusi ad Dominum non iure deuolutionis, sed ex causa voluntaria durant hypothecæ, alias in casu deuolutionis resolutibiles, sed terminis habilibus, quatenus nempe res durante iure emphyteutæ esset hypothecabilis.
- 4 In casu proposito allegatas decisiones non recipiendas esse probat *Card. de Luca de dote discurs. 146. nu. 28.* quia cum ipsa res non sit hypothecabilis consequenter non posset agi contra tertium, non quidem valeat exercere actionem realem ad ipsam rem, quoniam ipsa non afficit rem, neque personalem actionem mouere potest, quia personalis non datur contra tertium *l. 1. §. si heres, ff. de ad Trebell.* Minusque ad fructus perceptos, vel percipiendos, quoniam isti nati, postquam res exiuit de dominio viuis, & transijt in dominium alterius percipiuntur à possessore iure dominij, neque sub hypotheca primi domini cadunt *l. Paulus, §. 1. ff. de pignor.*
- 5 In specie quod hæc commoditas sit durabilis pro tempore, quo feudatarius viuit, ac possidet, & faciat fructus suos, secus cessante dominio, ac possessione fructus sibi non nascantur, *Cenc. de censib. qu. 19. nu. 27. Salgad. in labyr. credit. par. 3. cap. 15. num. 25.*
- 6 Idque summa ratione, nam in effectu cessionarius talis commoditatis non est, nisi simplex procurator cedentis in rem propriam, vt practicatur etiam in cessionarijs commoditatis pensionum Ecclesiasticarum, ita vt fingatur singulis annis, & temporibus in instanti acquirantur cedenti, & per eius organum acquirantur cessionario, tamquam res allodiales à feudo separatæ. Et per consequens semper est necessariū pro fundamento, quod fru-

fructus nascantur in dominio illius, qui huiusmodi commoditatem alienavit, vel obligavit, quod dici non potest, postquam rei dominium est in alterum translatum. Vnde de anno 1654. Rota recessit à prima opinione, tenendo quod huiusmodi commoditas non exercibilis sit contra tertium.

- 7 Et in omnem eventum quando opinio prima esset sustentalis, attamen procedere posset in fructibus naturalibus, secus in industrialibus, in quibus tertius nullatenus posset conveniri, *Amicangel. d. qu. 18. nu. 6. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 53. num. 30.*

## A R G V M E N T V M.

Per cessionem iurium in rebus diuisis competentium, & competitorum an censeatur renunciatum fideicommissio stante illius scientia? Quid si addita sint alia verba. Vel cessio sit restricta ad iura de presenti.

## S V M M A R I V M.

- 1 Per cessionem iurium in diuisione bonorum, an censeatur remissum fideicommissum?
- 2 Quid si verba cessionis relata essent ad iura de presenti.
- 3 Verbis cessionum conceptis non contra diuidentes ipsos, sed contra alios non censeatur renunciatum fideicommissum.

## Q V A E S T. LXX.

- 1 **R**emissum an censeatur fideicommissum reciprocum per cessionem iurium in rebus diuisis competentium, & competitorum supposita scientia fideicommissi, & non extent alia iura de futuro ex causa de presenti citra ius conditionalis fideicommissi? Affirmant *Bar. in l. qui Romæ, S. duo fratres quest. 6. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 15. & 56. lib. 5. Viuius dec. 18. nu. 12. alios plures cumulat Fusar. qu. 594. nu. 124. de fideicom.*
- 2 Limitat *Fusar. nu. 126.* si verba cessionis essent relata ad iura de presenti, vt si addita sint verba vsque ad presentem diem

*Peregr. de fideicommiss. art. 52. nu. 34.*

- 3 Præterea limitat *Fusar. nu. 123.* si verba cessionum concepta essent non contra ipsos diuidentes, sed contra alios, nã tunc fideicommissum nõ censeatur remissum. Et quid accedentibus alijs coniecturis videndus *Fusar.*

## A R G V M E N T V M.

Cessionarius si agat vti principalis, & non vti cessionarius an iudicium sit nullum? Quid si agat vti creditor.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionarius si non agat vti cessionarius, sed vti principalis iudicium est nullum.
- 2 Quid si agat vti creditor?

## Q V A E S T. LXXI.

- 1 **C**essionarius debet agere vti cessionarius, & non tamquam principalis, alias iudicium est nullum, *Petra decis. 311. Postius de manutent. obs. 82. nu. 1. Tusc. litt. C. conclus. 214. Thomat. dec. 100. num. 2.*
- 2 Quod immo sufficiat, si agat tamquam creditor maxime in executiuis, vt statibus clausulis salutariibus, *Vrceol. consult. for. 43. cum Addit. Sabell. in summ. tractat. S. cessio nu. 45.*

## A R G V M E N T V M.

Donatione facta Titio certorum bonorum reseruata sibi facultate disponendi in casu mortis donatarij sine filijs, an possit donator conditione pendente bona donata cedere?

## S V M M A R I V M.

- 1 Donator si in casu mortis donatarij sine filijs adiecerit, quod possit disponere de bonis donatis an possit cedere illud ius, & disponere de bonis conditione pendente?
- 2 Facultas disponendi an debeat in exercitium deduci.
- 3 Ius conditionale ex contractu cedi potest conditione pendente.

4 Con-

- 4 *Conditione purificata causa reducitur ad non causam.*  
 5 *Concepta facultate disponendi per viam conditionis resolutiua donationis nisi disposuerit donator an facultas ad exercitiū sit deducenda?*

## Q V A E S T. LXXII.

- 1 **D**onatione facta alicui certorum bonorum reseruata sibi facultate disponendi in casu mortis donatarij sine filijs, an pendente conditione cedi possit hæc spes, & dispositio fieri ad beneficium alterius?  
 2 *Affirmandum videtur. Quia reseruatō facultatis disponendi si ad effectum, & ad exercitium non sit deducta, nihil posset transmitti glos. in cap. 1. de regul. iur. in 6. Et verbum possit facultatem importat Barbof. dict. 268. nu. 1. Surd. conf. 98. nu. 7.*  
 3 *Verius videtur quod stante quod agitur de spe competente per contractum potest conditione pendente fieri dispositio, vt reiecta opinione Alciat. conf. 3. lib. 8. & Peregr. art. 5 r. nu. 20. probant Canc. par. 3. var. cap. 21. nu. 93. Reg. Latr. dec. 2. nu. 5. Cutell. de donat. contempl. matr. lib. 2. tract. 2. disc. 1. special. 37. n. 1. Ponderanda regulam tex. in l. spem C. de donat.*  
 4 *Rectius seu dixeris quod fideicommissio ordinato per contractum facultas reseruata est, ac si donator in euentum conditionis puta mortis sine filijs, adiecisset ad sui fauorem pactum resolutiū, & tunc dici potest hoc ius transmitti ad suos per donatorem morientem conditione pendente, tamquam ab initio causa reducatur ad non causam.*  
*Vel quia penes donatorem semper remanere dicatur ipsum antiquum dominium habitabile ad suos transmissibile, quod facto casu secum attrahit actuale, perinde ac si nunquam abdicatum fuisset iure retrotractionis.*  
 5 *Concepta facultate disponendi non per viam reseruatiōis in certa summa, sed per viam conditionis resolutiua donationis quatenus in contrarium non disponeret, an facultas deducenda sit ad speciem? Affirmandum videret, quia donatio habet implicitam conditionem,*

nisi disponatur *Rota dec. 149. & 150. post Pacific. da Saluian., Card. de Luca de Regal. disc. 10. 24. & de fideic. dec. 58. per tot.*

## A R G V M E N T V M.

**H**abitationis legatarius an ipsam alteri cedere possit? Et qualiter sumatur habitatio an pro vsufructu domus, vel etiam proprietate. Aut pro facultate, & cedi nequeat? Expenduntur, *Cepoll. & Olea;* Quid si facultas habitandi sit legata, an cedi possit?

## S V M M A R I V M.

- 1 *Legatarius, vel donatarius habitationis domus an possit alteri cedere.*  
 2 *Habitatione simpliciter legata an veniat proprietate? Expenditur Cepoll.*  
 3 *Habitatio si pro facultate habitandi sumatur an cedi possit, & an ita sit sumenda quoties verba sonant in factum.*  
 4 *Seruitus censetur personalis, si verba sonent in factum.*

## Q V A E S T. LXXIII.

- 1 **H**abitationis legatarius an possit eam alteri cedere? Definit hanc questionem *text. in l. cum antiquitas C. de vsufr. ibi: Quid enim distat, si ipse legatarius maneat, vel alijs cedat idem probat Iustinianus in S. sed & si cui, Instit. de vsu & habit. Olea de cess. tit. 3. qu. 1. num. 26. vbi etiam tradit conductorem habitationis ius eius alij cedere posse, l. nemo prohibetur, C. de locat. l. si sibi la 2. ff. locati.*  
 2 *Notabile est, quod nonnumquam relinquatur habitatio, quam quis habet in tali loco, & tunc venit proprietate secundum Bald. & Doctores in l. cum antiquitas, C. de vsufr. Cepoll. de seruit. tit. de seruit. urban. prædior. cap. 6. nu. 6. vbi aduertit, vt cautus sit Testator, & Notarius quomodo loquitur. Aliter si dixisset Testator lego habitationem talis domus, quo casu idem Cepoll. firmat venire commoditatem, quæ est ius separatum ab vsufructu, l. cum antiquitas, C. de vsufr. At cauendū est à Cepoll. & loquente contra d. textum ex verbis transcriptis in principio. Nisi testa-*

stator solitus sit vocare habitationem  
o domo .

3 Habitatio sumpta pro facultate ha-  
bandi non potest cedi, si verba sonant  
factum, & non in ius arg. text. in S. si  
is alicui, ff. de legat. 1. ibi: Si quis alicui  
lauerit licere lapidem cadere, quasi-  
ta est, an etiam hoc legatum ad heredem  
trifcat? Et Marcellus negat ad heredem  
transmitti Olea nu. 24. & iuxta hunc sen-  
sun accipiendum esse, text. in l. si habi-  
tati, ff. de usu, & habitat. inquit Olea nu.  
2: cum Vlpian. ibi æquiparat vsum, &  
æquiparat habitationem, & neutrum  
potest in alium transferri, Afflic. dec. 401.  
Castil. de usufr. cap. 28. à nu. 26. & cap. 73.  
nu. 2. & iuxta hanc distinctionem iudica-  
tum refert Hieron. de Leo dec. 59. per tot.  
lib. 1. Olea nu. 7. vbi quod ex l. 13. tit. 5. l.  
5. recopil. prohibentur cessiones habita-  
tionum, quam cessionem non agnouisse,  
Noal. de transmiss. cas. 66. num. 3. notat  
Olea vbi sup. Ego tamen hanc speciem  
sumi posse, quoties verba sonarent in  
factum; alias habitatio sumpta pro vfu-  
fructu secundum d. l. cum antiquitas, vt  
Conf. Rosa consult. 29.

4 Conuenit quod in materia seruitutū  
quando verba sonant in factum, tunc ser-  
uitus est personalis, & non transit in  
emptorem, & successorem, puta concedo  
sibi ire agere per fundum meum, vel  
aream, hæc verba sonant in factum, & hæc  
cessio non est realis, etiam si fuerit  
facta occasione prædij, sed est cessio  
personalis probat text. in l. 2. S. item si in  
facto, ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod est  
stipulatio facti, non donationis. Si verba  
sonant in simplex non factum ex parte  
concedentis, vt promitto tibi non facere  
fenestram in domo mea, non est seruitus  
realis, sed est quædam obligatio perso-  
nalis. Nisi exprimat causa, puta ne of-  
ficiatur luminibus domus. Quando ta-  
men verba sonant in ius, & dicitur serui-  
tus realis, puta si concedatur ius eundi  
per fundum, Cepoll. cap. 2. nu. 6 & 7.

#### ARGUMENTVM.

Cedendo rem, an quis liberetur, si teneba-  
tur principaliter respectu rei vtilissima  
quæstio, & anceps.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Cedendo rem an quis liberetur ab onere  
illi imposto?
- 2 Quid si res plus valeret.
- 3 Possessor bonæ fidei rei oneratae censui an  
possit dimittere rem sine solutione censuum?
- 4 Possessor an possit dimittere rem, & exi-  
mere se à solutione collectarum.
- 5 Donatarius, & legatarius an possit cedere  
rem, & se liberare à solutione onerum?

#### Q V A E S T. LXXIV.

1 **C**edendo rem quis liberatur, si  
principaliter teneatur respectu rei  
Bal. in l. creditor nu. 1. ff. si cert. pet.

Hinc Paul. de Cast. in l. filius familias,  
S. apud Marcellum, ff. de legat. 1. nu. 2: tra-  
dit, quod si legatur mihi fundus, & roga-  
tus sum dare Titio decem, si dico quod  
fundus non tantum valet, & volo trade-  
re fundum Parti, debeo audiri ad effe-  
ctum, vt si non tanti valeat fundus, tra-  
dendo fundum, liberer, non obstante ac-  
ceptione, cum non sit æquum, vt pos-  
sim in plus grauari, quam commodum  
sentiam.

2 Difficultas est, quando fundus plus  
valeat? Et Castrenf. non dicit, quod pos-  
sit illum dimittere, immo sentit contra-  
rium, dum vult solum, quod grauatus  
audiatur super quantitate oneris, & ita  
intelligendus sit Tiraquell. de retractat.  
in primo retract. num. 20. & seq.

3 Possessor rei censualis bonæ fidei pos-  
sessor, qui reali actione tantum tenetur,  
quia emit sine onere potest rem dimitte-  
re absque solutione censuum præterito-  
rum, etiam de tempore, quo ipse fructus  
percepit decursorum, dum extitit illius  
oneris ignarus, vt aduertunt Cancer. var.  
par. 3. cap. 1. de act. & oblig. nu. 178. Fonta-  
nell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 18. n. 130.  
& respectu bonæ fidei censui dicitur oc-  
casionalis ratione possessionis rei obno-  
xiæ annuo censui dixi melior. resol. 100.  
Reg. de Marin. nu. 15. in medio.

4 Facit quod Dominus fundi potest illi  
cedere, si non vult soluere collectas, Bar.  
in l. 15. cum quo, ff. de aqua pluui. arcend.



latè Gratian. decis. 87. in add. vbi quod procedit, quando tenetur ad onus ratione rei *l. quicumque, C. de fund. patrimon. lib. 11. Roman. conf. 161. in fin.* Si onus venit ex dispositione legali.

Ideo vsusfructuarius liberatur rennunciando rei, quia onus est mere reale, & annexum rei *Surd. de alim. tit. 9. quest. 23. num. 22.*

- 5 Notandum quod Gratian. decis. 89. in add. num. 1. firmat in donatario, cui fuit impositum per donantem onus præstandi alimenta aut quid simile, non posse illum restituendo bona se eximere ab illa obligatione, cum simus in contractu perfecto, in quo non admittitur pænitentia, & recipiendo donationem censeatur agnouisse onus illi iniunctum.

Ampliat Gratian. num. 2. in legatis, & contractibus innominatis, videlicet si detur prædium vt aliquod fiat, cum etiam in istis non liceat pænitere, quando res non est integra, & res tradita, ac cæptum adimpleri *l. in adibus, S. 1. ff. de donat.*

#### ARGUMENTVM.

Lex quas actiones transferat in curatorem hæreditatis iacentis. Et an possit liquidare instrumentum via ritus *M. C. V.* Adducitur formula decreti dationis curatoris cum hac expressa facultate, & an rectè?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Curator hæreditatis iacentis an possit liquidare instrumentum via ritus.
- 2 Lex cedit actiones utiles Curatori hæreditatis iacentis.

#### Q V A E S T. LXXV.

- 1 Curator datus hæreditati iacenti num liquidare possit instrumentum via ritus? Agit *Thor. par. 3. compend. sect. 2. verb. potestas liquidandi*, & refert de hoc contigisse dubitari in *M. C. V.* quia apparebat datus Curator per eandem *M. C. cū potestate faciendi omnia, & quacumq; quemadmodum defunctus facere posset, &*

*presertim instrumenta liquidandi, & rationes incusandi, & nititur probare se curatorem liquidare, & dixi in me. 189. de Marin. num. 9.*

- 2 Contrariam opinionem suadet, quod Curator hæreditatis agit vtilibus actionibus, & conueniri potest in *l. 2. de curator. bon. dando*, ibi: *Eiusque acties, & in eos utiles competunt Consil. & eg. patrimon. Aduocatus D. Altimar. de rlit. rubr. 11. quest. 32. nu. 127.* Et consequenter cum non habeat actiones directas non poterit instrumentum liquidatum *Montan. contr. 43. num. 7. & seq.* vbi infert ad cessionarium, legatarium fideicommissarium, & alios.

#### ARGUMENTVM.

Promissio de retrouendendo facta venditori per dictionem aliquam personalitatem denotantem, vt dicto vel supradicto venditori an reddat ius redimendi cessibile. Vel promissio facta sit ad placitum venditoris? Quid si facta sit venditori, & eius hæredibus, & successoribus? An verum sit esse cessibile, quod factum est per contrahentes transmissibile?

#### S V M M A R I V M.

- 1 Promissio retrouendendi si facta sit nominatim venditori per dictionem dicto, vel superscripto an possit cedi ius redimendi?
- 2 Quid si promissa fuerit retrouenditio ad beneplacitum.
- 3 Cedi potest pactum de retrouendendo, si promissio facta sit venditori, & eius hæredibus.
- 4 Cessibile est quod factum est ad hæredes transmissibile.

#### Q V A E S T. LXXVI.

- 1 Mens fundum à Titio cum promissione retrouendendi illum nominatim eidem Titio infra certum tempus an iste vendens possit illud ius redimendi alteri cedere?

Negandum videtur quia dictio dicto est personalissima, ita vt ad personam cessionarij non possit extendi *Crauet. conf.*

- conf.98.nu.8. Rota decis.669.nu.1.p.1.rec.*
- 2 Dispositio enim continere videtur restrictionem ad personam solius contrahentis, vt de reservatione facultatis retrahendi ad beneplacitum alienantis *Rota d. decis.669.p.1.rec.*
  - 3 Contrarium decidit *Rota decis.189.p.5. rec. coram Mortmane in Anconitana iuris redimendi 11. Martij 1633.* Quia promissio facta fuit non solum venditori, sed etiam eius hæredibus, & successoribus, & ideò tanquam ius, quod à contrahentibus effectum fuit transmissibile, cedi poterit, vt per *Bar. in l. si mulier, S. ex esse, ff. de iur. dot.*
  - 4 Quidquid enim ex ipsa promissione venditori cõpetebat, sicut transmissibile erat ad eius hæredes, l. 2. & ibi *glos. C. de pact. int. empt. & vendit.* Ità, & alteri cedi potest per *text. in l. ex pluribus, ff. de pericul. & administ. tutor. Paul. de Castr. in conf. 1. num. 2. lib. 2. Dec. conf. 164. in fin. & conf. 614. num. 14.* & hanc opinionem vti veriore, & magis communem extollunt *Tiraq. de retract. lignag. S. 26. glos. 3. num. 1. Fachin. contr. lib. 2. cap. 11. ità Rota d. decis. 189. per tot.*

ARGUMENTVM.

Cessio, vel renunciatio an implicet, vt insimul sit extinctiua, & translatiua, & possit expresse apponi clausula, vt censeatur extinctiua, & translatiua dum inuicem pugnant lux, & tenebræ? Rem illustrat Griuellus.

SVMMARIVM.

- 1 Cessio, & renunciatio vnica, & eadem an possit insimul esse extinctiua, seu abdicatiua, vel translatiua?
- 2 Vnica, & eadem res sub vnica verborum structura concepta an possit diuerso iure censi?
- 3 Resoluitur questio pro affirmatiua opinione, & qualiter.
- 4 Vnica, & eadem res ex diuersis causis, & rationibus potest diuerso iure censi.

QVAEST. LXXVII.

- 1 Vnica, & eadem cessio an possit esse insimul extinctiua abdicatiua, &

etiam translatiua? Dubitari nec sine fundamento potest, cum incompatibilia sint lux, & tenebræ, mors, & vita.

- 2 Præterea vnica, & eadem res sub vnica verborum structura, & conceptione non potest diuerso iure censi ex regula *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. & pupill. substit.* Vnde videtur dicendum, quod non possit apponi clausula, quod cessio seu renunciatio sit extinctiua, abdicatiua, & insimul translatiua.
- 3 Verius dic contrarium, & in specie cessionis, seu renunciationis hæreditatis deferendæ conceptæ sub diuersis clausulis aptis comprehendere plures futuros casus, nam tunc potest operari plures futuros casus, & potest operari effectum, vel abdicatiuum, vt cedens abdicet se de medio, & renunciatione, & repudiatione se excludat, vel operatur effectum translatiuum, prout magis utilis, ac expediens est cessio, ac renunciatio renunciatio, seu eius hæredibus ex testamento, atque ità si euenerit casus delationis hæreditatis post eam, quæ renunciauit reperiatur sequens immediate à lege vocatus, ille cuius contemplatione cessio, vel renunciatio facta est, cessio operatur effectum abdicatiuum, vt remoto obstaculo renunciantis, possit ille, cuius contemplatione cessio, renunciatio facta est iure proprio succedere, vt declarat *Montan. contr. 10. num. 4.*
- 4 Vnica enim, & eadem res ex diuersis causis, & rationibus potest diuerso iure censi, quia, & duo contraria ex re eadem possunt procedere diuersis respectibus *Tiraquell. de retract. S. 1. glos. 18. nu. 23. in terminis Griuell. decis. Dolan. 34. num. 62.*

ARGUMENTVM.

Cessio, & renunciatio quæ fit per filiam, vel filium patri, & eius hæredibus an sit translatiua, vel abdicatiua, & extinctiua, & attento primo capite portio renunciantis non accrescat alijs fratribus, sed veniat, & comprehendatur sub fideicommissio, & dispositione facta per patrem ad beneficium etiam extraneorum?

## S V M M A R I V M .

- 1 *Cessio, siue renunciatio, quæ fit per filiam, vel filium patri, & suis heredibus, & successoribus an sit abdicatiua, vel extinctiua, vel translatiua.*
- 2 *Abdicatiua ostenditur per Reg. de Marin. & alios.*
- 3 *An sit discrimen an aliquo, vel nihilo recepto fiat renunciatio, & cessio?*
- 4 *Pactum de non petendo quid importet?*
- 5 *Resoluitur questio.*

## Q V A E S T. LXXVIII.

- 1 **C**essio, & renunciatio, quæ fit per filiam, vel filium patri, & eius heredibus, & successoribus an sit translatiua, vel abdicatiua?
- 2 Dicendum videtur cessionem, seu renunciationem ceteri extinctiuam, & abdicatiuam, nec sustineri posse vti translatiuam. Quia impossibile sit, & ab hominis sensu alienum, vt filius patri, paternam transferat hæreditatem, iuxta *Reg. de Marin. resol. 93. tom. 2. vbi num. 11.* tradit; quod deciperetur fatis, qui crederet renunciationem bonorum paternorum factam patri eiusque heredibus, & successoribus esse ad hæredes transmissibilem, quandoquidem vt possit quis ad hæredes suos aliquid transmittere, necesse est vt prius acquirat, nam sine acquisitione non potest dari transmissio. Quando autem pater recipit à filio renunciationem portionis ad illum super bonis paternis spectantem, certum est, quod nihil acquirat, eo enim tempore nihil habet filius quæsitum super bonis patris, vt illud idem per renunciationem possit in patrem transmittere, nam cum acquisitionis casus respectu portionis paternæ in vita ipsius patris existere, & euenire non possit, quia viuentis non datur hæreditas, renunciando filius portionem paternam, nihil in patrem transfert, vt dici possit patrem portionem illam renunciatam acquisiuisse, & successiue eandem ad hæredes suos transmississe. Vnde necessario dicendum renunciationem illam es-

se extinctiuam omnino, non autem translatiuam, recipique à patre non ad aliū finem, nisi vt renunciens succedere non valeat, non autem vt per talem renunciationem ius aliquod in ipsum patrem eiusque hæredes transferatur, ita egregie *Gabriel. conf. 135. num. 2. & à num. 22. lib. 2.* Qui ex *Oltrad. Corn. & Crauett. &* alijs differentiam constituit inter renunciationem, quæ fit fratri, & illam, quæ fit patri, vt prima translationem importet sub illa tamen conditione, si bona renunciata ad renunciantem deferantur. Secunda meram, & simplicam repudiationem. Et *Gabriel. post nu. 27.* concludit, siue pater moriatur testatus, siue intestatus renunciationem ei factam nihil operari, sed solum efficere, vt filia nihil petere possit sequitur *Consil. de Georg. alleg. 29. à num. 14. Molfes. ad Consuet. Neap. tit. de renunc. quest. 6. num. 23. Rouit. conf. 176. lib. 2. Latro consult. 76. nu. 47.* Qui omnes loquuntur in casu fortiori, nimirum in filia, quæ dote recepta, renunciauit ad beneficium patris, eiusque hæredum, & successorum, vt talis renunctio translatiuam iuris in patrem respectu portionis paternæ importare non possit *Afflict. decis. 150. num. 13.*

- 3 Indistincte concludit de *Marin. nu. 14.* circa medium, renunciationem factam patri per filium siue nihilo, siue aliquo recepto respectu bonorum paternorum quantumuis amplam esse extinctiuam, & nihil in patrem transferri etiam respectu legitimæ, vt idem de *Marin. lib. 1. ref. 143.* qui ita docuit per S. Consilium fuisse decisum in causa de *Liguoris*, & comprobatur *Montan. contr. 10.*
- 4 Pactum de non petendo siue de non succedendo respectu eius, de cuius cessione agitur est abdicatiuum iuris, quia de hoc agitur, vt renunciataro non succedat *Anna conf. 45. num. 7.*
- 5 In contrarium arguitur, quod renunciatio si fiat patri, eiusque heredibus, & successoribus, tunc renunciatio respiciat vtilitatem patris, quatenus possit libere dispenere *Ludouif. decis. 85. num. 1. cap. 3. Fab. de err. pragmat. decad. 12. error. 8. num. 11. Noguierol. alleg. 37. nu. 14. Fontanell. decis. 570. num. 24. de Marin. ad Reuert.*

*uert. obs. 145. num. 4.* Ideò considerari potest renunciatio translatiua in hæredem ex testamento patris, itaut portio renunciantis non accrescat alijs coniunctis, nec deferatur alijs sequentibus in gradu, sed hæredi instituto à patre, qui videatur hoc ius habere ex liberalitate filix renunciantis ita perbelle declarat *de Franch. in addit. ad consuet. si moriatur lit. F. & G.* cum alijs adductis per *Rouit. dec. 85. nu. 2.* Et conuenit doctrina *Fulgof. in cons. 100.* vbi tradit renunciationem iuris deferendi factam contemplatione certæ personæ hoc operari, quod portio eius, qui renunciauit, non possit dici caduta, vnde nõ accrescit coniunctis, nec sequentibus in gradu defertur.

Renunciatio operatur effectum extinctiuum, dum agitur de successione non agnita, nec deducta *de Georg. alleg. 29. Molfes. in tit. de renunc. quest. 6. num. 27. Rouit. decif. 85. num. 2. & 3. & Censal. ad Peregr. de fideic. art. 38.* plenissime tuetur cõmunem, & receptam sententiam, nempe renunciationem factam patri pro se, & hæredibus de successione, & hæreditate ipsius patris viuentis à filio, seu filia, quæ professã est religionem capacem in communi intelligendam esse fauore patris, vt de eius bonis libere disponat, & ita portionem filij, vel filix renunciantis non accrescere alijs, sed remanere hæredi instituto.

Distinguendum videtur an filia nihilo accepto renunciat, vel accepta dote, vt nihilo accepto loquitur *de Marin. & è contra dote accepta optime Dexart. decif. 2. per tot. & num. 8.* vbi subdit hæc verba *Renunciationem factam patri, vel matri stipulanti pro se, & hæredibus cedere solum ad commodum patris, vel matris acceptantis, non autem augere portiones aliarum filiarum, quæ omnia apte pro nostra conclusione faciunt, & aduersus eam nullus est, qui insurgat, aut dubitet, cum alias dubitari nequeat suppositis terminis habilibus in ea expressis.* *Controuersia siquidem inter Doctores ex inaduertentia prouenit, nimirum quia nullatenus curant, aut attendunt distinctionem illam inter cessionem extinctiuam, & translatiuam de qua latè per Molfes. ad Consuet. tom. 1. de renunc.*

*quest. 6. & 14. & Staib. cons. 82. Montan. contr. 10. per tot.* In hac ergo illa expresse supponitur, quia de facto contingit factam fuisse ad fauorem patris, ac propterea portionem deficientem hæreditatis commodo ad beneficium fideicommissi cefsisse decisum fuit in d. causa, & secundum prædicta fuit iudicatum per *M. C. & per Sacrum Consilium in causa illorum de Muscettola.*

Renunciatio quando habeatur pro repudiatione, vel pro cessione, & donatione, & translatione iurium? Regulas statuit *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. quest. 59. per tot.* Inter cæteras, quod si renunciatio fiat ante hæreditatis acquisitionem, sed constat ex verbis, vel coniecturis filiam renunciaffe contemplatione recipientis, & ei tantum voluisse prodesse, & tunc verius, & receptius sit, illi soli partem renunciantis voluisse, applicari, nam alias renunciatio non sortiretur effectum, quem renuncians voluit, dum alias omnibus prodesset, ita fusè *Bellon. num. 15. & seqq.*

Dicitur de tali voluntate constare ex verbis si fiat per modum donationis aut cessionis, & per modum pacti, nam hoc non nisi paciscenti prodest *Bellon. nu. 17.*

Ex coniecturis etiam constare dicitur, si renuncians se obligauerit de euictione. Vel soror dotata renunciauerit ei, à quo fuit dotata latè idem *Bellon. num. 19. & 20.* & respondet contradicentibus.

Filia si renunciauit pro se, & hæredibus bona materna, tunc quia respectu patris inutilis esset renunciatio, si tamquam repudiatio valeret, cum pater non vocetur cum filijs ad vxoris hæreditatem, consequenter debet cedere commodo patris, & valebit iure cessionis, & donationis commodo patris, & eius hæredum qualiscumque sit *Bellon. ubi sup. nu. 21. & seqq.*

#### ARGUMENTVM.

Inuitus quis agere cogitur contra aliquem, vt quidquid fuerit consequutus restituat, Quid si vellet actiones cedere an liberetur. Vel quid si absens, vel impotens sit, vtrum recta via agi possit?

SV M-

## S V M M A R I V M.

- 1 Inuitus quis agere cogitur contra aliquem, vt quidquid consequutus fuerit restituat.
- 2 Exemplum ex l. Titio fundus, ff. de cond. & demonstr.
- 3 An possit agi directè contra illum, contra quem poterat agi sine cessione?
- 4 Expenditur decis. 41. de Franch. in materia feudali.
- 5 Quid si absens esset, vel decessisset, qui poterat agere? Addubitat D. Olea.

## Q V A E S T. LXXIX.

1 **I** Nuitus an quis agere cogatur contra aliquem, vt quidquid vtilitatis fuerit consequutus, restituat? Nouum hunc agendi modum obseruauit *Dionys. Gothofred. in l. Iulianus 11. §. penult. D. de action. empti, littera D. vt actionem, quis habeat, contra alium, vt eum ad agendum cogere possit, in eum finem, vt quidquid fuerit consequutus restituat, vt ex Tuberone, scripsit Vlpianus in d. §. penult. ibi: Emptorem ex empto agentem, cogere posse venditorem, vt ex locato cum colono experiatur, vt quidquid fuerit consequutus, emptori reddat, l. cum in plures, §. messes, D. locati, ibi: Condicere tibi frumentum dominum posse, Labeo ait, & vt id faciat Colonum, ex Condueto, cum domino acturum, l. si sic legatum 75. §. fin. D. de leg. 1. ibi: Per quam compellat heredem experiari, l. 2. §. penult. D. ad l. Rhodiam de tactu, cum alijs ad hæc à Gothofred. congestis in d. §. penult. Cuiac. ad l. si sic, §. ult. D. de leg. 1. Ias. in ead. l. si sic legatum, §. si quis ita nu. 9. de legat. 1. Maranta de ordine Iudiciorum 4. par. dist. 21. num. 13. & consonant tradita per Præf. de Franch. decis. 41. per tot. Arism. Tapat. var. tit. 120. cap. 1. vers. octauo ille, ex Giurba, Fontanella, Manent. Surd. & alijs 10: Baptista Thorus 3. tom. compend. decis. verbo creditor agere an possit, Fontanella decis. 137. num. 21. Amat. conf. 42. num. 34. Costa de remed. subsidiar. post fin. tractatus vers. ago, vt agas, cum versic. sequenti, & peritè Ant. Faber*

lib. 8. coniecturar. cap. 17. quos refert, & sequitur Olea de cess. iur. tit. 5. quest. 14. à num. 1.

2 Quibus accedit dispositio textus in l. Titio fundus 73. D. de condit. & demonstr. vbi Testator, Titio legauit fundum sub conditione, si in Asiam non veniret, & si veniret, hunc fundum legauit Sempronio: Titius hæredi cauit, se in Asiam non peruenturum, vel si peruenerit, se redditurum fundum, (quæ Mutiana cautio dicitur) qua præstita, relicta sub conditione negatiua, quæ in non faciendo consistit, statim peti possunt, l. Mutianæ 7. D. de condit. & demonstrat. cum concord. per Oleam de cess. iur. d. tit. 5. quest. 14. num. 6. Hæres cautionem à Titio accepit, & fundum ei dedit: Si postcà Titius in Asiam peruenerit, Sempronio, hæres, quod ex stipulatu cautionis interpositæ, consequi potest, vtili actione præstare cogitur: Igitur sicuti omne id, quod hæres ex Mutiana cautione consequitur, vtili actione legatario præstare cogitur, idque actione reiuindicationis, vt expressè docet *Glos. in d. l. Titio in verb. vtili actione, litt. G.*

3 Examinandum indè venit an scilicet, vbi quis liberatur cedendo Titio actionem contra alium, possit Titius contra illum, contra quem actio erat cedenda, absque vlla cessione agere: Idq; Titio, & sic dictis filijs fideicommissarijs, licere, & recta via posse illum contra quem cedenda erat actio, conuenire, & pro illo eius hæredem, contra quem necessario cedenda erat actio, probari, ex l. Dominus testamento 53. in fine, D. de condit. indebiti, ibi: Sed tam benignius, quàm vtilius est, recta via, ipsum, qui nummos dedit, suum recipere, ex illa propè modum ratione, quia circuitus inuites cuitandi sunt, secundum *Azonem in d. l. 53. & conferunt, l. 1. in princ. C. comm. de legat. l. videamus, D. si cui plusquam per leg. Falcid. l. in omnibus, C. de act. & oblig. cum alijs concord. cit. per Glos. in d. l. 53. verb. petere litt. K. & ex Clem. auditor de rescriptis, Velascus in loc. comm. litt. C. axiom. 72. Consil. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 8. num. 5. post alios Calvinus de æquitat. cap. 25. num. 7. Ex quo motiuo, hanc*

hanc sententiam in puncto sequuntur, *Bart. in l. cum fundus, §. seruum tuum, D. de condict. indebiti. Iacob. Cancer. l. 1. varian. cap. 2. num. 64. Giurba in consuet. Messana cap. 13. glos. 1. num. 10. Ant. Faber. in Iurisp. prud. Papin. tit. 12. princip. 6. illat. 33. in princip. quod ex eodem Bartolo per l. si me, & Titium, D. si certum petatur, quando sumus, ut hic, in casu, quo ille, contra quæ agere possum, liberaretur cedendo mihi eius actiones, cum tunc habeat locum decisio illius legis, & ex æquitate daretur mihi actio, absque alia cessione, ut in d. §. seruum tuum, post Paul. de Cast. & Ant. Fab. in Rationali ad l. si me, & Titium, fundat cit. Olea nu. 15. vbi nu. 16. id confirmans, ex periti Cuiac. sententia tract. 7. ad African. in l. si is apud quem, D. depositi, vbi vtilem, sine cessione concedit actionem deponendi contra eum, apud quem primus depositarius rem deposuit, si deponens cesserit actionibus, contra secundum depositarium experiatur.*

- 4 Et rursus comprobantur prædicta, per ea, quæ tradunt nostri Doctores, in articulo illo, qualiter per remedium subsidiarium, à tertio, quis agere compellatur, de quo habes tradita, apud *Præs. de Fræch. dec. 41. à n. 1. ad seqq. ad limitatione, l. 1. C. ut nemo inuitus per text. in cit. l. cum plures, §. messem, D. locati, cum concordantibus. ibid. ad quam Ricc. addendo, fundat, & decisum refert ex cit. Præs. Primogenitum, posse etiam cogi à secundogenito agere contra tertios possessores, actione ad feudum competente pro dotibus maternis, in quibus succedebat antiquitus primogenitus solus, veluti constitutis super corpore feudi iure hypothecæ quidquid in contrar. dixerit *Montau. in cap. Imper. §. præ. ducat, nu. 77. de prohib. feud. alien. quam doctrinam declaro ego in obseru. ad cit. decis. 41. de Franch. num. 1. cum idem iudicabatur de euictione ad feudum, quod de ipso feudo, antè tamen gratias in parlamento generali obtentas in anno 1593. & 1615. ex quibus etiã extraneus hæres succedit in actione ad feudum, Reg. de Marin. 1. resol. 136. nu. 89. Etenim in prædictis terminis, cum sit etiam certum, quod sicut primogenitus in feudo nouo succedens, tenetur dare**

secundogenito partem pretij, quo fuit quæsitum feudum, secundogenito, ita in actione ad feudum quæsitum per matrem, tenetur ad partem pretij actionis hypothecariæ, ex *l. fern. in d. §. præterea, ducatus in 2. addit. & traditis num. 3. Ann. conf. 26. Reg. de Marin. 1. resol. 126. nu. 58. Reg. Rouit. in pragmat. 24. nu. 29. de feud. Fuit indè dubitatum, apud cit. Præs. ibid. nu. 15. numquid primogenitus cogi possit ad instantiam secundogeniti, ut agat contra tertium possessorem, ratione hypothecæ, in beneficium mulieris super feudalibus contractibus, vbi affirmatiue, ex d. §. messem & alijs concordantibus responderetur: Imò indubitanter etiam affirmant, & fundant DD. in iisdem terminis, eandem actionem à secundogenito exerceri posse, sine cessione, ex d. l. Dominus, Cancer. d. loc. ex prædicta ratione, ut circuitus inutilis euitetur, ut in puncto fundat, *Præs. Aneth. Amat. conf. 42. n. 33. ibi: Ex præmissis etiam colligitur alia via esse consultum Aetrici, nam cum posset cogere filium ad agendum, pro recuperatione dotium super bonis feudalibus, l. cum in plures 62. §. messem in fin. ff. locati, debet, & ipsa audiri, eandem exercendo actionem, absque cessione, ut circuitus euitetur, l. Dominus testamenta 53. ff. de condict. indeb. l. cum fundus 31. §. seruum tuum imprudens, cum glos. in verb. condicere in fin. D. si cert. pet. Quod eo magis admittendum erit in Curia Præs. Prætorij, vbi sola facti veritate inspecta iudicatur, ut latè probat *Bertr. conf. 48. num. 8. vers. Et mihi videtur vol. 1. & post alios Tiraquell. in 2. retract. ad fin. tit. num. 61. Vbi ita per Curiam Parlamenti amplissimi Senatus Parisiensis pronunciatum testatur, & iterum idem tradit, præcit. loco num. 15. in fin. & 26. idemque firmat, post alios *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 15. nu. 253. addito Castrens. in l. si negotium num. 3. in fin. C. de neg. gest.****

- 5 Et extrà terminos feudales, eandem sententiam firmarunt citati *Cancer. & Olea in supra relatis locis, & licet idem Olea num. 17. videatur dubitare aliquo modo de dicta sententia, exceptis casibus à iure expressis, vel si aliqua iusta causa id suaderet, id tamen nobis non obstat, nam ipse quoque Olea ibidem iustam*

stam causam huius utilis actionis admit-  
tendæ, ac absque cessione exercendæ, esse  
dicit, si is, qui mihi cedere tenebatur  
actionem, absens esset, vel decessisset, nã  
posse in his, & similibus casibus vti actio-  
ne, & sine cessione experiri testatur, ex  
*l. i. C. de obligat. & action. Bald. Cancer. cū  
alijs ibid. relatis.*

## A R G V M E N T V M.

Cessio facta per pupillum tutori habet vim  
donationis, & non valet. Quid si fiat vxori,  
vel consanguineis tutoris. Vel cum  
iuramento? Et recipiendo tutor cessiones  
contra bona pupilli redditur suspectus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio facta per pupillum Tutori donatio-  
nis vim habet, & non valet.
- 2 Suspectus dicitur tutor recipiens cessiones  
contra bona pupilli, etiam per interpositas  
personas uxoris, vel consanguineorum.
- 3 Quid si fiat cum iuramento per pupillum  
cessio?

## Q V A E S T. LXXX.

- 1 Cessio facta per pupillum tutori non  
valet, cum vicem donationis ha-  
beat *Montan. de tutel. cap. 3. nu. 79. Gul-  
ganet. de tutel. & curat. lib. 2. cit. 20. nu. 12.  
Castill. dec. 149. nu. 3.*
- 2 Suspectus dicitur tutor, eo ipso quod  
recipiat cessionem in eius personã, vel  
ab ipso suppositam contra bona pupilli  
*l. pupillus, §. sed etsi per interpositam, ff. de  
auth. tut. Montan. & Castill. vbi sup. perso-  
nas suppositas exemplificat vxorem tu-  
toris, vel eius consanguineos.*
- 3 Cessio per pupillum tutori facta cum  
iuramento an valeat? *Castill. vbi sup. ne-  
gatiuam probat opinionem.*

## A R G V M E N T V M.

In cessione nominis debitoris cum indica-  
tione instrumenti, quantum suffragetur  
relatio ad instrumentum, vt cedens, vel  
insolutum dans non possit redargui de

dolo, nec culpa, & acceptare censetur,  
eo modo & forma, qua est obligatis de-  
bitor cessus. Cedens nomen pro tali  
quale ad quid teneatur, vel si quid iuris  
habet.

## S V M M A R I V M.

- 1 In cessione nominis debitoris cum indica-  
tione instrumenti quid operetur relatio ad  
instrumentum?
- 2 Ex mentione instrumenti obligationis debito-  
ris cessi resultat scientia creditoris recipi-  
tis nomen insolutum.
- 3 Cessio iurium talium qualium, vel nomi-  
nis pro tali quale ad quid teneatur?
- 4 Nomen verum, & bonum copulatiue pro-  
mittens ad quid teneatur.

## Q V A E S T. LXXXI.

- 1 CREDITORE accipiēte pro suo vero cre-  
dito nomen debitoris insolūtū cū  
relatione ad instrumentum obligationis  
debitoris cessi, & cum cessione iurium  
talium qualium, an extinctum sit debitū  
etiam si nomen non sit verum?

Pro extinctione adducitur, quod fa-  
cta relatione ad instrumentum enuncia-  
tum, per relationem habentur pro ex-  
pressis in cessione, quæ in instrumento  
continentur, *l. ait prator, §. i. vbi Bart. ff.  
de rei vendic. l. institutus, ff. de cond. instit.*

- 2 Inde certa scientia creditoris, qui insolu-  
tum nomen recipit, resultat. *Theopom-  
pus, ff. de dote preleg. Ruin. cons. 29. lib. 2.  
nu. 5. Seraph. dec. 1496.*

Infertur, quod acceptando creditor in-  
solutum debitoris nomen eo modo, &  
forma, quo erat obligatus debitor cessus,  
non valet cessionarius de dolo, & culpa  
redarguere cedentem, *l. pupilli, §. soror, ff.  
de solut.*

- 3 Tertio, si cessum, & datum fuerit in-  
solutum nomen, cum cessione iurium  
talium qualium, hæc importat, vt sic ce-  
dens non teneatur ostendere se credito-  
rem, nec iura bona, & vera facere, *l. quod  
si in venditione, ff. de hered. et act. vend.  
Alex. cons. 27. nu. 4. lib. 2. et cons. 27. num. 4.  
lib. 2.* Vendens enim si quid iuris habet,  
non tenetur præstare debitorem esse, sed  
spes



spes empta videtur *Mangil. de euiet. quest. 79. num. 5.*

Quidquid sit quoties cessit debitor nomen pro tale quale erat, quia præstandum est verum tempore cessionis licet non soluendo *l. si plus, ff. de euiet. ibi: qui nomen quale fuit vendidit dumtaxat, ut sit Mangil. de euiet. quest. 79. n. 7.*

- 4 Nomen verum, & bonum facere promittens copulatiue tenetur facere verum, & exigibile *Menoch. conf. 778. Mangil. num. 161.*

### ARGUMENTVM.

Cessio nominis debitoris censualis pro soluto facta creditori vtrum censeatur pro soluendo facta, quoties reemptio fit cum cedente principali creditore, quia non fuerit denunciata cessio debiti, & agi possit primæuis iuribus in præiudicium aliorum creditorum? Expenditur *Card. de Luca.*

### S V M M A R I V M.

- 1 *Cessis annuis censibus insolutum creditori si non interuenerint requisita l. 3. C. de nouat. debitor potest soluere fructus, & sortem cedenti.*
- 2 *Affrancatione sequuta resoluitur cessio ac si facta non esset.*
- 3 *Cessio an censeatur facta pro soluendo.*
- 4 *Expeditur Card. de Luca. Sensus Authoris.*

### Q V A E S T. LXXXII.

- 1 **C**Essis annuis censibus redimibilibus in solutū creditori, ut fiant de perfecto dominio cessionarij interuenire debet vnum de requisitis in *l. 3. C. de nouat.* & denunciatur debitori cessio. Adeo debitor cessus liberè soluere possit cedenti *Rota decis. 292. num. 7. & decis. 513. num. 10. post Cenc. de censib. & decis. 324. p. 11. rec. num. 10. & 11.* Requiritur enim Iudicis inhibitiō, vel denūciatio distincta cum exhibitione instrumenti cessionis.
- 2 Vnde si de facto exercetur pactum de retrouendendo, exinde resultat, quod causa reducitur ad non causam cum omnimoda retrotractione ad suum initium

cum resolutione omnium intermediarū iurium, & hypothecarum *Præs. de Fræch. decis. 64. Reg. Latr. decis. 64.*

- 3 Consequenter cessio quamuis pro soluto habetur pro non facta, cum dicatur transferri dominium resolubile habens implicitam conditionem resolutiuam, qua sequuta habetur, ac si actus non esset gestus, ideoque nullum potuit operari effectum extinctionis primæuorum iurium, quia huiusmodi conditione durante suspensa remanserunt, ea vero purificata uti per remotionem obstaculi per excitationem à somno tamquam per reuiuiscenciam à morte reuiuiscunt *Card. de Luca de credit. disc. 27. num. 20.*

- 4 Cæterum magna videtur insurgere difficultas quando ex negligentia creditoris, cui datum fuit nomen censuale insolutum retrouenditio facta sit per debitorem censualem, quia si cessione facta pro soluendo, creditor cessionarius tenetur adhibere diligentiam, & teneatur de negligentia, ut *Fontanell. decis. 124. Altograd. conf. 37. num. 28. lib. 1. Merlin. decis. 639.* Eo magis quando cessio facta est pro soluto, & præiudicium inferre nequit creditoribus intermedijs.

### ARGUMENTVM.

Cessio qualiter dignoscatur abdicatiua, priuatiua, & extinctiua, vel translatiua, ut non suffragetur nisi illi, cui fit, recensentur clausulæ, & coniecturæ.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Clausula ponens importat cessionem translatiuam.*
- 2 *Constituti clausula translatiuam indicat cessionem.*
- 3 *Cessio facta ei, qui non tenebatur dotare non importat repudiationem, & extinctionem obligationis.*
- 4 *Extinctiuam cessionem quæ arguant.*
- 5 *Translatiua inducitur Cessio, si agatur de iuribus acquisitis.*
- 6 *Quid si agatur de portione nondum acquisita.*
- 7 *Renunciatio facta presenti, & acceptanti an sit translatiua?*

\* Q QVAEST.

## Q V A E S T. LXXXIII.

- 1 **C**essio qualiter dignoscatur an sit translatina, vel abdicatiua, extinctiua, & priuatiua? Dic quod clausula ponens translationem importet, vt dixit *Rota decis. 368. num. 2. post Cencium de censib. Bich. decis. 631. num. 26.*
- 2 Præterea clausula *constituti* translationem importat, quia si iura per cessionem extinguerentur, nihil superesset, quod cedentes cessionarij nomine interim possiderent *Rota in Maceraten. Saluiani 26. Iunij 1647. coram D. Peutingerio Bich. ubi sup. num. 18.*
- 3 Cessio facta per dotatam ad fauorem eius, qui non tenebatur dotare non potest importare cessionem extinctiuam, quæ præcedentem obligationem supponit, sed solum translatiuam, ita ratiocinatur *Ruin. conf. 23. num. 9. lib. 3. Socin. conf. 24. nu. 1. lib. 4. Surd. conf. 744. nu. 1. & confert decis. Rota 83. nu. 1. post Merlin. de pignor.*
- 4 Aliter dicendum est, si soror renunciet soli fratri ad dotandum obligato, in quibus terminis renunciaciones non esse translatiuas notat *Molpbes. tom. 1. tit. de renunc. quest. 6. num. 23. & quest. 14. n. 19.*
- 5 Translatiua reputatur cessio attentæ qualitate rei cessæ, puta quia agitur de iuribus iam delatis, in quibus cadit translatio, & donatio *Bellon. de iur. accresc. cap. 5. quest. 48. num. 1. ubi quod renunciatio si fiat post quæsitam à renunciante portionem, & omnes fatentur, portionem illam donatam censerî, & illi tantum applicari, cui facta est renunciatio.*
- 6 Si autem filia renunciasset vni ex fratribus præsentî, & acceptanti hæreditatem paternam, aut maternam, quam nondum ipsa acquisiuerat, & neque ex verbis, nec ex coniecturis constet, eam voluisse donare fratri præsentî, aut eius contemplatione, & affectione particulari talem fecisse renunciacionem, & tunc verius est portionem renunciantis nedum fratri, sed omnibus alijs accrescere *Gossa de portion. rat. quest. 49. num. 4.*
- 7 Etsi dixeris, quod ex eo, quia fuit facta præsentî, & acceptanti non debere censerî iure repudiationis, sed potius iu-

re donationis, cum repudiatio non requirat eorum, quibus accrescit portio præsentiam, quam alioquin requirit donatio, quippeque absenti, & ignorantî fieri non potest *l. absenti, ff. de donat.* Respondet *Bellon. num. 9.* imo non posse censerî iure donationis, quia donatio requirit præcedentem hæreditatis aditionem, cum nemo det, quod non habet. Et præsentia fratris ex abundantia facta non debuit per consequens naturam renunciacionis alterare.

## A R G V M E N T V M.

Officium regulariter est personale, & concessio etiam hæredi dicitur noua concessio. Quid si concessio facta sit puellæ, vt nuberet, qua nupta officium in personam viri est collatum. An defuncto viro vacet officium, vel possit concedi secundo viro? Expenduntur *Reg. Latro, & Card. de Luca* edisserens ex terminis pensionarij confidentialis, & qualiter.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Officium regulariter est personale.*
- 2 *Concessio facta Titio, & hæredi in persona Titij est noua concessio.*
- 3 *Concessione officij facta puella pro dote ipsa nupta an defuncto viro per huius mortem vacet officium.*
- 4 *Arguitur pro negatiua ex personalitate officij.*
- 5 *Discursus Card. de Luca in comprobationem decis. 182. Reg. Latro.*

## Q V A E S T. LXXXIV.

- 1 **O**fficia regulariter sunt personalia, & ad hæredes non transeunt *l. consilio, ff. de curat. furios. l. fin. ff. de fideiuss. tutor. Bal. in l. 2. §. sed si quis, C. commun. de legat. Reg. Latr. decis. 182. num. 9.*
- 2 Quinimo si concessio facta sit Titio, & hæredi, tunc officium quoad hæredem censeretur nouum prout de usufructu traditur, & noua concessio *Freccia de subfeud. lib. 2. quest. 50.*
- 3 Contigit dubitari de concessione facta Liuiæ del Nero filię Alphonfi del Ne-

ro ad effectum, vt cum eo nuberet, ea nupta cum Bretonio fuit officium illi collatum, demum defuncto Bretonio. Dubitatum fuit an posset ipsa Liuia aliam cessionem obtinere ad beneficium secundi viri? Ediffertum fuit contra d. Liuiam, quod concessio intelligitur facta pro primo actu nubendi *l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signific.* Et d. Liuia vti incapax officium habere non poterat, nec in dominium, nec in possessionem, & consequenter per mortem viri vacasse dicitur officium *Fab, C. de Episc. & Cleric. def. 8. num. 1.*

Compilauit decisionem *Reg. Latr. dec. 182. per tot.* proponendo casum prænarratum, scilicet quando concessit Princeps facultatem cuidam benemerito Officiali, vt officium suum pro dote filiae tradere posset futuro sponso, vt in effectu traditum fuit viro, qui breui post matrimonium contractum ante illius consumptionem obiit. Vnde quaesitum fuit an officium vacasset, vt regulariter per mortem vacat? Decisum fuit negatiue ea potissimum ratione, quod officij concessio vere facta fuit ad commodum, & emolumentum mulieris, & pro eius dote seruiret, collocatum autem fuit in persona viri confidentialiter ob incapacitatem mulieris publica officia exercere non valentis.

4 Licet enim quando vsufructus, officium, vel seruitus, aut pensio, vel aliud ius personale vacet, & extinguatur ex persona vsufructuarij, vel pensionarij, si cedatur vsufructus, vel commoditas, procedit quando cedentes sunt iure proprio possessores, & domini illius iuris. Secus respectu eorum, qui sunt simplices confidentialarij, istorum enim gesta, & casus nullatenus prauiudicare possunt ijs, quibus dicti iuris commoditas directe ab ipso Principe, vel habente potestatem concessa fuit, vt quotidie praticatur in pensionibus, quae super beneficijs Hispaniarum reseruari solent ad commodum Itali, vel alterius diuersae nationis sub fiduciario nomine alicuius nationalis nuncupati *Testa di ferro*. Isti enim tamquam nudi confidentialarij nihil gerere possunt, quod prauiudicet, & per

eorum mortem, vel mutationem status pensiones non vacant *Merlin. decis. 56. Dunozett. decis. 761.*

5 Intelligendo tamen de illa confidentiali prouisione, quae cum scientia, & voluntate Principis, vel habentis potestatem fieret, secus de confidentiali inter Partes, quia nempe emerit quis officium de propria pecunia, & ad proprium commodum sub alterius nomine, vel persona cum reseruatiōe dispositionis, hic enim subiacet periculo mortis naturalis, vel ciuilibus, vel cuiuscumque casus contingentis in persona confidentialarij *Card. de Luca de dote disc. 148. n. 15.*

## ARGUMENTVM.

Cessio an per creditorem fieri possit inuito debitore; Et e contra an per debitorem inuito creditore?

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessio nominis debitoris potest fieri inscio, vel inuito debitore.
- 2 An e contra debitor possit substituere alium debitorem.
- 3 Ratio diuersitatis.

## Q V A E S T. LXXXV.

1 **A**D cessionem non requiritur, vt debitore sciente, & consentiente fiat, sed eo inscio, & inuito fieri potest *l. 1. C. de nouat. l. 3. C. de hered. & act. vend.*

2 Contrariatur huic, quod debitor in suum locum creditori inuito, & non consentienti substituere non potest a quo creditor exigere teneatur *l. debitorum, C. de pact. l. 2. C. de hered. vel act. vend. & actiones falsiuae cedi nequeunt.*

3 Ratio diuersitatis est quia creditori prauiudicatur per substitutionem, nam substitutus potest esse rixosus, vel non soluendo *Hunnius in Encyclopedia p. 2. tit. 5. de act. nu. 37.*

## ARGUMENTVM.

Sententia lata contra cessionarium an afficiat cedentem. Nomen cessum, vt in-

xigibile dicatur ob negligentiam cessionarij an sit probandum, quod ante cessionem tale non erat?

## S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata contra cessionarium, quando afficiat cedentem.
- 2 Inexigibilitas nominis cessi qualiter probetur.
- 3 Interpellatio facta per cessionarium cedenti ad indicandum bona quantum noceat cedenti.
- 4 Ob negligentiam in exigendo nomen cessum, ut dicatur effectum inexigibile quid ulterius erit probandum.
- 5 Exigibilitas de tempore cessionis an sufficiat, si non adsit continuatio?
- 6 Promissa euictione seu nominis cessi, & conseruatione indemnitate an veniat exigibilitas?

## Q V A E S T. LXXXVI.

- 1 **S**ententia contra cessionarium lata afficit cedentem, si huic à cessionario intimatae fuerunt molestiae, & ipse non comparuerit, aut à sententia non appellauerit, & ea proinde contra ipsum cedentem eiusque haeredes plene probat *l. ab eo, C. quomod. & quand. Iudex Rota decis. 141. num. 16. post Merlin. de pignor. sibi que imputare debet cedens, quod cessionarium non defendit Fulgos. in si per imprudentiam num. 6. ff. de euict. Röder. de annuis reddit. lib. 2. quest. 21. num. 23. Buvatt. decis. 18. num. 23.*
- 2 Inexigibilitas debitoris cessi cessat ex inhibitionibus super bonis debitoris cessi obtentis, si dictae molestiae fuerunt intimatae cedenti, & iste non curauit illas reuocari, quia imputandum est, si diligentias pro illarum reuocatione non fecit *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 45. num. 18. Bich. decis. 518. num. 9.*
- 3 Interpellatio facta per cessionarium cedenti ad indicandum bona super quibus fieri possit executio probat inexigibilitatem *glos. fin. in l. à Diuo Pio, S. in venditione verb. capiantur, ff. de re iudic. Ciriac. contr. 5. num. 142.*
- 4 Ob negligentiam in exigendo nomen

cessum, ut dicatur effectum inexigibile erit probandum ex aduerso, quod antea tale non erat *Ruin. conf. 93. num. 8. lib. 5. Surd. conf. 228. num. 16. Gratian. discept. 527. sum. 36.*

- 5 Exigibilitas de tempore cessionis non sufficit, sed requiritur continuatio per aliquos annos stante promissione mantenendi creditum exigibile *Gratian. num. 31. Bar. 2. decis. Bonon. 110. num. 22.*
- 6 Promissa euictione seu defensione nominis cessi, & conseruatione indemnitate non venit exigibilitas *Castronf. conf. 170. lib. 2. num. 2. Thesaur. quest. for. 73. lib. 3. Beltram. ad Ludouic. decis. 579. in fin. Mastrill. decis. 240. nu. 9. bac Bich. dec. 518.*

## A R G V M E N T V M.

Soluens sortem vna cum interesse de propria pecunia creditori, & reportans cessionem an agat etiam pro interesse interesse. An ex vi cessionis? Quid si debitor redegisset interesse in sortem, & cessa fuerit fors cum interesse per viam donationis alicui, an iste agere possit pro interesse interesse? Expenditur *R. Rouit. cum Giballin. & Consil. & Regalis patrimonij patrono D. Altim.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Soluens sortem cum interesse, & reportans cessionem an agat pro sorte, & interesse interesse?
- 2 Soluens non potest agere uti cessionarius.
- 3 Quid si ex conuentione redactum sit interesse in sortem an debeatur interesse interesse.
- 4 Distinguunt plerique si interesse redigatur in sortem, ex dispositione legis, vel conuentione partium.
- 5 Expenditur *Giballin. & Consil. de Rosa.*
- 6 Creditor posterior si saluat anteriori sortem cum interesse non potest petere interesse interesse nec ex vi cessionis, nec alia vi.

## Q V A E S T. LXXXVII.

- 1 **S**oluens de pecunia propria creditori hypothecario sortem cum interesse, & obtinuerit cessionem de quantitati-

tatibus solutis an possit agere pro sorte, & interesse, ac interesse interesse?

Affirmandum videtur. Quia solutum per alium gerit vicem sortis, ac parit interesse absque mora *Fab. C. de usur. def. 21. Giballin. de usur. tom. 1. lib. 2. de usur. compensatiu. cap. 5. art. 9. confectar. 4. n. 13. de Franch. decis. 254. num. 14. Menoch. de arbitr. cas. 119. num. 28. lib. 2. textus est expressus in l. 58. §. 1. ff. de administr. tutor. Andreol. contr. 210. num. 9.* Intellige data mora sequuta interpellatione, quia data ignorantia solutionis cessat mora, & quoad interesse interesse non censetur cessionarius, dum cedenti non debeat interesse interesse.

2 Prout si mandatarius, vel fideiussor solvant per debitorem principali sortem cum usuris, debetur interesse cum interesse *Rouit. num. 28. Fab. C. de usur. def. 23.* Non tamen uti cessionario, quia creditor non potuit cedere ius, quod non habebat. Aliter in actione negotiorum gestorum, vel actione mandati perbelle *Consil. & Regalis patrimonij patronus D. Altim. ad Rouitum d. dec. 9. n. 19.*

3 Difficultas est, quoties debitor interesse redigisset in sortem, & conuentum, esset interesse totius quantitatis, & promissa solutio infra terminum puta sex annorum, & sine interesse per primos sex menses, si creditor per viam donationis cesserit totam quantitatem, vtrum cessionarius possit agere tam pro sorte, quam pro interesse interesse conuento?

4 Negandum videtur quia licet interesse efficiatur fors, & sit tamquam principale, nihilominus locum haberet, si efficeretur fors ex dispositione legis, secus si ex conuentione Partium *Anna cons. 48. num. 24. Rouit. decis. 9. num. 14. Andreol. ubi sup. num. 8.*

5 Contrarium firmat *Giballin. tom. 1. lib. 2. de usur. compensat. cap. 5. art. 9. confectar. 4. num. 14. latissimè Consil. de Rosa consuls. 50. num. 25.* vbi quoad hanc rem cum agitur de euitando damno non inuenisse Doctorem, qui contradiceret. Et interesse liquidatum, & calculatum, & cū sorte in vnā summam redactum per nouationē fungi in omnibus vice sortis, ac parere aliud interesse per *Sacram Rotam*

*Romanam decisum refert Leotard. de usur. quest. 87. num. 19. Giballin. ubi sup. confectar. 5. num. 37.* At Ego cogitarem.

6 Creditor posterior si soluat anteriori creditori sortem cum usuris per ius offerendi, quia fuit negotium suum in confirmatione pignoris non repetit sortem cum usuris usurarum post alios *D. Altim. num. 25.*

## ARGVMENTVM.

Emptor an possit se defendere iuribus, & exceptionibus competentibus venditori etiam non facta cessione iurium. Et quando iura personalia transeant in singularem successionem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Emptor potest se defendere omnibus iuribus venditori competentibus sine cessione iurium.
- 2 Iura personalia rei cohærentia competunt emptori.
- 3 Iura personalia quamuis sint incompatibilia, si rei cohærent transeunt ad singularem successorem.

## Q V A E S T. LXXXVIII.

1 **R**egulare est, quod emptor possit se defendere iuribus, & exceptionibus venditoris *l. emptori, C. de euit. Paris. cons. 104. num. 56. lib. 1.* Etiam non facta cessione iurium *l. qui à debitore, ff. qui pot. in pign. Mantich. decis. 69. num. 3. Rotam coram Coccin. decis. 359. num. 2.*

2 Quoties agitur de repellendo agentē de euitatione, etiam personalia iura cohærentia rei competunt cuiusque singulari successori *Roman. cons. 311. in princ. Rota decis. 300. num. 10. p. 6. rec.*

3 Iura personalia quamuis incessibilia sint, attamen si rei cohærent, dicuntur iura personæ competentia, & sunt apta transire in quemcumque singularem successorem, & passiuè *Imola in l. ex persona, ff. de fideiussor. vbi quod similes exceptiones rei cohærentes competunt etiam fideiussoribus licet sint personales Veggius 56. num. 25.*

## ARGVMENTVM.

Purificato fideicommissio an actiones sint cedendæ fideicommissario, vel transferantur per restitutionem? Magistratiter distinguit *D.Olea*. In contrarium expenditur *Fontanell.* adducens decisionem Senatus, scilicet concurrêtem pro recuperatione domorum fideicommissarium cû hærede hæredis grauati ante restitutionem fideicommissi, & cessionem actionum obtinuisse, & laudatur *Rota Romana*.

## S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio hereditatis per heredem grauatum facta fideicommissario an operetur cessionem actionum hereditariarum?
- 2 Veriorem affirmatiuam tradit *D. Olea* cum restrictione ad actiones quaesitas ex contractu heredis.
- 3 Quid si purificatum sit fideicommissum, & actio instituta sit pro recuperanda re fideicommissi per heredem grauatum defunctum lite pendente, utrum heres heredis concurrens pro detractionibus excludat fideicommissarium ante restitutionem sibi factam?
- 4 Pro fideicommissario contra heredem heredis se patrocinate iudicatum refert *Fontanella*, & reuocatam sententiam latam in prima instantia.
- 5 Qualiter sit accipienda regula firmans scilicet possessionem de manu heredis capiendam.

## Q V A E S T. LXXXIX.

- 1 **A**Rdua est controuersia, an specialis actionum cessio sit necessaria, vt fiat fideicommissario vocato, vel ipsa restitutio fideicommissi pro cessione, & translatione? Affirmat *D.Olea de cess. iur.tit. 4. Miscellon.num.13. & sequent. Fusar.de substit. quest.603. Merlin. de pignor.lib.2. quest.34.num.12.* vbi sine cessione non transire asserit.
- 2 Cœterum *Olea vbi sup.num.11.* concludit restituta hereditate actiones hereditarias transferri in fideicommissarium ci-

tra aliquam hæredis cessionem, nam vtiles actiones tam actiuæ, quam passiuæ transferuntur in fideicommissarium, §. *restituta Instit.de fideic. hered.* vbi aptissime *Pichard. num.48. Ciriac.contr.5.*

Idque in actionibus hereditarijs, quæ à defuncto incæperunt, secus in quaesitis per heredem grauatum, vt in *l. si heres pecuniam, ff. ad S.C.Trebell.*

- 3 Succedit videndum an hæredi hæredis grauati competat actio recuperandi bona hereditatis, an potius fideicommissario?

Pro hærede hæredis. Quia ante restitutionem iura, & actiones non transeunt in fideicommissarium *l. restituta, ff. ad S.C.Trebell. pro mille sufficit Fusar. quest. 603. Amat. res. cap, 13. nu.1.* Vnde in facti contingentia. qua heres hæredis vendicauerat domos testatoris penès tertium existentes, & lite pendente decesserat, quamuis conuentus opposuisset de non iure Actoris, dum purificata erat conditio fideicommissi ordinati per testatorem ad fauorem filiorum primi hæredis, nihilominus in Senatu Cathalonix in prima instantia iudicatum pro hærede hæredis grauati contra possessorem domorum refert *Fontanell. decis.48. num.8.* adiudicando illi ædes, de quibus erat quaestio.

- 4 Supplicauit Reus victus à sententia, & rogauit ipsum *Fontanellam*, vt diceret quid sentiret, & defecisse Aduocatos in deducendo ea, quæ deducere potuissent pro victoria. Respondit *Fontanella*, & ad exclusionem prætensionis Actoris edisserit, quod præsupposito ædes fuerant primi Testatoris, qui grauauerat primum hæredem de restituendo hereditatem alteri, inde sequebatur nullo modo dici posse, quod venisset in institutione hæredis petitio facta per heredem grauatum, dispositio enim quantumuis generalis debet intelligi in his, quæ sunt in potestate disponentis *l. Lucius, §. pen. ff. ad municip. latè Peregr. de fideic. ar.6. num.12.* adducit textum in *l. cum pater, §. Titio, ff. de leg.2.* vbi testator grauando hæredem restituere suam hereditatem, non videtur grauasse in hereditate, quam restituere testator est fidei-

deicommissio tenebatur hæredi suo .

Non obstat , quod hæres succedat in vniuersum ius defuncti . Quia intelligitur de iuribus transitorijs ad hæredes , non de eo , quod extinguitur per eius mortem , istud enim non transit ad hæredes , & intrat regula resolutio iure datoris resolutur ius acceptoris *l. veltigali, ff. de pignor.*

5 Tota difficultas remanet , quoad possessionem de manu hæredis per fideicommissarium habendam , et ad recuperandum eam à manu hæredis hæredis , quando præuenit in agendo .

Quia non procedit respectu eorum , quæ non possidentur per hæredem , vt postea recuperata per eum retineantur , recuperatio ædium ab iniusto detentore debet esse ad utilitatem fideicommissarii , ad quem bona spectat ad euitandum circuitum , maxime quando non competent detractioes , quæ pariter deducendæ ex bonis , quæ retinet hæres hæredis grauati , ita discurrit *Fontanell. qui nu. 30.* refert obtinuisse pro fideicommissario reuocatoriam primæ sententiæ .

Facit *deciso 165. Rota coram Merlino,* vbi si quis furetur fructus rei conductæ , vel rei , cuius quis habet vsum fructum , tunc conductor , vel usufructuarius agat contra dominum vt agat contra furem per *text. in l. cum plures, S. messem, ff. locata.* Vel nihilominus ad euitandum circuitum agat ipse conductor , vel usufructuarius , & videndus *Castrensis. in d. S. messem.*

### ARGUMENTVM.

Actio utilis ex cessione, vel alia ex translatione iuris an sit eadem cum directa in substantia, vel in specie, vel numero . Et qui habet directam, & proponat utilem, an obtinere possit?

### SVMMARIVM.

- 1 Actio directa, an sit eadem in substantia, vel specie, vel numero cum utili?
- 2 Utilis est prætoriana quandoque, & directa est ciuilis, quæ differunt specie .

3 Proponens directam si habeat utilem an possit obtinere.

### QVAEST. XC.

1 Actio utilis quæ per cessionem, vel translationem iuris an sit eadem in substantia, vel specie cum directa? Tangit hanc quæstionem *Bar. in l. obligationis num. 17. ff. de verb. oblig.* Pro diuersitate arguit . Quia in actione directa quis fundat intentionem suam ex persona propria . In utili ex persona alterius *l. qui stipendia, C. de procur.* quantû ad facti narrationem . Ergo sunt diuersæ .

2 Præterea utilis quandoque est Prætoriana, vt Prætorius bonorum possessor *l. 2. S. si defunctus, ff. pro empt.* & in bonorum possessores vtiles tantum transeant dixi latè *in labyrinth. via 4. per tot.* Directa est ciuilis quæ transit in civiles successores *Cuiac. in l. 2. S. si à pupillo, ff. pro emptor.* & planè *Ego vbi sup. via 4.* Sed ciuiles, & prætorianæ differunt specie . Ergo non sunt eadem .

E conuerso videatur esse eadem genere, & specie . Quia de qualibet possimus dicere , quod sit actio, & alia utilis alia directa . Sed videndus *Bar.*

3 Si aliquis proponat directam, & habeat utilem, quam probat, vtrum obtineat . Veritas est Aut pendente iudicio ei , cui competeat directa, capit competere utilis facto Rei, & tunc ex eadem instantia potest Actor obtinere . Sed si ab initio habebat directam tantum, & proponit utilem, vel e conuerso, & tunc nullomodo potest obtinere , quia actionem quam non proposuit ex clausulis in libello appositis an possit obtinere, videndus *Bar. vbi sup.*

Quando quis debet cedere ex æquitate actio in subsidium transeat si non est, qui cedat *l. 1. C. de act. & oblig. Bar. num. 27.*

### ARGUMENTVM.

Hæreditatis venditione facta, vtrum in emptorem transeant actiones tam actiue, quam passiuæ . Et emptor an sit hæ-



hæres vniuersalis, vel particularis; Et restitutio fideicommissi transferat actiones tam actiuas, quam passiuas?

S V M M A R I V M:

- 1 Per venditionem hereditatis actiones utiles transeunt.
- 2 Emptor hereditatis an sit vniuersalis successor?
- 3 Actiones passiuæ an transferantur in emptorem hereditatis?
- 4 Venditoris hereditatis, quæ cautela.
- 5 Diuersitas inter emptorem hereditatis, & fideicommissarium prædij legati.

Q V A E S T. XCI.

- 1 **V**enditione hereditatis facta per hæredem in emptorem transeunt actiones non quidem directæ, sed utiles *l. emptor, C. de hered. vel act. vend.* quæ sunt prætorix, *S. restituta Instit. de fideicommiss. hered.* Etenim actiones directæ, ita sunt comparatæ, vt à personis, quarum nomine sunt introductæ, separari aut actiuæ, aut passiuæ nequeant, ideò recurrendum fuit ad utiles actiones, quæ scilicet utilitatis, & æquitatis ratione suadente ad consimiles casus accommodantur, & ita post *Senatus Consultum Trebellianum dari cœperunt, vt d. S. restituta.*
- 2 Emptor hereditatis respectu venditoris non est vniuersalis successor, sed singularis, scilicet quia non succedit in vniuersum eius ius, sed tantum in ius hæreditatis, quæ fuit vendita *l. fluminum, S. adijcitur, ff. de damn. infect.* Attamen si consideretur respectu defuncti, cuius hereditas venijt, magis est, vt vniuersalis, non singularis censeatur successor, propterea ad eum transeunt actiones utiles, & emptor prætorius dicitur successor, & bonorum possessori comparatur *Bellon. iur. accresc. cap. 7. quæst. 67. num. 42.*
- 3 At passiuas actiones nullomodo censeatur venditor hæres in emptorem transferre, quia non potest facto suo, & sine venditorum consensu se eximere ab obligationibus iam contractis, & eas mutare, & in alium transferre *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* Quamobrem non obstante

venditione poterit adhuc à creditoribus hæreditarijs, & à legatarijs conueniri, & ad solutionem adstringi *d. l. 2.* nec poterit se tueri exceptione, quod hereditatem vendiderit *l. 2. C. de pact.* Nisi volens iudicium suscipiat, & patiatur creditores secum litem contestari, nam tunc si velint ijdem creditores aduersus venditorem agere, exceptione taciti pacti repellentur *d. l. 2. C. de pact.*

- 4 Planè si venditor à creditoribus conuentus aliquid eis præstiterit ex causa hæreditaria, poterit id ab emptore, vel eius fideiussoribus per actionem ex vendito, vel stipulatu repetere *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* idque remedio ex stipulationum. Vnde non potest dici hæres, quia vinculo stipulationum transferuntur actiones *Bellon. ubi sup. num. 93.* Emptor etenim vt omnia commoda hæreditaria habere debet, ita & omnia incommoda remedio tamen stipulationum, vt *Bellon. num. 94.*
- 5 Aliter est in fideicommissario vniuersali, cui restituta est hereditas, ille enim habetur loco hæredis, & in eum trãscunt ipso iure actiones tam actiuæ, quam passiuæ vel insolidum, vel pro rata *S. inordinatum vers. quoniam Auth. de hered. & falcid. collat. 1.* vbi de fideicommissario loquens inquit. *Quoniam, & in similitudinem hæredis consistit.*

Longe alia ratio est fideicommissarij, alia emptoris, nam fideicommissarius, licet nomine non sit hæres *l. si quasi, ff. de hered. vel act. vend.* est tamen hæres effectû, & habetur loco hæredis, scilicet quia in eum transeunt iura omnia tam actiuæ, quam passiuæ non solum ex voluntate Testatoris, sed etiam ex dispositione legis, nempe ex autoritate *S. C. Trebelliani Bellon. num. 26.*

Quinimmo fideicommissarius conueniri debet à creditoribus restituta hereditate; *l. 1. S. sublata, ff. ad Trebell. Bellon. ubi sup. num. 129.*

A R G V M E N T V M.

Vsfructus si cedatur per vsufructuarium per donationem alicui, & postea vacet portio vsufructus per repudiationem col-

collegatarij, vtrum pars vsusfructus vacans accrescat cedenti, vel cessionario.

## S V M M A R I V M .

1. Legato vsusfructu alicuius rei duobus, si vnus cedat partem suam, & deinde collegatarius repudiat partem suam, num accrescat hac pars repudiata cedenti, vel cessionario?
2. Pro cedente dirimitur questio.

## Q V A E S T. XCII.

1 **S**I legatus sit vsusfructus, & vnus partem suam cesserit alicui, & deinde collegatarius deficiat, eius pars an accrescat cedenti, vel cessionario?

Pro cedente scribunt *Bar. in l. re. coniunct. num. 26. & ibi l. as. num. 124. ff. de leg. 3. Bellon. de iur. accresc. cap. 6. in fin.* Quia portio vsusfructus non accrescat portioni, sed personæ *l. si Titio, S. 1. ff. de vsufr.* scilicet ei, quem testator coniunctim vocauit cum alio, consequens est, vt non debeat accrescere cessionario licet habeat portionem, sed cedenti; qui à testatore fuit ad vsusfructum, vocatus ita ratiocinantur *Bar. & alij* mox citati.

2. Præterea cum ceditur vsusfructus, nõ tranfertur ipse vsusfructus, nam alioquin periret; cum tamquam personalis non potest sine sui interitu à persona discedere *l. vel si tertio, ff. famul. ercisc. & vsufructuarius censetur tantum fructus seu commoditatem transferre ideoque pars vsusfructus remanet pænes ipsum cedentem, consequenter accrescere debet cedenti, qui partem vsusfructus habet, ita Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quest. 67. num. 1. & seqq.*

## A R G V M E N T V M .

Hæres cum inuentario si pro debito defuncti se obliget etiam proprio, & principali nomine; quoties fuit diminutum debitum, & pars remissa fuit, & reportauerit cessionem iurium an gaudeat beneficio inuentarij? Difficultas declaratur per *Staub. Fontanell. Rotam Rom. & Card. de Luca.*

## S V M M A R I V M .

1. Hæres beneficiatus obligans se in persona, & bonis proprijs pro toto debito defuncti an inuenitur beneficio inuentarij?
2. Quid si remissa fuerit pars crediti, & facta cessio translatiua ad commodum hæredis?
3. Opinio distinguens an remissio fiat ad commodum hereditatis, vel hæredis.
4. Declarantur *Staub. Fontanell. & alij.*

## Q V A E S T. XCIII.

1 **I**N puncto iuris satis controuersum est an hæres beneficiatus, qui pro debito defuncti vel legato se ad fauorem creditorum, vel legatariorum obligauit, censeatur beneficio inuentarij renunciare voluisse, ita vt eo non obstante vt pro debito proprio, & ex nouo contractu teneri debeat? *Cinus in l. fin. C. ad l. falcid. & alij* collecti per *Giurb. obs. 104. Affirmât Angel. conf. 31. & alij* collecti per eundem *Giurbam, & Præf. de Franch. decis. 323. & 648. & prodijt decisio iuctis quattuor Aulis S. C. vt non amittat beneficium inuentarij.*

2. Quid si remissa, & diminuta fuerit pars crediti ad commodum ipsius hæredis, & facta fuit cessio iurium ad beneficium proprium?

Dicendum videtur quod creditor hæreditarius, vel legatarius ad id sit inductus, vt suum creditum poneret in tuto, & iura, quæ habebat contra bona hæreditaria adderet illa contra personam, & bona hæredis, qui e conuerso ita susciperet pretium periculi, cui se opponebat, & tanquam pretium fideiussionis, seu affecurationis, quam faciebat pro hæreditate obtineret illam debiti diminutionem, vnde concurreret hinc inde quasi compensatio commodi, & incommodi. Et videtur concurrere nouatio dum hæres cessionem iurium reportauit aduersus hæreditatem, non extinctiue, & in eiusdem hæreditatis liberationem, sed translatiue ad proprium commodum, cum actio, & passio non possit esse in eodem subiecto, neque dicitur quis creditor sui ipsius, idcirco quando soluitur

\* R de-

debitum hereditarium, & de bonis ipsius hæreditatis, incongrua est cessio translatiua, sed solum extinctiua habens vim quietatiæ ex deductis pro *Ludouif. dec. 78.*

3 Et si ex hæredis diligentia, vel creditoris beneuolentia aliquid de debito hæreditario minuitur, id ad commodum hæreditatis cedere debet, non ipsius hæredis, vt de cessione ad commodum hæreditatis *Caualer. decis. 374.*

Vnde si hæres obligatus diminutionis utilitatem, & iurium cessionem ad proprium, & particulare, non autem hæreditatis commodum obtineret, inferri videtur proprio, & particulari nomine contrahere voluisse *Rota decis. 58. num. 5. par. II. rec.*

4 Tangunt hunc articulum *Staub. res. 19. Faber. def. 2. C. de transact. Surd. decis. 183. Fontanell. decis. 491.* quos refero in *obs. 323. ad Franch.* Cæterum non est confundenda simplex cessio iurium, cum ea, quæ fit ad fauorem hæredis; Nam ad inducendam nouationem erit necesse, quod cessio fiat in commodum proprium hæredis se obligantis de persona ex bonis proprijs, ita *Card. de Luca de date discurs. 28.*

### A R G V M E N T V M.

Actiones utiles, quæ per cessionem transferuntur an sint nobiliores, & potentiores directis, dum cessionarius concurrens cum cedente directas habente præfertur in consequutione quantitatis cessæ. Et contra habens directas potest plus agere, quam cessionarius, & quandoque extinguitur ius cessionarij per extinctionem iuris cedentis, vt in cessione commoditatis vsusfructus, & iurium personalium. Et edisseritur, quando plus fit in causato, quam in causa.

### S V M M A R I V M.

- 1 Actiones utiles cessæ an sint nobiliores directis remanentibus panes cedentem?
- 2 Causa an possit plus habere, quam causato?
- 3 Causa non semper tribuit totam suam virtutem causato.
- 4 An sit inconueniens plus esse in causato, quam in causa.

- 5 Distinguitur causa fiendi à causa essendi.
- 6 Quandoq; an quis plus det, quam habeat?

### Q V A E S T. XCIV.

1 **A**ctiones utiles, quæ per cessionem transferuntur an sint nobiliores, & potentiores directis, quæ remanent panes cedentem, cum post cessionem si cedens velit exigere nomen cessum, tunc præfertur cessionarius. Vel sit nobilior & potentior actio directa, vti causa utilium, & cessionarius sit imago cedentis, & causa potentior sit causato. Vel potius desit contentio dum cessionarius partis cessæ concurrat cum cedente?

2 Causa an plus possit habere quam causatum acutissima est quæstio. Videtur etenim absurdum, quod plus sit in causato, quam in causante, cum semper causatum debeat regulari secundum naturam causæ causantis, & ab ea regi, & restringi, vt tradunt *Doctores in l. manumissiones, ff. de iust. & iur. Valenzudl. cons. 23. num. 126. Barbof. axiom. 40. num. 26.*

3 Præterea, quod plus possit esse in causa, quam in causato, bene potest esse, quia non semper causans tribuit, & communicat totam suam virtutem causato, vt deducitur, ex *text. in l. digna vox, C. de legib. & ex cap. dudum de præbend. in 6.* Sed quod causatum habeat à causante plus quam sit in eo, id non videtur possibile, cum repugnet regulæ, nemo dat, quod non habet *l. traditio, ff. de acq. rer. domin. l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur. Prægr. de fideic. ar. 45. ex num. 26.*

4 E contrario nullum videtur inconueniens, quod plus sit in causato quam in causante, nec quod quis det, quod non habet, quia scilicet cum causa operatur lex, non causa sola, hæc est declaratio quam affert *Thomas Thomasser. in florib. leg. regul. 191.* vbi exponens regulam, nemo dat quod non habet, debet intelligi de per se, secus autem auctoritate legis, & sequitur *Barbof.*

5 Ad hæc adest causa ex illis, quæ sunt causæ fiendi, quia non faciunt, sed sunt causa, vt alij faciant, nec dicuntur causæ finales, quæ valdè differunt à causis essendi, de quibus *Tiraq. in tract. cessant. caus. limit. 40.*

6 Vltcrius in iure plures adducuntur instantiæ, in quibus plus quis dat, quam habeat, & signanter *in l. non est nouum, ff. de acquir. rer. domin. vbi* Iurisconsultus, non est nouum, vt qui dominium non habeat, alij dominium præbeat, nam & creditor pignus vendendo causam dominij præbet, quam ipse non habet. Et edocemur, Solem tribuere calorem absq; co, quod vllum habeat, & vinum causare ebrietatem, quamuis ebrium non sit ipsū.

Altera solutio instantiæ est, non esse inconueniens plus esse in causante, quam in causato, quia adfit causa, & particularis ratio, per quam id fiat, excessus nempe prædilectionis, vt *Fontanell. decis. 147. per tot.*

## ARGUMENTVM.

Cessio beneficij qualiter differat à resignatione. Res exemplificatur, & declaratur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium vacat per obitum prouisi Apostolici si desuper fuerunt expedita littera Apostolica in forma gratiosa.
- 2 Prouisus Apostolicus ante possessionem habitam dicere cedere beneficium, & non resignare etiam si reseruauerit pensionem annuam.
- 3 Resignatio in quo differat à cessione.
- 4 Cessionarius an possit supplicare pro beneficio cesso tanquam vacante per obitum.

## Q V A E S T. XCV.

- 1 SI mense Apostolico vacet beneficiū per obitum beneficiati, & desuper expeditæ fuerint litteræ Apostolicæ in forma gratiosa in quibus dicit Papa *consecimus, & prouidemus*, etiam si vacet per obitum prouisi.
- 2 Possessione adhuc non habita prouisus Apostolicus cessit, & renunciauit beneficio collato in manibus Sanctissimi, & in fauorem puta Ioannis cum reseruatione pensionis. Hoc casu cessio proprie dicitur, quando renuncians non habet in sui fauorem litteras expeditas, aut si habet, adhuc non apprehendit pos-

sessionem. *Barbos. lib. 3. voto decisu. 104. num. 12.*

- 3 Resignatio autem dicitur, quando renuncians habet possessionem, & tunc apponitur in capite supplicationis *resignatio*, & in corpore dicitur, quod prædictus Orator resignare intendit *prout resignat*, vt videre est ex formula pænes *Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 7.*

Discrimen est inter cessionem, & resignationem, quia in cessione non attenditur vtrum cedens aliunde viuere possit, ratio est manifesta, quia si cedit non habita possessione clarum est, quod aliunde viuit, cum alias vixerit absque fructibus beneficij cessi, cum *Barbos. nu. 10.*

- 4 Difficultas est, an cessionarius possit supplicare pro collatione beneficij tanquam vacantis per obitum, dum in gratia apponitur clausula, *adhuc si vacet per obitum cedentis?*

Negatiue respondetur, quia vacatio per cessionem est primæua, siue primæua est vacatio per resignationem, aliæ clausulæ generales non attenduntur tamquā accessoriæ, & cedens non debet supplantari reseruatione pensionis videndus tamen fusè *Barbos. d. voto 104. per tot.*

## ARGUMENTVM.

Prætendebat cedens excludere cessionariū quamuis posset super bonis sui debitoris agere; vterque tamen ad æqualem concursum proportionabiliter fuit admissus, ex eo quod cum ambo ex eodem Iure, & instrumento venirent in simul debebāt æqualiter, & vnusquisque pro rata sua concurrere, transcribitur *decisio Rota.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Creditores pares ex eodem instrumento venientes æqualiter super bonis debitoris concurrunt.
- 2 Cessionarius non prohibetur agere cum cedente ad bona communis debitoris, sed vnusquisque simul debet pro sua rata concurrere. Et num. 4.  
*Amplia etiam stāte pacto, quod iura cessa contra cedentem retorqueri non possint. Ibid. & num. seqq.*

\* R 2 3 Cef-

- 3 *Cessionis clausulae plures in illius instrumento apponi solite expenduntur, & declarantur. Et num. seqq.*  
*Cedens non afficitur damno, quod partem debiti à cessionario receperit, & quod cum illo ad bona communis debitoris concurrat num. 3.*
- 4 *Cessionarius partis debiti non potest preferri cedenti, sed uterque simul in bonis debitoris concurrat.*
- 5 *Verba, & præservatio Iurium in instrumento cessionis apposta, tam quoad creditum, quam quoad illius anterioritatem potioritatem, & hypothecam, quid importent.*
- 6 *Præservatio iurium facta per verba, come farà di ragione, non plus operatur, quam exigit ius ipsum.*
- 7 *Clausula, salve le cose premesse, in reservatione apposta operatur, quod à præcedentibus expressis nõ censetur recessum.*
- 8 *Præservatio iurium, cui altera pars non consensit, sed expressè dissentit, intelligitur solum de iuribus compatilibus, non autem contrarijs, & repugnantibus.*
- 9 *Cedens ubi prætendit excludere cessionarium quatenus non possit audiri nisi restituat acceptum.*  
*Cessio onerosa assimilatur venditioni, & illius habet naturam, num. 9.*

## Q V A E S T. XCVI.

**E**ques Octavius Petrus soluit de proprijs pecunijs scuta 7. mil. Olimpiæ in causam dotis eidem restituendæ ab hærede Thesei viri prædefuncti reportata ab eadem ex præexistenti pacto cessione iurium dotalium contra bona hæreditaria, quæ iura ut primùm cepit Eques experiri aduersus depositum scut. 1900. proueniens ex venditione prædij hæreditarij dicti viri, se illi opposuit Olympia ex causa crediti lucri dotalis, & controuersia ad Rotam delata præuia decisione R. P. D. mei Vicecomitis sub die 10. Iunij 1672. prodijt sententia decernens quartam partem prædictæ quantitatis, reliquas verò tres Equitis eius cessionario, quam hodie DD. confirmandam esse censuerunt.

Etenim illius iustitia, cum validitas

non reuocetur in dubium, resultat ex eo, quod ambo sint creditores ex eodem fonte, & iustrumento dotali, Olympia scilicet lucri dotalis in eo conuenit, Eques verò reimbursementis dotis de proprio solutæ ex Iuribus dotalibus eiusdem instrumenti sibi cassis; Vnde tamquam parem auctoritatem habentes super bonis communis debitoris debet, Quisque proportionabiliter concurrere pro sua rata, ad text. in l. si debitor 10. l. si fundus 16. S. si duo D. de pignor. l. quod autem 8. S. idemque ait vers. eleganter, D. de donat. inter vir. & vxor. Costa de rat. rat. quest. 115. num. 1. & seq. de Marinis lib. 1. resol. Iur. cap. 260. num. 54. Olea de cess. iur. tit. 6. quest. 8. num. 22. & 23. vbi testatur de communi, & receptissima sententia, Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 11. sub nu. 1. & seq. Salgad. in labyr. creditor. quest. 3. cap. 14. num. 84. Gait. de credit. cap. 4. quest. 11. à num. 1835. & seq. & nu. 1845. Acofta de priuileg. creditor. regul. 3. ampl. 4. nu. 39. de Franch. decis. 260. num. 4. vsque ad fin. ibique Addent. de Ponte decis. 34. num. 23. per tot. Marta decis. 35. num. 10. cum quibus, vt coram R. P. D. meo Vicecomite etiam hodie transiuerunt domini.

Nec concursus impedire valuit pactum in cessione adiectum, ita ut iura cessa contra cedentem retorqueri non possint, quia Eques non vitur cessione, nec agit contra cedentem pro repetitione soluti, nec contra bona, & pignora ab eo possessa, sed aduersus bona communis debitoris, quo casu non dicuntur iura cessa retorqueri contra cedentem, nec cessionario impeditur cõkursus cum cedente ad eadem bona, vt in specie respondet de Luca in addit. ad decis. Franch. obseruat. 260. num. 20. & Rota decis. 329. num. 20. p. 10. recent. cum alijs in decis. R. P. D. mei Vicecomitis, S. non obstant.

Quamuis se quantur illa verba, *Neque directè, neque indirectè*, quia dum non fuit etiam expressa alia clausula, *neque in concursu*; prædicta verba de se sola non impediunt quominus cessionarius concurrat in pari gradu cum cedente, qui non dicitur damno affici, dum à cessionario recepit partem sui crediti, ideòque verba prædicta, *neque directè,*

4 *neque indirectè*, impediunt solum ne cessionarius præferatur cedenti, non etiam quod in simul cum illo non concurrat, vt iuxtà casum *decis. Franch. obseruat de Luca in eand. d. obseruat. 260. num. 2. vers. difficultas est, & alij in decis. causa, §. neq. peculiaris.*

5 Sicut non nocet concursui præseruatiua Iuris sui à cedente facta pro consequendo lucro dotali sub expressa protestatione tam quoad creditum, quam quoad illius anterioritatem, potioritatem, & hypothecam ex *Thomat. dec. 285. n. 7. & sequen.* Quia ultra quod *Thomat.* loquitur in casu, quo cedens veniebat ex eodem credito pro quo facta fuerat cessione, qui non est casus noster, vt patet ex *num. 18. & aduertit decisio causa in §. neque refragat?*

6 Dixerunt DD. reservationem in hoc casu fuisse limitatam per verba *come di ragione*, & sic prout ius exigit *Osasch. decis. 5. sub nu. 9. vers. idem si dictum esset*, Ius autem vt diximus supra, non impedit, cessionario venienti ex eadem origine, & fonte, ex quo est creditor cedens, concursum cum illo ad bona communis debitoris; Tanto certius quia cedens huic præseruatiuæ proposuit clausulam salutarem, ibi: *Salue le cose promesse*, qua mediante se declarauit, per subsequentem præseruatiuam non intellexisse recedere à cessione iurium dotalium præcedenter facta, nec impedire iura ex ea deducenda, vt eius virtutem ponderat *Alexand. conf. 193. num. 6. lib. 6. Gratian. conf. 132. num. 10. lib. 1. Osasch. decis. 164. cum alijs vt in num. 7. decisio causa, §. multiq. minus*, addito amplius *Gemin. conf. 65. num. 17. vers. quoad secundi.*

8 Et denique huic præseruatiuæ non consentit, sed expressè dissentit Eques cessionarius, addita declaratione se velle consequi, hoc non obstante relevatione super bonis viri, cuius debitum de proprio soluebat, *Summ. num. 2. lit. C. vnde vel cessione est consideranda præter hanc reservationem, per quam intelliguntur præseruata iura compatiblea, & cessione non contradicentia, vt dixit Rota dec. j. 481. num. 5. & seq. post Cenc. de*

9 *conf. vel cedens non poterit audiri an-*

tequam restituat acceptum ad similitudinem venditionis, cui cessione huiusmodi onerosa assimilatur, vt dixit *Rota coram Bich. decis. 615. num. 3.*

Et ita vtraque &c. Haftenus ex *decis. 61. Rot. Rom. p. 18. tom. 1.*

## ARGUMENTVM.

Facultas testandi, & disponendi à marito vxori, vel è contra ab vxore marito data an transeat ad hæredes.

## SVMMARIVM.

- 1 *Quæ sunt facti non transeunt ad hæredes.*
- 2 *Facultas eligendi an transeat ad hæredes.*
- 3 *Facultas renunciandi mobilibus bonis vxori concessa an transeat ad hæredes?*
- 4 *Consensus tacite continet hanc clausulam. Si actus valet.*

## QVAEST. XCVII.

**N**on infrequens, aut inelegans est questio, an ad hæredes vxoris ius aliud quod transmittatur, cui maritus de bonis proprijs liberam dedit facultatem testandi, qua minime vsu est exempli gratia. Vxori meæ relinquo licentiam de bonis meis testandi pro arbitrio suo. Illa vero de proprijs solum est testata. Hæredes vxoris, non bonorum viri proprietatem, illis verbis relictam fuisse contendunt, sed tantum saltem facultatem disponendi ad ipsos transmissam. Contra hæredes mariti eadem bona vendicant licentiamque testandi morte vxoris consumptam esse.

- 1 Pro hæredibus mariti arguitur. Quod in hac testatione versatur merum factum, & idcò ad hæredes non transit, *l. stipulatio ista §. hi qui, ff. de verb. oblig. l. qui hæredi, ff. de condit. & demonstr.* Ergo cum ipsa vxore extinguitur, arg. *l. non solum §. tale, ff. de liber. leg.*
- 2 E contrario facultas alienandi alicui concessa, etiam ad hæredes porrigitur, *l. sicut §. si debitori, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.* Et facultas eligendi transit ad hæredes, *l. si stipulatus, ff. de verb. oblig.*

Ius

Ius arbitrij, etiam in singularem successorem transit, vt si quis aliquid mihi promisit facere arbitrio meo teste *Bald. in conf. 193. lib. 1.*

Cæterum superior sententia verior videtur, quia actus agentium non egrediuntur eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si cert. pet.* Ideò cum intentio mariti fuerit, vxori hoc indulgere, non potest facultas hæc ad hæredes vxoris transire. Forte enim maritus perspectam, & cognitam habuit vxoris probitatem, quod de bonis non nisi inter pauperes, vel amicos ipsius mariti disponderet, quæ confidentia cessat in hæredibus, *Bald. in l. generaliter, C. de reb. credit.*

Sæpe enim homo iniquus succedit homini bono, quapropter ista facta, quæ fidem sequuntur non transcunt ad hæredes, *Zafius in l. cum quis, ff. de verb. oblig.* Et officium executionis testamenti hæredibus non competit, *Bar. in l. à filio, ff. de alim. & cib. legat.*

3 In simili *Cassan. in Consuet. Burgund. tit. des droict. & appar. §. 19. verb. fair. la renunciation.* respondet licet dubie facultatem renunciandi mobilibus vxori permissam ad hæredes non transire, quia velit renunciare nec ne est mere voluntarium, ea autem quæ sunt voluntatis ad hæredes non transcunt, quia voluntas morte extinguitur, *l. locatio, ff. locati.*

Eademque ratione neque alteri cedi potest, nam quæ transmissibilia non sunt ad hæredes, cedi quoque non possunt, *l. ex pluribus, ff. de administ. tutor.*

Aliter quando sumus in contractibus, quia quisque pro hæredibus stipulatus censetur, quomodo & in electione per contractum reseruata fieri videmus *d. l. si stipulatus, ff. de verb. oblig. vbi Ias.* Multi etiam sunt casus in quibus electio ad hæredes non transit de quibus apud *Tiraq. de utroq. retract. §. 26. glos. 3. nu. 33. & gl. 1. nu. 73.*

4 Idemque dicendum est, si vxor nulliter disposuisset per testamentum nullum, quia hæredes mariti vindicare possent bona prout, & in pignore receptum est, quod si alienatio facta per debitorem de re pignori data ex consensu creditoris sit nulla, & non valeat consensus creditoris

nihil operatur, remissionemque pignoris non inducit, *l. si debitor, S. quaritur si forte, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & de his fufe Petr. Peckius de testam. coniug. cap. 14. per tot.*

## ARGUMENTVM.

Nonnulla iura cessibilia recensentur cum aliqua differentia, vt ius sententiarum, vel ex statutis, aut pactis, Præterea quæritur an cessionarius debeat præstare iuramentum calumniæ?

## SVMMA RIVM.

- 1 Ius sententiæ an possit cedi.
- 2 Statuti dispositio pro creditore an locum habeat pro cessionario?
- 3 Cessionarius an teneatur præstare iuramentum calumniæ?

## QVAESIT. XCVIII.

1 **I**Vs sententiæ potest cedi *Bal. in l. ex legato in fin. C. de legat. l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc. Gomez. ad l. 72. Taur. n. 65.* Et si cedens habeat ius executionis paratæ, habebit & cessionarius *Bal. & Gomez. vbi sup.*

2 Statuto disponente, quod creditor capi facere possit debitorem sine citatione, tunc cessionarius non poterit facere, sed debet prius illum citari facere, vt discutatur, an sit ius cessum, vel non. *Imola in cap. cum quis de re iudic. Gomez. vbi sup. num. 68.*

Beneuerum idem *Gomez. nu. 66.* tradit, quod si ex forma statuti debitor potest capi ad petitionem creditoris, quod eodem modo potest capi ad instantiam cessionarij *Bal. in l. per diuersas, C. mand. cum alijs per eodem Gomez. relatis.* Pro concordia intellige constituto de cessione per instrumentum publicum. Sed videtur ob stare, quod debitor possit opponere de solutione facta cedenti, & ideò cesset statutum in cessionario.

3 Quæritur de cessionario agente in iudicio an teneatur præstare iuramentum de calumniâ. Distinguendum censeo. Aut cessio sit pro soluendo, & iurare debeat

ce-



cedens. Aut periculum sit cessionarij, & tunc cessionarius tamquam in causa propria iurare debet. Quinimo etiam quando cedens iurat, adhuc cessionarius teneatur iurare in animam propriam. *Socin. in tract. de iuram. calum. num. 43.*

## A R G V M E N T V M.

An cedens, qui cedit iura talia qualia &c. cum protestatione nolle teneri ad aliquos actus cessionario proficuos, & sine quibus cessio inutilis remaneret? Laudatur *Card. de Luca.*

## S V M M A R I V M.

1. *Facti series recensita per Card. de Luca*
2. *Cedens quando teneatur prestare nomen verum tam de facto, quam de iure.*
3. *Cessio iurium talium qualium non excludit factum proprium, & cedens tenetur respondere postionibus?*

## Q V A E S T. XCIX.

**C**Edens, qui cedit iura talia qualia, &c. cum protestatione nolle ad aliquid teneri, an adhuc teneatur ad aliquos actus cessionario proficuos, & sine quibus cessio inutilis remaneret? Eminentèr de hac questione agit *D. Card. de Luca in supplem. de credit. & debit. disc. 155.* vbi ita scribit.

Præsentantes Costaguti consequi debere ab hereditate Pauli, & Io: Baptiste de Ferris notabilem pecuniarum summam scutorum 24m. cum interesse eorum iura ex titulo donationis cesserunt Spinulæ, cum expressa tamen declaratione, quod cessio fieret iurium talium, qualium, adeò ad aliquam iustificacionem, vel exhibitionem scripturarum, & probationum, & aliud quidquam teneri non debeant, sed solum tenerentur de facto proprio, quodque dicta credita, iura ab eis exacta non fuerint, neque alteri cessa: Cum autem cessionarius contra debitoris cessi hereditatem iacentem in Sacro Conf. Neap. stante quod in eo Regno omnes effectus hereditarij, vel pro maiori parte essent Curator ve-

rò hereditatis dedisset quasdam positiones, super quibus instet responderi tam per cessionarium, quam per cedentes; Isti autem stante dicto pacto renuerent respondere, quod impediabat cessionario causæ progressum: Hinc ex eiusdem cessionarij parte consultus fui, an actionem haberet ad eos cogendum, sin minus ad quanti interest &c.

2. Affirmatiuè respondi, non quidem ex motiuo, cum quo alij desuper consulti in eodem sensu erant, quod scilicet cedens quamuis non teneatur prestare nomen cessionum exigibile de facto, teneatur tamen prestare verum, ac exigibile de iure, cum ista regula generaliter vera cesset, quoties dicta contraria protestatio accedat ex deductis *supr. disc. 64.* vbi de hac materia cum pluribus distinctionibus; Sed ex eo quod ageretur de facto proprio expressè promisso, quodque ab ipsomet cedente omninò dependebat, atque commodè, & promptè prestari poterat, & ob cuius non præstationem inutilis remanebat vltior iudicij, & recuperationis prosecutio, ideòque cedens ita in dolo versari dicitur saltim præsumpto, præsumptaque collusionem cum debitore cesso, vt ita eluderet; atque inanem redderet cessionem, cuius penituerit.

3. Ideòque intrare dicebam conclusionem, de qua apud *Merlin. decis. 874. num. 5. Pentinger. decis. 217. nu. 2. decis. 8. n. fin. p. 11. recens.* vt per cessionem iurium talium, qualium &c. non censeatur exclusum factum proprium, potissimè vbi dolus, vel fraus adsit, vel adesse valeat, vt apud *Cels. decis. 78.* Ex ea præsertim circumstantia, quod inter positiones aderant aliquæ respicientes factum, ac animum proprium ipsorum cedentium, nempè quod cessatio esset sub simulato contractu donata, reuera tamen esset per speciem pacti quotè litis, vel pro certo minori preto, vt ita excluderetur dispositio *text. in Lab Anastasio, & l. per diuersas, C. mandat. de qua sup. disc. 160. & 149.* ideòque responcionem nullatenus negari posse pro veritate dixi.

## ARGVMENTVM.

Hæres institutus cum substitutione ipsi facta post mortem si donauerit omne ius sibi competens, & competiturum nihilo sibi reseruato. Si contingat caducatio substitutionis per præmorientiam substituti, vtrum donatario competant bona hæreditaria ex caducatione acquisita, vel solum commoditas bonorum durante vita hæredis?

## SVMMARIVM.

- 1 Ponitur casus.
- 2 Ius futurum, & in spe competens an pacto cedi.
- 3 An sit inuersimile venire ius de futuro in spe in vniuersali cessione iurium?
- 4 Renunciare quis potest iuri quod sperat esse sibi in futurum deferendum.

## QVÆST. C.

- 1 **H**ÆRES institutus in testamento cū substitutione alterius post suam mortem, si viuens donauerit alteri omne ius sibi competens, & competiturum super d. hæreditate sibi obuenta, & deinde substitutus prædecesserit ipsi hæredi instituto, an ius quatenus fideicommissum efficeretur caducum, & competiturum donauerit nihil penitus excepto, & reseruato comprehendatur?
- 2 Pro donatario arguitur, quia ius de futuro, idest ius, quod spe competit, pacto cedi, & tolli potest l. & hæredi, §. filij familias, ff. de pact. glos. cum l. 1. C. cod. vbi Cinus num. 5. Bar. num. 4. in 2. membr. suæ distinctionis cum alijs relatis per Surd. conf. 728. num. 5.

3 Nec possit dici, quod non sit verisimile hæredem in actu donationis cogitasse de huiusmodi iure, illudque cessisse. Quia potius præsumendum est hæredem voluisse id, quod expressit, vt in eo, qui donat bona præsentia, & futura, si ipsi superueniant bona feudalia, Maioratus, & similia, vel alia subiecta fideicommissio, tradunt Doctores, quod fructus percepti ex huiusmodi bonis veniunt in donatione, quia donatio generalis refertur ad commoditates quarum alienatio non est prohibita, §. 1. Instit. de usur. & habit. l. necessario, §. ult. ff. de pact. & commod. rei vend. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 20. nu. 12. Barbof. cum l. usufructu num. 3. ff. sol. matr. Valasb. consult. 66. de substit. quest. 706. num. 9. vbi allegat Rotam decis. 480. num. 1. par. 1. diuers.

4 Quidquid de cessione dictum sit iurium de futuro. Tamen quis renunciare potest iuri, quod sperat esse in futurum deferendum, & idem est ius in spe deferendum, ac si de ipso iure de præsentente spectante. Hodiern. ad Surd. decis. 120. nu. 13. Et licet post renunciationem euenerit casus, tamen hic non se habet tamquam nouum contingens, sed trahit secum suam originem, & causam ante renunciationem, quo tempore aderat spes. Nec obstant tradita per Pres. de Franch. decis. 181. num. 3. scilicet quod renunciations etiam de iuribus de futuro factæ, vires suas non porrigunt ad ea, quæ obueniunt post renunciationem. Quia locum habet si actio nouiter oriens nullam habebat subsistentiam tempore renunciationis, vt de his latè D. Rodger. conf. 24. num. 34. Vbi latè edisserit, si pro validitate requiratur mentio fideicommissi.



S V M M A  
 CONFLICTVS OPINIONVM,  
 I N T E R  
 D. D. ALPHONSVM DE OLEA  
 IN SVO TRACTATV DE CESS. IVR. ET ACTION.  
 E T  
 D. D. CAROLVM ANTONIVM  
 D E L V C A  
 IN SPICILEG. ET LABYRINTH. DE CESS. IVR. ET ACT.



*O*mibus veritas nondum est occupata, & multum de illa futuris etiam relictum est, iuxta Senecam ad Lucillum epist. 5. Cessionis iurium tractatum diffici-

lem esse, obscurum, & rem multis incognitam, in qua iuris peritiores Interpretes vidisse errare dixit Bertazol. de clausul. claus. 29. glos. 4. nu. 4. Et Paul. de Casta. in l. facta, S. si heres, ff. ad S. C. Trebell. in articulo, an confessio cedentis post cessionem cessionario noceat, ita loquitur Bart. tangit hic aliqua satis confuse, & quotidie ad eum remittitur, & non intelliguntur dicta eius, quia obscure loquitur, & imperfecte.

Cauendum existimat Olea tit. 1. quest. 5. num. 20. a Guttier. & Seraphin. Et in tit. 1. quest. 2. de cess. iur. notat Parladoria de inaduertentia, ac lapsum Consil. Carleual. Et d. tit. 1. quest. 3. taxat Reg. Merlin. & passim DD. eximios non iure refellit, & rejicit illorum placita, & vice versa idemmet Antagonistas habet suos. Defendebat præ cæteris Plinius non magis eum præuaricari, qui pertransit dicenda, (in qua criminis specie deprehensum fuisse Demosthenem, author est Gellius lib. Noctium Atticarum r. 1. cap. 9. & alijs relatis Menoch. de arbitr. iudic. cas. 327.) quam qui cursim, & breuiter attingit, quæ sunt inculcanda infingenda, repetenda. Ager non vna exercetur cultura, sed multiplici ad experientiam aeris, Cælique clementiam, quæ sic

docente Virgilio alijs quidem arridet, alia verò recusat, namque ut ait ille

*Hic segetes, illic veniunt felicius vna:  
 Arborei fetus alibi, atque iniussa vire-  
 scunt*

*Gramina, nonne vides, croceos vsq; Tmolus odores.*

*India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.*

Veritas ex sententia Heracliti in obscuritatis antro delitescens paucis in lucem cognitionis est eruenda: Verborum pompa fugienda; Iugulum causæ statim petendum; Laconicè magis, quàm oratoriè agendū est. Censuere autem Alij pleniore calamo potius in disceptationem excurrere, & noua semper proponere, ut Lectoris animus cibo semper suauissimo reficiatur. D. D. Alphonsi de Olea dignitatē, probitatē, & scientiā vinceror, ut in limine mei Spicilegij sum testatus: Cæterum in pluribus ab eius assertis dissentio, non cōtradicens studio, sed veritatis amore.

A definitione incipiendo plures collegit Olea tit. 1. quest. 1. num. 100. & 101. ut sit quasi traditio, & iuris & actionis ex aliquo titulo in alium facta translatio; quam definitionem demum à se adductam laudat his verbis, *Sed hac nostra perfectior est.* Ego in labyrinth. cession. iur. via 15. definitionem, quam perfectiorem immeritò dixit Olea imperfectam merito demonstraui, ut cessio iurium non semper sit quasi traditio, sed sint distinguenda iura incorporalia. Alia enim rei cor-

porali inhærent, vt annuus census, seruitutes reales, ius decimatū, Alia sint mere incorporalia, In istis cessio habeatur per traditionem, aliter in primis rei corporali inhærentibus, vt latè *d. via 15. vbi vtilitates maximas quæstionis recensui.*

- 2 Bimembris, an trimembris sit cessionis distinctio? *Jacob. de Aven. & Bart. in l. 3. C. de nouat. volunt esse bimembrem, scilicet aliam ad commodum cedentis, & eius periculo; Alteram ad commodum cessionarij, & eius periculor.* E contrario *Bal. in l. 1. C. de act. & oblig. num. 5.* notat deficere distinctionem in vno membro, quia cessio possit esse in gratiã vtriusque. *Olea tit. 8. quæst. 2. num. 7.* refellit trimembrem distinctionem.

*Ego in labyr. via 112.* sequor opinionem *Bald. vt d. via 112. num. 5.* vbi cumulo plures recentiores cū exéplificatione.

- 3 Cessionis species præcipuæ sunt, vt alia sit hominis; Altera legis. Subdiuiditur illa hominis, nam alia principalis; Alia accessoria. Ad cognoscendam cessionem accessoriam *Olea tit. 1. quæst. 2. num. 1. & seqq.* adducit exempla, & reijcit *Reg. Ad Erlin. contr. 31. nu. 7. cent. 2.*

*Ego cum opinione Merlin. conuenia in labyr. via 14. a num. 4.*

- 4 Legatarius an sine cessione hæredis possit condicere indebite, & integrè solutum alteri legatario per hæredem, si hæreditas non sit idonea omnibus? *Olea tit. 4. quæst. 5. num. 40.* firmat solum competere hæredi tantum d. conditionem; & non legatario, quem propterea, indigere hæredis cessione, vt agat.

E contrario *Ego in labyrinth. via 139.* contrarium pro legatario scripsi, vt in *d. via 139. num. 3.*

- 5 Ad alicuius rei, vel quantitatis præstationem qui iniquè condénantur solent ad Iudices superiores appellare, qui sententiam reuocent, simulq; Iudicem, qui litem suam fecit ad satisfactionem, & restitutionem condemnent, tradit *Olea tit. 5. quæst. 6. num. 14.* hoc effici absque aliqua Iudicis ipsius citatione, eo tamen comparente sententia reducitur in simplicem citationem, & ita practicari in Cancellarijs refert.

Duritiem praxis expendo in pluribus in *labyrinth. via 132. num. 8. & 9.*

- 6 Cessio sine causa an valeat, & iuramentum an suppleat causam? *Olea tit. 1. quæst. 4. nu. 4. & seqq.* negat itaut nec iuramentum suppleat vicem causæ, & cauendum ait à *Guttier. & Seraph.*

In contrarium *Ego arguo in labyr. via 116.* vbi quod debitor soluendaliberetur absque controuersia.

- 7 An sit validum pactum appositum in fundatione census, vt debitor vendens teneatur ad requisitionem emptoris cedere ius luendi quod habet? *Reg. Marcian. disp. 75. per tot.* Affirmat, quia semper illa remaneat venditori facultas redimendi censum. At *Olea tit. 3. quæst. 2. num. 44.* improbat dictum pactum.

Pro opinione *Marciani Ego sentio in labyr. via 44. num. 9.*

- 8 Exceptio *deducta ne egeat* competens donanti an obstat cessionario? *Oh. tit. 6. quæst. 11. num. 38.* distinguit inter cessionarium ex causa lucratiua, vel onerosa, vt in primo casu obstat; In secundo non obstat. Pro donante decerto in *labyr. via 53. ex 1af. & Marcianos & ratione ibi assignata.*

- 9 Census ab Vniuersitate debitus si fuerit cessus ad rationem certæ summæ, & deinde fuerit moderatus per Principem, an diminutio post cessionem sit periculo cessionarij, & quid si cedens se obligasset ad easum ex factu Principis? *Olea tit. 7. quæst. 3. num. 32. & seqq.* distinguit. *Ego pro cedente sentio in labyr. via 54.*

- 10 Nummularius soluens vigore apochæ falsæ sibi præsentatæ an cogi possit iterum soluere vero domino de proprio, & si falsitas sit latens, quæ etiam per verum dominum forte non posset cognosci, an nummularius teneatur? *Olea tit. 5. quæst. 9. num. 19.* nuncupatim recedit à *Pres. de Franch. & Amat.* vti sine ratione loquentibus. *Ego ad defensam de Franch. scripsi in labyr. via 75. num. 2.*

- 11 Quid in soluente virtute cessionis falsæ instrumenti publici si intrinsecè falsum esset? Dissidet. *Olea à Casanat. & Giurb.* *Ego mediam opinionem adduco in labyr. via 75. num. 5.*

- 12 Creditor, cui à Scio debebantur mille, quincèta ex eis cessit Titio, alia quincèta, quæ sunt de residuo cessit Sempro-

- pronio . Si Scius debitor cessus integra mille non posset ob inopiam soluere, vel reuera tantam quantitatem non deberet an concurreret Sempronius cum Titio pro rata ? Conflictus habetur in *labyr. via 82. num. 3. & seq.*
- 13 Ius futurum quia futurum quando acceptabitur, an cedi possit ? *Olea tit. 3. quest. 10. à num. 1. edisserit pro opinione affirmatiua . Argumenta in contrarium adduco in labyr. via 87. num. 2.*
- 14 Vbi ex duplici contractu quis creditor est, ex quorum vno anterior est, ex alio posterior, an secundus creditor teneatur vnum, & alterum offerre, vel sufficiat offerre. antè ? Diffidium cum *Olea tit. 5. quest. 2. num. 16. habetur in labyr. via 90. num. 3. & 4.*
- 15 Remedium l. 2. C. de rescind. vend. an debitori denegetur ex læsione enormi ? Negat *Olea tit. 4. quest. 3. num. 8. Oppositam sententiam doceo in labyr. via 92. num. 4.*
- 16 Creditor debitoris non idonei an possit agere de læsione contra emptorem ex persona debitoris venditione facta siue subhasta, siue per debitorè ? Cõflictus inter *Olea ubi sup. habes de via 92. n. 7. & 8.*
- 17 Aliqui ex pluribus insolidum obligatis simpliciter condemnatis an pro virili censeantur condemnati, & absoluti pro alijs cõterorum correorum ? *Olea tit. 5. quest. 6. nu. 3. notat Præs. de Franch. decis. 608. Contrarium habes in labyr. via 93.*
- 18 Tutor qui in casu permissio bona fide rem alienam quasi pupilli esset, vendidit an de euictione nomine proprio teneatur *Olea tit. 5. quest. 11. nu. 9. & seqq. notat Fabrum, & R. Merlin. de obscuritate, & confusione. Resumpti difficultatem in labyr. via 100. per tot.*
- 19 Filius an possit retrouendere patri donationem sibi factam contemplatione matrimonij ? Distinguit *Olea tit. 1. quest. 7. num. 39. At Ego in labyr. via 101. aliam distinctionem adduco, & ab ipso recedo eum Reg. Merlin.*
- 20 Cessione facta vni sub conditione, & alteri facta purè quis præferatur ? Præferri priorem cum *Rota Rom. firmat Olea tit. 6. quest. 8. num. 29. diffidium meum habes in labyr. via 102. num. 7.*
- 21 Creditor censualis si partem aliquam vendit sui crediti, & debitor non sit idoneus in toto, quis præferatur, & an concurrant ? Certamen habetur in *labyr. via 104. num. 4. & seqq.*
- 22 Substitutus pupillaris viuentis pupillo an possit cedere ius substitutionis pupillaris, & cessionarius præcedente substituto cedente succedat ? *Olea tit. 3. quest. 8. num. 16. affirmat. Contrarium dixi in labyr. via 106. num. 5.*
- 23 Actio dotis ob decoctionem mariti an possit cedi per vxorem . Veram statuit *Olea tit. 3. quest. 7. num. 22. opinionem negatiuam, nisi assecuratio esset vera restitutio. Sed declaro in labyr. via 115. per tot.*
- 24 Creditore vendente pignus iure creditoris anterioris, euicto pignore an possit emptor agere contra debitorem sine cessione creditoris contraria pignoratitia actione, & an teneatur creditor in subsidium debitoris, qui nõ sit soluendo, vel non essent bona, super quibus agi possit, & nõ possit vtiliter cedere pignoratitiam contrariam ? *Olea tit. 5. q. 13. nu. 29. Agit de hac re. Videnda per me tradita in labyr. via 118.*
- 25 Vnum, & idem nomen debitoris pro toto credito an possit cedi modò vni, modò alteri, & quid si posterior cessionarius exegerit pecuniam ? tangit *Olea tit. 6. quest. 8. num. 29. In contrarium edisseritur in labyr. via 119.*
- 26 Creditor personalis ex cessione simplici pro soluendo an præferatur alijs personalibus ? Pugna cum *Olea tit. 6. quest. 8. num. 11. Et videnda per me tradita in labyr. via 122.*
- 27 Plures correi insolidum obligati, & condemnati, & ad expensas simpliciter an intelligantur pro rata ? Agit *Olea tit. 5. quest. 6. nu. 4. Difficultas ipsius opinionis adducitur in labyr. via 125. num. 3.*
- 28 Mater vidua in dotem dedit filie suæ maiori interusurium antephati per obitum sui viri, & post interuallum temporis filie secundogenite dedit partem dotis recuperandæ ab hæredibus mariti . Si hæreditas non sit soluendo nisi pro dote an præferatur filia primogenita pro interesse antephati, vel secundogenita pro credito dotali in bonis hæreditatis ? Ponderantur tradita per *Reg. de Marin.*

- ex vna parte, & D. Olea pro alia, & sensus *Authoris in Spicileg. Gemin. quest. 1.*
- 29 Creditor Titij in mille si cedat Caio sexcentum, & quatuor centum Sempronio pro residuo, & debitor cessus non sit soluendo pro tota summa vtrum vterque cessionarius concurrat per æs, & libram? Repetitur dissidium cum *Olea tit. 6. quest. 8. num. 29. in Spicil. Gem. quest. 2.*
- 30 Ex prætermisissis per *Oleam* suscitatur quæstio de Maioratu primogeniali masculino instituto per patrem in testamento ex summa ducatorum 30m. implicata in emptionem feudi, vel rei stabilis qualificata defecta linea masculina primogeniti, & aspirante secundogenito vocato, & ex aduerso excipientibus fæminis neptibus fideicommittetis pro deductione suarum dotium, qualiter possit terminari lis per terminos cessionis in *Spicil. Gem. quest. 3.*
- 31 An cessibilis sit actio ad constituendum vsumfructum. Laudatur *Olea tit. 3. quest. 5. num. 26.* & partim refellitur, vt in *Spicil. Gemin. quest. 6. num. 4.*
- 32 Mutuo dato ad rem emendam ad effectum subingrediendi in locum creditoris dimissi an sit necessaria scientia creditoris, vt subingrediatur? expenditur casus futuri præiudicij, & locus *Olea tit. 4. quest. 5. num. 21.*
- 33 Mandatis actionibus, & constitutus procurator in rem propriam an reuocari possit? tangit quæstionem *Olea tit. 1. quest. 4. num. 34.* Et edisseritur in contrarium in *Spicileg. Gemin. quest. 10. num. 6.*
- 34 Ius adeundi hæreditatem an cedi possit? Discursus *Olea tit. 2. quest. 3. num. 9.* Noua difficultas suscitatur in *Spicil. Gem. quest. 11.*
- 35 Creditor, qui Titium ad mille obligatum habebat duos fideiussores in distinctis summis recepit, & vni soluenti cessit sua iura contra principalem debitorem, aduersus quem non existentem soluendo si vterque concurrat an potior sit creditor? Agit *Olea tit. 6. quest. 8. num. 25.* & edissero in *Spicileg. Gemin. quest. 19.*
- 36 Soluens fisco pro debitore fiscali an valeat agere iuribus fisci absque cessione? Negat *Olea tit. 4. quest. 1. num. 31.* At contrarium in *d. Spicil. quest. 25.*
- 37 Purificato fideicommissio an actiones sint cedendæ fideicommissario, aut requiratur restitutio fideicommissi loco cessionis actionum. Opinio *Olea tit. 4. Miscellan. num. 3.* redigitur in controuersiam cū *Fontanell. vt in d. Spicil. quest. 98.*
- 38 Hypotheca nominis debitoris an effectum cessionis nominis in beneficium creditoris operetur? Ponderatur *Olea tit. 4. quest. 4. nu. 58. in d. Spicil. quest. 60. num. 9. & seq.*
- 39 Euctio nominis debitoris de facto qualiter sumenda? Contra *Oleam* Ego in *cit. Spicileg. fol. 24.*

## APPENDIX

## AD QVAEST. V. ET XXII.

**I**N casu legati adhoarum in diuersis feudis relicti consanguineo audiui per Sacrum Consilium ad fauorem legatarij decisum, venire etiam adhoam super feudo proprio ipsius Testatoris mortē sequuta debendam, quia non fuerit extincta per reemptionē pro quibuscumq; hæredibus, & successoribus habitam. Contrarium sentiebam, quia lis erat cum hærede inburgensaticis de recuperatione pretij soluti pro melioratione feudi ex causa reemptionis adhoæ, vt dixi in *tract. de linea legali lib. 1. art. 7. num. 34.* vbi quod pretium dicitur esse allodiale. Et perspicienda sit mens Feudatarij reementis in proæmio cessionis extinctiæ, nō translatiæ. Sed habent sua sydera causæ.

## AD QVAEST. XLV.

**I**N materia *Constit. Regn. In aliquibus*, An Nepos ex filio prædefuncto præferatur nepti ex alio filio item prædefuncto in successione auix? Affirmandum omninò est cum *DD. relatis*, quibus nunc addo *Bellon. de iur. accresc. tom. 3. cap. 9. quest. 12. num. 119.*

Nam per dictā *Cōstit. In aliquib. masculus præfertur fæminæ in successione ascendentium*, quandò masculus, & fæmina essent in eadem linea, & eodem gradu.

In casu prænarrato nepos est coniun-

Et auiæ eodem gradu, quo est coniuncta neptis. Et nepos ex vno filio, & neptis ex alio filio dicuntur esse in eadem linea respectu communis auiæ, de cuius successione agitur, & quæ attendi debet, *Soccinus Sen. conf. 33. num. 8. lib. 3. egregiè Decius conf. 379. num. 4. Card. de Luca de succ. ab intest. disc. 8. num. 7. Ibi: Statutum in parte inclusiva agnator. vocat eos, qui sunt eiusdem cippi, qualis dicitur ille, qui sit communis excludenti, & excluso, utpote ab utriusque patre, vel auo.* Unde cum nepos, neptisque sint in eadem linea, & eodem gradu, meritò sibi locum vindicabit dispositio *Constit. In aliquibus*; Ob idque nepos ex vno filio est præferendus nepti ex alio filio dummodo neptem dotet de paragio.

Neque neptis ex filio prædefuncto poterit repræsentare sexum patris, & ideò concurrere cum nepote ex alio filio præmortuo ad successionem auiæ. Nam cum pater sit præmortuus non poterit neptis venire uti hæres, & ex persona patris præmortui, cui non fuit delata successio auiæ. Idcòque debet venire ex persona propria: Et quia est femina, nepos uti masculus omninò illi erit præferendus, ut satis benè *Præs. de Franch. decis. 32.* & in notis ad *Consuet. si moriatur, §. & omnia lit. A.* vbi notat *Napodanum* aientem sexum patris præmortui posse de *Iure Consuet. Neap.* repræsentari; Et *Napodanus* (ut dixi) loquutus fuit dumtaxat in terminis *Consuet. Neap.* nullamque mentionem fecit de *Constit. Regn. In aliquibus*. Qua de re doctissimus *Præs. de Franchis* ad tollendas æquiocationes, quæ ex ambiguis *Napodan.* verbis oriri potuissent, illum ita magistralitèr in *dict. not. lit. A.* declarat: **ADVERTE AD HOC AN SIT VERVM DE IVRE CONSTIT. REGN. ET DIC QVOD NON.**

Præterea masculinitas præmortui patris, quod nullatenus possit à filia repræsentari, quando concurrere contendit cum masculo ex masculo, in simili decidit textus notabilis in *l. final. C. de natural. liber.* vbi dubitatum extitit, An nomen legitimum nepotis convenire posset nepoti naturali ex filio legitimo, & naturali, qui præmortuus erat auo; Seu

an iste nepos naturalis uti legitimus existimandus esset assumendo qualitatem legitimitatis patri legitimo, & naturali inhærentem; Et ob id hæres vniuersalis institui posset ab auo? Et negavit *Imp. Iustinianus*, quando extent descendentes legitimi, & naturales.

Et ridiculum sanè esset afferere in terminis *Constit. in aliquibus* masculinitatem præmortui patris posse à filia repræsentari; Quando *Constitutio* prætulit sexum masculinum, seu ut *DD.* loquuntur prætulit filios, aliosque descendentes masculos ratione masculinitatis. Undè quomodo dici potest filiam, in qua non reperitur qualitas masculinitatis à *Constitutione* requisita, posse uti masculinitate patris præmortui, & cui ius successionis delatum non fuit? En verba *Affl. in repetit. dict. Cõst. in aliquibus. n. 65. Itè neptis est femina, & pater masculus, & privilegium masculi non potest trahere in filiam, ut dicit Bald. in l. venia, C. de in ius voc. Item finita causa privilegij concessi masculo, finitum est ipsum privilegium, l. Titia, §. 2. de leg. 2. l. non tantum, §. emancipatus de contratab. Item quod masculo propter sexum masculinum est concessum denegatum feminae, quia non est eadem ratio concedendi, leg. si verò, §. de viro, D. solut. matrim.*

Aliud sanè dicendum esset si pater non fuisset præmortuus, sed successio illi delata, licèt non adita; Tunc enim filia veniret uti patris hæres, ex iure transmissionis, & nõ ex persona propria iuxta *sep. laudatam decis. 32. de Franch.* vbi *Ego in obs.* laudavi *Cynum* authorem huius distinctionis.

Neque dicas nepotem ex filio prædefuncto nõ esse præferendum nepti ex alio filio item prædefuncto in successione auiæ; Quia nepos cum non teneatur dotare neptem, illi non sit præferendus.

Nam hæc est æquiocatio Sole clarior. Prælatio enim est causa oneris dotandi; Non autem onus dotandi causa prælationis, *Theodor. alleg. 99.* vbi firmat fratrem vterinum præferri sorori vterinæ in successione matris ex vi *Constit. In aliquibus*. quamvis illam dotare non teneatur *leg. cum plures, §. cum tutor. D. de*

ad-



*admin.tutor. Ego in obseru. 171. & 566. in fin. ad decis. Praef. de Franch. vbi retuli nouissimam decis. S.C. referente Reg. Conf. deinde R. Cancell. R. D. Antonio Florillo.*

Vndè eò ipso quod nepos habet commodum prælationis in successione auæ, subintrat onus dotandi neptem de paragio in bonis eiusdem auæ; Primò enim *Constitutio* loquitur, de prælatione, & postea subiungit onus dotandi, ibi: *preferri volumus &c. dummodò maritent, &c.*

Denique non est exaudiendus *Reg. Rouit. conf. 74. lib. 1.* vbi decisum tradit neptem ex filio prædefuncto concurrere cum patruo ad aui successione. Et præter respõsionem, quam Ego tradidi, posset etiã responderi, quod in terminis *Constit.* In aliquibus filius est præferendus nepti ex alio filio prædefuncto in successione patris, Nè melioris conditionis esse existimemus neptem, quæ est remotior, quàm filia, quæ est proximior, & quæ si existeret illi esset præferendus filius, seu neptis patruus, vt bellè *Bellonus loc. vbi sup. num. 122.* Sed de hac re alibi latius.

#### A D Q V A E S T. LVI.

**D**E modo factò solutionis dotium, enunciato vbi fratres coniuncti ad inuicem permutarunt per matrimonium mulieris constituta dote hinc inde, quæ ad euitandum circuitum non fuit soluta, & lis dum vltra decennium fuisset agitata ob dubium litis euentum res transactione terminata fuit, & initum instrumentum guarentigiatum, & non obstante præuentione, cui renunciatum fuit, instrumentum fuit liquidatum, & litteræ executoriales relaxatæ.

De validitate transactionis in congressu plura attuli, nam tota spes præbendi finem liti reposita est in transactione iuxtà *text. in l. fratres, C. de transact.* ibi: *Nullus erit finis litibus, si à transactionibus bona fide interpositis cape- rit facile recedi, & inter partes sequuta fuit transactio præcedente causæ cognitione, & decreto, quod expediebat.* Et transactiones adeo firmæ, & inuiolabiles

sunt, vt remoueaturs omnis spes eas annullandi, & *Diocletianus, & Maximianus* rescripserunt in *l. causas, C. de transact.* vt nec etiam rescripto *Imperiali* infirmari possint.

Imo etiam transactio habeat priuilegium viæ executiue, sicut contractus, & in toto iure nullus contractus, est adeò priuilegiatus, quam transactio, cuius fauore omnis sumitur interpretatio, vt valeat *c. fin. de dolo, & contum.* Ex longis litibus oriuntur scandala, odia, homicidia, quare lites cruentas nuncupauit *Mantuanus Poeta.*

*In rixas, in bella, etiam litesq; cruentas.*

Etiã dissidiorum, rixarumque causam præbent omnibus malis, & merito habetur in *Ecclesiast. cap. 28. Absineto à lite, & minues peccata, & S. Augustin.* ait, quod nihil est tam simile actibus Dæmonum, quàm litigare. Et impossibile est probare læsionem in transactione *l. qui transigit, ff. de transact. l. si validitate tua, C. de transact.*

Cum nullus alius sit effectus transactionis, nisi lites tollere, tanquam, numquam terminarentur lites, si gigneretur ex pace litigium.

Iactabat Aduersarius pro se stare *decis. 56. Fontanella* firmantis quod dos promissa ad inuicem censeatur soluta, & non possit agi soluti matrimonio contra promissorem dotis. Quia idem *Fontanella* restringit, quando facta fuit receptio dotium hinc inde, & acceptilatio quia tunc promissor dotis fit liberatus, & soluto matrimonio agendum sit contra hæredes viri.

In capitulis matrimonialibus durante matrimonio quo tempore interesse est viri legitur facta compensatio, vt *Bosius de dote cap. 4. num. . . & de matrim. cap. 11. num. 149.* & in simili potest ex conuentione mutua onerum matrimonialium supportationem suscipere, & filia licet possit cogere patrem tali casu ad constituendam dotem congruam, sed non ad soluendam constante matrimonio, quo tempore est viri, cui conuentio obstabit, vt *Card. de Luca de dote discurs. 142. n. 6.* Consonat, quod maritus non obligat se, & hæredes suos in casu soluti

luti matrimonij, & in omni casu restitutionis ad eius restitutionem iuxta morem instrumenti dotalis. Propterea nullatenus convenit forme adhibite in d. capitulis matrimonialibus illa tradita, per *Fontanellam*. Consequenter Sorori nullum inductum fuit præiudicium per fratrem in actione pro paragio competente in bonis parentum, sine dubio dum legitimus consensus mulieris non fuit adhibitus, & actiones pro constitutione dotis, & paragio competunt ipsi sorori contra fratrem, & non viro sine cessione vxoris. Vnde vel casus est clarus pro muliere, vel saltem adest timor litis, prout agitata per plures annos fuit, nec per defectum notorium iuris agendi fuit terminata. Vnde iure merito per transactionem finita, modico accepto cum pluribus dilationibus. Idcirco ex pace non debuit lis generari.

## CANDIDE LECTOR.

**N**E longius præliandi ardore succensus excurrere videar, iam meo *SPI-CILEGIO GEMINO FINEM GEMINVM IMPONO*. Illud oertum ex prædictis colligere poteris, Omnia, quæ in sua *FACE GEMINA* tradidit famosissimus *I. C. D. D. ALPHONSVS DE OLEA* nullatenus destruere momenta-

rationum adductarum ab Eminentissimis, Eximisque Doctõribus, quos Ego tanquam strenuos Commilitones laudavi: Quicquid *D. D. ALPHONSVS DE OLEA* naturalia, & ciuilia Iura destruere in sua *FACE GEMINA* quoque tentauerit. *Natura enim rerum* (inquit *Vlpianus*) *conditum est, ut plura sint negotia, quàm vocabula*. Et in *FACE GEMINA D. D. ALPHONSI DE OLEA* contrarium constitutum cernitur, ut plura sint vocabula, quàm negotia. Nec tot, tantusque apparatus verborum, quæ aperto Marte aduersus *ME* tantus vir effudit, illi victoriæ gloriam præstabit. Cum omnem machinam, omnemque lapidem mouerit, ut *Quæstiones*, quæ iuxta sensum veritatis enodare conatus sum, verborum inuolucris, & scripturarum mole, si ita fieri possit, obruantur. *Sed non offeramus coram Domino IGNEM ALIENVM*, ve ait Scriptura Sacra, *ne forte ab illo deuoremur. Sanctificetur Dominus in v's, qui appropinquant ipsi, ut in conspectu omnie Populi glorificetur*.

Illud præcipue excusatum exopto, si innumeri penè errores in maxima temporis angustia, & celeritate Impressionis ex Typographi negligentia irrepserint. Quod & sibi quoque accidisse dolet maximus ille Hispanus Vates *MARTIALIS*.

*Si quæ videbuntur chartis tibi Lector in istis  
Sive obscura nimis, sive Latina parum.  
Non meus est error: nocuit Librarius illis,  
Dum properat versus annumerare tibi.  
QVOD SI non ILLVM, sed me PECCASSE PVTABIS;  
TVNC EGO TE GREDAM CORDIS HABERE nihil.*

F I N I S.

*Laus Deo Optimo Maximo, cui cum omni Militia Cœlestis  
Exercitus Hymnum Gloriæ dicamus.*



# I N D E X RERVM, ET VERBORVM OMNIVM.

Quæ in hoc Volumine continentur, Facis Geminæ D. OLEA;  
& Spicilegij Gemini D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

Prior numerus paginam; Secundus verò numerum designat.

## A

### Abbatissa :

**A**bbatissa cum venit eligenda, an eius electio per moniales cōpromitti possit? pag. 14. num. 55.

### Actio.

Actio, quæ penes cedentem extincta est, vtiliter ceditur. pag. 5. num. 19.

Post solutionem rectè ceditur tertio hypothecæ possessori. pag. 5. num. 18.

Directa ubi inutilis, & inefficax manet apud cedentem, ex ea agere non potest. p. 7. n. 29.

Hypothecaria cessa ex interuallo an retrahatur? pag. 37. num. 5.

Inuitus quis agere cogitur contra aliquem, ut quidquid consequutus fuerit, restituat. pag. 118. num. 1.

Et an possit agi directe contra illum, contra quem poterat agi sine cessione? p. 118. n. 3.

Et quid si absens esset, vel decessisset, qui poterat agere? pag. 118. num. 5.

Actio directa an sit eadem in substantia, vel specie, vel numero cum vtili? pag. 127. nu. 1.

Vtilis est prætoria quandoque, & directa est ciuilibus, quæ differunt specie. p. 127. num. 2.

Proponens directam si habeat vtilem an possit obtinere, num. 3.

Per venditionem hereditatis actiones vtiliter transeunt. pag. 128. num. 1.

Actiones passivæ an transferantur in emptorem hereditatis? pag. 128. num. 3.

Actiones vtiliter cesse an sint nobiliores directis remanentibus penes cedentem? pag. 120. num. 1. Vide creditor, mandatum, vsusfructus.

### Adiudicatio.

In iudicio familiæ heriscunda cessionis vim habet. pag. 19. num. 17.

Nominis debitoris facta per Iudicem, an transferat quasi possessionem nominis debitoris. pag. 51. num. 2. Et quid mobilibus venditis. num. 3.

## Adoha.

Legatum adoharum super diuersis feudis, an comprehendat adoham receptam in proprio feudo? pag. 30. & 44.

Adoha onus debetur ex fructibus feudi, & an veniat adoha recepta in proprio feudo. pag. 44. num. 2. Vide Baro, Feudum.

### Annui redditus.

Vide Censur.

## B

### Baro.

**B**aro si post emptionem iurium fiscalium, ac adoharum in diuersis regni Terris, & præuia cessione iuris luendi à D. Rege, affrancasset adoham in feudo proprio, an legando generaliter dicta iura, censetur legasse etiam ius adoha. num. 1. pag. 30.

Baro emens, vel reemens ius adoha, an emat ut alius, vel vti Baro. num. 2. ibid.

### Beneficium,

Vacat per obitum prouisi Apostolici, si desuper fuerunt expedita litera Apostolica in forma gratiosa. pag. 171. num. 1.

Prouisus Apostolicus ante possessionem habitam dicere cedere beneficium, & non resignare etiam si reseruauerit pensionem annuam. num. 2.

Cessionarius an possit supplicare pro beneficio cesso, tamquam vna ante obitum. nu. 4.

Beneficium cedendarum quando renunciatum videatur? pag. 5. num. 22.

## C

### Causa.

**A**n possit plus habere, quàm causatum? pag. 130. num. 2.

Non semper tribuit totam suam virtutem causato. num. 3.

An sit inconueniens plus esse in causato, quàm in causa? num. 4.

Distinguitur causa fiendi à causa effendi. n. 5.

Cen-

Census.

- Noviter acquisitus comprehenditur in generali obligatione.* pag. 19. num. 41.
- Redemptio pendere debet à voluntate debitoris census.* pag. 10. num. 40.
- Vt nullus sit, ex quo constet?* pag. 3. num. 10.
- Tertius mutuans debitori census, ut redimat censum cum pacto de subintrando, an melius sit quod qui ille met soluat, quam debitor?* pag. 64. num. 4.
- Extinctio census super feudo cum cessione iurium, an importet extinctiuam cessionem, vel translatiuam? Quid si translativa cessione, & non extinctiva? Edifferit.* Reg. de Marin. lib. 2. ref. 31. num. 41. p. 104. num. 4.
- Cessis annuis censibus in solutum creditori cessuali, si non interuenerint requisita, l. 3. C. de nouat. debitor potest soluere fructus, & sortem cedenti.* pag. 121. num. 1.
- Inter immobilia comprehenditur annuus redditus.* pag. 52. num. 3.
- Vide Cessio, creditor, debitor, haeres, possessor.*
- Cessio, Cessionarius.
- Cessio pro soluendo quam vim habeat?* nu. 2. pag. 27.
- Cessio nomine debitoris creditori solutionis causa cessionarius debet facere diligentias ad hoc, ut habeat regressum contra cedentem.* num. 1. pag. 27.
- Qualiter possit per terminos cessionis iurium lis terminari.* num. 6. pag. 28.
- Cedens ex titulo donationis, vel legati non cedit contra se.* num. 9. pag. 30.
- Cedens censum iam constitutum quid cedere videatur?* pag. 3. num. 11.
- Cedens censum iam constitutum non tenetur de euictione, licet eius hypothecae euincantur.* pag. 3. num. 7.
- Cedens censum euictis hypothecis, quando de euictione teneatur?* pag. 3. num. 9.
- Cedens nomen debitoris cum promissione cessionis de facto, prestare tenetur debitorem idoneum, & soluendo esse.* pag. 2. num. 4.
- Cedens nomen debitoris sui, an post cessionem valeat eum paciscendo gratuito liberare, vel cum eo transigere in praiudicium cessionarij?* pag. 4. num. 15.
- Cedens post cessionem num possit pacisci, transigere, confiteri, vel aliquid aliud facere in cessionarij praiudicium?* pag. 14. num. 56.
- Maioratum cedens in sequentem successorem*

- succedit decedenti eo, in quem cessit sine liberis.* pag. 22. num. 20.
- Cessio tacita resultans ex quolibet facto sufficit.* pag. 19. num. 7.
- Cessio maioratus facta in sequentem in gradu quando personalis, vel realis fit?* pag. 22. num. 21.
- Cessio si fiat ex aliquo contractu correspondens, ueluti ex uenditione, permutatione, &c. rescindi uales propter lationem.* p. 8. n. 33.
- Cessionarius an teneatur defendere cedentem in causa reconuentionis?* pag. 14. num. 52.
- Cessionarius qua actione contra cedentem agere possit, quando nomen cessum tempore cessionis non erat soluendo.* pag. 8. n. 33.
- Cessionarij duo ab eodem cedente si concurrant, quis potior erit? Et quid si cessionarius cum ipso cedente concurrat?* pag. 8. n. 32.
- Cessio tacita iurium creditoris anterioris dimissi, an requirat scientiam pacti euenti inter mutuandum, ac mutuatarium?* pag. 33. num. 2. & seqq.
- Cedentis, & cessionarij concursus licitus.* & pro qua parte. 34. nu. 1.
- Cessio non debet interpretari contra cedentem, & cedere quis non cogitur contra se ipsum.* pag. 34. num. 2.
- Cessio creditoris anterioris non est necessaria, & cogitur cedere creditor iura.* p. 46. n. 3.
- Cessio an iudicanda sit in dubio pro soluendo, an pro soluto facta?* p. 47. nu. 1. & 2.
- Cessio quando contra cedentem intelligenda?* pag. 34. num. 5.
- Cessio ex causa onerosa multum differre à cessione ex causa lucratiua.* pag. 34. nu. 6.
- Cessionarius aduersus possessores agendo debet deducere suam ratam partem, que sibi ex toto debito continget uiritim.* p. 34. n. 9.
- Positio in locum an differat à cessione, vel conueniat?* pag. 35. nu. 1.
- Statutum prescribens certam formam in cessione, an sibi vim habeat in positioe in locum suum?* pag. 35. nu. 2.
- Cessionarius an dicatur procurator in rem suam?* pag. 35. nu. 3.
- Cessio differt à mandato actionum.* p. 35. n. 4.
- Cedens nomen debitoris tale quale, ad quid teneatur.* pag. 37. nu. 3.
- Cessio non fit soluenti debitum proprium, vel debitum illius, cuius haeres est soluens.* pag. 37. nu. 1.
- Cessio ex interuallo an fieri possit uni ex fr-*

# I N D E X

- de iussoribus soluenti.* pag. 37. nu. 4.  
*Cessio solutionis causa de creditore puro facit conditionem, & qualiter?* pag. 38. nu. 1.  
*Cessio iurium an possit fieri post solutionem, ex interuallo fideiussori principaliter, & insolidum obligato?* pag. 39. nu. 1.  
*Cessionarius Fisci an habeat idem privilegiū conueniendi debitorem Fiscalem in foro fisci.* pag. 48. nu. 4.  
*Cedente ducator septingentum alicui de mille, de quibus tenebat posse disponere, & ducatos tercentum alteri, qualiter fiet diuisio?* pag. 50. nu. 1. & 2.  
*Ex duobus cessionarijs an preferatur prior nominatus?* pag. 50. nu. 3. & seqq.  
*Rerum incorporalium non est propria traditio, & in corporalibus fit organo cessionis.* pag. 51. num. 1.  
*Cedens nomen debitoris illud nequit à se separare, & quis effectus.* pag. 51. nu. 3.  
*Cedens creditum suum an possit deinde cessionario praiudicare, etiam sine interuentu requisitorum l. 3. ff. de nouat.* pag. 54. nu. 1.  
*Cessionum species assignantur plures.* pag. 54. num. 2.  
*Exemplificantur casus omnimodo utilitatis cessionis.* pag. 54. nu. 3.  
*Cessionis mixtus casus.* pag. 54. nu. 4.  
*Cedens semper potest agere pro utilitate cessionarij in quacumque specie cessionarij.* pag. 54. num. 5.  
*Cessio conditionalis, & dubitativa quid contineat?* pag. 55. nu. 1.  
*Cessio nominis quale est, excludit solum exigibilitatem de facto.* pag. 55. num. 3.  
*Cessio facta emptori an resoluat in quietantiam?* pag. 57. num. 2.  
*Cessionarius an sit manutenendus in quasi possessione cedentis?* pag. 65. nu. 1.  
*Et quid si non fuerit cessum ius reale census?* pag. 65. num. 2.  
*Cessio an respiciat peritiorum?* pag. 65. nu. 3.  
*Quasi possessio transit actione, & possessione in cessionarium.* pag. 65. nu. 4.  
*Cessio rei corporalis quid operetur absque actuali traditione rei.* pag. 65. nu. 5.  
*Cessio rei corporalis facta à Principe transfert.* pag. 65. nu. 6. & 7.  
*Cessionarius potest possessorium prosequi iudicium inchoatum per cedentem.* p. 65. n. 8.  
*Cessione rei onerata quando quis liberetur?* pag. 65. num. 9.  
*Cessibilis an sit tenuta bonorum attributa per constitutionem, donec vidua dos solvatur.* pag. 68. nu. 1. & seqq.  
*Distinctio inter cessionem voluntariam, & necessariam.* pag. 68. nu. 4.  
*Cessionem solutionis causa factam decidit Rot. Rom. in casu, qui proponitur.* p. 71. n. 6.  
*Quando fit cessio solutionis causa, declaratur in Spicilegio Authoris.* pag. 71. nu. 8.  
*Cessionarius quando habeat regressum contra cedentem in cessione solutionis causa facta.* pag. 71. nu. 9.  
*Cessionarius iurium posteriorum quando anteriora habebat cum clausula preseruatua solita, an possit deinde molestare pro causa anteriore?* pag. 75. nu. 1.  
*Cessio verbis generalibus facta restringenda ad limites precedentis obligationis.* pag. 82. num. 3.  
*Concordia cum conditione, ut unus litem suis sumptibus, & laboribus prosequatur, & in compensam recipiat medietatem illius, quod recuperabitur, an valeat hac cessio?* pag. 82. num. 1. & seqq.  
*Cessio annui census sub fideicommissio comprehens per heredem grauatum facta an valeat usque ad vitam cedentis, vel in proprietate?* pag. 105. num. 1.  
*Debitoris nomine cesso, si hypotheca euincantur, an cedens teneatur de euictione? Notatur Mangil. confundens cessionem nominis cum cessione redditus.* pag. 107. nu. 1.  
*Scientia cedentis nomen non soluendo quid operetur?* pag. 108. nu. 2.  
*Cessionarius commoditatis percipiendi fructus, ex feudo, vel emphiteusi inalienabili, vel alterius rei prohibita alienari an possit exercere actionem contra tertium possessorem?* pag. 110. num. 1.  
*Cessionarius si non agat uti cessionarius, sed uti principalis, iudicium est nullum. & quid si uti creditor agat?* pag. 111. nu. 1. & 2.  
*Cedendo rem an quis liberetur ab onere sibi imposto, & quid si res plus valeret?* pag. 113. num. 1. & 2.  
*Cessibile est quod factum est ad heredes transfusibile.* pag. 114. nu. 4.  
*Cessio, & renunciatio unica, & eadem, an possit insimul esse extinctiua, seu abdicatiua, vel translatiua?* pag. 115. nu. 1.  
*Cessio, siue renunciatio, qua fit per filiam, vel filium patri, & suis heredibus, & successoribus*

I N D E X.

- ribus an sit abdicatiua, vel extinctiua, vel translatiua? pag. 116. nu. 1. & seqq.
- Cessio iurium talium qualium, vel nominis pro tali quale, ad quid teneatur? pag. 120. num. 7.
- Affrancatione sequuta resoluitur cessio, ac si facta non esset. pag. 121. nu. 2.
- Cessio an censeatur facta pro soluendo? pag. 121. num. 3.
- Cessio facta ei, qui non tenebatur dotare non importat repudiationem, & extinctionem repudiationis. pag. 121. nu. 3.
- Cessionem extinctiuam, que arguant? nu. 4.
- Translatiua inducitur cessio, si agatur de iuribus acquisitis. pag. 121. nu. 5.
- Et quid si de portione nondum acquisita? n. 6.
- Cessio nominis debitoris, fieri potest eo inscio, vel inuito. pag. 123. nu. 1.
- Et an è contra debitor possit sustinere alium debitorem? pag. 323. nu. 2.
- Sententia lata contra cessionarium quando officiat cedentem? pag. 124. nu. 2.
- Interpellatio facta per cessionarium cedenti ad inducendum bona quantum noceat cedenti? pag. 124. num. 3.
- Cedens non afficitur damno, quod partem debiti à cessionario receperit, & quod cum illa ad bona communis debitoris concurrat. pag. 132. num. 3.
- Cessionarius partis debiti non potest preferri cedenti, sed uterque simul in bonis debitoris concurrat. pag. 132. num. 4.
- Cessio onerosa assimilatur venditioni, & illius habet naturam. pag. 132. nu. 9.
- Cessionarius an teneatur prestare iuramentum calumnie? pag. 134. nu. 3.
- Cedens quando teneatur prestare nomen verum tam de facto, quam de iure? pag. 135. num. 2.
- Cessio iurium talium qualium non excludit factum proprium. pag. 135. num. 3.
- Vide Census, commoditas, creditor, Curator, datio in solutum, exceptio, fideicommissum, mandatum, promissio, venditor.
- Clausula.
- Ponens, &c. quid operetur in cessionibus. pag. 35. num. 4.
- Et non repugnat cessionem extinctiuam. p. 41. n. 5.
- Per clausulam tradit, cessit, &c. an liberetur venditor ab actuali traditione? pag. 51. num. 1.
- Detrahis detrahendis, quam vim habeat? pag. 51. num. 40.
- Operatio, & effectus clausule preseruativae. pag. 75. nu. 4.
- Clausula ponens, importat cessionem translatiuam. pag. 121. nu. 1.
- Constituti indicat cessionem translatiuam. num. 2.
- Cessionis clausulae plures in illius instrumentum apponi solite expenduntur, & declarantur. pag. 132. nu. 3. & seqq.
- Clausula salue le cose premesse. in reservatione apposita quid operatur? p. 132. nu. 7.
- Consensus tacite continet hanc clausulam si actus valet. pag. 133. num. 4.
- Vide promissio.
- Commoditas.
- Cessionarius commoditatis percipiendi fructus ex feudo, vel emphiteusi inalienabili, vel alterius rei prohibita alienari, an possit exercere actionem contra tertium possessorem? pag. 110. nu. 1.
- Commoditas percipiendi fructus feudi, vel emphiteusis prohibita alienari an possit hypothecari? pag. 110. nu. 2. & seqq.
- Commoditas est durabilis quousque feudatarius, vel emphiteuta viuit. pag. 110. nu. 5. & seqq.
- Compensatio.
- Dotium, & solutio an sit inducta. p. 83. nu. 2.
- Ex verbis excludentibus solutionem an fuerit exclusa compensatio? p. 83. nu. 3.
- Compensatio inducit deobligationem. nu. 4.
- Expressio voluntatis non soluendi dotes promissas excludit compensationes. nu. 5.
- Compensatio an fiat in prauidicium uxoris? pag. 83. num. 3.
- Et fieri non potest in prauidicium tertij. n. 13.
- Et neque contra alimenta. num. 14.
- Dos an habeat priuilegium, ne fiat compensatio? num. 15.
- Compensatio differt à Retentione. p. 21. n. 16.
- Admittitur in dote usque ad concurrentem quantitatem, quando mulieris debitum liquidum est, & clarum. pag. 21. nu. 17.
- Condemnatus.
- Plures in solidum obligati, & conuenti simpliciter condemnati, pro viribus censentur condemnati, & qualiter? p. 18. nu. 1. & seqq.
- Condictio.
- Indebiti quando locum habeat? p. 16. nu. 62.
- Conditio.
- Conditione purificata, causa reducitur ad non causam. pag. 112. nu. 4.
- Concep-

# I N D E X.

- Concepta facultate disponendi per viam conditionis resolutivae donationis nisi disposuerit donator, an facultas ad exercitium sit deducenda?* pag. 112. nu. 5.
- Conventio.
- Est attendenda, si actum sit de extinctione sortis principalis.* pag. 41. nu. 2.
- Inter contrahentes de subintrando sine cessione iurium suffragetur.* pag. 43. nu. 2.
- Correus.
- Qui solidum soluit, num agere possit aduersus quemlibet ex correis in solidum?* pag. 7. nu. 30. & 31.
- Qui solidum soluit non obtenta cessione, habet conditionem indebiti aduersus creditorem, qui suo facto, vel culpa actionem cedere non potest.* pag. 16. nu. 62.
- Correi debendi sunt magis privilegiati, quam fideiussores.* pag. 37. nu. 3.
- Creditor.
- Creditor Titij in mille si cedat Caio 600. & Sempronio 400. de residuo, & nomen cessu non sit verum pro integra summa, an primus Cessionarius preferatur pro 600. cessu?* num. 1. pag. 26.
- Similis casus de legato proponitur.* nu. 2. p. 26.
- Concurfus utriusq; Cessionarij per as, & libram mandetur.* num. 4. pag. 26.
- Creditor censuarius quando possit euictis hypothecis census, repetere à debitore census sortem principalem?* pag. 3. nu. 10.
- Creditor, cuius debitor rem minori pretio distrahit, an uti possit remedio l. 2. C. de rescind. vendit. sine eius cessione?* pag. 15. nu. 58.
- Creditor mariti an ius habeat petendi, ut bona mulieri assignata, si eorum pretium dotis valorem, & cedat, distrabantur, ut ex superfluo ei satisfiat?* pag. 14. nu. 57.
- Creditor num agere possit sine cessione aduersus donatarium, vel emptori, cui eo pacto donatum, vel venditum fuit, ut aliquam quantitatem solueret creditoribus donantis, vel vendentis.* pag. 15. nu. 61.
- Creditor personalis, vel hypothecarius an conuenire possit debitorem debitoris sui absq; cessione.* pag. 6. nu. 26.
- Creditor secundus num agere possit remedio l. 2. C. de rescind. vend. aduersus emptorem pignoris, qui illud emit minori pretio à primo creditore.* pag. 15. nu. 60.
- Creditor potior est censendus, vel qui potior est tempore.* pag. 33. nu. 3.
- Creditor uno immisso in possessionem, & tenutam bonorum debitoris, ceteri quoque immissi censentur, & concurrunt pro rata crediti ad pretium rei venditae, quando sunt creditores eiusdem tituli, habentque pariter ius exequibile.* pag. 34. nu. 11.
- Primus Creditor an possit cogere secundum ad cedendum sua iura super bonis communis debitoris?* pag. 41. nu. 1. & seqq.
- Creditor in mille si pro illis duos fideiussores in distinctis summis acceperit, & uni soluenti cessit sua iura, an potior sit in bonis debitoris non idonei, vel concurrat cum fideiussore cessionario.* pag. 42. nu. 1. & seq.
- Creditor an obligetur cedere iura sua tertio soluenti partem debiti?* pag. 43. nu. 1.
- Causa quoties est aequalis, quando concurrent creditores in diuersis temporibus pro rata.* Expenditur decisio de Ponte. pag. 43. nu. 2.
- Creditor cedens iura sua tertio soluenti sortem cum censibus, cum clausula, quod cessio non officiat directe, &c. an sibi prauidet in credito posteriori?* pag. 46. nu. 1.
- Creditor an possit omissa re iudicata petere solidum veteri actione?* pag. 58. nu. 2.
- Creditor chirographarius soluens creditori hypothecario anteriori quando succedit in hypothec. illius?* pag. 64. nu. 1.
- Et quid si emerit ad sui utilitatem?* nu. 2.
- Creditor anterior an teneatur cedere iura sua possessori iniusto?* pag. 66. nu. 1.
- Creditor an consideretur uti diuersa, & duplex persona?* pag. 75. nu. 3.
- Creditor mariti an possit opponere compensationem uxori, ex persona viri creditoris uxoris?* pag. 83. nu. 8.
- Creditor si facto proprio, vel culpa, iura cedere non potest, repellitur exceptione cedendarum.* pag. 97. nu. 1.
- Prior creditor si iura sua cedere non potest secundo, & posteriori, hic euadit anterior.* nu. 2.
- Creditor Chirographarius an valeat agere contra debitorem debitoris?* pag. 98. nu. 1.
- Per hypothecam an creditor habeat cessionem nominum debitorum?* nu. 2.
- Hypotheca nominum quot operetur ad beneficium creditoris?* num. 3.
- Creditori hypothecario triplex remedium competit.* nu. 4. & seqq.
- Ponderatur D. Olea contra creditorem agentem utili personali, & concedens d. utilem contra*



I N D E X.

contra debitorem arumnosum . pag.99.nu. 9.& seqq.  
 Creditor hypothecarius an possit agere vtili  
 actione personali contra debitorem debito-  
 ris distinguitur . pag.101.nu.1.  
 Et quid de hypothecaria, & an requiratur ex-  
 cussio? nu.2.  
 Et an competat via executiua? num.4.  
 Creditores pares ex eodẽ instrumento venien-  
 tes aequaliter super bonis debitoris concur-  
 runt . pag.131.nu.1.  
 Vide Cessionarius, interesse.

Curator

Soluens ex suis pecunijs debita minoris, ac-  
 cipere potest cessionem contra minorem  
 à suis creditoribus . pag.11.nu.46.  
 Qui propter alterius dolum, vel communem  
 culpam soluit solidum, conditionem inde-  
 biti non habet . pag.16.nu.63.  
 Hereditatis iacentis an possit liquidare in-  
 strumentum via ritus? pag.114. num.2.  
 Vide Lex .

D

Datio in solutum .

**D**atis insolutum annuis introitibus pro  
 extinctione censualis crediti cum prom-  
 missione euictionis, & reservatione prima-  
 riarum hypothecarum, an censeatur cessio  
 solutionis causa, vel datio in solutum? pag.  
 71. num.1. & 2.  
 Et quid si fuisset retrouenditio promissa an-  
 nui census post exactionem totius crediti  
 censualis cum annuis redditibus? p.71.n.3.  
 Datis in solutum tertijs consequendis à nomi-  
 ne debitoris an sit cessio solutionis causa?  
 pag.71. num.7.  
 Vide. Euictio.

Debitor

In prauidicium creditoris aliquid facere non  
 valet . pag.10. nu.41. & pag.11. nu.44.  
 Soluens heredi putatiuo non liberatur . pag.  
 12. num.48.  
 Cessus ad cessionarij commodum quando sol-  
 uere possit cedenti? pag.6. nu.27.  
 Census cedere potest alteri ius redimenai il-  
 lum . pag.5. nu.38.  
 Census conuentus ad sortis restitutionem, sa-  
 tisfacit, si paratus sit alias hypothecas pra-  
 stare . pag.3. nu.10.  
 Qui concursum creditorum formauit, vel bo-  
 nis cessit, post acceptationem à creditoribus  
 factam pœnitere non potest . pag.12. nu.47.

Nominis debitoris periculum quando sit viri?  
 pag.76. nu.2.

Nomen debitoris qualiter cedatur in dotem,  
 vti species, vel loco quantitatis? p.76. n.2.  
 In dubio nomen debitoris an censeatur demõ-  
 stratiuè, vel taxatiuè datum in dotem? pag.  
 76. num.4.

Delegatio .

Delegans post delegationem nominis, quando  
 teneatur? pag.107. nu.5.

Depositum.

Ad effectum succedendi in iura creditoris an-  
 terioris, quale depositum suffragetur? pag.  
 66. num.5.

Differentia .

Extat inter casus, quod debitor spontè soluat,  
 etsi in iudicio conuentus soluisset . p.7. n.28.  
 Num constituatur inter promissionem euic-  
 tionis nominis cessi de facto, & promissio-  
 nem, quod cessum nomen bonum est de fa-  
 cto . pag.2. nu.4.  
 Verbalis quando sit? pag.35. nu.4.

Doctor .

Doctõris dictum intelligitur iuxta iura, &  
 DD. quos allegat . pag.23. nu.25.

Donatio .

Donator si casu mortis donatarij sine filijs  
 adiecerit, quod possit disponere de bonis do-  
 natis, an possit cedere ius illud, & disponere  
 de bonis conditione pendente? p.111. n.1.  
 Donatarius, & legatarius an possit cedere  
 rem, & se liberare à solutione onerum? pag.  
 113. num.5.  
 Vide. Conditio .

Dos.

Qua dotis priuilegia sint cessibilia . n.5. p.25.  
 Dotale creditum an preferatur credito ante-  
 phati? num.4. pag.25.  
 Dotes, & alimenta in subsidium an debeantur  
 ex fideicommissõ particulari . nu.2. p.28.  
 Puella in atate immatura ante nuptias an  
 possint petere dotes subsidiarias . n.4. p.28.  
 Proprietas nuda potest dari in dotem, & quid  
 censeatur esse datum in dotem cum datur  
 proprietas nuda? pag.52. nu.11.  
 Proprietate nuda in dotẽ data, an usufructu  
 finito dos augeatur? pag.52. nu.15.  
 In dotem directè qualiter cedatur nomen  
 debitoris, & intret euictio? pag.76. nu.1.  
 Dos ex parte viri continet causam onerosam,  
 & quid ex parte mulieris? pag.76. nu.5.  
 Dotis consignatio promissa post solutum ma-  
 trimo-

*trimonium repugnat cum solutione, & compensatione dotis.* pag. 83. nu. 9.  
*Frater sine consensu sororis non potest liberari ab onere eam dotandi absque solutione vera dotis per eum promissa.* p. 83. n. 16.  
*Soror sine approbatione Capitulorum matrimonialium potest agere super bonis paternis, & maternis pro consecutione dotium.* pag. 83. num. 17.  
*Dos an prasumatur soluta, & non competat actio sorori contra patrem, & super bonis parentis?* pag. 83. nu. 18. & 19.  
*Nominis debitoris in dotem cessi non existentis soluendo, cuius periculum sit, an promittentis dotem, vel viri?* pag. 108. nu. 1.  
*Dos respectu viri an contineat causam onerosam?* pag. 108. nu. 4.  
*Dos à patre constituta an contineat causam onerosam?* pag. 108. nu. 1. & seq.  
*In constitutione dotis si deinde sequatur euetio, quando habeatur?* pag. 108. nu. 7.  
*Vide. Adiudicatio, Compensatio, Debitor, Filia.*

E

Emphiteusis.

**D**ominus directus an possit acquirere commoditatem emphiteusis? pag. 104. nu. 3.  
*Vide. Commoditas hæreditas,*

Emptor.

*Soluens de pretio rei emptæ credituribus anterioribus venditoris, & reportans cessionem, an ea iuuetur?* pag. 57. nu. 1.  
*Soluens creditori anteriori an iuuetur retentione aduersus posteriores?* pag. 57. nu. 3.  
*Emptor potest se defendere omnibus iuribus venditori competentibus sine Cessione iurium.* pag. 125. num. 1.  
*Emptor hæreditatis an sit uniuersalis possessor?* pag. 128. nu. 2.

Euetio.

*De facto quid respiciat?* pag. 2. nu. 6.  
*An sit præstanda à cedente censum, euetis hypothecis?* pag. 3. nu. 9.  
*Euetione de iure, & de facto promissa ex facto Principis, an veniat si impedimentum oriatur ex facto Principis.* pag. 56. nu. 3.  
*Euetionis promisso an sit incompatibilis cum datione in solutum?* pag. 71. nu. 4.  
*Scientia oneris super re emptæ impedit, quin de euetione agat emptor.* pag. 82. nu. 5.  
*Vide Cedens, Dos, exigibilitas.*

Exceptio.

*Cedendarum quando habeat locum?* pag. 34. num. 10.  
*Excussionis bonorum principalis debitoris cessan habeat locum de Iure Canonico, & inter Mercatores, & in Concistorio Principis?* pag. 38. nu. 2.  
*Et an sit de apicibus iuris?* pag. 38 nu. 3.  
*Et an eius renunciatio impediatur creditorem cessionarium.* pag. 38. nu. 4.  
*Cedendarum an competat iusto possessori?* pag. 66. num. 2.  
*Et an ea possit repelli minor, si cū auctoritate curatoris liberauerit debitorem.* p. 66. n. 3.  
*Except. doti an repellatur creditor in molestando pro duplicata satisfactione?* pag. 75. num. 2.  
*Exceptione cedendarum repellitur pupillus, si liberauit unum ex tutoribus.* p. 97. nu. 3.  
*Quid si ex natura obligationis cessio fieri nequeat, & exemplificatur.* num. 4.  
*Pater si iussit filio dari pecuniam, an opponere possit exceptionem cedendarum, & petere solutum à filio?* nu. 5.  
*Et quid si debitor liberauit unum ex fideiussoribus soluens pro eo?* num. 6.  
*Et quid si fideiussores diuersis temporibus intercesserint?* nu. 7.  
*Vide Creditor.*

Executio.

*Ad instantiam creditorum fieri potest in iuribus facultatiuis competentibus debitoribus.* pag. 10. nu. 42.  
*Coram seculari Iudice num fieri possit contra Clericum possidentem bona alienari prohibita cum pacto de non alienando?* pag. 12. num. 49.

Exigibilitas.

*An veniat in promissione euetionis nominis cessi de facto.* pag. 2. nu. 4. & 6.  
*Doli, & lesionis termini an intrent, & contineatur exigibilitas de iure?* pag. 55. nu. 2.  
*Exigibilitas de facto excluditur à cessione nominis quale est.* pag. 55. num. 3.  
*Exigibilitate de iure, & de facto promissa si impedimentum oriatur ex facto Principis, que exigibilitas oriatur?* pag. 55. nu. 1. & 2.  
*In exigibilitas nominis cessi qualiter probatur?* pag. 124. num. 2.  
*Ob negligentiam in exigendo nomen cessum, ut dicatur effectum exigibile quid ulterius erit probandum?* pag. 124. num. 4.

Exigi-

I N D E X.

*Exigibilitas de tempore cessionis an sufficiat, non adfit continuatio?* nu.5.

*Promissa euictione, seu nominis cessi, & conseruatione indemnitate an veniat exigibilitas?* pag.124.num.6.

*Vide Promissio.*

*Expensæ.*

*An sint rescicienda per creditorem de nouo agentem?* pag.58.nu.4.

*Extraneus.*

*Simpliciter soluens succedit in priuilegio personalium actionum.* pag.64.nu.2.

F

*Facultas.*

**N**ominandi Capellanum. an cedi possit? pag.13.num.13.

*Presentandi, & conferendi beneficia num delegabilis sit?* pag.14.nu.55.

*Redimendi pendere debet à mera, & libera voluntate debitoris census.* pag.10.nu.40.

*Declarandi voluntatem Testatoris an sit cessibilis?* pag.67.nu.1.

*Et quid in executore testamenti.* num.2.

*Eligendi competit de iure suo.* p.67.nu.2.& 3.

*Et an transeat ad hæredes?* pag.133.nu.2.

*Alienandi tributa heredi grauato an possit cedi?* pag.109.nu.1.

*Disponendi an debeat in exercitium deduci?* pag.111.nu.3.

*Renunciandi mobilibus bonis uxori concessa an transeat ad hæredes?* pag.133.nu.3.

*Vide. Conditio.*

*Feudum.*

*In Feudis non habet locum Auth. res quæ communi de successu.* nu.3. pag.28.

*Vendito feudo cum pertinentiis non veniunt, quæ separabiliter accedunt.* n.4.p.30. ibid.

*Feudum transit cum onere ad hoc.* nu.7.

*Feudum ex pacto non differt à maioratu.* pag.22.num.23.

*Venditione feudi cum pacto de retrouendendo facta cum assensu, & cesso deinde pacto, sed antequam exercitum fuerit pactum, ius illud remissum sit sine assensu, an possit postea exerceri pactum?* pag.506.num.1.

*Ius reemendi feudum an possit remitti sine assensu?* num.2.

*Ex pacto de retrouendendo an formetur ius in feudo?* num.3.

*Vide Adoha, Census, Commoditas.*

*Fideicommissum.*

*Vniuersale an cedi possit ante restitutionem*

*fideicommissi?* pag.89.nu.6.

*Fideicommissarius an habeat electionem vendicandi censum, vel illum reintegrandi ex bonis grauati alienantis?* pag.105.num.3.

*Per cessionem iurium in diuisione honorum an censeatur remissum fideicommissum?* pag.111.nu.1.

*Et quid si verba cessionis relata essent ad iura de presenti?* nu.2.

*Verbis cessionum conceptis non contra diuidentes ipsos, sed contra alios non censeatur renunciatum fideicommissum?* p.111.n.3.

*Fideiussor.*

*Qui solidum soluit, num aduersus quemlibet ex confideiussoribus insolidum agere valeat?* pag.7.nu.30.

*Qui solidum soluit, non obtenta cessione facto, vel culpa creditoris, repetere potest, quod soluit dicto creditori, tanquam indebitum.* pag.16.num.62.

*Communitatis soluens totum debitum cum cessione iurium an agat ad totum debitum contra quemlibet ex fideiussoribus?* pag.39.nu.1.& seqq.

*Vide Cessio, Correus, Exceptio.*

*Filia.*

*De consensu patris nupta absque dotis constitutione, & cum patris consensu, an possit agere pro dote, & in dotem cedere viro?* pag.96.nu.1.

*Et quid si maritus conuenerit, cum socero de non competendo dote?* nu.2.

*Et an constante matrimonio possit pater molestari?* num.3.

*Quæ patris cautela. Et an filia dotata à viro agat pro paragio?* nu.4.

*Filiæ ubi nubit viro digno patre ignorante, an possit agere pro dote?* num.5.

*Vide. Mater.*

*Fructus.*

*Bonorum immobilium dotatum spectant ad maritum.* pag.52.nu.4.

G

*Gabella.*

**D**plex debetur ex cessione census iam constituti. pag.11.num.45.

H

*Habitatio.*

**L**egatarius, vel donatarius habitationis domus an possit alteri cedere? pag.112.num.1.

*Habitatione simpliciter legata an veniat proprietatis?*

prietas? expenditur Cēpoll. pag. 112. n. 2.  
*Habitatio si pro facultate habitandi sumatur, an cedi possit, & ita sit sumenda quoties verba sonant in factum?* pag. 112. n. 3.  
 Hæreditas. Hæres.  
*Delata cedi potest ab hærede.* pag. 10. nu. 50.  
*Hæres mariti an impedire possit dotis exactionem, opposita retentione, vel compensatione?* pag. 19. num. 8.  
*Hæres mulieris num agere valeat absque ulla cessione aduersus debitores dotis à marito non exactæ?* pag. 18. num. 2.  
*Hæreditatis venditio est ius uniuersale, & cessione omnium bonorum, & iurium.* pag. 62. num. 2.  
*Hæres tenetur soluere eleemosynam pro Missa quotidiana iuxta consuetudinem, & præscriptam taxam.* pag. 63. num. 3.  
*Hæres est merus executor voluntatis testatoris, nec potest aliquod emolumentum percipere.* pag. 63. num. 5.  
*Hæres grauatus redimens censum hæreditatis, & reportans cessionem, an acquirat sortem cum fructibus pro se, & an adsit incompatibilitas actionis, & passionis?* pag. 104. num. 1.  
*Hæreditatis restitutio per hæredem grauatum facta fideicommissario an operetur cessionem actionum hæreditariarum?* pag. 126. num. 1.  
*Quid si purificatum sit fideicommissum, & actio instituta sit pro recuperanda re fideicommissi per hæredem grauatum, defunctū lite pendente, utrum hæres hæredis concurrans pro detractiōibus excludat fideicommissarium ante restitutionem sibi factam.* pag. 126. num. 3. & 4.  
*Qualiter sit accipienda regula firmans scilicet possessionem de manu hæredis capiendam.* num. 5.  
*Venditoris hæreditatis quæ cautela?* pag. 128. num. 4.  
*Diuersitas inter emptorem hæreditatis, & fideicommissarium prædij legati.* pag. 128. num. 5.  
*Hæres beneficiatus obligans se in persona, & bonis proprijs pro toto debito defuncti, an iuuetur beneficio inuentarij?* pag. 129. n. 1.  
*Et quid se remissa fueris pars crediti, & facta cessione translatiua ad commodum hæredis?* num. 2. & seqq.  
*Hæreditatis aditio ex cessione inducitur.* pag. 12. num. 50.

*Vide Legatum.*

Hypotheca.

*Comprehendit iura debitori competentia.* pag. 10. num. 42.  
*Cui census subiacebant, restituitur redemptio censu per debitorem, vel alium eius cessionarium.* pag. 10. num. 41.  
*Altera num extinguatur per solutionem factam creditori pignoratitico, vel hypothecario?* pag. 5. num. 20.  
*Vide Cedens, Creditor, promissio.*

I

Impensæ.

**N**ecessaria à marito facta in rebus dotalibus ipso iure dotem minuunt. pag. 19. num. 10.

Instrumentum.

*In cessione nominis debitoris cum indicatione instrumenti, quid operetur relatio ad instrumentum.* pag. 120. num. 1.  
*Mentione instrumenti obligationis debitoris cessi resultat scientia creditoris recipientis nomen solutum.* pag. 120. num. 2.

Interesse.

*Soluens sortem cum interesse, & reportans cessionem an agat pro sorte, & interesse?* pag. 124. num. 1.  
*Quid si ex conuentione redactum sit interesse in sortem, an debeat interesse interesse?* num. 3. & seqq.  
*Creditor posterior si soluat anteriori sortem cum interesse, non potest petere interesse interesse nec ex vi cessionis, nec alia.* num. 6.

Iudicium

*Quando inchoatum dicatur?* pag. 61. num. 6. & 7.

Ius.

*Adeundi hæreditatem cedi non potest.* pag. 12. num. 50. & pag. 36. num. 1.  
 & ratio traditur. pag. 13. num. 51.  
*Certum, & reale, quod in cessionarium census transit, per euictionem hypothecarum, verum esse non desinit.* pag. 3. num. 12.  
*Declaranda caducitatis, & reuocandi donationem propter ingratitudinem cedi valet.* pag. 12. num. 50.  
*Declaranda caducitatis an cessum videatur vendito, vel alienato censu emphyteutico?* pag. 9. num. 37.  
*Nominandi Capellanum an cedi possit?* pag. 13. num. 53. & 54.

Pa-

# I N D E X

*Patronatus cum uniuersitate bonorum tran-*  
*sit. pag. 6. num. 26.*

*Præsens ex causa de futuro cedi potest. pag.*  
*12. num. 50.*

*Præsentandi, & conferendi beneficia an dele-*  
*gabilis sit? pag. 14. num. 55.*

*Quodcumque debitori competens sub hypothe-*  
*ca uenit. pag. 10. num. 42.*

*Redimendi censum alijs cedi potest. p. 9. n. 38.*

*Ius adeundi ex capite iuris deliberandi, &*  
*suitatis ad hæredes extraneos transmitti-*  
*tur. pag. 36. num. 2.*

*Et an sit cessibile, quod ad hæredes extraneos*  
*est transmissibile. pag. 36. num. 3.*

*Ius luendi pignus statutarium. an sit cessibile?*  
*pag. 56. num. 2. & 3.*

*Ius uniuersale quando resoluetur in particu-*  
*laritates? pag. 62. num. 3. & 4.*

*Ius nominandi an sit cessibile? pag. 67. nu. 3.*

*Ius oprandi an sit cessibile; Explicatur vo-*  
*cabulum opinionis in genere masculino, &*  
*feminino. pag. 67. num. 1.*

*Ius institutionis directæ an cedi possit? pag.*  
*79. num. 1.*

*Ius nominandi nec transferri potest in filium.*  
*pag. 72. num. 2.*

*Quid si cedatur ius institutionis, & cedens*  
*superuiuat Testatori, an cessionarius ac-*  
*quirat hæreditatem? pag. 79. num. 3.*

*Ius institutionis hæredis est personalissimū, &*  
*incessibile ante mortē testatoris. p. 92. n. 3.*

*Vtrum ex æquitate per viam restitutionis*  
*in integrum ex disposit. l. Pantonijs, ff. de*

*acquir. hæredit. transmittatur ius adeundi*  
*ad uenientes ab intestato ipsius hæredis in-*  
*stituti? pag. 92. num. 5.*

*Iura personalia regulariter sunt incessibilia.*  
*pag. 107. num. 1.*

*Ius conditionale ex contractu, conditione*  
*pendente cedi potest. pag. 111. num. 3.*

*Iura personalia rei cohærentia competunt*  
*emptori. pag. 125. num. 2.*

*Iura personalia quamuis sint impossibilia, si*  
*rei cohæreant, transeunt ad singularem*  
*successorem. pag. 125. num. 3.*

*Ius sententiæ an cedi possit? pag. 134. num. 1.*

*Statuti dispositio pro creditore an locum ha-*  
*beat pro cessionario? pag. 134. num. 2.*

*Ius futurum, & in spe competens an pacto ce-*  
*di potest? pag. 136. num. 2.*

*An sit inuersionis uenire ius de futuro in spe*  
*in uniuersali cessione iurium. num. 3.*

*Renunciare quis potest iuri, quod sperat esse*  
*sibi in futurum deferendum? num. 4.*

*Vide Feudum, Verba.*

Ius Patronatus.

*An ueniat per hæreditatem aditam in illius*  
*cessione amplissimis uerbis concepta. pag.*  
*62. num. 1.*

L

Laus.

**L** *Audatur D. Olea. pag. 32. num. 5.*

**L** *Laudatur Rotæ Romanæ decisio. pag.*  
*39. num. 2.*

*Laudantur Affleck Bartoli. pag. 101. num. 3.*

Legatum.

*Cum opinione factū an cedi possit? p. 67. n. 4.*

*Puella factum, ut centum consequatur, si nup-*  
*serit, & quinquaginta, si religionem ingre-*  
*diatur, num illud centum debeatur, si puel-*  
*la ingressa sit monasterium. pag. 4. nu. 16.*

*In legato nominum debitorum an ueniant de-*  
*bita Campsorum pro depositis irregularibus*  
*penès eos factis. pag. 30. num. 10. & seqq.*

*Legatum est strictè interpretandū. p. 44. n. 4.*

*In Legato ueniunt, quæ erant penès testato-*  
*rem tempore testamenti. pag. 44. num. 5.*

*Legata dote pro monacagio, an puella con-*  
*sanguinea professura in Monasterio Capu-*  
*cinorum incapace, possit illam alteri ce-*  
*dere? pag. 78. num. 1. & seq.*

*Et quid, si legatum monacagij pro anima re-*  
*lictum esset puellæ extraneæ. num. 4.*

*Legatum cum morietur hæres alicui relictum*  
*an possit cedi per legatarium ante mortem*  
*hæredis? & quid si legetur post mortem*  
*hæredis. pag. 78. num. 1. & seq.*

*Legatū, uel fideicōmissū particulare an trās-*  
*missibile, uel cessibile sit? p. 80. n. 1. & seq.*

*Legatum ad certum diem potest cedi antè-*  
*quam ueniat dies. pag. 80. num. 1.*

*Vide, Adoha, Baro, Creditor, Donatio.*

Lex

*Partitarum in eo, quod non exprimit com-*  
*mune ius, non corrigit, sed ex eo interpre-*  
*tatur, ampliatur, & restringitur. p. 21. n. 14.*

*Lex cedit actiones utiles Curatori hæredita-*  
*tis iacentis. pag. 114. num. 2.*

M

**M** *Aioratus primogenialis masculini in-*  
*stitutionis casus proponitur. n. 1. p. 28.*

**M** *Maioratum renuncians in sequentem succes-*  
*sorem, succedit decedente eo, in quem re-*  
*nunciavit sine liberis. pag. 22. num. 20.*

*Vide Cessio.*

Mandatum

*Actio, an cessionem contineat? p. 35. n. 1.*

*Per mandatum actio exercitum.*

X

*Etarum actionum mandatur* pag. 35. nu. 2.  
*Mandatarius actionum, & procurator in rem propriam an reuocari possit.* pag. 35. nu. 5.  
*Mandatum ad exigendum, & soluendum creditori an reuocari possit?* pag. 35. num. 7.

Maritus.

*Qualiter teneatur si debitorum nomine in dotem data non exegit?* pag. 5. nu. 34.

*Si ignorans debitorem non soluendo nomen eius in dotem estimatum accipiat, illud retrouuendo liberatur.* pag. 16. nu. 23.

*Dotis exactionem valeat ne impedire opposita retentione, vel compensatione?* pag. 19. à num. 8.

*Pro impensis utilibus in dotem factis actione habet negotiorum gestorum, vel mandati; pro impensis uero necessarijs habet retentionem.* p. 21. nu. 12.

*Marito, & uxore uendentibus rem uiri cum renunciatione, & cessione iurium ipsius mulieris, an cessio importet translationem iurium dotalium, si ipsa reseruauerit sibi creditum dotis?* p. 77. nu. 1. & seqq.

Mater.

*Mater uidua dedit in dotem suae filiae maiori interuicium antephati iuxta taxam Consuet. Neap. Et filiae secundogenitae partem suae dotis in bonis defuncti uiri, si illius bona utriusque non sufficiant, quae filia sit praeferenda?* pag. 25. num. 1.

*Ambas filias eodem loco graduandas sentit.* Reg. de Marin. p. 25. nu. 2.

*Pro crediti dotis praetatione decertat D. Olea nuncupatim aduersus D. de Marin.* pag. 25. num. 3.

*Adducitur tertia sententia inter duas extremas sententias.* nu. 6. pag. 25.

Minor.

*Num sine solemnitatibus imponere possit censum ad alterius census redemptionem.* fol. 9. sub num. 38.

Mora.

*In exigendo quando noceat cessionario?* pag. 47. nu. 3.

Mulier.

*An cedere possit ius sibi competens repetendi dotem soluto matrimonio, vel eo castante ob uergentiam uiri ad inopiam?* p. 14. n. 57.

*Soluto matrimonio num absque ulla cessione agere valeat aduersus debitores dotis à marito non exacta?* pag. 18. nu. 2.

*Mulierem indotatam remanere ratio publici boni non postulat.* pag. 52. num. 7.

*Cui magis succurratur, uiro, an mulieri?* pag. 108. num. 3.

Mutuans.

*Mutuans ad rem emendam, an possit gratificari creditorem posteriorem suum amicum?* pag. 33. num. 1.

N

Negligentia.

**N**egligentia quando negligentiam absorbeat? num. 3. pag. 27.

Nepos, Neptis.

*Neptis ex filio post mortem patris mortuo ante agnitam hereditatem, an vigore Constitutionis Regni, in aliquibus, praefertur nepti ex filio praedefuncto, & qualitas exclusiua sit cessibilis, prout est transmissibilis.* pag. 69. nu. 1. & seqq.

*Nepos ex filio praemortuo an praefertur nepti, ex alio filio praemortuo in successione auiae, ex Constitut. in aliquibus.* pag. 69. nu. 6.

O

Obligatio.

**L**egalis est fortior obligatione hominis. pag. 34. nu. 7.

Officium.

*Regulariter est personale.* pag. 121. nu. 1.

*Officij concessio facta Titio, & heredi in persona Titij, est noua concessio.* pag. 122. nu. 2.

*Concessione officij facta puella pro dote ipsa nupta an defuncto uiro per huius mortem uacet officium?* pag. 122. nu. 3. & seqq.

P

Pactum

**A**dictum in fundatione census, quod eius debitor, seu uenditor teneatur alicui tertio cedere ius redimendi censum ad requisitionem creditoris censuarij, num. validum sit? pag. 10. à nu. 39.

*De utilitatibus annuis restituendis soluto matrimonio detractis ad ratam detrahendis quando intelligatur?* pag. 52. nu. 9.

*Cedi potest pactum de retrouuendo, si promissio facta sit uenditori, & eius heredibus.* pag. 114. nu. 3.

*De non petendo quid importet?* pag. 116. n. 4.

*Et an excludatur ab acceptilatione.* p. 83. n. 7.

*Vide Feudum.*

Pater.

*Non potest adire hereditatem filio clerico delatam, & quare?* pag. 92. nu. 8.

*Sacerdotis heredis instituti senio confectus per uiam donationis cessit cuidam ius sibi transmissum ad aduendam hereditatem ex remed. 1. Pantonijs, cedendo specialiter remedium restitut. in integrum implorationis, queritur an operatoria sit cessio?* p. 92. n. 9.

*Vide Filia, exceptio.*

Pa-

**Patronus**

Cum Episcopi consensu valet laico ius patro-  
natus dari pag. 13. nu. 14.

**Poenae**

Cedentium actiones litigiosas, vel in potentio-  
res cessat, quando actio in dubio de se fuit  
p. 11. sub n. 56. Possessor.

Bona fidei res onerata censu an possit dimitti-  
tere rem sine solutione censuum. p. 13. n. 3.

Possessor an possit dimittere rem, & eximere  
se a solutione collectarum? pag. 13. nu. 2.

**Procurator**

Aetoris nequit liti cedere. pag. 61. nu. 4.

**Promissio**

Eiictionis de facto quid respiciat? pag. 2. n. 6.

Promisso nomine debitoris cessi certo, vero, &  
secura, cum clausula de defendenda, & con-  
servando emptorem indemnem, an veniat  
exigibilitas? pag. 107. nu. 2.

Quid si promittantur hypotheca idonea? n. 3.

Promissio de retinendo si facta sit nomi-  
natim venditori per dictionem dicta, vel  
supra scripto, an possit cedi ius redimendi?  
pag. 114. num. 1.

Quid si promissa fuerit ratouenditio ad be-  
neplacitum? num. 2.

Promittens nomen verum, & bonum copula-  
tiue ad quid teneatur? pag. 120. nu. 4.

De cedendo iura competentia super aliqua re,  
an restringat cessionem generalem iurium  
cum promissione libertatis, rei ab omni on-  
ere censu, & canonis? pag. 81. nu. 1.

Libertatis ab omni onere qualiter intelligen-  
da? pag. 82. nu. 4.

Promittens restituere, seu consignare dotes  
per dictionem seu correctiuam prioris ver-  
bis censetur obligari ad consignationem do-  
tis. p. 83. n. 10.

**Quaestio**

**S** V per feudos, vel maiaratu, quomodo sit de-  
cidenda? pag. 22. nu. 22.

**R.**

**Reconuentio**

**A** N possit fieri, si aetor cesserit liti? pag.  
61. nu. 1. & seqq.

**Redemptio**

Census pendere debet a voluntate debitoris  
census. pag. 10. nu. 40.

**Renunciatio**

Est stricti iuris. pag. 23. nu. 24.

Morti equiparatur. pag. 23. num. 25.

Quia fit in sequentem in gradu, quando realis  
censeatur? pag. 22. num. 22. & seqq.

Facta presenti, & acceptanti an sit transla-  
tiua? p. 121. n. 7.

**Res**

Vnicuius eadem res sub unica verborum stru-  
ctura concepta an possit diuerso iure cen-  
seri? pag. 115. nu. 2. & seqq.

**Retentio**

Indirecta compensatio dicitur. pag. 16. nu. 16.

Competit merito ob impensas necessarias in  
rebus dotalibus factas. pag. 20. nu. 11.

Et competit etiam in casu, de quo in p. 21. n. 15.

**S**

**Sacerdos**

**O** Mitteris celebrare per se, vel per alium,  
an teneatur ratam restituere iuxta  
taxam Testatoris? pag. 63. num. 2.

An possit omittendo celebrationem missae ab-  
teri retinere partem elemosynae. p. 63. n. 4.

An possit electus cedere ex sua liberalitate  
partem elemosynae. pag. 63. num. 5.

Vide Pater.

**Sententia**

Lata contra debitorem non nocet creditori,  
qui pignus obligatum habebat. p. 15. n. 59.

**Solutio**

Per debitorem quando fieri possit cedenti post  
factam cessionem ad commodum cessionarij.  
pag. 7. num. 27.

Facta per totum possessorem creditori pigno-  
ratitio, vel hypothecario, an ceteras hypo-  
thecas extinguat? pag. 5. num. 20.

Solvens Risko pro debitore, si valeat agere uti  
cessionarius sine cessione? pag. 48. nu. 1. & 2.

Solvens non potest agere ut cessionarius. pag.  
124. num. 2.

Vide Cessio.

**Statutum**

Prescribens certam formam in cessione, an  
sibi vim habeat in positione in locum suum?  
pag. 34. num. 1.

Statuto concedente debitori ius luendi pignus  
venditum infra certum tempus, qualiter  
intelligatur; an de empto per licitatore, vel  
solum per creditorem? pag. 56. num. 1.

**Suspensio**

Exactionum fiscalium an operetur in praeiu-  
diciu etus; qui soluit ante suspensionem  
emanatam. pag. 48. num. 3.

**T**

**Tempus**

**D** iuersitas temporis quando inducat prio-  
ritatem crediti? pag. 43. num. 3.

Recensentur casus, quando prioritas adfit ra-  
tione temporis. pag. 43. num. 4.

**Tertius Possessor**

Tertio possessori hypothecaria actione con-  
uento, etiam ex interuallo actiones adenda  
sunt. p. 5. n. 18.

Te-



# I N D E X.

## Testator.

*Testatore, & heredē eodem terramotu decedentibus an paducetur testamentum ob incertitudinē pramorientia?* pag. 92. nu. 1.  
*Ignorantia mortis testatoris impedit transmissionem iuris deliberandi ad heredēs instituti.* pag. 92. num. 4.  
*Vide Legatum, Verba.*

## Textus.

*In l. Aristo, ff. quæ res pign. oblig. poss. non loquitur de tertio pignoris possessore, sed de emptore pignoris, vel mutuantē ad eius liberationem.* pag. 5. num. 20.  
*In l. ex morte 9. §. hoc tamen, vers. similiq; modo, C. de pact. conuent. ponderatur, & elucidatur.* pag. 18. num. 2.  
*In l. vnic. §. taceat, vers. sed nec ob impensas, C. de rei vxor. action. declaratur.* pag. 19. num. 8.  
*In l. dotis fructus, §. usufructus, ff. de Iur. dot. & in l. usufructu in dotem dato, ff. sol. matrim. declaratur.* pag. 52. num. 2.  
*In l. vxori, & de usufr. legat. pag. 52. num. 6.  
 In l. hereditatum, ff. ad l. Falcid. fundatus est in dubio euentu.* pag. 52. num. 13.  
*In l. Pantonius, an locum habeat in qualibet causa iusta ignorantia.* pag. 92. num. 6.  
*In l. fin. ff. de verb. oblig. laudatur.* p. 109. n. 2.

## Traditio.

*Qualiter fiat in societate corporali.* p. 51. n. 2.

## Tutor.

*Quam diligentiam prestare teneatur in exigendis nominibus debitorum?* pag. 9. nu. 36.  
*Si ignorans, minorem alium tutorem liberasse soluit, indebiti conditionē habet.* p. 16. n. 63.  
*Soluens suis pecunijs debita minoris accipere potest cessionem contra minorem à suis creditoribus.* pag. 11. num. 46.  
*Cessio facta per pupillum Tutori donationis vim habet, & non valet.* pag. 120. num. 1.  
*Suspectus dicitur tutor recipiens cessiones contra bona pupilli etiam per interpositas personas vxoris, vel consanguineorum.* n. 2.  
*Et quid si fiat cum iuramento per pupillum cessio?* num. 3.  
*Vide exceptio.*

## V

## Venditio.

**I**N venditione Castri non veniunt particulari titulo quaesta. num. 3. pag. 30.  
*Vendita domo, non venit via non expressa.* num. 5. pag. 30.  
*Castro vendito non veniunt functiones fiscales.* num. 6. ibid.  
*Vendens censum iam constitutum, de euitio-*

*ne non tenetur, licet eius hypotheca euitantur.* pag. 2. num. 7.

*Vendens nomen debitoris, promittens facere verum, & bonum, & responsale, an teneatur prestare exigibile?* pag. 37. num. 1.  
*Vendita domo distributa solutione in plures pagas, an preferatur, qui credidit pecuniam pro solutione prima pagha, & expenditur celebris decisio R. de Ponte. p. 43. n. 1.  
 Venditor sciens debitoris cessi inopiam, an an teneatur de dolo?* pag. 107. num. 4.  
*Vide Clausula, Hereditas.*

## Verba.

*Translatiuè, & non extinctiuè sunt incompatibilia.* pag. 41. num. 1.  
*Verba famulantur intentioni contrahentium, Et ex proemio desumitur voluntas.* pag. 41. num. 3. & 4.  
*Verba Testatoris debent intelligi secundū tempus verbi; Et naturaliter proprie.* p. 44. n. 6. 7.  
*Ambigua declarantur ex alijs eiusdem precedentibus, vel subsequētib;.* pag. 45. nu. 9.  
*Verba iura competentia sunt presentis temporis.* pag. 87. num. 2.  
*Verbum godere non est translatiuum domini.* pag. 83. num. 4.  
*Restituere supponit precedentem receptionem.* pag. 83. num. 11.  
*Verba, & preseruatō iurium in instrumēto cessionis apposta, tam quoad creditū, quam quoad illius anterioritatē, & potioritatē, & hypothecam, quid importent?* p. 132. n. 5.  
*Preseruatō iurium facta per verba comensarā di ragione, non plus operatur, quam exigit ius ipsum.* num. 16.


## Usufructus.

*Actio ad constituendum usufructum an cedi possit?* pag. 32. nu. 1.  
*Usufructus per mortem delegatarij, & non delegantis extinguitur.* pag. 31. nu. 3.  
*Si cedatur antequā inciperit, an morte cedentis, vel cessionarij extinguitur?* p. 32. n. 4.  
*Usufructu in dotem cesso quid comprehendatur, & quid restituendum soluto matrimonio.* pag. 52. nu. 1.  
*Usufructus ceditur viro ab vxore duobus modis, scil. nomine dotis, vel interesse.* p. 52. n. 8.  
*Eius legatum quomodo aestimetur?* p. 52. n. 12.  
*Usufructus pignorari, hypothecari potest, & vendi.* pag. 107. num. 2.  
*Legato usufructu alicuius rei duobus, si vnus cedit partem suam, & deindē collegatarius repudiat partem suam, cui accrescat hec pars repudiata, an cedenti, vel cessionario?* pag. 129. num. 1.









224



